Ex Lib. Eq. Prosperi de Rosa

9-5

JOSEPHI LAURENTII MARIÆ

DE CASAREGIS

J. C. GENUENSIS COLLEGIATI,
Rotæ Florentinæ Auditoris, & pro S. Reg. Cels.
Consiliarii Justitiæ,

DISCURSUS LEGALES
DE COMMERCIO,

In quibus fusissimè tractantur Materiæ concernentes

Assecurationes.
Naves, Naula, & Naulizationes.
Jactus, Avarias, seu Contributiones,
Prædas, & Prædationes.
Societates, & Decoctiones.
Accommendas, & Implicitas.
Cambia Nundinaria, & Maritima.
Giratas literarum Cambii, & Chirographor.
Et alia ad Universam Mercaturam pertinentia.

TRACTATUS DE AVARIIS QUINTINI WEYTSEN in novam methodum ab Auctore nostro ad faciliorem usum accommodatus: nec non tractatus ipsius, IL CAMBISTA ISTRUITO; CONSULATUS MARIS, cum ejusdem explicatione. Et Elucubrationes, ac Resolutiones ad Statuta Januæ de Decretis, ac de Successionibus ab Intestato.

QUIBUS OMNIBUS IN HAC SECUNDA EDITIONE à pluribus præli mendis expurgata, accessere primæ ditissimæ Additiones, & aliæ plurimæ Additiones, & Adnotationes ejusdem celeberrimi Auctoris nunc primùm editæ.

UNA CUM LOCUPLETISSIMIS INDICIBUS, ET SUMMARIIS denuò correctis, & ampliatis, Argumenta, Materias omnes Discursuum de Commercio, Tractatus de Avariis, Cambistæ Instructi, Consulatus Maris, & Elucubrationum, ac Resolutionum ad Statuta Januæ &c. continentibus.

TOMUS SECUNDUS.

VENETIIS, MDCCXL.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

INDEX ARGUMENTORUM.

si Hæredes præcepto Testatoris obtemperare teneentur, quàm si in eorum voluntate esset illud non acceptare; ideoque Hypotheca Creditorum, qui contraxerunt cum hac Societate post mortem continuata, non possunt metiri eorum Jus Hypothecæ ab initio antiquæ Societatis, sed à die modernæ, qua post mortem Socii per Hæredes illius cæpta fuit continuatio Societatis.

Hæres quando tenetur obtemperare præcepto Testatoris de continuanda Societate, non obligat bona propria, sed ea tantùm, quæ fuerunt Testatoris; secus si non tenetur jussum Testatoris observare, nam tunc si continuet Societatem, non tantum bona Testatoris, sed etiam propria illius remanent obligata.

Declaratio, quæ fit per hæredes alicujus Socii continuandi Societatem Defuncti, non retrotrahitur ad tempus antiquæ Societatis, quia ista declaratio dicitur nova Societas, & hoc procedit non obstante pacto in prima Societate apposito per Socios, quòd volentibus Hæredibus alicujus Socii Defuncti, debeat continuari Societas.

Dissoluta Societate, illa adhuc durat pro complendis negotiis jam cæptis, quod vulgo dicitur continuatio Societatis *per lo stralcio*, sed fieri non possunt amplius nova negotia.

Discedere à Societate, an, & quando unicuique Socio permissum sit.

DISCURSUS CXLVII.
Florentina Pecuniaria.

Socio, aut participi Socii alienjus Rationis, qualis contra eamdem Rationem actio competat.

Quando Socii unius Rationis, iidem sunt alterius Rationis, inter eos admittitur compensatio debiti, & crediti procedentis tam ab una, quàm ab altera Ratione, quamvis diversis.

Mutuans Socio alicujus Societatis, an habeat actionem contra Societatem, præcipue quando Socius eamdem pecuniam sibi mutuatam, Societati tradidit.

DISCURSUS CXLVIII.
Florentina Cambiorum.

Pactum computandi etiam solitas provisiones ad favorem Creditoris appositum in Contractibus Cambiariis, qui Florentiæ fiunt, defenditur ab Usuraria pravitate: Qua occasione explicatur per totum Formula Apodixiæ Cambialis ad usum Florentinum.

DISCURSUS CXLIX.
Florentina Cambiorum.

Magistraliter explicatur natura Cambiorum Florentiæ vulgo *Martorelli*, & alibi *colla Ricorsa*, & in quo vere consistat realitas Cambiorum, ac demonstratur nihil ad realitatem Cambii pertinere literas itus, & reditus vulgo *d'andata, e di ritorno*.

Similiter magistraliter ostenditur, an, & quando *Scartafacia* Feriarum probent realitatem Cambii.

DISCURSUS CL.
Florentina Redditionis Rationis.

Administrator, hæres, seu Executor, an absque Libris rationem Administrationis reddere valeant.

Et an stetur eorum Juramento quoad Librorum amissionem.

Occultatio Librorum per Hæredem quando non præsumatur facta.

Inventarium quando reddatur nullum ex omissione rei non descriptæ.

DISCURSUS CLI.
Florentina, seu Liburnen. Hypotheca.

Statutum concedens Fidejussoribus Hypothecam, an comprehendat Correos debendi, Constitutores, vel hujusmodi principaliter pro altero obligatos, licet debitum, pro quo se obligaverunt, ad alterum spectet.

Acceptans literas Cambii an vere, & proprie sit scribentis fidejussor, & an frui possit privilegio *Statuti Florentini lib. 5. Rubr. 33.* fidejussoribus, vel accessorie obligatis hypothecam concedentis.

Creditor an teneatur etiam contra se omnia jura, & actiones cedere nedum fidejussori, vel accessorie obligato, verum etiam Correo debendi, aut cuilibet alii principaliter, & in solidum obligato.

DISCURSUS CLII.
Romana Literarum Cambii.

Acceptans tenetur irreparabiliter literas cambii à se acceptatas persolvere Præsentanti, qui tamen Scribentis, aut Remittentis creditor sit, absque eo quod ab Acceptante opponi possit Scribenti exceptio non numeratæ pecuniæ, aut alia quælibet; quod procedit etiamsi post Acceptationem secuta fuerit Scribentis decoctio.

Ex brevitate temporis absque aliis conjecturis, & præsumptionibus non deducitur proxima, aut occulta Mercatoris decoctio. Nec decoctus, nec proximus decoctioni dici potest Mercator, quando communiter in Foro habetur pro idoneo. Traditur regula proximam, aut latentem Mercatoris decoctionem cognoscendi.

DISCURSUS CLIII.
Pisana Solutionis.

Probatio solutionis per Debitorem factæ ex quibus habeatur, & an sufficiat extrajudicialis Confessio Creditoris facta absente parte.

Quando constat de debito creato in scriptis, an requiratur quòd solutio probetur à Debitore per publicam scripturam, vel Instrumentum, vel Testes debeant esse rogati ad audiendam Confessionem Creditoris extrajudicialiter fatentis se à Debitore aliquid recepisse.

Testis singularis, contrarius, & inhabilis plenè probat quando aliunde adminiculatur.

DISCURSUS CLIV.
Florentina Retractus.

Stante Statuto prohibente rem communem immobilem non posse alienari nisi in Consortem, an sufficiat rem fuisse alienatam in Consortem, etiam ex minima parte, ita ut illà retrahi, vel avocari nequeat à Consorte ex majori parte. Declaratur Theorica *Baldi in l. 1. n. 4. C. de comm. serv. Manumiss.*

Statutum Florentinum concedens retractum vicino, vel Consorti, procedit solum in vero vicino, ac Consorte majores confines habente.

Præventio quando prælationem tribuat vicino in materia retractus.

DISCURSUS CLV.
Viennen. Pecuniaria.

An unus ex Sociis possit etiam post dissolutam, vel finitam Societatem à Debitore communi non solum portionem suam, sed etiam Portiones Crediti ad alios Socios spectantes exigere, discutitur, & affirmativè resolvitur cum suis tamen declarationibus ad materiam.

Et similiter an teneatur omne id quod exegerit à Debitore communi aliis Sociis pro eorum ratis communicare, cum suis pariter declarationibus.

Socius exigens præ sua industria creditum Sociale difficillimæ exactionis non tenetur aliis Sociis totum communicare, sed solum valorem, quem poterat tale Creditum valere.

Creditores anteriores non avocant à posterioribus Creditum à Debitore alteri cessum, quamvis nondum exactum, quando inter Debitorem cessum, & Creditores posteriores secuta fuit compensatio.

Compensatione secuta non licet amplius Debitum, vel Creditum semel cum aliquo Creditore, vel Debitore compensatum cum aliis Creditis, vel Debitis compensare.

Cessio nominum Debitoris rescinditur concurrente læsione ultra dimidiam, quæ tamen excluditur, quandò creditum, vel nomen Debitoris cessum sit difficilis exactionis, nam hoc casu nomen cessum minori pretio valet, quam debiti cessi quantitas.

DISCURSUS CLVI.
Liburnen. Literarum Cambii.

An Dator Literarum Cambii in casu, quo veniant protestatæ, adstringi possit à remittente ad et restituendam eandem pecuniam, quam ipse pro valore ipsarum Literarum numeravit, an vero ad solvendum interesse reditus, prout commodius sit eidem remittenti.

DISCURSUS CLVII.
Florentina Congrua Dotis.

Fideicommissa Transversalia, Ascendentalia, tam Paterna, quam Materna, vel Avita, an, & quando, & quomodo pro dotibus constituendis teneantur, latissimè cum suis distinctionibus, limitationibus, & declarationibus discutitur.

Patruus, Mater, aliique Ascendentes Materni tenentur tantum ad limites necessitatis, non congruitatis dotare neptem, vel aliam descendentem, quæ necessitas cessat, quando neptis, vel filia invenit virum.

Possessor Fideicommissi Ascendentalis tenetur dotare ad limites congruitatis, non necessitatis, quando ultra obligationem Ascendentis, qui si viveret, tenetur congrue dotare, concurrit etiam propria obligatio dotandi in ipso fideicommissi possessore.

Retrotractio condemnationis fructuum Dotalium ad initium usque contracti Matrimonii non procedit, quando Dos post secutum Matrimonium fuit ex æquitate aucta.

DISCURSUS CLVIII.
Januen. Successionis.

Statutum loci bonorum in materia Successionum attendi non debet, sed jus commune, quando tam Defunctus, quam Personæ ad Successionem adspirantes non sunt subditæ Statuto, sed extraneæ, & reprobatur *D. Palma* contrarium firmans. Statutum nostrum Januæ de *success. ab intest.* comprehendit bona etiam extra suum Territorium sita, & ita Januæ servandum, secus in alienis Territoriis.

Quamplura ad intelligentiam Statutorum Januensium *de fœmin. dotand.* nec non *de success. ab intest. & de extrinsec. intell. prohib. ac etiam de jure redden.* declarantur.

DISCURSUS CLIX.
Florentina Redditionis Rationis.

Juramentum in litem non datur contra Administratorem ad effectum liquidandi statum administrationis, quando sine dolo Inventarium, & libros non confecit. Status Administrationis quomodo in hoc casu probetur.

DISCURSUS CLX.
Januen. Legati Redditus Locorum.

Legata pia, an, & quando diminutionem patiantur, quando vires hæreditatis non sufficiant ad integram legatorum solutionem.

Testator à quo legato censeatur adimere voluisse eam ratam, seu portionem, quam posteà alteri legavit.

Actio, seu conditio indebiti quando competat, nec ne Legatariis pro petitione illius ratæ, quæ indebitè ab aliquo Legatario exacta fuit.

Negligentia Administratorum, seu Officialium quando noceat eis, quorum bona administrant.

DISCURSUS CLXI.
Aretina Grani.

Procurator, vel Mandatarius, quando constat de præcedenti mandato, censetur emere pro Mandante licet contrahat nomine proprio, & dominium rei emptæ transit illico in mandantem absque alia traditione, si res empta Procuratori, vel Mandatario tradatur.

Emptio quando facta censeatur pro se, vel Procuratorio tantum nomine; ubi explicatur dictio *per N.* latine *pro*, & altera *a conto di N.*

In venditione rerum, quæ in numero, pondere, & mensura consistunt, ad transferendum dominium in emptorem, an requiratur mensuratio, numeratio, vel ponderatio, & quando prædicta tam respectu Emptoris, quàm Venditoris habeantur pro securis.

Creditor an propria authoritate rem hypothecatam possit occupare.

Creditor anterior an possit avocare pecuniam à posteriore Creditore per communem Debitorem ipsi solutam, & bona fide consumptam.

DISCURSUS CLXII.
Florentina Evictionis.

Peregrinus, subtilisque materiæ casus hic discutitur, nempe si per unum fratrem vendita fuerit aliis duobus fratribus suis tertia pars bonorum subjectorum perpetuo vinculo majoratus saltuarii inter omnes descendentes masculos eorumdem trium fratrum, & promissa fuerit per fratrem venditorem per se, suosque hæredes evictio dictæ suæ tertiæ partis; an evictis omnibus dictis bonis per unum majorem natum masculum descendentem ex dicto fratre venditore, hæredes dicti fratris venditoris teneantur erga hæredes, & descendentes masculos aliorum duorum fratrum emptorum ad evictionem pro dicta tertia parte tantum, vel pro toto, & integro valore omnium dictorum bonorum; & resolvitur dictos hæredes venditoris teneri pro toto, & integro valore bonorum, licet evictionis promissio loquatur de tertia parte bonorum, quia in subjecta materia individue tertia pars juxta geometricam proportionem præsefert omnia, & singula dicta bona, sive totum, & integrum eorum valorem.

DISCURSUS CLXIII.
Januen. Lucri.

Statutum Domicilii Viri, non Uxoris attenditur, quoad lucrum dotale, quamvis in domicilio Uxoris dotale instrumentum stipulatum sit, ibique postea Vir habitaverit, si non habuit animum domicilium acquirendi.

Lucro dotali non censetur per Maritum renunciatum promissa dotium restitutione cum clausula *prout de jure*.

Explicatur Statutum Januæ de *Causis executivis*.

Exceptio Lucri dotalis an opponi possit per Maritum ad formam dicti Statuti adversus instrumentum contra se executioni demandatum.

DISCURSUS CLXIV.
Liburnen. Revocationis Mandati Literarum Cambii.

Dator Literarum Cambii *all'ordine S. P. per la valuta cambiata* non potest ob non solutum sibi valorem a receptore earumdem Literarum, mandatum revocare in præjudicium Giratarii post Giratam Literarum in alios factam, attento maxime *Capitulo secundo ordinationum Liburni super Cambiis.*

Hypotheca incipit non à die recognitionis, sed à die, qua Apocha confecta fuit.

Recognitio Apochæ ad formam, *l. Scripturas C. qui potior. in pign. habeant.* fieri potest alio æquipollenti modo, per quem antidatæ suspicio tollatur.

DISCURSUS CLXV.
Serezanen. Appellationis.

Latissimè agitur de multiplici mixtura petitorii cum possessorio. Primo nempe de illa, quæ de sui natura oritur ex quibusdam judiciis possessoriis. Secundo de ea, quæ à partibus, vel à Judice in sententia fit tantum incidenter, aut consecutive. Tertio de illa, quæ fuit principaliter; & denique de effectibus diversis cujuslibet ex prædictis mixturis.

DISCURSUS CLXVI.
Florentina Salviani.

Domicilium Patris an transeat ad filium, & ex quibus inferatur Domicilium Patris fuisse per filium continuatum.

Testator præsumitur se conformare potius cum Statuto ubi vixit, & testando decessit, quam originis, illiusque dispositio extenditur etiam ad bona extra territorium posita: latissime cum suis distinctionibus, ac declarationibus res enucleatur.

Promittens Dotem sub falso supposito, an, & quando remaneat respectu Viri obligatus ad totam dotem constitutam non obstante quacumque erroneitatis exceptione.

Statutum concedens probationem libris Mercatorum, & hypothecam pro credito resultante ex partitis, intelligitur de libris, & partitis intra Territorium Statuentium descriptis, & non extra. Explicatur Statutum Florentinum *lib. 4. sub Rubr. 14.*

DISCURSUS CLXVII.
Florentina Melioramentorum.

Melioramenta magni valoris, aut quantitatis semper resi-

reficienda sunt Hæredi ultimi conductoris livellarii, non obstante pacto, quod illa in casu finitæ lineæ, vel generationis devolvantur ad Dominum directum una cum bonis livellariis.

An, & quando idem procedat, vel non, in casu propriæ emphyteusis concessæ pro modico pretio.

DISCURSUS CLXVIII.

Albinganens. Fructuum.

Fructuum liquidatio, uti difficilis probationis, fit per conjecturas, & præsumptiones arbitrio Judicis.

Fructus Olivarum uno anno solet esse pinguis, altero vero, vel tenuissimus, vel omnino vacuus, ut aliqui existimant; contrarium tamen est verius.

Si incertum sit an annus vacuus fuerit fructibus Olivarum, vel pinguis, quid præsumendum de jure.

DISCURSUS CLXIX.

Januen. Immissionis, sive Associationis.

Contractus mutui simulari sub emptione, & venditione licitus est, nec est de usuraria pravitate suspectus quando pensio creditori conventa, & soluta, correspondet legitimo interesse, & Creditor mercator est, eique interesse solvi debet ratione lucri cessantis, & damni emergentis.

Ex contractu usurario, & simulato, adhuc debetur interesse lucri cessantis, & damni emergentis, & tunc solum fructus imputantur in sortem, quando sunt excessivi, non vero si sint rationabiles, & legitimi; concurrente præcipuè observantia Contractus, & acquiescentia Debitoris, qui sponte, & ultro usuras persolvit, & bona fide Creditoris, qui fructus tamquam licitos, & legitimos percepit, ac consumpsit.

Sub nomine Pensionis intelligitur Contrahentes voluisse stipulari non usuras, & accessiones illegitimas, sed tantum justum, & rationabile Interesse.

Simulatio licita est de contractu licito ad contractum licitum.

DISCURSUS CLXX.

Liburnen. Pecuniaria.

Excussio debitoris principalis; quonam tempore facta esse debet, ut legitime per Creditorem facta dicatur ad finem agendi contra subsidiarie obligatum.

Et an credatur creditori deponenti de diligentiis per eum contra debitorem factis.

Et quando ad hunc effectum dicatur constare præcise de inopia Debitoris: latissime cum suis distinctionibus, ac declarationibus res enucleatur.

DISCURSUS CLXXI.

Januen. Hypotheca, seu Prælationis.

Mutuans in refectionem, seu conservationem cujuslibet rei præfertur in re refecta, seu conservata omnibus aliis creditoribus habentibus anteriorem, sive expressam, sive tacitam hypothecam: Amplissimè cum suis declarationibus, limitationibus, distinctionibus conclusio declaratur, ac explicatur. Infuper ostenditur hoc privilegium non procedere contra Dotem, seu Donationem propter nuptias, seu incrum dotale, quando concurrit temporis potioritas, & dotis creditum est anterius; latissimè res perpenditur ad ornatum, ac explicationem textus in §. *his consequens Auth. de æqualit. Dotis*.

Augmentum Dotis à Sponso Sponsæ factæ an, & quando gaudeat privilegio prælationis Doti concesso adversus viri Creditores.

Mulier in bonis post Matrimonium à Viro, vel alio pro Dote obligato quæsitis, præfertur quibuscumque Creditoribus, etiam hypothecam anteriorem habentibus.

Creditor anterior, qui ultra res sibi specialiter obligatas, habet etiam generalem hypothecam in bonis debitoris, non potest agere generali hypotheca, nisi prius constiterit consequi non posse ex speciali pignore, quod sibi debetur: Ampliatur conclusio multis modis, deinde in quibus casibus non procedat, latissimè, ac eleganter ostenditur.

DISCURSUS CLXXII.

Nullius Concordia Debitoris cum majori parte Creditorum.

Latissimè agitur an, & quando major pars Creditorum in concordiis initis cum Debitore communi, vel in Induciis ei concessis præjudicare possit minori parti Creditorum, & an istæ dilationes concessæ Debitori transeant ad ejus hæredes.

Et an major pars Creditorum post unum accordium cum Debitore, possit iterum accordium cum eodem Debitore inire in præjudicium minoris partis Creditorum: Item an Debitor, qui vult venire ad concordiam, teneatur prius ostendere statum patrimonii sui, vel sufficiat tantum illius Assertio, quod penes se nil aliud reperiatur.

Item plura alia notabilia ad materiam colliguntur, ut patet ex summario.

DISCURSUS CLXXIII.

Liburnen Assecurationis.

Navarchus, seu Magister Navis non potest procurare assecurationem mercium sibi à Mercatoribus traditarum, nisi habeat ad id speciale mandatum: nec talis Assecuratio sustinetur in vim clausulæ *per se, o per conto di chi spetta*, nisi constet, quod Domini Mercium præcedenter mandatum dederint de se assecurari faciendo, vel quod principales ratificaverint assecurationem ante sinistrum, & re integra.

Explicatur latè clausula Assecurationis *per se, o per conto di chi spetta*.

DISCURSUS CLXXIV.

Nullius, Interceptionis, vel Deprædationis, aut visitationis Navium in Mari alieno.

Naves exteræ an, & quando possint ab aliis Navibus inimicis deprædari, quando reperiuntur in Mari, aut Portubus, vel sub Arcibus militaribus alicujus Principis communis Amici; & an possint ab Officialibus prædicti Principis visitari, & molestari ob suspicionem, quod deferant res prohibitas, & quid in casu, quo habeant salvum Conductum, vel libere in Portu receptæ fuerint à Principe ejusdem Portus, vel ab ejus Officialibus.

DISCURSUS CLXXV.

Nullius, Jurisdictionis Consulum Nationis exteræ in Territorio alieni Principis.

Jurisdictio, sive contentiosa, sive voluntaria an, & quomodo in alieno Territorio prorogari possit, & an, & quando requiratur consensus partium expressus, vel tacitus, & similiter an necessarius sit pro illius prorogatione consensus Principis alieni territorii, vel sufficiat tacitus.

Jurisdictio prorogata extra Territorium dicitur eadem Jurisdictio, quam quis habet in proprio Territorio.

Consules exterorum Principum qualem Jurisdictionem habeant quoad suos nationales in alienis oris Maritimis, & an illam habeant à proprio Principe, vel ab illo Territorii, in quo resident: & quæ Statuta seu leges servare teneantur in decidendis causis suorum Nationalium: & ab eorum sententiis an detur appellatio ad eorum proprium Principem, vel ad illum loci, in quo resident.

DISCURSUS CLXXVI.

Liburnen. seu Januen. Sarcinarum Cartæ.

Actio redhibitoria competit emptori contra venditorem, & contra mandatarium actio ad interesse, si merces venditæ, vel emptæ non sint bonitatis, seu qualitatis promissæ in Contractu, quamvis in eis non adsit aliquod vitium, seu defectus.

In Peritorum electione, & relatione, quæ requirantur ad effectum, ut eorum electio, seu relatio sit legitima.

Identitas Mercium ex quibus probetur, & excludatur. Mercatores censentur approbasse negotium gestum ab eorum correspondentibus, seu mandatariis, quando tacuerunt, & non reclamaverunt; & quando requiratur nec ne ultra taciturnitatem aliquis actus positivus; & quod tempus necessarium sit ad inducendam approbationem ex tali taciturnitate.

Jus quæsitum Mandatariis ex taciturnitate mandantium an

an tolli possit per subsequentem eorum contradictionem,

Judex an, & quando possit, ex notitiis extrajudicialibus judicare,

DISCURSUS CLXXVII.

Pratensis Pecuniaria, seu Depositi.

Liberatio, seu Quietatio amplissimis, ac effrænatis verbis per unum ex Transigentibus alteri facta, comprehendit etiam debitum procedens ex causa Depositi sive regularis, sive irregularis, & omne id quod debetur actione reali,

An, & quando Tertius, cujus favore factum fuit ab aliquo Depositum Pecuniarum, vel rerum agere possit contra Depositarium, & qua actione.

Item depositum Pecuniarum factum favore tertii sit nec ne quandocumque revocabile ad libitum Deponentis, & quid in deposito facto pro solvenda Dote.

An, & quando actio acquiratur tertio absenti ex stipulatione, vel pacto aliquo, seu mandato adjecto ad illius favorem à contrahentibus in eorum contractu,

DISCURSUS CXXXVIII.

Florentina Cessionis,

Cessionario debentur fructus crediti Cambiarii sibi cessi, quando Cessio facta fuit translative: plures conjecturæ referuntur pro cessione translativa,

Litigiosi vitium quando in Cessione non procedat.

Possessor à Creditore hypothecario conventus, si rem melioravit, offerendo rei æstimationem liberatur, deductis tamen melioramentis à se factis: Et quæ melioramenta deduci debeant, & quomodo in hoc casu probentur.

In materia Evictionis attenditur pretium rei juxta tempus sequutæ evictionis, non autem celebrati contractus.

An augmentum intrinsecum proveniens ex tractu temporis cedat in Beneficium Creditoris, & non possessoris,

Melioramenta non compensantur cum fructibus, quando possessor illos percepit jure Dominii, secus si ratione tantùm bonæ fidei.

DISCURSUS CLXXIX.

Nullius, Concursus Creditorum.

Contractus quo loci inter Mercatores absentes ad invicem contrahentes, dicatur celebratus.

Contractus gestus à Negotiorum gestore, vel à Correspondente excedente fines mandati, si postea à Mercatore ratificetur, an dicatur gestus in loco ratificantis, vel in loco contractus ab initio gesti: latissimè res enucleatur;

Venditor habita fide de pretio cum reservatione dominii, vel specialis hypothecæ in re vendita, donec pretium fuerit solutum, præfertur creditoribus anterioribus expressam hypothecam habentibus, etiam privilegiatis, & ex causa Dotis, sive reservatio dominii, & hypothecæ apposita sit ex pacto in Instrumento, sive apposita censeatur per dispositionem Statuti.

Statutum loci contractus, vel Judicii, quando attendendum sit traditur, & probatur Statutum loci contractus attendendum esse, quando agitur de conditionibus appositis in Contractu; Statutum verò loci Judicii, quando agitur de qualitatibus contingentibus post contractum ex negligentia, vel mora.

Debitor quando dicatur proximus decoctioni, & ex quibus circumstantiis deducatur pro validitate, & invaliditate Contractus, &c.

DISCURSUS CLXXX.

Florentina Jurisdictionis.

De suprema authoritate, & Jurisdictione DD. Suprasindacorum Florentiæ super omnes administratores tum Ærarii publici, & privati Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, tum aliorum bonorum ad quascumque Civitates, Communitates, Collegia, Montes Pios, aliaque loca publica spectantium,

DISCURSUS CLXXXI.

Asculana Concursus.

Minor, vel filius familias exercens Mercaturam validè obligatur ex suis contractibus, licet in illis non intervenerint solemnitates Statuti, & licet contractus, vel obligationes non respicerent Mercaturam.

Præsertim si ille minor, vel filiusfamilias se palam gesserit pro patre familias, & in contractu à se gesto juraverit se esse majorem, & fortius si ex aliquo contractu obtinuerit in judicio solutionem contra suos debitores.

Minor, vel filiusfamilias, an, & quando contrahere potest societatem absque Statuti solemnitatibus.

An & quando aliqui assumpti in socios publici Appaltus à Principalibus Appaltatoribus, vel conductoribus remaneant obligati erga Fiscum, vel Cameram Principis.

Socii, vel subconductores admissi à Principali Appaltatore seu conductore possunt à Domino in solidum pro pensionibus conveniri.

Socius administrator tenetur reddere rationem.

Societas, & administratio societatis potest ex conjecturis probari, & hic plures enumerantur conjecturæ, ex quibus illa probatur.

Socii, vel Institores inter ipsos tenentur pro rata, & quoad curas tantum respective sibi commissas.

Lucrum dotale quando compensetur cum legato relicto per uxorem Marito, & an, & quando per Maritum videatur in instrumento dotali eodem lucro renunciatum, item an talis renunciatio lucri dotalis præjudicet creditoribus Mariti.

DISCURSUS CLXXXII.

Londinen. seu Liburnen. Sequestri.

An securitas amplissimè per Principem concessa Mercatoribus forensibus venientibus ad habitandum in ejus Dominio, vel aliqua ejus Civitate, tam pro eorum personis, & familiis, quàm bonis, & mercibus, comprehendere valeat illas res, seu merces, quæ ex aliena pecunia, vel furto alibi subtracta, comparatæ fuissent ab aliquo se conferente ad habitandum in civitate dicti Principis cum asportatione dictarum mercium ex re, seu pecunia aliena, vel furtiva acquisitarum.

Qua occasione late discutitur, quando pretium succedat loco rei alienæ, vel furtivæ, & è contra, ita ut agi valeat utili actione rei vindicationis contra pretium rei alienæ vel furtivæ distractæ, vel rem ex pecunia aliena, vel furtiva comparatam, sive pretium illud, sive res comparata existat penes ipsum furem, vel non Dominum, sive penes Tertium, & in præjudicium etiam Creditorum anteriorum, cum omnibus distinctionibus, ampliationibus, limitationibus, declarationibus per sua principia relatis, nec non cum conciliatione plurimarum legum, quæ in hac materia, tamquam se contrariæ, & pugnantes, adduci solent, vel possunt.

DISCURSUS CLXXXIII.

Nullius, Hypotheca.

An, & quando pretium succedat loco rei hypothecatæ, & per debitorem distractæ, ita ut contra illud agere valeat Creditor cum eadem hypotheca, quæ sibi super re obligata competebat.

DISCURSUS CLXXXIV.

Asculana Pecuniaria.

Mandatarius si omnia gessit de consensu mandantis per literas sibi præstito, nullatenus dici potest excessisse fines mandati.

Quantitas si est in obligatione, bona vero in executione, pro faciliori nempe modo solvendi indicata, debitor in quantitate semper tenetur debitum solvere, & non in bonis.

Valor frumenti, vini, & hujusmodi quando probetur, neque attendi debet tempus messis, vel recollectionis.

DISCURSUS CLXXXV.

Januen. Redditionis Rationis.

Mercator filiis suis pupillis plures reliquit tutores, alteri tamen ex eis olim negotii sui complimentario admini-

ministrationem solum decrevit cum hoc onere, quod in cambiis creandis, vel pecuniis investiendis nihil agere valeret, nisi cum consilio, & interventu alterius ex Contutoribus; quæritur in hoc casu an de male gestis per dictum Tutorem administratorem, alii Contutores, quibus non fuit data administratio, in solidum teneantur, vel solum de consilio præstito quoad cambia, & pecuniarum investimenta, & resolvuntur magistraliter plures quæstiones cum suis distinctionibus in hac materia cadentes.

DISCURSUS CLXXXVI.
In eadem Causa.

An ex solo centenatio temporis cursu cum cessatione solutionis opponi valeat contra debitum centenariæ exceptio, & cum ea præsumptus titulus, vel solutionis, satisfactionis, vel remissionis, aut quilibet alius de mundo; & similiter an ex solo cursu 30. vel 40. annorum cum solutionis cessatione opponi possit debiti præscriptio; resolvitur hæc materia cum pluribus casuum distinctionibus, suisque declarationibus.

DISCURSUS CLXXXVII.
Florentina, seu Ferrarien. Pignorum.

Si Mercator alienas merces alteri in pignus dederit, an poterit illarum Dominus contra pignoratarium actione vindicationis agere, ut eas sibi absque aliqua pretii refusione restituat, vel contra emptorem ad vindicandum pretium adhuc in ejus manibus existens, si fuerint per dictum pignoratarium alienatæ. Materia iterum acta ad majorem exornationem *disc.* 124.

Itidemque discutitur an Creditor pignoratarius præferri debeat super rebus, quas pro mutuata pecunia habuit in pignus à debitore, omnibus aliis creditoribus hypothecariis anterioribus ob utilitatem publici commercii, ad dilucidationem *disc.* 120. *&* *disc.* 123.

Creditor hypothecarius posterior, si est Mercator, præfertur aliis creditoribus anterioribus hypothecariis, qui non sunt Mercatores.

Creditor ex causa depositi cum hypotheca, licet esset posterior, præferri debet aliis creditoribus anterioribus hypothecariis ex ratione duplicis juris privilegii, & sic omnes alii Creditores duplici juris privilegio muniti, licet posteriores, præferuntur omnibus aliis creditoribus habentibus tantum privilegium anterioris hypothecæ.

Explicantur Statutum Florentinum in *Rub.* 10. *de Creditoribus Cessantium*, *&* *fugitivorum lib.* 3. & alterum Curiæ Mercantiæ *Rubric.* 21 *de Cessanti*, *e Fuggitivi lib.* 3. nec non reformatio super eo emanata *die* 11. *Aprilis* 1713. §. *Occorrendo*.

DISCURSUS CLXXXVIII.
Lucana Societatis.

Societas inter plures ab initio pro limitato tempore inita, quæ cantabat sub Nomine N. & sociorum non est amplius eadem, sed nova societas, si post illud tempus fuit prosequuta, seu continuata, quamvis sub eodem nomine: & propterea erga creditores creatos post tempus primæ societatis solum remanere debent obligati, qui eam societatem continuaverunt usque quo fuerit palam dissoluta, neque ab hac obligatione eximi possunt illi, qui postea etiam ab eadem continuatione societatis absque ulla notificatione publice data Mercatoribus præsertim exteris recesserunt.

Explicatur Lucanum Statutum Mercatoriæ Curiæ quoad societatis materiam.

DISCURSUS CLXXXIX.
Nullius Pecuniaria, aut Falsitatis Mandati.

Quemadmodum favore publici Commercii, vel Mercaturæ res, seu merces impropriè furtivas, nempe per truffam ablatas, non tenetur Mercator restituere nisi sibi refuso pretio, secus si res essent propriè furtivæ nempe per furtum proprium a Domino subtractæ; Ideo hic magistraliter traditur, quale sit Furtum proprium, & quale improprium, & successive proceditur ad quæstiones in hac materia magis inter Doctores controversas, & distinguuntur singillatim, etiam per casuum enumerationem, Furta propria ab impropriis, itaut sciatur in omni casu contingibili quando Mercator teneatur, nec ne res, vel merces alienas ab eo emptas, vel in pignus receptas, vel alio modo in eum perventas restituere vero Domino cum refusione, vel sine refusione pretii.

Materia pro Mercatoribus utilissima, rursumque à Nobis acta ad majorem explicationem *disc.* 123. 124. *&* 182.

DISCURSUS CXC.
Nullius Recusata Acceptationis Mandati.

Mercator an teneatur mandata, sive ordines ab aliis Mercatoribus exteris, sive suis Correspondalibus sibi datos ad peragenda, & tractanda eorum negotia acceptare, & exequi, latè hic discutitur cum suis ampliationibus, ac limitationibus.

Item latissimè agitur de negligentia Creditoris Cambii, vel ejus Giratarii in præsentando, vel exigendo literas Cambii, vel protestando, ac denunciando infra legitima tempora scribenti earum in adimplementum, ac de effectibus talis negligentiæ, ac aliis quamplurimis hanc materiam concernentibus.

DISCURSUS CXCI.
Florentina Pratensa Exemptionis.

Immunitas debita Patri ob numerum duodecim liberorum à quibus oneribus eum liberet; Illo mortuo an duret in filiis, & an extendi valeat ad bona, quæ post patris obitum filii acquisiverunt, ad exornationem celebris *Textus in l. si quis Decurio* 24. *Cod. de Decurion. lib.* 10.

Consuetudo cujuslibet Regionis, & Principatus principaliter attendenda in regulanda hujusmodi Immunitate, quænam temporibus Florentinæ Reipublicæ viguerit, quænam temporibus Principatus, ubi de limitatione invariabiliter observata restringendi gratias ad sola bona paterna supplicantibus filiis post mortem Patris. Plura adducuntur de rescriptis juxta solitum Principis rescribentis intelligendis.

Observantia Immunium declarat Immunitatis concessionem, & per quod tempus continuantes in solutione onerum proprio juri præjudicent. Indebitum in materia gravedinum & collectarum quando sit per repetentem plenè, & concludenter probandum, quando non.

DISCURSUS CXCII.
Liburnen. Sequestri.

An Mercator, qui fecit punctum suo Negotio, dici debeat decoctus, & quando.

Creditor Chyrographarius, qui prævenit in exequendo, aut sequestrando præferri debet cæteris omnibus creditoribus Chyrographariis.

Declara, & limita hanc materiam in pluribus casibus, de quibus in præsenti Discursu.

An Creditor Chyrographarius, qui prius obtinuit Sententiam condemnatoriam contra suum debitorem acquirat prælationem ad exclusionem aliorum Creditorum.

Creditor de jure novissimo non potest mitti in possessionem omnium bonorum sui debitoris, sed pro mensura tantum sui crediti, & ideo illius immissio in possessionem sibi tantum prodest, & non aliis Creditoribus.

Et missus Creditor in possessionem acquirit super rebus, in quibus missus fuit, jus reale, nempe hypothecam, vel pignus Prætorium, & propterea super eis præferri debet omnibus aliis creditoribus, tum Chyrographariis, tum hypothecariis posterioribus.

DISCURSUS CXCIII.
Londinen. Mutationis Viaggii.

Navis conducta ab aliquo mercatore ad vehendas suas merces in aliquem Portum an, & quando possit alios Portus, seu loca inter navigandum sive ad dexteram, sive sinistram existentia attingere; & quando dicatur iter, seu viaggium destinatum in attingendis aliis Portubus mutasse.

DISCURSUS CXCIV.
Florentina, seu Pisana Juris privativè concessi.

Quando dicatur lex generalis Principis, Et quando illa deroget legibus particularibus, vel privilegiis antecedentibus.

Quamplurimæ afferuntur, & examinantur conjecturæ, ex quibus arguitur in Principe mens derogandi per posteriorem legem prioribus legibus, seu Privilegiis

D I-

DISCURSUS CXCV.
In eadem Causa.
Idem est quod in præcedenti Discursu.

DISCURSUS CXCVI.
Januen. Recambii.
Explicantur diversa genera Recambiorum, & demonstratur quomodo ea efformentur in Tractis, remissis, & revalentiis, & in quo eorum sequatur, vel non, novatio primi Cambii.
Explicatur etiam Retornum, & quomodo illud efficiatur, & in quo diversum sit à Recambio vero.
Demonstratur in quo differat Recambium Recursæ ab aliis Recambiis, & Retorno.

DISCURSUS CXCVII.
In eadem Causa.
Mandatum inter Mercatores quando, & ex quibus conjecturis præsumatur. Mercatores an, & quando mandata à suis Correspondentibus accepta valeant per alias tertias personas exequi facere.
Referuntur varia negotiorum gestorum genera, eorumque diversæ Naturæ, & effectus explicantur.
Mandantes alicui Negotia aliena geri, utiles Negotiorum Gestores in jure censentur.
Fidejussio non potest extendi de contractu ad alterum contractum, neque de una re, vel persona ad aliam; In qua materia quamplurima notabilia adducuntur exempla.

DISCURSUS CXCVIII.
In eadem Causa.
De Recambio latè hic agitur, & præsertim quomodo illud ex præcedenti Tracta, vel Cambio contrahatur, & ex quibus conjecturis inferatur fuisse inter Mercatores contractum.
Mandatum datum ad negotiandum cum certis personis, an & quando extendatur ad contrahendum etiam cum aliis diversis; Et quamplura notabilia in materia Mandatorum, vel Ordinum traduntur, & præsertim an illa possint alio modo per mandatarium exequi.
Plenissimè, & Magistraliter agitur de alienorum negotiorum Gestoribus, vel utili actione negotiorum, materia, quæ frequenter Mercatoribus obviam fit, ideoque ad Mercaturam utilissima. Et demum an, & quando Mercatores valeant contractus, & Cambia cum se ipsis facere in vim duplicationis plurium personarum.

DISCURSUS CXCIX.
Liburnen. Fructuum, seu Interesse.
Agitur de Lege, quæ viget, & observatur Liburni, quæque disponit Emptorem Mercium non statim solventem earum pretium pati debere interesse medietatis unius aurei pro quolibet centenario, & mense. Et firmatur in Decisione, dictam Legem nec activè, nec passivè comprehendere Mercatores exteros, qui non commorantur Liburni. Probatur, debitorem, de quo in casu, non esse Mercatorem Liburni. Dantur signa, & indicia, ex quibus cognoscatur, an Procurator in contrahendo gesserit rem propriam, vel sui principalis. Si quis habet justam credulitatem, se nihil alteri debere, licet postea condemnetur, non debet esse obnoxius solutioni alicujus interesse. Et probatur in casu dicta justa credulitas ex pluribus facti circumstantiis.

DISCURSUS CC.
Cortonen. Evictionis, seu Regressus ad Bona divisa.
An, & quando Permutanti, vel Dividenti ob evictionem passam in bonis sibi per divisionem, aut permutationem obventis detur regressus ad alia bona, quæ pervenerunt Compermutanti, vel Condividenti, licet ab istis fuerint in Tertium alienata, itaut non teneatur ille agere contra Creditorem, qui pretium ab emptore dictorum bonorum recepit.
Bona subhastata, & Tertio deliberata in vim sententiæ nullæ, vel notoriæ injustæ possunt per Dominum à Tertio vindicari, absque eo quòd Dominus teneatur contra pretium de mandato Judicis Creditori solutum agere.

DISCURSUS CCI.
Januen. Pecunia data ad vitam Debitoris.
Plenè discutitur, an sit validus vel Usurarius ille contractus, qui Genuæ celebratur, in quo datur, seu mutuatur alicui pecunia, cum obligatione eam restituendi in tot ratis infra aliquot annos una cum lucro decem pro Centenario, & cum pacto, quòd mutuator subire debeat periculum vitæ Mutuatarii, itaut per mortem Mutuatarii extinguatur omne debitum, quod de tempore illius mortis adhuc solvendum superesset.
Explicatur Statutum Genuense de Securitatibus §. Securitates 1. & §. Non possunt fieri.

DISCURSUS CCII.
Messanen. seu Florentina Cambiorum.
Discutitur materia realitatis Cambiorum, pleneque agitur de Nundinarum Libris, vulgo *Scartafaccio di Fiera*.
Mercator an possit obtinere lucrum cessans, quando est exclusus à consecutione Cambiorum, ex quo non gravaverit super Cambiis summam, quam ad Cambiandum recepit.

DISCURSUS CCIII.
Florentina revocationis Mandati.
Actus, Contractus, vel judicium initum, sive initus cum Procuratore, quamvis à Domino revocato validum, seu validus est, quoties Judicium, actus, vel contractus gestus sit antequam Procurator sciverit, se revocatum fuisse.
Quæ conclusio procedit etiam in præsentatione, vel resignatione Beneficii facta à Procuratore Patroni, vel resignantis.
Limita seu declara hanc materiam juxta diversos casus, de quibus in præsenti Discursu.

DISCURSUS CCIV.
Florentina Cautionis de Judicio Sisti, & Judicatum solvendo.
Fidejussor de Judicio Sisti, & Judicatum solvendo datus à Reo, an si in prima Instantia Reus fuerit absolutus, teneatur pro illa summa, in qua idem Reus condemnatus fuerit in secunda Instantia? Reo verò controversia est in casu quo prima Sententia fuerit appellabilis, & de facto fuerit ab illa appellatum. Sed in casu Decisionis, in quo prima Sententia transierat in judicatum, absolutè deciditur pro omnimoda liberatione fidejussoris, licet contra dictam priorem Sententiam impetrata fuerit Revisio, & in gradu Revisionis Reus fuerit condemnatus.
Filiusfamilias an, & quando validè obligetur ex fidejussione, non obstante Statuto Florentiæ declarante irritas obligationes Filiorum Familias?

DISCURSUS CCV.
Liburnen. Sequestri super Mercibus.
Sequestra Judicialia, vel extrajudicialia facta pro summa verum debitum excedente, an sint in totum nulla, vel saltem valida pro parte verè debita, & quid si Creditori esset impossibile veram summam exprimere, quia creditum esset illiquidum, vel incertum, & in hoc casu quomodo fieri debeat sequestrum?
Sequestrans an teneatur in totum, vel pro rata tantum summæ non debitæ ad damna, expensas, & interesse favore sui Debitoris, seu sequestratarii.
Et quæ veniant sub appellatione damnorum, & expensarum in subjecta Materia?
Merces, vel Bona justè, vel injustè sequestrata, quæ servando servari non possunt, si pereant an id cedat Damno sequestrantis, sequestratarii, vel sequestris?

DISCURSUS CCVI.
In eadem Causa.
Equites D. Stephani possunt Mercaturam exercere, & illam profitendo gaudent omnibus Privilegiis propriæ Religionis, & omnibus aliis de Jure Communi Militibus concessis, & an id procedat etiam in Equitibus Hierosolymitanæ Religionis, Militibus, & Nobilibus.
Declaratur, & latissimè exornatur Capitularis Deliberatio Sacræ Militaris Religionis D. Stephani edita *die 19. Aprilis 1695.* disponens quod antequam relaxetur executio contra Equites dicti Ordinis debeat eisdem assignari terminus quindecim dierum ad solvendum, & an Executio obtenta absque prævia dicti termini assignatione valida sit, vel invalida?
Declaratur Statutum Mercantiæ Civitatis Florentiæ *lib. 2. Rub. 8. delle Esecuzioni*, & conciliatur cum prædicta Capitulari deliberatione.

Actus

Actus gestus contra Statuti, vel Legis dispositionem quando sit nullus, nec ne?

Pro validitate confirmationis Sequestri quæ requirantur?

DISCURSUS CCVII.

Nullius Sequestri.

Creditor an, & quando possit in vim Judicati, seu Instrumenti habentis vim Rei Judicatæ plures executiones facere, tam Reales, quàm Personales, simultaneè, vel successivè in bonis, & Persona respectivè sui Debitoris, & ab una Executione possit ad aliam convolare.

Debitor an, & quando teneatur ad omnes expensas dictarum executionum, seu ad expensas unius tantùm? Et quid dicendum in terminis Statuti Mercantiæ Civitatis Florentiæ *lib. 1. rubr. 8. delle esecuzioni §. fin.*

Plura Sequestra, vel Executiones an possint pro eadem summa replicari super Mercibus, vel rebus etiam in valore Summam debitam excedentibus, ad effectum ut Debitor caveat, & ne Judicium reddatur elusorium.

DISCURSUS CCVIII.

Nullius Concordia.

Creditores, qui gaudent de jure singulari quadam prærogativa, vel privilegio, non tenentur concurrere ad accordium factum à majore parte Creditorum cum eorum communi Debitore. Alii vero Creditores simpliciter tantum de jure Privilegiati ad standum dicto accordio cogi possunt, quod tamen recipit moderationem, vel declarationem, quæ hic traditur.

Creditores, à jure singulariter Privilegiati, qui non tenentur accordio concurrere, non faciunt numerum, quoad suas personas, neque partem pro suis creditis in calculando numero, & Creditis aliorum Creditorum, qui ad accordium concurrere tenentur.

Creditores hypothecarii quomodo accordio concurrere debeant.

Creditor, qui simul est debitor communis Debitoris de accordio paciscentis, non tenetur accordio concurrere, quia ei competit compensatio.

Concordiæ, seu accordii judicium si agatur coram Judice seculari, coram eodem Judice tenetur etiam Clericus Creditor comparere.

Et pendente hoc judicio nullus ex Creditoribus potest contra Debitores particularia judicia, vel executiones promovere, quod procedit, licet primum judicium esset terminatum, sed penderet appellatio, vel introducta à Creditoribus, vel à Debitore.

Creditor, qui habuit à Debitore aliquam conditionem meliorem, in quo de jure puniatur; & quid dicendum in casu quo debitor callide, vel dolose induxerit suos Creditores ad accordium?

DISCURSUS CCIX.

Decisio in Florentina Fideicommissi de Scalandronis.

Creditores debitoris decocti immittendi sunt in possessionem bonorum Fideicommissi, in quo Decoctus succedit, ut durante illius vita valeant eorumdem bonorum fructus percipere ad computum eorum creditorum.

Decoctus non potest hæreditatem, vel Fideicommissum, vel alia lucra sibi obvenientia, seu delata in præjudicium suorum Creditorum repudiare; Quinimo dari potest Curator Decocto, ut istius nomine tam hæreditatem, quàm Fideicommissa ipsi Decocto delata adire debeat, & omnes ac quascúque etiam actiones ipsi quomodolibet cõpetentes, tam in judicio, quàm extra movere, ac exercere valeat.

Hæres debitoris decocti nullatenus potest jura, vel lucra seu hæreditates ab eodem Decocto non agnitas, sed tantum ad hæredem transmissas in præjudicium Creditorum renunciare, sed ea, vel eas tenetur omnino adire.

Explicatur Statutum Florentinum *lib. 2. rubr.* 39. circa stipulationem Notarii pro absentibus, & ignorantibus.

Nec non Provisio anni 1477. 29. Maji emanata circa repudiationes hæreditatum factas à Debitore fallito.

Item altera reformatio anni 1582. 20. Aprilis circa Debitores fallitos.

Exponitur differentia, quæ vertit inter Fallitos, vel Decoctos, ac cessantes.

Agitur quoque de Jurisdictione sex subrogatorum Curiæ Mercantiæ quoad bona Fallitorum.

Et quamplura notabilia ad hasce materias conferentia traduntur.

DISCURSUS CCX.

Liburnen. Repudiationis Hæreditatis.

Repudiatio sive renunciatio Hæreditatis jam à Debitore facta in præjudicium suorum Creditorum nihil valet.

Repudiatio verò Hæreditatis nondum aditæ, vel alterius cujuslibet Juris quærendi à Debitore de Jure fieri potest, & valet in præjudicium etiam suorum Creditorum.

Quæ tamen conclusio patitur suas declarationes, & limitationes hic latè traditas.

Præcipuè non valet repudiatio Hæreditatis non aditæ, sive alterius hujusmodi Juris quærendi, quando est simulata, vel collusive facta.

Et hæc simulatio, vel collusio ex conjecturis comprobari potest, quarum plurimæ in hoc Discursu ad opportunitatem Causæ recensentur.

DISCURSUS CCXI.

Liburnen. Prædæ.

Dominium Navis prædatæ, & Mercium in ea existentium cujus sit, ex quibus probetur.

Merces, quæ ad regiones Infidelium adsportantur, an possint justè prædari.

Mercium pertinentium ad Schismaticos Subditos Turcarum, an sit licita deprædatio latissimè explicatur, ubi refutatur, & dilucidatur doctrina P. *Angel. Mar. Verricel. de Mission. Apostol. tit.* 15. *quæst.* 214. *n.* 7. *& Pont. de Potest. Prор. tit.* 11. *n.* 11. *& Mastrili. dec.* 254. *n.* 41.

Prædator an sit condemnandus ad restitutionem rerum injustè occupatarum, cum damnis, & interesse à prædato passis, vel solùm in quantum ipse prædator factus est locupletior, doctè, & latè discutitur.

DISCURSUS CCXII.

Liburnens. Prædæ Navis.

Catholicos inter, & Turcas perpetuum bellum indictum censetur; undè non solum Turcarum bona licitè prædantur, sed, & Christianorum qui illis adhærent. Adhæsio Imperio Ottomannico quomodo probetur.

Christiani Catholici subditi Imperio Turcarum, non ex eo tantum quod subditi sint, prædari possunt, & redigi in servitutem.

Bona fides, & justa credulitas, quod Navis prædata ad Turcas pertineret, operantur, prædatorem non teneri, nisi quatenus factus fuerit locupletior.

DISCURSUS CCXIII.

Liburnen. Deprædationis.

Navis Christiani Græci ritus, cæteroquin Catholici, licet more Turcico ædificata, eorumque vexillo munita sit, attamen nequit à Christianis capi.

Prædator quando dicatur justus, & quando injustus; quibus de causis excusetur à dolo & delicto, & per consequens à refectione damnorum, & interesse; Quomodo hujusmodi damna probentur, & an debeantur a die injustæ deprædationis, sive à die motæ litis.

DISCURSUS CCXIV.

Florentina Prætensæ Prædæ.

Navis Capitanei Catholici, & Catholicorum armata, merces, & alia omnia in Navi existentia justè, & legitimè prædari non possunt, etiamsi aliqui ex Turba Nautica Turcæ, vel subditi Turcarum essent, & merces ad Turcas pertinerent.

Dominium Navis cui spectet, & quomodo probari possit.

Merces Turcarum, Hebræorum, aliorumque Infidelium an de Jure semper prædari possint; & quid dicendum de illis Græcorum Schismaticorum: ubi data opera de diversis speciebus Schismatis mirabiliter differitur, reprobatis, seu ad veram intelligentiam redactis Auctoribus. *Vericell. de Mission. Apost. Tit.* 5. *q.* 215. *n.* 7. *Card. de Luc. de Regal. disc.* 170. *per tot. & Rota Nostra in Liburnen. Deprædat.* 14. *Septembr.* 1716. habita proximè supra *Disc.* 213.

Referuntur, & interpretantur juxtà mentem piissimam R. Cels. Cosmi III. Felicissimæ Recordationis, & Joannis Gastonis I. Epist. Diei 15. Octobris Anno 1720. directa Ministro Residenti pro Sua R.C. in Insula Melevitana, & Instructio generalis diei 4. Julii Anni 1732. data ab eodem Ministro Militantibus sub Auspiciis Magni Ducis Hetruriæ.

Prædator literis Patentibus, & Vexillo Regiæ Celsitudinis Magni Ducis Hetruriæ munitus, quam potestatem habeat super suos Milites, & Piratas; an dare possit inimicis Fidem, & promissionem securitatis; an Promissiones hujusmodi, & Salvi Conductus à Ministro Principis, etiam sine facultate, concessi validi sint, Navique opitulentur pro sua assecuratione mercium, aliarumque rerum: adeo ut contrafaciens effectus illicitus, violentus, & spoliativus deprædator teneatur ad restitutionem rerum omnium Deprædatarum, Damnorum, & Interesse.

D I.

DISCURSUS CCXV.

Januen. Assecurationis 22. & 30. Aprilis 1733.

Assecurationis Contractus habet executionem paratam; neque admitti potest contra eam aliqua exceptio, quæ reservari debet ad Judicium Ordinariũ juxta præsertim Statutum Genuæ; Hujusmodi Conclusio limitatur, & non procedit in aliquibus casibus; de quibus in præsenti Discursu.

Ex sola possibilitate notitiæ casus sinistri in loco ubi fuit facta Assecuratio arguitur in Assecurato notitia casus sinistri.

Quomodo reguletur tempus ad arguendam prædictam possibilem notitiam, tam respectu itineris maritimi, quam terrestris; Ubi advertitur quod notitia sinistri probari potest præsumptionibus, conjecturis, vel verisimilitudine.

Et hæc ad confirmationem nostrorum *Disc. 6. & 17.*

DISCURSUS CCXVI.

Liburnen. Pecuniaria.

Datio in solutum facta per Debitorem de Fundaco, seu Taberna mercium, alicui Creditori cum retrovenditione ejusdem Fundaci, vel Tabernæ ab eodem Creditore, postea immediate eidem Debitori facta, cum reservatione Dominii, an dicatur simulata, seu potius pro vera haberi debeat: qua occasione demonstratur, Quænam requisita concurrere debeant pro simulatione inducenda, & quibus modis excludatur.

Et similiter, data veritate prædictorum actuum, sive contractuum inter Creditorem, & Debitorem, agitur: an & quando Pactum dictæ reservationis Dominii per Creditorem ad sui favorem appositum afficere valeat alios Creditores, qui post dictam retrovenditionem cum Domino seu Institore ejusdem Tabernæ contraxerunt: vel quando idemmet Reservationis Dominii Pactum, tamquam in fraudem Statutorum Loci contractus appositum, pro nullo, & irrito haberi debeat: vel quando non obstante ratione publici Commercii, & Bonæ Fidei inter Mercatores inviolabiliter servandæ, alios Creditores, etiam novæ Rationis Fundacalis cum eisdem Mercibus primæ rationis creatæ, afficiat.

Hypotheca conventionalis in dicta Retrovenditione pariter conventa quid operetur, corruente Reservatione Dominii, vel ex Statuti prohibitione, vel ex capit. Publici Commercii, & Bonæ Fidei; An ejus anterioritati præjudicare possint Creditores Novæ Rationis Fundacalis, vigore Statuti Florentini conquassantis hypothecas Creditorum cessantium, Fugitivorum, & Decoctorum; ubi in proposito disputatur; An Pater Filii Cessantis, & Decocti, & ipse cessans, & Decoctus ad mentem *Ruin. cons. 123. tom. 5.* vel simplex fidejussor filii dicatur ex veriori sententia *Decii cons. 268. per tot. Stracc. de Decoctor. part. 4. sub n. 25. & Rota Florent. in Florent. de Adimaribus diei 5. Novembris 1580. Lib. motiv. 50. a car. 328.*

Et demum an Hypotheca conventionalis exercibilis sit contra Tertium super mercibus Fundaci, vel alterius Tabernæ, etiam quando, secluso pacto explicito subrogationis, novæ merces de facto subrogentur in Taberna, sive per Debitorem hypothecantem, vel ejus hæredes, sive per eumdem Tertium, singularem successorem effectum.

DISCURSUS CCXVII.

Asculana Pratensa Validitatis Obligationis.

Contractus Minorum initi sine solemnitatibus Statuti Asculani sunt nulli, quamvis facti fuerint pro præstandis alimentis, vel Dote; nisi tamen ageretur de alimentis vel Dote necessaria, scilicet de alimentis, vel Dote, quæ, vel quam minor de jure præstare teneretur.

An & quando Contractus Minorum, videlicet Cambii, & similium muniti juramento validi sint, licèt non intervenerint solemnitates Statuti: in qua materia examinantur, & explicantur Statuta Asculana.

Consobrinus an obligationem habeat alendi, & dotandi Consobrinam.

Consanguineus ex proximioribus quis dicatur, & qui Proximiores intervenire possint Contractibus Minorum.

Cambii realitas quibus conjecturis, & demonstrationibus desumi possit, etiamsi desint spaccia, seu Literæ Itus & Reditus, vulgo *dell'Andata, e Ritorno.*

DISCURSUS CCXVIII.

Florentina Cambii.

Cambiorum platealium, & nundinalium materia late explicatur; & quomodo conficiendi sint calculi Cambiorum cum limitato interesse methodicè resolvitur.

DISCURSUS CCXIX.

Florentina annui legati in Moneta Florenorum.

Hypotheca quæ competit pro legato, & hypotheca quæ competit pro debito, sunt ejusdem naturæ, & utraque aliquando partialis, & dividua, ad explicationem *Text. in L. 1. C. commun. de legat.*

DISCURSUS CCXX.

Eadem super Liquidatione.

De Floreni origine, ethymologia, materia, pondere, signis, speciebus, & valore. Supposita duplicitate Monetæ ejusdem nominis, legatum solvendum ne sit in Moneta meliori, aut pejori. Moneta deperdita, reprobata, aut alterata in valore intrinseco, quomodo regulanda sit solutio facienda in Moneta nova diversa ab antiqua.

DISCURSUS CCXXI.

Eadem super Sententiis Curiæ Ecclesiasticæ.

Sententiæ latæ in Curia Ecclesiastica an decidant, quod Floreni legati essent de Sigillo, aut de largis; & an dictæ Sententiæ obstent D. Comiti de Galliis.

DISCURSUS CCXXII.

Pisana Transactionis.

De validitate, & justitia transactionis initæ super Statuto Pisano prohibente conjugi relinquere alteri conjugi; & an dictum Statutum comprehendat bona extra territorium, pro cujus quæstionis dilucidatione materia Statutariæ habilitationis, & inhabilitationis, plenè discutitur.

DISCURSUS CCXXIII.

Romana Pecuniaria.

Veritas, & realitas Cambii ex quibus probetur, & simulatio excludatur. Cedens jura talia qualia, & dummodo, &c. non tenetur præstare bona & vera, & multo minus anteriora.

DISCURSUS CCXXIV.

Asculana Pratensa Nullitatis Alienationis.

Obligatio mulieris nuptæ, & in minori ætate constitutæ facta pro alienatione rerum dotalium est nulla, quando est facta absque solemnitatibus Statuti Asculani lib. 1. Rub. 1. & Constitutionis Ægidianæ; nil relevante, quod aliud Statutum lib. 1. Rub. 2. reddat validas alienationes rerum dotalium factas à Marito, & Uxore communiter, vel à Marito cum consensu Uxoris, & contra illas ullo modo possit dici de nullitate, sive dos constituta fuerit in quantitate, vel in specie, vel in fundo.

Tolluntur incompatibilitates dictorum Statutorum, & rejiciuntur fidejussores à Marito præstiti, tamquam variis exceptionibus laborantes.

Probatur, quod dicta nullitas alienationis bonorum dotalium deduci potest à Muliere etiam vivente Marito absque Testium examine, sed sola facti veritate inspecta.

Præsentia filiorum majorum 14. annis, juxta Statut. Asculanum potest auctorizare contractum Patris ad se obligandum impotentis.

Creditores debent prius excutere Debitorem principalem, & postea fidejussorem, etiamsi se obligaverit principaliter, & insolidum, ita disponente dicto Statuto Asc. lib. 2, Rubr. 33.

DISCURSUS CCXXV.

Responsum pro Veritate in Florentina seu Liburnen. Pratensa solutionis Pretii Mercium, damnorum, & Expensarum.

Mercatores curam habentes expediendi merces alienas, vulgo *Spedizionieri*, quid agere teneantur, & in quo consistat eorum officium; Et quando ex culpa, dolo, aut delicto etiam Naucleri, mulionis, vel hujusmodi per quos merces transmittunt erga suos correspondales teneantur; Et quid in casu, quod dicti Expeditioneri sive Naucleri substituerint eorum loco alias personas.

Navicularius alterum substituens sine consensu Mercatoris Expeditioneri an teneatur de facto substituti, quamvis substituat juxta consuetudinem Plateæ, & probum, ac peritum eligat. Et quid si substituat de consensu sive tacito sive expresso dicti Mercatoris.

Industria Navicularii quando electa dicatur, atque de mercium custodia teneatur. Plura de naufragio, & quando non ex culpa, sed casu accidisse censeatur.

Navicularius, quando mercium naufragio submersarum pretium, damna, & expensas Domino refundere teneatur. Expenditur, & declaratur lex Consulum Maris Pisarum anni 1593.

DISCURSUS CCXXVI.

Florentina, seu Brixien. Naufragii.

Habes in præcedenti Discursu.

JOSE-

JOSEPHI LAURENTII MARIÆ DE CASAREGIS

J. C. GENUENSIS COLLEGIATI, Rotæ Florentinæ Auditoris, & pro S. Reg. Cels. Consiliarii Justitiæ,

DISCURSUS LEGALES DE COMMERCIO.

ARGUMENTUM.

AN Avaria, seu Contributio debeatur, quando ob culpam Navarchi Navis facta est peste suspecta, ita ut nullibi propter hanc suspicionem admissa fuerit. Qua occasione agitur de Avaria, seu Contributione vera, & propria, vulgò *Avaria Grossa* nuncupata, necnon ex quo modo ea distinguatur ab impropria; Item discutiuntur plures casus in quibus Avaria proprie debetur, vel non.

SUMMARIUM.

1 *Avaria Grossa definitio.*
2 *Leges Romanorum loquuntur tantum de Avaria, seu Contributione propter jactum rerum, aut Mercium.*
Tamen extensæ fuerunt à Doctoribus ad omne aliud damnum Navi, aut Mercibus causatum. Ibid.
3 *Avaria non debetur ob damnum ex casu mere fortuito proventum, & n. 6. 11. & seq.*
4 *Avaria non debetur si cessat utilitas, ob quam damnum voluntarie illatum fuit, & num. 13.*
7 *Neque debetur ob damnum, quod a tempestate, fulmine, vel vi Principis Navis passa fuit, & n. 8.*
9 *In materia Avariæ servandæ sunt hodie constitutiones Consulatus maris, non leges Romanorum, & de ratione.*
10 *Avaria propria, & non impropria debetur.*
12 *Pestis suspicio inter casus mere fortuitos adnumeratur.*
14 *Declaratur ordinatio maritima Galliæ* lib. 2. n. 7. des Avaries art. 2. & art. 7.
15 *Legis, vel Constitutionis non modò verba consideranda, sed ratio, & effectus.*
16 *Damnum Navi inferri potest, ut ab imminenti majori damno, & periculo ea cum mercibus liberetur.*
17 *Quidquid agitur post datum casum fortuitum non amplius ex Consilio, sed ex necessitate agitur.*
18 *Avaria non debetur quando Navarchus iter divertere, vel moram in devio portu trahere coactus fuit reficiendi causa instrumenta Navis.*
19 *Item non debetur ob impensas Navi factas post ea sunt sinistrum, & si Mercium conservationem respiciant.*
20 *Promissio conditionalis non adimpleta conditione evanescit.*
21 *Promittens aliquid solvere promisisse intelligitur, quatenus de jure teneatur.*
22 *Promissio erronea quamvis jurata nihil valet.*
23 *Promissio vi extorta est rescindenda.*

Januen. Avariæ, seu Contributionis.

DISCURSUS CXXI.

UT facilius, dilucidiusque prima quæstio resolvatur, etiamque hujus rei occasione hujusmodi materia magistraliter agatur, sub initio mihi præmittendum esse video, quid sit Avaria, seu Contributio illa vera, & propria, vulgò *Grossa* nuncupata, & à simplici, impropriaque diversa.

Sciendum est itaque Avariam Grossam esse Contributio- 1
nem pro portione rerum servatarum reficiendi causa damni voluntario alicujus facto alterius rebus illati, ut ab imminenti periculo cætera evaderent, quemadmodum totidem fere verbis constitutum est *in l. 1. & 2. §. Si conservatis in fin. & §. Si Navis in principio, & l. cum Arbor. 3. ff. ad l. Rhod. de jactu* ibique DD. & maxime *Pekius, & Vinn. ipsius Pekii commentator, & Wan-Leeven. Addit. ad Quintin. Weitsen de Avar. n. 34. 35. impress. post meum Tract. de Commerc. Kurich. ad Jus Maritim. Hanseatic. tit. 8.* Nos plene *disc.* 19. fere *per tot. & disc.* 45. *n.* 2. *de Commerc.* Illi autem Juris Romani, Rhodiique textus, etsi loquantur de damno ob jacturam rerum, merciumque illato; fuerunt tamen interpretationis causa à Nostris Juris Professoribus jure merito extensi ad quodcumque aliud damnum, quod in 2
similibus casibus, sive terra, sive mari voluntarie datum fuit, ut res aliorum servarentur, *Pekius ad l. 1. num. 1. ff. ad l. Rhod. de jactu. Vinn. ad eundem Pekium in l. 2. §. Si conservatis lit. A. fol. 206. ff. ad l. Rhod. Kurich. ad Jus marit. Hanseatic. tit. 8. art. 4. vers. nam etsi, Marquard. de jur. Mercat. lib. 3. cap. 4. num. 3.*

Diximus in allata Avariæ definitione damnum, ob quod Contributio facienda est, tale esse debere, ut voluntariè sit illatum, id est aliquo voluntario hominis facto, qui illud elegerit ut res aliorum servarentur; idque consultissime scripsimus; Nam si damnum aut Navi, aut Mercibus con- 3
tigerit ex casu tantum fortuito, nullo hominis voluntario facto, consensuque concurrente, nulla tunc Avaria, seu

contributio debebitur per expressum text. *in l. 5. §. Si conservatis in princ. §. Si Navis vers. quod vero & l. 5. 6. 7. ff. ad l. Rhod. de jact.* quarum Legum auctoritati inniti illud idem egregiè confirmant *Kurich. ad jus maritim. Hanseatic. tit. 8. art. 2. in priori casu, Vinn. ad Pekium in l. 2. §. Si conservatis lit. B. fol. 207. & lit. C. & §. Si Navis lit. B. fol. 218. & in l. cum arbor. 3. lit. A. fol. 239. & in l. 6. lit. A fol. 266.* Nos *in disc. 19. nu. 2. & 6. & n. 16. 17. 18. & disc. 46. num. 36.*

4 Animadverti etiam volumus in præmissa Avariæ definitione illud per nos traditum fuisse, ut non modo damnum voluntariè datum sit, sed etiam cæterarum rerum servandarum causa, ex quo datum fuit intelligi non esse ullum Avariæ locum, si ex damno nulla obvenerit utilitas, sive quia res illæ postea perierint, sive quia periculum effugere non potuerunt, à quo, ut liberarentur, voluntariè damnum datum fuit ut ex *l. 5. & l. 7. ff. ad l. Rhod. de jactu* confirmant *Pecch. ad d. l. 5. Vinn. ad eundem Pecch. in l. 2. §. Si conservatis lit. A. fol. 206. & l. 4. litt. C. & D. & in l. 5. lit. A ff. ad l. Rhod. Loccenn. de jure Maritim. cap. 8. §. 7. & 17. Marquard. de jure Mercat. lib. 3. cap. 4. num. 36. Targ. ponderat. Maritim. cap. 76. §.* Di quanto sopra, *fol. 318. & Nos in disc. 45. n. 34. & disc. 46. nu. 37. tom. 1. de Commerc.* atque in maritimis Galliarum legibus est constitutum *lib. 3. tit. 8. du jet. & de la Contribution. art. 15.*

His itaque præmissis, ut dubium nobis propositum decidatur quærendum superest, an damnum quod Navis passa est, tum ex eo, quod prohibita fuerit ad oras Hispaniarum appellere ob pestis suspicionem ab ea contractam propter ingressum Massiliæ portum, stationemque ibi jactis anchoris factam, tum etiam ex quo huc, illucque discurrere coacta fuerit, ac denique diu in Portu Telonis manere, merè fatale, fortuitumque sit, an verò voluntariè datum à Navarco ipsius Navis, ac mercium servandarum causâ.

Et quidem hujus rei examen aggrediens mecum aliquatenus non pudere nequeo, dum video mihi fore tractandum, quod adeo clarum, manifestumque est, ut cum sub specie rei dubiæ proponatur, ingenium plusquam par est, vilescere videatur; Verum cum necessitate defensionis pro amicis assumptæ obstrictus sim, non modo excusandus sum apud omnes, qui me essent levitatis reprehensuri, sed hujusmodi vitium detorquendū in authorem tam ineptæ disputationis.

Ad rem nostram itaque accedentes, interim supponamus, quod noster Navis magister Portum Massiliæ attigerit absque eo quod ipse ullam præcedentem notitiam, vel suspicionem de peste tunc in ea Provincia grassante non habuerit, licet id in facto falsissimum sit, ut in secundo fundamento ad favorem Mercatorum deducendo videbimus; Quanam ratione affirmari rectè potest in casu nostro damnum illud, quod Navi contigit ob ingressum, & permanentiam in Portu Massiliensi, quapropter de peste adeo suspecta esse cœpit, ut quocumque postea vellet appellere removeretur, à voluntario Navarchi facto obvenisse? Cum illud damnum alioquin adeo involuntariè ei acciderit, & incogitatum ut si prævideri potuisset, non modo Navarcus Massiliensem Portum effugisset, sed à tota Provincia procul navigasset; Si igitur ea pestis suspicio, in quam Navis incurrit, damnum nullatenus dici valet ex voluntate Navarchi causatum fuisse, sed ex mero casu fatali pependit, eidem fatalitati per consequens attribuendum est alterum successivum damnum, quod Navis postmodum passa fuit, ex quo citra ullam electionem, & voluntatem Navarchi nullibi propter severa Principum, & Tribunalium bannimenta ad purgationem, vulgò *Quarantena* excepta fuit, quinimmò attenta à quocumque litore, vel Portu illius expulsione huc illuc per mare divagari coacta fuit, & debuit tandem Portum Telonensem appellere, diuturnamque ibi cum maximo sui dispendio moram trahere; Quapropter cum totum hoc damnum, quod prædicta Navis sustinuit sit mere fatale, nulla jure debetur Avaria, prout
6 superius per nos inconcussis juris regulis, & copiosa Doctorum auctoritate comprobatum fuit.

Ex abundanti præterea, nullaque probationis necessitate id expostulante, plurima, & simillima in promptu habe-
7 mus exempla, queis hujusmodi assumptum nostrum confirmatur; Tale est illud Navis, quæ tempestate adeo perpessa, vel icta à fulmine, aut cui ruptum malum fuerit, aliudve ingens damnum evenerit, ut ab instituta via deflectere, & ad Portum devium appellere coacta fuerit, & ibi consistere, donec reficeretur, in hoc enim casu nullam deberi Avariam probat expresse *Textus in l. 6. ad leg. Rhod. de jactu*, & cum eo *Loccen. de jure Maritim. lib. 2. cap. 8. n. 17. Copparell. resol. 159. nu. 3. & seq. lib. 3.* & nos *disc. 46. num. 54. de Commerc.* simile est alterum Navis exemplum, quæ vi Principis aut maris, fluminisve ex frigore concreti in aliquo Portu detenta fuerit; ejus enim Magistrum, si quid 8
damni, aut impendii tulerit ob istam detentionem nullo jure petere posse contributionem quia fatale fuerit, affirmant pariter *Copparell. d. resol. 159.* ubi etiam refert ita Pisis decisum fuisse à DD. Consulibus Maris *Targa in suis ponderat. maritim. c. 60. §. Altra Avaria si trova fol. 259.* Nos *d. disc. 46. num. 56. de Commerc.*

Et quamvis *Targa* affirmet posse Magistrum Navis munus aliquod petere pro majore custodia Mercium, & Navigii consumptione tempore hujus detentionis, seu moræ, hoc tamen iis duntaxat in locis obtinet, in quibus hujusmodi munera dari consuevere ab iis, ad quos pertinent merces; Hujusmodi consuetudo non est in Galliis, minusque eam Januæ esse probari potest, ubi sunt inviolabiliter servandæ leges illius Reipublicæ, quibus sunt adnumerandæ etiam Maritimæ constitutiones, quæ dicuntur Consulatus Maris, cum fuerint ab eadem receptæ anno 1286. atque jurejurando probatæ, & iis deficientibus, Jus Commu- 9
ne Romanorum, in quo & ipse consulatus quoque comprehenditur, cum à Romanis jurejurando receptus fuerit anno 1075. quare si lex aliqua in corpore Juris Romani contenta Consulatui contraria esset, semper esset ei Consulatus tamquam posteriore loco à Romanis jurejurando receptus, præferendus, quamobrem sive jus Romanum vetus, sive jus consulatus attendatur in casu nostro, solam Avariam veram, & propriam, quæ vulgò *Grossa* dicitur, non impropriam deberi concludendum est, ut plenè per nos 10
pridem demonstratum *disc. 45. n. 21. & 22. de Commerc.*

Denique in terminis punctualibus, quod damnum, aut jacturam, aut incendium rerum illius, qui pestis suspicione notatus esset, non esse farciendum, neque refici deman- 11
dandum à Principe, cujus jussu id actum fuerit pro publica salute, quia cum pestis suspicio fato contigerit, qui in eam suspicionem inciderit, si damnum patiatur, ab eo solum ferendum est, *Merend. Controv. jur. lib. 2. c. 50. n. 22. vers. cum accidisset. Cancer. var. resolut. part. 3. cap. 3. nu. 99. 100. 101.* ubi hæc verba sunt *addo & tertium casum, ubi quis privari potest re sua absque damni recompensatione, ubi adest causa dicta privationis in eo qui re sua privatur licet sine ejus culpa, sed casu fortuito; Cum casus fortuitus noceat Domino rei, & ei in cujus persona evenit l. quæ fortuitis C. de Pignorat. act. l. contractus ff. de reg. jur. Sensit Senatus auctore Nob. Ludovico à Peguera in dec. 8. per tot. ubi exemplificat in eo qui erat suspectus de peste, cujus multa raubæ jussum erat ut comburerentur;* Suspicionem autem pestis inter casus fortuitos, mereque fatales, in quibus is damnum sentit, cui accidit, esse adnumerandam affirmat 12
etiam *Targa c. 59.*

Et quatenus etiam dici posset hasce diuturnas Navis evagationes, diuturnamque consistentiam in Portu Telonis non coactè aut necessariò, sed voluntariè electam fuisse à Navarco, non ideo tamen Avaria deberetur; Etenim ut debeatur ex servatis mercibus, non sufficit damnum ex prælectione obtigisse, sed præterea requiritur damnum merci- 13
bus profuisse juxta superius allatas auctoritates §. *Animadverti etiam*, quibus addo *Targam ponderat. Maritim. capit. 76. §. Da quanto sopra*, verum cum diuturnus Navis error, diuturnaque consistentia in Portu nullam mercibus utilitatem attulerint, quinimmò fuerint detrimento ob majus periculum, quod in tam longa navigatione subierunt, & deteriorationem earundem, quæ dimidium valoris excedit, hoc ipso fit, ut nulla debeatur Avaria, sed Navis Magister, & quisque ex mercatoribus seu Dominis mercium damnum suum respectivè ferre debent; Mora enim illa, quam in aliquo Portu trahere Navarcus voluntariè eligit ad effugiendum hostes, seu Piratas eatenus Avariam producit, quatenus cum effectu ob prædictam moram voluntariè electam Magister Navim, & merces ab imminenti deprædatione liberavit; Idemque est, cum Magister elegerit quodlibet aliud damnum, aut in arenas impingendo, aut jactu, aut mali præcisione, si verè Navim, & merces cum tali damno ab imminenti naufragio liberaverit; Quare si nihil omnino aliud præter nocumentum attulit mercatoribus, & mercium Dominis longa illa navigatione, & mora, de qua agimus, iniqua, injusta, inepta est petitio Avariæ.

Neque his, quæ diximus, obstat dispositio *lib. 2. tit. 7. des Avaries art. 2.* ordinationum maritimarum Galliæ allata à Magistro Navis, qua contendit impensas omnes ex- 14
traordinarias in Avariam esse imputandas; Agitur enim

ibi

ibi de impensis extraordinariis, & damno ob communem mercatorum, aut vectorum utilitatem tolerato, quemadmodum ibi est expressum *d. art. 2.*,, ibi, *& les depenses ex-,, traordinaires faites. & le dommage souffert pour le bien, ,, & Salut Commun des Marchandises, & du Vaisseau ,, sont Avaries Grosses, & communes*,,, & ideo secundum Jus commune loquitur de Avaria Grossa, quare cum in nostra specie impensæ extraordinariæ, & latum damnum non eum finem habuerint, ut merces conservarentur, sicut est à nobis plene demonstratum, aliena à nostris terminis omnino est Galliæ dispositio, & potius eis aptatur alia sub eod. *tit. art. 7.* contenta, qua statutum est, impensas in diuturniorem ministeriorum conductionem factas à Magistro Navis, quæ fuerit vi Principis in navigatione detenta, ferendas esse ab ipso magistro, si Navis fuit locatio vulgo *Noleggio* non ad certum tempus, seu de mense ad mensem, sed ad viaggium facta fuerit; quia si mentem, & rationem ejus constitutionis spectemus, aptissime ad speciem nostram tra-
15 ducenda videtur, ut in simili tradit, *Marquard. de jure Mercat. l. 2. cap. 1. nu. 39.* Cum revera diuturnus nostræ Navis error, diuturnaque permanentia in Portu Telonensi nihil omnino aliud fuerint, quam Navis in mari detentio vi Principum facta, qui eam à suis littoribus ob suspicionem pestis depulerunt.

Minusque altera Magistri Navis valet objectio quæ innititur cuidam asserto consilio vulgò *Germinamento* in Navi habito cum ministeriis, & vectoribus, ex quo prætendit ipse Navarcus fuisse, per omnes deliberatum oras Hispanicas deserendas, & renavigandum fore, ut alibi invenire posset portum, seu locum in quo ad purgationem, vulgò *Quarantena*, reciperetur, & per consequens, quod ob talem deliberationem communiter in Navi captam evagatio huc illuc per mare, & demum diuturna permanentia in Portu Telonensi non meræ fatalitati, sed voluntati, & electioni quoque Navis magistri tribuenda sit.

Huic enim objectioni dupliciter respondetur, primo consilium hujusmodi operari tum demum dumtaxat, cum nul-
16 lum adhuc Navi damnum evenerit, quia semper deliberatio aliquid damnum, aut noxium Navi inferédi eo semper tendere debet, ut Navis, & merces ab imminente, vel majore damno, aut periculo liberaretur ad *text. in l. 2. §. Si conservatis in fin. ff. ad l. Rhod. de Jact. & l. 3. eod. Targa ponderat. marit. c. 76.* Nos *disc. 19. fere per tot.* Verum cum consilium capitur postquam casus fortuitus, aut damnum evenit, ut in specie nostra factum est, post quam scil. jam suspicione pestis notata erat Navis, & repulsa ab oris Hispanicis, adeoque desperata jam omni ad portus admissione errare coacta, & in mari degere, aut ad Provinciæ infectos peste Portus appellere, ibique consistere, non est consilium illud ullatenus spectandum, imò irridendum, & ineptum, quia consilium capere de eo quòd post casum fortuitum fie-
17 ri debet ex necessitate, non est agere per consilium, & electionem, sed consilium in necessitate fingere, & simulari, quemadmodum sapienter advertit, *Targa ponderat. maritim c. 76. §. Da quanto sopra*, & melius §. *Di qui e per tot.* quapropter post contingentiam alicujus sinistri non consilium, sed vulgare intrare debet dicterium *salvat qui salvat, perdit qui perdit*, materna lingua, ,, *chi salva salva, chi perde perde*, ,, desumptum ex *l. 2. §. Si conservatis, & l. 5. l. 6. l. 7. ff. ad l. Rhod. de Jact. Targa ponderat. marit. cap. 45. num. 11. & cap. 76. §. Da quanto sopra, & §. Ut tam.* qui ait hoc obtinere non obstante consilio, & per Nos *disc. 46. num. 60. & 61.* & alibi *de Commerc.*

18 Ut hæc magis confirmentur ponamus Navis malum aliquod, aut artemonem, aut aliud instrumentum ruptum esse navigantibus necessarium, & refectionis causa eam ad Portum aliquem appellere debuisse, quo casu sicut nulla debetur Avaria ob impensas, & damna, quæ Navis tulerit, tum in divertendo, ac prolungando itinere, tum moram in devio Portu trahendo tum denique in refectione Navis, cum hæc omnia fortuito evenerint ad textum expressum *l. Navis 6. ff. ad l. Rhod. de jact.* ubi Navis ad Tyberis ostia tendens farciendi rupti mali causa fuit iter suum divertere, & Hypponam usque (cujus Ecclesiam rexit D. Augustinus, quæque hodie Bona nuncupatur, & in Africæ littoribus sita est) navigare, ibique consistere, donec se posset mari committere, & *Vinn. ad dictum leg. lit. A.* & alii supra laudati §. *Ex abunde præterea*. Ita ridiculum esset si Magister Navis consilium cum Ministeriis, & vectoribus habuisset super necessitate, qua premebatur ab itinere instituto in Portum aliquem divertendi reficiendæ Navis causa, talique consilio vellet casum fortuitum involuntarium converte-re, adeoque juris regulas elusorias reddere cum damno Dominorum mercium.

Et quamvis in hoc casu videatur Navarcus Navim voluntariè ab instituto itinere divertisse, alio eam ducens, ut eam reficeret propriis impensis, atque ita à periculo liberaret, quod evitare non potuisset, si ruptis instrumentis versus destinatum Portum enavigasset, adhuc tamen Avaria non debetur, ut enim debeatur de eo damno constandum est, quod sponte à Magistro Navis datum fuit, ut eam ab imminenti periculo liberet, non verò quod casu merè fatali Navi accidit, neque de illis pariter impensis, quas Navarcus post Casum fortuitum ad subeundum adigitur, ut Navim reddat aptam navigationi, aliqua ratio habenda est, cum enim hujusmodi impensæ ejus conditionis sint, ut spectent ad Navis magistrum, utpote ex proprio munere obligatum 19
ad parandam, exhibendamque primum, ac deinde tuendam navim in statu semper apto navigationi, non debent Avariæ tribui, & si sponte sint à magistro Navis factæ, & quoque mercium conservationem respiciant, quemadmodum ex textu *in d. l. Navis 6.* doctè *Vinnius* argumentatur *lit. A. fol. 266. & post eum* Nos *disc. 19. in add. n. 35. de Comm.* Aliud enim est damnum, quod eligitur, ut Navis liberetur ab imminéte periculo, aliud verò impensæ, & quidquid subire cogitur Navarcus pro ea præservanda à futuris periculis; quæ evitare non posset nisi firmiter instructa esset.

Infirmissima vero omnium est objectio illa, qua contendit Magister Navis sibi deberi Avariam, quia illi, ad quos hæc res pertinet, promiserunt se soluturos, quicquid Avariæ solvendum esse judicaretur; Ex hac promissione inferens, consensisse eos saltem generaliter, in supradicto casu Avariam deberi de eorum mercibus.

Cum enim hæc promissio fuerit conditionalis, idest si Avaria de jure deberetur, promissio illa vim suam nullatenus producere potest; Quinimmò si judicatum fuerit d. Avariam non deberi, quemadmodum procul dubio creditur) ita eva- 20
nescet promissio illa, ut si nunquam intercessisset, prout juxta textum *in l. qui Romæ 122. §. Augerius ff. de verb. obligat.* decisum est in *Rot. Jan. apud Venetur. decis. 89. n. 4. Capon. discept. 362. nu. 14.* & in individuo *Ansald. de Mercatur. disc. 98. n. 20. vers. eoque certius, & n. 21. & 22.*

Et in dubitabilioribus terminis, cum quis se aliquam 21
summam soluturum promiserit, sub tacita conditione promissio illa facta censetur, quatenus ad eam promittens de jure teneatur, vel summa de jure debeatur, *Rot. cor. Bich. dec. 89. n. 2.* latè *Cyriac. contr. 313. n. 6. 7. & seq. Amat. resol. 21. n. 4.* & plenè *Ansald. de Mercatur. disc. 31. n. 3.* cum plurimis ab eo allatis; & quatenus etiam dici posset talem promissionem non esse conditionalem, sed absolutam, nihilominus, cum per errorem aut sub falso supposito, quod Avaria de jure deberetur, facta noscatur, ut & ex jam dictis 22
constat, & ex dicendis in secundo articulo melius apparebit, ubi non solum non deberi Magistro Avariam, sed & ipsum mercatoribus damnum sarcire cogendum esse demonstratum fuit, nullatenus curanda est, nulliusque momenti, etiamsi jurejurando firmata fuisset *Ansald. de Commerc. d. disc. 31. n. 25. & 26. Palm. allegat. 57. n. 3.* Nos plenè *disc. 119. n. 4. & seq. de Commerc.* Præterquamquod vi extorta est eadem promissio, cum ii, ad quos merces pertinebant, sine illa promissione in Telonensi Portu è manibus Magi- 23
stri Navis recuperare merces non potuissent, adeoque jure invalida est, aut saltem elidenda, ac rescindenda exceptione aut actione quod metus Causa *l. 2. & tot. tit. ff. de eo quod met. Caus.*

ARGUMENTUM.

Agitur de pluribus Casibus in quibus Magister Navis tenetur ad refectionem damnorum sua culpa, aut negligentia Navi, & Mercibus illatorum. Explicatur culpa lata, levis, & levissima, & differentia unius ab altera.

SUMMARIUM.

1 *Magister Navis tenetur ad omnia damna ejus dolo, vel culpa Mercibus obventa.*
2 *Imo tali casu nec naulum prætendere potest.*
3 *Magister Navis non solum tenetur de dolo, sed etiam de lata, levi, & levissima culpa.*
4 *Culpa committitur tam faciendo, quam non faciendo.*
5 *Culpa à negligentia aut imprudentia provenit; dolus vero a malo agentis animo.*

6 *Culpa lata dolum non inducit.*
7 *Culpa lata explicatur.*
8 *Culpa levis, & levissima explicantur, & numer. 9. 10. 11.*
12 *Magister Navis est culpa reus si damnum per negligentiam aut ignorantiam non evitavit.*
13 *Item si navigationem ob suam negligentiam, vel imperitiam feliciter non perfecit.*
14 *Testes adminiculati, & numero majores praeferendi sunt aliis paucioribus.*
15 *Magister Navis loca peste infecta, seu suspecta fugere tenetur, spreto etiam consilio nautarum, & vectorum, & n. 16.*
17 *Magister Navis dicitur culposus si actum ab eo pro necessario cognitum ad evitandum naufragium non fecerit renuentibus etiam nautis, ac vectoribus.*
18 *Item de culpa tenetur, & negligentia nautarum ac vectorum, si illam impedire potuisset.*
19 *A culpa non excusat spes, seu opinio evitandi damnum, quod probabiliter evenire debebat.*
20 *Culposus ad damna tenetur licet malum non habuerit animum.*
21 *Magister Navis tenetur ad damna illata mercatoribus ex mutatione itineris.*
22 *Item servare cogitur quae in programmate, vulgo* Cartello di partenza *se facturum exposuit, & n. 24.*
23 *Caupones ad hospitium praestandum, & equos locandum tenentur si signum ad hoc significandum viatoribus exposuerunt.*
25 *Ob pestis timorem potest Praeses civitatem deserere, Imperator militem, & excubiae locum, & n. 26.*
27 *Magister Navis propter pestem in Navi potest eam deserere.*
28 *Item viatores ob suspicionem pestis possunt vectigalia publicanis subducere, merces a recto itinere divertendo.*

In eadem praecedenti Causa.

DISCURSUS CXXII.

ALteri quaesito utrum videlicet Magister Navis jure teneatur ad refectionem omnium damnorum, quae sibi illata sunt, ad quos merces pertinebant, propter pestis suspicionem, qua factum est, ne Navis in Hispaniae Portibus admitteretur, respondens in ea sum opinione, ut credam Magistrum Navis procul dubio teneri ad refectionem eorumdem damnorum, & praeterea ad restitutionem naulorum.

Etenim quemadmodum certissima Juris regula est, quod si aliquod malum, aut adversum Navi, & mercibus acciderit ob ignorantiam, negligentiam, aut aliam
1 culpam Magistri Navis, non modo Avariam ille petere nequeat, sed etiam obligetur ad reficienda damna ob hanc causam allata Dominis Navis, & mercium, ut copiosè confirmat *Stracc. de Naut. Navibus & navigat. part. 3. per tot. Marquard de jure Mercat. lib. 3. cap. 4. n. 32. & seq. Vinn. ad Pek. in l. 2. §. Si quis ex Vectoribus lit. D. fol. 236. Targ. in ponderat. maritim. cap. 60. in fin.* Nos plenè *disc. 19. n. 31. & 32. usque ad fin. & disc. 23. per tot.* & praesertim *a n. 65. usque ad 90. tom.*
2 *1. de Commer.* Neque praeterea petere potest Naula. Nos plenè *disc. 23. n. 16. & seq.* & ibi *in addit. n. 85.* & si quae exegerit jure tenetur ad ea restituenda mercatoribus tamquam indebitè exacta conditione indebiti mercatoribus competente. Et hoc juris est, quaecumque sit culpa
3 Magistri Navis, quia ex lata non solum culpa, sed ex levi, & levissima quoque ille tenetur, *Targa d. cap. 60. in fin.* & Nos cum multis allatis *disc. 19. n. 33. & disc. 23. n. 62. & 63.* Quare cum in casu nostro Navis suspecta de peste effecta fuerit ob culpam etiam gravem D. Blanchi Magistri, quae à nostris lata dicitur, ille nedum ad Naulorum exactorum restitutionem, sed ad refectionem quoque omnium damnorum mercatoribus allatorum proculdubio tenetur.

Quod Magister Navis gravissima sua culpa effecerit, ut Navis in suspicionem pestis incideret, est satis superque comprobatum à quinque testibus ad instantiam mercatorum examinatis; à quorum depositionibus constat Magistrum, cum ad Insulas Staecades vulgo *di Hieres* perventus esset, monitum fuisse, ne ultra Massiliam versus iter prosequeretur, quia ibi pestem adesse detectum erat, bisque praeterea de hac re certiorem factum fuisse, scilicet penes locum vulgo *Bendormi*, & rursus apud ostia Massiliae, voluisse tamen his neglectis die 30. Julii Anni 1720. ingredi Portum Massiliensem, & scapha ductum ad locum ubi saluti tuendae praefecti sedent, rursus ab his monitum ne vellet ad agendum, & cum Civitate usum habendum admitti, aliàs non potuisse amplius per eos in illius discessu litteras patentes de salubritate testantes, quas vocant, *netta* concedi, quia decem jam diebus prohibebantur hujusmodi litteras dare, cum declaratum fuerit pestem per Civitatem grassari, cum haec ei nunciarentur, substitit, & absumit aliquandiu à Civitate, imò Navim reversus, & nautis, & vectoribus patefacto impedimento, quinque diebus de admissione, & ingressu in Civitatem inter eos actum fuit; verum tandem die 5. Augusti Magister Navis intravit in Civitatem, ibique exoneratis prius quinquaginta orizarum Saccis, quos Janua advehendos Massiliam conduxerat, rebusque suis aliis actis, nullis litteris patentibus ab Officialibus Sanitatis acceptis, praeter quandam Epistolam Officialibus Hispaniarum more solito directam, qua eis nunciabatur pestem Massiliae detectam esse, ut se tueri possent opportunis cautionibus postmodum discessit, & Alone versus vulgo *Alicante* iter arripuit, huc verò cum pervenisset ab Officialibus fuit non tam ab ingressu prohibitus, quam à quadragenaria, vel ulteriori experientia, seu expurgatione, eique saeviter indictum, ne ultra progrederetur, quia in universa Hispaniae ora eodem modo erat explodendus.

Cum itaque ex his constet, Magistrum Navis per summam imprudentiam ad proprias res expediendas Massiliam attingere voluisse jam peste infectam adeoque Navim in eam conditionem adducere ut esset ab omni Portu excludenda, non levem solum culpam, aut levissimam illum commisisse sed & latam necessariò est inferendum.

Et ut melius intelligatur Magistrum Navis latae cul- 4
pae reum esse, praemonendum est culpam, quae tam faciendo, quam non faciendo committitur, *Card. de Luc. de locat. disc. 11. n. 4.* Nos *disc. 23. n. 62. de Commerc.*
esse quidquid aut ab imprudentia provenit, aut à negli- 5
gentia, aut à socordia alicujus, & in hoc differt à dolo, quia dolus ab improbo maloque animo agentis procedit ita doctè *Parlador. quotid. differ. 132. num. 4. 5. 6.* Et quemadmodum imprudentia ista, aut negligentia major, aut minor esse potest pro eorum varietate, quae illam circumstant, ideo Doctores nostri sapienter illam per tres gradus distinxerunt, quorum summum culpae latae tribuerunt, medium levi, infimum levissimae; quidquid enim majoris, aut imprudentiae, aut negligentiae
potest excogitari culpam in dolum commutare non po- 6
test, ut idem *Parladorus* prosequitur *d. loco n. 89. & seqq.*

Verum quia diversos juris effectus gradus isti culparum solent producere, sunt enim obligationes aliae solius latae culpae, aliae etiam levis, & nonnullae demum etiam levissimae, operae pretium est declarare quid culpae latae nomine, quid levis, quid levissimae significetur; Culpa lata est ejus diligentiae omissio, aut verius ea negligentia,
aut ignavia est, per quam quis ea non intelligit, aut 7
non facit, quae ab omnibus, aut a majore parte hominum intelliguntur, aut fiunt, *l. lata culpa 223. ff. l. cedere diem 13. §. Vult. ff. de verb. signif. l. 2. §. Lata ff. si mens. fals. mod. dixer. leg. si procuratorem 9. §. Ult. ff. mandat. Parlador. d. differ. 122. n. 9. Cyriac. contr. 166. n. 32. & contr. 358. n. 28. & 37. Staiban. Jun. resol. 89. n. 6. cum seq.* & cum innumeris, quos allegat *Alvarez Pegas. resol. foren. cap. 3. n. 74. tom. 1.* & Nos *disc. 23. n. 39. & seq. de Commerc.*

a Levis culpa est negligentia eorum quae ab homine me-
diocriter diligenti ejusdem conditionis, ac professionis 8
omitti non solent, *Rebuff. in d. leg. lata culpa vers. ad hec Cyriac. controv. 358. n. 36. & controv. 453. nu. 16. Parlador. d. diff. 132. num. 11. Turr. de Camb. disp. 3. qu. 10. n. 44. Staiban. d. resol. 89. n. 11. Pegas. d. cap. 3. n. 75.* & nos *d. disc. 23.*

Levissima culpa est negligentia eorum, quae diligentis- 9
simi dumtaxat homines negligunt ejusdem conditionis, ac professionis, *Rebuff. in dict. l. lata culpa vers. levissima Cyriac. dict. controv. 358. num. 35. Parlador. dict. diff. 132. num. 12. Staiban. dict. resol. 89. num. 13. August. Barbos. ad cap. unic. de Commod. numer. 3. Pegas. dict. cap. 3. num. 76.*

Cum itaque Magister Navis etsi saepius de peste Massiliae 10
monitus, & ab Officialibus Sanitatis praesertim de non

obtinen-

obtinendis litteris patentibus illius Portum ingredi, terram petere, ibique agere atque consortium cum Civita-
11 te voluerit, & evidenti pestis periculo, se, navimque totam exponere, atque ita se ab omnibus vitandum reddere, optime *Riminald. Jun. conf.* 210. *numer.* 42. *& seq.* quæ certè nullus prudens fecisset, & eo minus qui nauticam profiteretur, cum natura ipsa doceamur declinare mali, damnique, & maxime pestis, adeoque mortis certæ pericula, nemo quippè negaverit fuisse illum non modo levis, aut levissimæ culpæ reum (quod nobis in præsentia sufficeret) sed, & latæ ac latissimæ;
12 Et vere in proximis terminis, culpæ reum esse Magistrum Navis, qui damnum, aut sinistrum, quod Navi accidit, cum posset, per imprudentiam, aut ignaviam non evitaverit, docet *Stracc. de Naut. & Navib. part.* 3. *num.* 5. *in med. & num.* 21. ubi addit, plusquam ad rem nostram, culpæ semper esse reum Magistrum Navis, qui cum navigationem institutam feliciter perficere posset, perficere non potuit ob impedimentum, quod
13 supervenerit à negligentia, aut imprudentia ejus præcedenti; idemque confirmat *Hevia de commerc. nav. cap.* 12. *numer.* 12. & Nos latè *disc.* 23. & in additione *de Commerc.*

Neque Magistro adeo culpæ reo profunt geminæ illæ replicationes ab eo in medium allatæ; Prima videlicet se in Portum, & Civitatem Massiliæ ingressum fuisse, non modo nautis, & vectoribus expresse assentientibus, sed etiam explorata valetudine Civitatis ut tres testes summariè ab eodem Magistro examinati deponunt; Secunda, quod non obstante ejus ingressu in Massiliam crediderat se esse post absolutam solitam quadragenariam probationem in Hispaniarum portubus admittendum.

Neutra enim in facto, & in Jure subsistit; Non prima quia à Dominis mercium quinque Testium depositionibus est concludenter probatum contrarium, videlicet Magistrum neglectis de peste monitis voluisse nullo nautarum, & vectorum consensu, sed proprio arbitrio ingredi Civitatem privati commodi causa, quod ei erat obventurum ex vectura Oryzarum, necnon propriæ familiæ causa visendæ; quod est confirmatum ab authentico testimonio Officialium Sanitatis Massiliæ, ex quo constat usque à die 21. Julii declaratum fuisse publica auctoritate Massiliam peste infectam esse, quare alienum prorsus à veritate est, imò impossibile, quod fuerit dicto Magistro Navis sub die 30. Julii affirmatum tunc Massiliam optima salubritate frui, & multo minus id affirmari potuit sub die quinta Augusti, qua fuit dictus Magister ad libere cum Massiliensibus agendum, & usum cum illis habendum, & similiter improbabile penitus est, quod Nautæ ac Vectores eorum assensum præstiterint Magistro ingredi Civitatem, atque ita se se periculo pestis exponere, aut saltem ab omnibus vitandos reddere cum magno eorum damno, nullaque maximè vectorum, quibus nihil Massiliæ agendum erat, utilitate, cum omnes Hispaniæ directi essent, omnibus expediret eo liberos ab omni suspicione, atque adeo ab omni probatione quadragenaria immunes appellere. Quæ ita se habuisse apertius demonstratur Judicio Consulatus, quod ad Telonensem Portum reversus Magister subiit, nam in tota itineris narratione per eum facta in d. consulatu nulla mentio est istius consensus a Nautis, & Vectoribus præstiti, & notitiæ quam habuerit Magister, valetudinis Massiliensium; Quinimmò omnia omittuntur, quæ ante, & post ingressam Massiliam evenerunt; Cum tamen nulla huic narrationi potuerit, aptior, & opportunior occasio esse quam illa consulatus, ut Magister suæ indemnitati in posterum melius consulere posset. Denique consensus ille eo etiam improbabilior est, quod non sit à Scriba Navis in suo Cartulario descriptus minusque ei a Vectore nullo, aut Domino mercium subscriptus, ut faciendum esse præscribunt *Ordinat. Marit. Galliarum lib.* 2. *art.* 3. *tit.* 3.

Præterea ex eo falsi arguitur depositio trium testium adversariorum, quod si vere relatum fuisset Magistro Massilienses bene valere, falsum esse deberet, quod ab iisdem testibus affirmatur Magistrum Navis de peste Massiliensis monitum consilium habuisse cum Nautis, & Vectoribus de ingredienda, vel non ingredienda Massilia, cujus Consilii habiti nulla alia Causa esse potuit, quam suspicio Massiliensis pestilentiæ. Denique personales exceptiones trium testium spectandæ sunt, quorum alter nautam agebat in Navi, alii & si viatores appellentur, erant de Familia Magistri, & Navis sumptibus alebantur.

Cum igitur testes nostri, & plures sint, & aliis probationibus adjuventur, aliisque fortibus adminiculis, & conjecturis, sunt longius anteferendi testibus adversarii paucioribus, improbabilia affirmantibus, atque contraria, & notatis exceptionibus personalibus, ut est à *Rot.* 14
nostra Florentina decisum in *Liburn. Pecuniaria seu mandati* 31. *Martii* 1724. *coram me*.

Verum & hoc admisso, quod negatur, habitum esse consilium, & Nautas, ac Vectores decrevisse ingrediendam esse Massiliam, tamen excusatio Magistri jure non 15
probatur, cum enim omnibus aliis navigationis peritior esse deberet, non cogebatur eorum sententiam, tam imprudentem, tamque temerariam sequi; & omnes periculo pestis ac mortis exponere, qui enim loca infecta peste non fugit, sed ingreditur amens habetur, aut ad desperationem reductus, aut temerarius, qui Deum tentet juxta ea, quæ de hac re disputat *Hieronymus de Rosis obs.* 36. *num.* 9. *& seqq. part.* 1. Nos *disc.* 117. *num.* 12. *&* 13. *usque ad* 18. ubi probavimus hæc locum habere, & si sola suspicio, aut metus pestis adesset, ut in similibus 16
terminis jactus, quem Magister Navis tamquam peritior aliis habuerit pro necessario ad imminens naufragium evitandum, non cogi eum sequi contrariam Vectorum, aut Mercatorum sententiam, sed ea neglecta, ad jactum faciendum obligari, nisi culpæ velit argui, docent *Kurich.* 17
ad Jus. Marit. Hanseat. tit. 8. *art.* 1. *Quintin. Weirsen. de Avar.* §. 26. & ibi *Add. Pek. ad l.* 2. *verf. ex locato fol. mihi* 198. *& ad l. cum arbor.* 3. *num.* 3. *&* 4. *fol.* 239. 240. & utrobique *Vinnius add. tum ad l.* 2. *lit. A. verf. quod si isti*, tum in altera *l. cum arbor. lit. P.* Nos *disc.* 19. *num.* 7. *&* 8. & melius *num.* 13. quæ culpa à Magistro committitur non solum in assentiendo sententiæ, & deliberationi per imprudentiam, aut ignorantiam à Vectoribus aut Mercatoribus captæ, cui se potius opponere debuerat, & contradicere, verum etiam quia Magister de illorum culpa aut negligentia tenetur, cum eam 18
posset impedire optime *Gratian. cap.* 678. *num.* 29. 30. *& seq. Cresp. Valdaur. part.* 2. *observ.* 67. *per tot.* Nos *disc.* 23. *num.* 81.

Alia Magistri replicatio, quod videlicet speraverit fore se ad probationem quadragenariam admittendum in Hispaniæ Portibus, etiamsi hæc ejus probetur opinio, nihil prodest, cum propter illam liber non sit à Culpa præcedenter admissa per ingressum in Portum, & Civitatem Massiliensem, & hoc solum efficiet, ut minoris culpæ reus habeatur, quod putaverit se esse in Hispaniis aliquatenus recipiendum.

Præter quam quod hæc ipsa Magistri Navis opinio ejusdem gravissima culpa fuit; Culpa enim est sperare, se posse hoc impetrare non modo sine Literis Patentibus de Sanitate eo tempore, quo Massilia, & tota Provincia peste infecta est, verum etiam dum literas habet à Tribunali Sanitatis Massiliæ, quibus Hispaniarum Ministri certiores fiunt de peste Massiliæ grassante egregiè *Riminald. Jun. conf.* 210. *cum pluribus seqq.*, cum tam temeraria, atque imprudens opinio in animo majoris hominum partis, multoque minus prudentium, & de navigatione peritorum nullo modo potuerit insidere, atque adeo, & levem, & latam culpam contineat juxta ea, quæ de talibus culpis superius enarravimus præsertim *ex Strac.* 19
de Naut. & Navib. part. 3. *num.* 26. & in terminis Magistri Navis hæc eadem sunt in *Add. ad Buratt. dec.* 5. *num.* 20. & apud Nos *d. disc.* 23. *ferè per tot.* & maximè *a num.* 34.

Et quamvis hæc Magistri Navis opinio, si probetur, possit ejus dolum excludere, & fraudandi animum, non tamen apta est eum à damnorum refectione liberare, cum hujus refectionis obligatio non à malo animo damnum inferentis, sed à sola negligentia, & im- 20
prudentia producatur, prout superius adnotatum est, ut affirmant *Thesc. lit. D. conclus.* 6. *numer.* 37 *Scopp. ad Merlin. Pignatell. cent.* 2. *cap.* 11. *numer.* 5. *&* 6. *Ansald. de Commerc. disc.* 39. *num.* 18. *&* 19. *& seq.* Nos plenè *disc.* 54. *num.* 63. 64. 65. *& disc.* 119. *numer.* 81. *de Commerc.*

Neque hic subsistit Culpa Magistri, sed duo præterea sunt, quibus ad refectionem damnorum Dominis Mercium illatorum idem obligatur. Primum in eo est, quod cum in programmate Januæ publicè exposito edixisset, se recta via Navigaturum ad Oram Hispanicam, non poterat

inter eam Navigationem Massiliam attingere, quare quum promissionem, & contractam ita obligationem
21 deseruerit omne damnum reficere cogitur Mercatoribus ea diversione illatum ut per textum in *l. qui Fiscales* 5. *C. de Naviculariis lib.* 11. animadverunt *Stracc. de Nautic. pars.* 3. *n.* 6. *Hevia de Commerc. Naval. cap.* 11. *n.* 7. *& cap.* 12. *n.* 8. *Leotard. cons.* 7. *n.* 6. *& seq. Thoro in compend. dec. part.* 2. *vers. assecuratores Navis n.* 3. *Mastrill. dec* 182. *n.* 30. *Kurich. ad Jus Marit. Hanseat. ad art.* 15. *Rocc. de assecur. notab.* 52. *n.* 184. Nos *disc.* 23. *n.* 48. Quæ conclusio etiamsi ab aliquibus ita accipiatur, ut Magister Navis divertere nequeat ad Portus, & loca remota, secus ad vicina, quæ intra institutam navigationem reperiuntur, ut est à nobis dictum in una *Liburn. assecurationis Navis, &c.* Nihilominus quidquid sit de hac controversia in genere à Doctoribus agitata, ea cessat in casu nostro, ubi Magister publicè promisit se rectum iter acturum, & in Hispaniam recta via iturum juxta allatas superius auctoritates; Idque est hodiè eo magis spectandum, quod soleant Magistri Navium cum inter navigandum Portum aliquem licet vicinum attingere meditantur, id in programmate vulgo *Cartello di partenza* expresse commemorare; quare si hoc non expresserint, videntur promisisse se non diversuros, quod autem tale programma publice expositum in-
22 ducat inviolabilem promissionem in Magistro Navis circa ea, quæ sunt in illo expressa docet textus in *l. unic. in fin. ff. Furt.* adversus nautas *l. sed etsi pupillus* 11. *§. Proscriptum ff. de instit. act.* ibique *Gloss.* & omnes interpretes, & in individuo propter usum, qui in locis maritimis inolevit, ita servandum affirmat *Targa ponderat.*
23 *Maritim. cap.* 26. *Notabil.* 15. & melius *notabil.* 34. Et quemadmodum se obligat ad Hospitium præstandum, aut locandos equos, qui publicè aliquam tabellam, vel signum ad hæc significandum exponit, ita Magister Navis cogitur servare, quæ hoc programmate se facturum exposuit *Stracc. de Naut. part.* 5. *§. Quæ si posset per tot. Greg. Lopez ad LL. Hispan. partid.* 5. *tit.* 8. *L.* 16. *gloss. de manera. Rocc. de Navib. numer.* 30. 31. *Marquard. de Jur. mercat. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 36., egregiè *Peklius ad L.* 1. *numer.* 7. *cum seqq. ff. de Naut. caup. & stabul. & ibi Vinn. Hevia de Commerc. naval. cap.* 4. *num.* 6. & hoc procedit in omnibus, qui aliquod officium exercent, *argument. libr.* 3. *§. tametsi ff. de Recept. arbitr.*

Neque audienda est Magistri replicatio, quod nullatenus erat necessaria hujusmodi expressio in programmate per eum exposito, quia Mercatores Januenses sciebant, vel scire debebant Portum Massiliensem ab ipso necessario attingendum fore, quum Magistri cujuslibet Navis Gallæ, ut erat noster, Italia solventes versus Hispanias juxta Galliæ ordinationes tenentur Portum aliquem Provinciæ appellere, ut ibi solitas literas parentes jus suum, & facultatem navigandi conferentes consequantur vulgò *le Patenti delle Spedizioni*, & ideò in casu nostro inferebatur Magistrum non sponte, sed coacte Massiliam attigisse.

Respondetur enim falsum esse, Magistros omnes Navium Gallos Janua, aut aliunde Italiæ solventes attingere debere ea de causa Provinciæ Portum aliquem, cum enim jus illud ad biennium per dictas literas patentes concedi soleat, non ad singulas navigationes, scire non poterant Domini mercium, opus fuisse Magistro in eo itinere ad Hispanias pro dictis patentibus obtinendis aliquem Portum Provinciæ inter navigandum petere; ideoque debuit Magister in programmate exponere sibi Massiliam fore attingendam juxta vulgarem formulam *colla Scala di Marsiglia*, ut acceptum à se pridem in Galliis jus navigandi desivisse, atque ideo novum sibi esse ibi impetrandum pateret, cum autem hoc non modo omiserit, sed contra expresserit se recta via in Hispanias navigaturum, Dominis Mercium causam dedit existimandi, Magistro
24 hanc in Provinciam diversionem non esse necessariam; Adeoque iniquum est illos publico programmate falli, ut in similibus terminis à me firmatum est in una *Parmen. Societatis per tot.* Est autem hoc adeo verum, ut sæpissimè Magistri Navium de facto Italia Hispanias petant nulla in Provinciam diversione.

Secundo, quia admissa hujus diversionis necessitate pro impetrandis dictis literis patentibus à Magistratu rebus maritimis in Provincia incumbente, certum est cessasse in Magistro talem obligationem postquam comperit Civitatem illam peste infectam esse, neminem enim latet, quod timor pestis justissimam causam præbeat legibus non parendi, quinimmò nulla lex est, quæ possit, aut ve- 25
lit in hoc timore jubere, ut plene affirmat *Hieronym. de Rosis pars.* 1. *observ.* 36. Nos *disc.* 117. *numer.* 12. *&* 13. *usque ad* 18. *de Commerc.* ita ut possit Præses Civitatem deserere, Imperator militem, excubiæ locum, 26
ut Nos, & de *Rosis* superius allat. & Magister Navis navim ipsam. *Targa ponder. Marit. cap.* 69. *per tot.* & in similibus terminis licere merces a recto iti- 27
nere divertendo Publicanis Vectigalia subducere dicit *Marquard. de jur. Mercat. libr.* 2. *cap.* 4. *numer.* 5. 28
Quare si D. de Blanchis Navis Magister fuit Massiliam ingressus, & contractum cum Massiliensibus tenuit, id sponte ab eo factum est, quod magis comprobatur ex eo, quod à Ministris ipsis Sanitatis ejus Civitatis monitus fuit ne ingrederetur, sed ut iter alio intenderet, minantibus ulterius se litteras patentes ei non daturos; hoc unum dumtaxat justam præbebat excusationem à necessitate attingendæ Galliæ ad dictas patentes impetrandas.

Denique culpæ reus est quicumque fuerit hujus Navis Magister, quia cum postquam exclusus fuerit à Portubus Hispaniæ, Liburni, & Januæ, & monitus à Dominis Mercium ut Tunetum navigaret, ubi procul dubio Navis, & Merces ad probationem quadragenariam admissæ fuissent, ut evenerat aliis Magistris simili infortunio distractis, noluit hoc consilium capere non modò invitis illis mercium Dominis, sed expressè iisdem, & Vectoribus contra protestantibus, Telonem redire voluit, ubi intensius, quam quod Massiliæ fecerat, pestis grassabatur, & ubi coactus est subsistere donec Provincia tota à peste liberaretur.

Neque valet Magistri replicatio, se non potuisse Tunetum navigare timentem videlicet ne Navis jam fessa, artemoneque rupto tantæ Navigationi sufficeret; Non est enim hucusque probatum, neque nunquam probabitur Navim eo tempore, quo Tunetanum iter ei suadebatur, adeo fessam fuisse; contrariumque potius apparet, quia ejus deterioratio à diuturna in Telonensi Portu permanentia provenit, in quem ingredi invitis Ministeriis Navis, & Vectoribus voluit, quæ ob hanc causam tumultum excitaverunt.

Quam ob causam coacti etiam fuerunt Domini mercium, eo Navim aliam mittere ad exonerandas ab altera merces, & in novam invehendas ne prorsus ibi perirent.

ARGUMENTUM.

An Mercator, qui res, aut merces bona fide ab alio emit, teneatur illas absque sui pretii refusione vero Domino restituere, late hic agitur, ubi plures declarationes, & limitationes pro hujus materiæ elucidatione afferuntur.

Agitur etiam de rebus, vel mercibus à Piratis emptis, an scilicet illæ restitui debeant vero Domino.

SUMMARIUM.

1 *Emptor rei furatæ non tenetur illam restituere Domino, quando fuit empta bona fide, nisi prius emptori per Dominum restituatur pretium.*

2 *Sed contrarium firmatur, & assignatur ratio ibidem.*

Quod procedit, & si emptor in publicis nundinis rem furatam emerit num. 3. *declara numer.* 4. *&* 8.

Limita quando præcessit edictum de re furata vendenda num. 5.

Vel aliunde Dominus rei habuerit scientiam rei suæ vendendæ, & non contradixerit ibid.

Item limita quando res furata non existit penes emptorem num. 6.

Quæ limitatio procedit etiam in quocumque bonæ fidei possessore, penes quem res aliena amplius non existit, & num. 7.

8 *Dominus rei furatæ non potest agere contra illius empto-*

emptorem, sed solum adversus tertium possessorem in quem ab emptore alienata fuit.

Secus si per tertium possessorem fuerit consumpta, vel confusa, aut commixta num. 10.

9 *Dominus rei furatæ potest etiam agere contra emptorem, licet illam amplius non possideret pro eo tantum, in quo iste, deducto tamen pretio furi soluto, expensis, & lucro ex sua industria sibi comparato, effectus fuisset locupletior.*

11 *Item potest agere tam contra primum emptorem, quam contra quoscumque alios, si fuit res furata ab eis dolo consumpta, vel alienata.*

12 *Et similiter contra eum, in quem titulo lucrativo pervenit, licet illam amplius non possideret.*

Intellige si factus esset acquirens ex illa re locupletior ibidem.

13 *Dominus rei furatæ, in casibus in quibus habet etiam actionem contra pretium ejusdem rei, non est super eo potior aliis Creditoribus illius, qui habet dictum pretium.*

14 *Emptor rei furatæ non tenetur vero Domino eam restituere absque sui pretii refusione, si adsit Statutum, vel Lex disponens, quod illa bona fide empta aliter non restituatur.*

15 *Neque tenetur si eam emerit à Piratis barbaræ, vel infidelis Nationis.*

Amplia etiam si illam emerit à Piratis amicæ, vel Christianæ gentis n. 16.

Intellige si id factum fuerit ab emptore non animo pro se lucri faciendi, sed ad commodum Domini, ibid. & n. 21.

Secus si mala fide, vel animo lucrifaciendi, quo casu tantum expensas repetere poterit numer. 17.

Quomodo cognoscatur hanc malam fidem, vel animum adfuisse in emptore, notatur num. 18. & 19.

Et an sufficiat ad illam malam fidem evitandam sola protestatio emptoris, quod intenderit rem illam emere ad commodum veri Domini, num. 19. & 20.

22 *Sed omnino tenetur ad restitutionem rei alienæ emptæ à Piratis si quis eam emerit, quum adhuc remanebat vero Domino spes eam recuperandi, vel redimendi.*

23 *Dominus rei furtivæ si cum restitutione pretii illam ab emptore bonæ fidei recuperaverit, non potest deinde pretium à se solutum ab illo repetere.*

Liburnen. Vindicationis Mercium, seu Pretii.

DECISIO AUTHORIS
ET
DISCURSUS CXXIII.

CUm ad favorem Dominorum Grenuood, & Cooper hypothecata fuisset, per D. Davidem Cayrel aliqua Sacchari quantitas ei obventa cum Navi denominata *Caval Marino*, primum ex Portu Gratiæ, & successive ex Nannetensi Portu proveniente, in qua Sacchari quantitate pro aliqua portione interesse habebat D. David Vais Nunes, qui propterea vigore actionis rei vindicationis à dictis DD. Grenuood, & Cooper modo recuperare contendit supradictam Sacchari portionem sibi tangentem, & introducto desuper Judicio in Curia Civitatis Liburni prodiit Sententia Domini Gubernatoris illius Civitatis dictorum DD. Grenuood, & Cooper absolutoria, quæ tandem post longam, & acerrimam Causæ discussionem fuit à me in gradu appellationis in omnibus, & per omnia confirmata.

Antequam tamen præcisos nostri casus terminos expendamus, præmittendas esse puto aliquas juris regulas, ac conclusiones cum suis declarationibus, & distinctionibus, ad hoc ut facilius exsolvantur dubitationes, quæ in hujus Causæ progressu excitatæ fuerunt, & diluantur omnia illa æquivoca, quæ in aliis similibus Causis nostrorum Doctorum culpa nasci possent, nam ab istis ni fallor non fuit usque adhuc funditus, & quantum opus erat examinata hæc materia, alias inter Mercatores frequentissima, & non parum utilis ad evitanda, & componenda tot Jurgia, & lites, quæ inter ipsos quotidie excitantur.

In primis etenim præmittere debeo, quod non parum à nostris Doctoribus hæsitatur, an ille qui rem, vel mercem furatam bona fide emit, illam vero Domino restituere teneatur, absque eo quod ab ipso prætendere possit pretium per eum venditori solutum. Nam 1
multi opinionem negativam emptori favorabilem viriliter tuentur ratione publici commercii, ut videre est ex *Menoch. de præsumpt. libr. 5. præsumpt. 29. numer. 30. Costa de fact. & Jur. ignorantia distinct. 79. num. 6. & seq. centur. 2. Cardin. de Luca de Regal. disc. 129. numer. 4. Basilic. decis. 40. numer. 12.* Alii verò affirmativam contra emptorem sustinent Sententiam minimè 2
obstantibus ejus bona fide, & ratione publici commercii, ut per *text. in leg. incivilem Cod. de furtis, & l. si mancipium Cod. de rei vindicat.* firmant *Farinac. de furtis quæst. 177. num. 44. Marquard. de jur. Mercat. lib. 2. cap. 9. numer. 79. Raynald. de re Criminal. cap. 14. num. 226. & Grotius de jure belli lib. 2. cap. 10. numer. 1. & seq.* & ibi Addentes *D. meus Auditor Bonfin. in Banniment. Univers. Eccles. cap. 54. numer. 28. Ansald. de Commerc. disc. 28. num. 1.* cum pluribus aliis ab iisdem citatis; quæ affirmativa opinio in furtis, quæ *propria* dicuntur, in sensu veritatis communior, & verior reputatur, nam ratio ipsa ad favorem negativæ opinionis allata, eo fortius militat ad favorem affirmativæ, cum enim furta tam Rempublicam præjudicent, publicamque quietem, & tranquillitatem perturbent, publica utilitas exposcit, ut omnia, quæ tendunt ad illa facilitanda, penitus removeantur. Cum igitur ratio publici commercii superata remaneat à publica utilitate, ob quam omnino impedienda sunt furta tam perniciosa Reipublicæ, minimè illa attendenda venit; quæ quidem prudentissima consideratio priores Legislatores nostros movit, (non obstante ratione publicæ utilitatis à libertate Commercii resultantis, quam tamen haud ignorabant) ad absolutè, & indistinctè statuendum, quod rei furatæ Dominus illam ab emptore, vel à quocumque alio illius detentore vindicare posset; talique lege attenta eamdem opinionem communiter tenuit major 3
Doctorum nostrorum Calculus, à quibus nequidem admittitur sustineri posse rerum, ac Mercium furatarum venditionem, etiamsi furtum commissum fuerit in publicis nundinis, sed quod istas etiam emptor vero Domino libere restituere teneatur, absque eo quod pretium prætendere possit, *Menoch. de præsumpt. l. 5. præsumpt. 29. num. 22. Mangil. de evict. quæst. 170. num. 34.* latè *Farinac. de furt. quæst. 177. numer. 29. cum seqq. Panimol. decis. 103. adnot. 1. num. 11. Marquard. de jure Mercat. lib. 2. cap. 9. numer. 78. & seq. Vespignan. de empt. consult. 4. num. 3. D. Bonfin. Sen. in Banniment. general. Eccles. cap. 54. num. 14.* latissimè *Raynald. de re crimin. lib. 2. cap. 14. §. 19. num. 17. & num. 213. cum sequentibus*, & idem fatetur *Cardin. de Luca disc. 58. num. 2. de Feud.* licet ipse contrarium sentiat ut ibi dicit, & repetit *eodem disc. numer. 21. prope fin.* & *in disc. 115. num. 7. de Regal.* idem fatetur, licet ibi iterum dicat contrarium sentire.

Hoc tamen solum procedit inter rei furatæ dominum, 4
& illius detentorem; at verò inter primum emptorem, qui immediatè mercem à fure acquisivit, & secundum emptorem, qui à primo emptore illam redemit, res haud ita se habet; Nam secundus emptor, qui mercem furatam vero Domino restituere conatus fuit, contra primum emptorem pro rescissione contractus agere poterit, illumque obligare ad pretium ei solutum sibi refundendum ut doctè de more advertunt *P. Gabriel Vasquez opusc. moral. tractat. de restitut. cap. 9. §. 2. dub. 4. per tot. Layman Theolog. Moral. libr. 3. tractat. 4. cap. 17. §. 3. numer. 25. Sabell. in summ. verb. emptio num. 27. vers. & si ille in fin.*

Prædictis nunc adstipulandas esse mihi necessarium videtur varias limitationes à DD. nostris allatas contra præmissam generalem conclusionem ex *d. l. incivilem C. de furtis*, & alias desumptam.

In primis enim supradicta generalis conclusio mini- 5
me procedit, quando venditionem præcesserunt edicta, vel proclamata publica, quibus publicè notificata fuerit rei, aut mercis furatæ alienatio, vel in casu, quo emptor probaret, Dominum supradictæ rei, vel mercis furatæ, illius venditionis scientiam habuisse, *Farinac. de furt.*

quæst. 117. *part.* 3. *num.* 44. & 45. *Fontanel. dec.* 218. & 219. *Caldero in Addit. ad decis.* 41. *num.* 75. *Vespignan. de empt. & vendit. consult.* 4. *num.* 12. 13. & *D. Auditor Bonfin. Jun. in addit. ad Bonfin. Sen. in Bannim. Gener. Stat. Eccles. cap.* 54. *n.* 31. *Raynald. de re Crimin. tom.* 2. *cap.* 14. §. 19. *n.* 232. & 238. Idemque procedit, quando quis scienter rem propriam, vel sibi hypothecatam in tertios alienari patitur; Nam si quis actum rei suæ, vel sibi aliquo modo hypothecatæ præjudicialem impedire potest, & tamen absque ulla contradictione illum sustinet, omne jus, quod supra prædictam rem habebat, amittit, *Marot. consil.* 78. *per tot. Staiban. Jun. resolut.* 180. *num.* 9. 10. & 67. 68. & 71. & optime DD. plena manu allegati à *Scopp. ad Merlin. Pignatell. Centur.* 2. *cap* 58. *num.* 13. & *per totum*, ubi magistraliter hæc materia tractatur.

6 Secundo haud militat supradicta conclusio, quando res, vel merx furata amplius apud primum emptorem non reperitur, vel quia ab ipso eadem bona fide, qua ab initio illam emit, in tertios alienata fuisset, aut consumpta, vel quia, si exempli gratia res furata in pecunia, vel frumento, aut similibus consistat, confusa, & admixta fuisset cum alia simili pecunia, vel merce. *P. Layman. Theolog. Moral. libr.* 3. *tract.* 4. *cap.* 17. §. 3. *per tot. Gabriel Vasquez. opusc. moral. tractat. de restit. cap.* 9. §. 2. *dub.* 4. *Grot. de jur. Bell. lib.* 2. *cap.* 10. §. 5. 7. & 8. & ibi Add. *Leotard. de usur. quæst.* 95. *n.* 50. 51. plenè *Ansald. de Commerc. disc.* 28. *numer.* 3. 4. 5. *Card. de Luca de empt. disc.* 13. *num.* 2. *Vespignan. de empt. consult.* 4. *nu.* 14. & 15. *D. Auditor Bonfin. Jun. in Addit. ad Bonfin. Sen. in Bannim. general. Stat. Eccles. cap.* 54. *num.* 30. latè *Fontanel. de pact. nuptial. clausf.* 5. *glosf.* 8. *part.* 7. *num.* 1. *cum plurib. seqq.* & ge-
7 neraliter, quod quilibet bonæ fidei acceptor, vel possessor, qui bona aut res alienas, vel pecunias consumpsit, non teneatur earum valorem vero Domino, vel ei qui indebite dedit, aut solvit restituere nisi factus fuerit locupletior, doctè firmant *Leotard. de usur. qu.* 95. *n.* 53. *Christin. decis. Belgic. volum.* 3. *decis.* 8. *num.* 8. optime *Larr. decis. Granat. Sen. decis.* 86. *num.* 5. *Cardin. de Luca de hæred. disc.* 18. *numer.* 11. & 12. & *Urceol. de transact. quæst.* 84. *num.* 10. Late *R. P. Biss. in Decad. ad moral. scientiam tract.* 10. *numer.* 448. *ad* 462. ubi etiam explicat casus in quibus quis dicatur, vel non factus locupletior.

8 Quamvis autem in casu, quo res furata non amplius apud primum emptorem, sed apud tertios reperitetur, non procedat ut jam dixi supradicta conclusio, hoc tamen solum intelligitur inter rei furatæ dominum, & primum emptorem apud quem res ipsa amplius non existat, non autem inter dominum, & rei furatæ possessorem, qui à primo emptore illam redemit; nam Dominus rem suam à tertio apud quem invenitur, vindicare potest, cui tamen Tertio pretium, per eum solutum restituere debetur à Venditore, ut supra notavi in §. *Hoc tamen solum procedit*, &c.

9 Hoc autem animadvertendum est, quod si primus furatæ mercis emptor ultra pretium solutum, & expensas in eadem merce negotianda factas, aliquod lucrum adeptus fuisset, quod de tempore detecti furti adhuc existeret, vel immediatè, aut mediatè illud in aliam rem sibi aliquo modo utilem permutasset, tenetur idem emptor Domino restituere totum id, in quo ex dicto lucro factus fuerit locupletior, deductis attamen, ut dixi, pretio, & expensis ut supra factis, & deducto etiam lucro, quod ejus industria, & labore adeptus fuisset in negotianda dicta merce. Itaut si totum lucrum ex ejus sola industria in illa negotianda, processerit, nil penitus restituere Domino tenebitur, ut optimè de more distinguendo firmant supradicti legales, & morales auctores, inter quos *Vasquez. opusc. Moral. de restit. cap.* 9. §. 2. *dub.* 3. & 4. *per tot. Layman Theolog. moral. libr.* 3. *tractat.* 4. *cap.* 17. §. 3. *per tot. Panimol. in Addit. ad decis.* 103. *n.* 21. & *seqq. Ansald. d. disc.* 28. *per totum de Commerc. Sabell. in verbo emptio n.* 27. *Leotard. de usur. quæst.* 95. *num.* 52. 53. 54. & *seqq. Grotius de jure Belli lib.* 2. *d. cap.* 10. §. 2. & §. 5. & ibi Add.

10 Amplectentes nunc hujus secundæ limitationis examen clara apparet ejusdem justitia, & ratio est, quia sicuti rei furatæ Domino nulla præterquam rei vindicationis competit actio; Quæ est realis, & ejusdem rei prosecutoria, ita cum illa apud eum, qui rem à fure bona fide emit, amplius non existat, Dominus contra dictum emptorem supradicta actione reali agere non potest, sed illam dirigere debet contra dictæ rei possessorem, & casu quo res consumpta, aut confusa fuerit, nulla penitus actio eidem competet *Card. De Luc. de regal. disc.* 129. *num.* 6. & *D. Ansald. de Commerc. disc.* 28. & *disc.* 93. *num.* 5. & *seqq.* cum aliis supra citatis.

11 Attamen si rei furatæ emptor illam dolo consumpserit, vel in tertios alienaverit post habitam furti scientiam, tunc ad pretium restituendum doli actione à Domino conveniri poterit *Bart. in l. Imperator.* 72. §. *Cum autem num.* 2. *vers. sed tenebitur ff. de legatis* 2. *Card. De Luca de regal. disc.* 129. *num.* 6. & *seq. Leotard. de usur. quæst.* 95. *num.* 55. & 64. *Gail. de Pignorat. observat.* 11. *num.* 6. *Ansald. de Commerc. disc.* 28. *num.* 4.

12 Item animadvertendum est, quod si quis rem, vel mercem furatam à fure titulo lucrativo acquisiverit, illamque in tertios alienaverit, actione personali tenetur illius pretium Domino restituere, si apud eum adhuc existat, nec illud consumpserit, aut ab eodem pretio quamvis consumpto aliquod perceperit lucrum, idest, ut communiter dicunt, *factus fuerit locupletior. Bartol. in l. qui a debitore ff. quæ in fraudem Credit. Grot. de jur. Belli lib.* 2. *capit.* 10. §. 8. *Ansald. de Commerc. disc.* 28. *n.* 11. ob legale axioma, *quod nemo cum alterius jactura locupletari debet*. Ex hac tamen pretii restitutione facienda ille deducere potest omnes expensas à se factas in negotianda re furata, & lucrum, quod ex sui industria provenerit, ut supra explicavi in §. *Hoc autem animadvert.*

13 Hinc est, quod istæ doli, aut æquitatis respective actiones, tum ex regula, quod *nemo cum alterius jactura locupletari debet*, tum ex celebri *text. in l. si me, & Titium ff. si certum petatur* provenientes, & Domino rei furatæ competentes in casibus mox prædictis contra pretium existens adhuc penes eum, qui dictam rem furatam consumpserit, vel in alios alienaverit, cum sint merè personales, nullum ad favorem ipsius Domini super eodem pretio producere possunt potioritatis privilegium in præjudicium aliorum Creditorum illius, penes quem pretium rei furatæ reperitur; ita ut si tam à rei furatæ Domino, quam ab aliis illius Creditoribus super dicto pretio rei furatæ judicium concursus intentaretur, qui potiores erunt in tempore, præferri debebunt, *Card. De Luc. de credit. disc.* 26. *num.* 5. & *per tot. Ansald. de Commerc. disc.* 93. *num.* 5. *cum seq. Salgad. Labyrint. credit. cap.* 24. *num.* 20. *part.* 2. *D. Auditor Bonfin. Jun. in addit. ad Bonfin. Sen. in Banniment. general. cap.* 54. *num.* 37.

14 Tertia supradictæ conclusionis limitatio ea est, quando aliquod Principis Privilegium, Statutum, aut Lex disponeret, quod qui bona fide rem furatam emerit illam Domino absque pretii restitutione reddere non teneretur, *Farinac. de furt. quæst.* 177. *num.* 33. *Cyriac. contr.* 176. & 177. *per tot. Leotard. de usur. quæst.* 95. *num.* 44. & *seq. Vespignan. de Vendit. dict. consult.* 4. *numer.* 9. *Card. De Luca de empt. disc.* 13. *num.* 4. & *de usur. disc.* 7. *num.* 5. *dictus D. Auditor. Bonfin. dict. cap.* 54. *num.* 32. *Panimol. in dict. addit. ad dec.* 103. *num.* 13.

15 Quarto dicta regula limitatur si à Piratis barbaræ, & infidelis Nationis, cum qua bellum publicè, vel tacitè sit indictum, emptæ sint merces ab eisdem furatæ *Leotard. de usur. quæst.* 95. *numer.* 37. 38. latè *Capyc. Latr. consult.* 97. *num.* 19. 20. & *seq. ac num.* 23. *Vespignan. de empt. consult.* 4. *num.* 12. *Galeot. respons.* 13. *numer.* 95. *Basilic. dec.* 40. *numer.* 12. & *seq. Card. De Luca de feud. disc.* 58. *num.* 18. *Raynald. Oper. Crimin. cap.* 54. *numer.* 234. & 235. & ego ipse *in tract. de Commerc. disc.* 24. *num.* 1. *tom.* 1.

16 Quæ limitatio locum sibi vindicat etiam si res furata empta esset à Piratis amicæ, & Christianæ gentis, dummodo emptor bona fide, & non malo animo pro se lucrifaciendi, sed ob inserviendum tantum ipsius rei Domino illam recuperaverit, *Leotard. de usur. dict. quæst.* 95. *num.* 39. 40. 41. & 42. *Card. De Luca de regal. disc.* 58. *n.* 19. & *de Usur. disc.* 5. *numer.* 17. *Sabell. in prax. Univers.* §. Comprare *sub n.* 11. *vers. e chi avesse comprato*, & nos in
17 *tractat. de Commerc. tom.* 1. *disc.* 24. *num.* 3. si autem bona fides deerit, tenebitur emptor rem à dictis Piratis redemptam Domino restituere absque eo quod pretium per eum solutum prætendere possit, ut firmatur à prædictis DD. & repetere tantum poterit expensas, quas necessario, & probabiliter Dominus ipse fecisset ob rem suam à Piratis recuperandam, *Grot. de jure belli lib.* 2. *capit.* 10.

capit. 10. num. 9. & ibidem in *Addit. lit. L. & Gronov. addition. num. 48. & libr. 3. cap. 10. vers. poterit tamen* & ibi *Gronov. add. numer. 35. Leotard. de usur. dict. quaest. 95. num. 41. & seq.*

18 Ex quibus autem haec bona, vel mala emptoris fides dignoscatur, certè, & absolutè firmari minimè potest, cum ex facto potius, quam ex jure quaestio haec pendeat, nam praecipuè ad rerum circumstantias, personarumque qualitatem animadverti opus est, & ideo Judicis arbitrio penitus committitur illius decisio, ut rectè
19 advertit *Leotard. de usur. d. quaest. 95. n. 41.* qui etiam firmat minimè sufficere praecedentem redimentis protestationem, quod ipse à Piratis rem furatam, haud ad sui favorem redimere intendis, sed ut Domino tantum utile gerat negotium, nam haec protestatio redimenti suffragari tantum poterit pro simplici conjectura ad dignoscendum ejus animum, & hanc opinionem uti veriorem tenuere *Menoch. de praesumpt. lib. 5. praesumpt. 29. n. 17.* cum aliis allegatis per *Raynald. oper. crim. lib. 2. cap. 14. §. 19. num. 233.* quamvis iste alios contrarium firmantes congerat, qui erroneè sustinuerunt, minimè interpretari posse ex conjecturis intentionem, nisi etiam expressa agentis protestatio concurrat, nam id tot legalibus regulis, & conclusionibus repugnaret, à quibus animi interpretationem conjecturis etiam probari admittitur.

20 Haud ignoro, quod aliqui per *D Auditorem Bonfin.* in loco supracitato *numer.* 34. relati materiam confundentes firmarunt quod si merces à Piratis, vel Barbarae, & Infidelis, vel Christianae, & amicae gentis sine spe ullae, vel saltem difficillimae recuperationis furatae fuerint, tunc teneatur indistinctè Dominus totum earum pretium redimenti refundere, absque eo quod inquiri debeat an iste Domino utile negotium gerendi animum habuerit; sed cum Doctores omnes tam antesignanos, quam eorum in hac materia sequaces summa cum attentione perlegerim, inveni distinctionem ut supra à me factam inter fures unius, vel alterius gentis veriorem esse, & ab omnibus communiter amplectari, ut videre est ex supracitatis DD. & ab aliis ab eisdem relatis.

21 Posita igitur, & pro indubitata admissa supradicta distinctione in necessariam descendit consequentiam, quod qui à Piratis amicae, & Christianae gentis alienam mercem redemerit, à Domino pretium praetendere minimè poterit, nisi utile negotium eidem Domino gerendi, remque ipsam ei restituendi intentionem probabit, quamvis Dominus nullam, vel saltem paucam spem ejusdem mercis recuperandae habuerit, eo quia minus praetende-
22 re poterit pretium, in casu quo spes aliqua Domino adhuc adfuisset rem suam recuperandi absque ullo pretio, quod procedet etsi emptor tali casu utile negotium Domino gerendi intentionem in illa redimenda habuisse probaret, *Natta cons. 436. num. 2. 5. 6. Alciat. de praesum. reg. 3. praesum. 29. n. 4. vers. fallit secundo Card. De Luca de feud. disc. 58. n. 18. & 19. Sabell. in prax. univers. §. Comperare num. 11. vers. e chi avesse Joseph. Mell. Add. ad decis. Gizzarel. 89. num. 8. vers. quando emptor, Spada cons. 149. num. 6. tom. 2.*, & alii supra citati in §. *Quae limitatio.*

23 Quinta demum, & ultima limitatio supradictae regulae à DD. allata ea est, quando furatae mercis pretium à Domino persolutum fuisset ei qui illam bona fide emit, nam tunc minimè potest Dominus pretium ab emptore solutum praetendere, *Farinacc. de furt. quaest. 177. num. 47. Raynald. observat. Crimin. lib. 2. cap. 14. §. 19. numer. 243. & Panimol. in Addit. ad dec. 103. num. 18. Mangil. de evict. quaest. 170. num. 42.*

ARGUMENTUM.

Mercator, qui emit bona fide vel in solutum, vel in pignus recepit ab altero Mercatore res, vel merces ad alios spectantes, an teneatur eas, vel illarum pretium veris Dominis restituere hic proponitur, & regulariter affirmative resolvitur; sed plures declarationes, & limitationes ad materiam deducuntur.

Et similiter discutitur an creditori liceat solutionem, vel satisfactionem sui crediti procurare in praejudicium aliorum creditorum à suo debitore, qui non esset solvendo, vel esset Decoctus, vel decoctioni proximus.

SUMMARIUM.

1 Furtum improprium committere dicitur, qui de re sua Cura, vel administrationi, aut fidei commissa praeter, aut contra Domini intentionem, vel mandatum disposuerit, & num. 20. & plura afferuntur exempla num. 2.

3 Mercator emens, vel pro suo credito in solutum, vel in pignus recipiens rem alienam ab altero mercatore non tenetur eam restituere vero Domino, & num. 6. & 15.

Amplia num. 4.

Secus si Mercator à quo emit, vel recipit solutionem, vel pignus rei aliena, esset decoctus, vel decoctioni proximus num. 5.

6 Creditor procurans satisfactionem à debitore, quem decoctarum timet, aut suspicatur, non dicitur fraudem committere, licet aliis Creditoribus damnum afferat, & num. 8. 14.

Amplia etiamsi debitor de tempore solutionis, vel satisfactionis data creditori esset non solvendo num. 9.

Limita primo si fuisset debitor jam decoctus, vel decoctioni proximus ibid.

Limita secundo si creditor suasisset debitori pecuniam a Tertiis ad cambium, seu mutuum capere, vel Tractam alicui facere, ut cum ea ei solveret num. 10. 11. 12.

Eoque magis procedit limitatio si creditor Tertios suasisset ad dandum cambio, vel mutuo suo debitori num. 13.

Limita tertio si Creditor aliquam extorsionem, vel concussionem fecisset erga suum debitorem, pro consequendo ejus credito, num. 21.

7 Actus gestus ab aliquo ad consulendum sua indemnitati, vel commodo non potest unquam dici gestus in fraudem Tertii, licet damnum Tertio afferat.

15 Creditor si rem, vel mercem à suo debitore in solutum receptam aliis vendiderit, vel transtulerit, pretiumque exegerit, non tenetur pretium Domino rei restituere, & num. 19.

16 Dominus Rei potest agere etiam adversus eum, qui pretium rei sua habet in manibus titulo lucrativo, vel absque ullo titulo, & num. 17. 18. ubi notatur peregrinus casus.

In eadem praecedenti Causa.

DISCURSUS CXXIV.

IN praecedenti discursu de Furtis propriis, seu de
Mercatoribus qui res vere, & propriè furtivas e-
merunt ad terminos *l. incivilem Cod. de furtis* late
tractavimus. Nunc autem de re, aut merce cum frau-
de, ac dolo a vero domino ablata verba faciamus, 1
vel de furtis impropriis, circa quae locum habere prae-
dictam *l. Incivilem*, sicut etiam in truffis, enixè su-
stinet *Rainald. de re crimin. lib. 2. cap. 14. §. 19. num.
249. cum seqq. & haec furta* plerumque locum habent
in rebus, vel Mercibus alterius fidei, vel administra-
tioni, aut curae commissis, videlicet in rebus, seu Mer-
cibus Navarchis, vel Vectoribus aut Mulionibus consi-
gnatis, ut eas alicubi ferant, vel in mercibus, & rebus
à Mercatoribus ad suos correspon sores, procuratores, vel
amicos transmissis, aut traditis ut eas vendant, vel in
rebus alicui sub oeconomia, administratione, cura, hy-
potheca, depositione concessis, de quibus rebus, seu
mercibus respective Navarchus, Mulio, Vector, Cor-
responsalis, Curator, Oeconomus, Administrator, De-
positarius, Hypothecarius, Mandatarius, vel hujusmo-
di praeter veri domini intentionem, vel contra illius or-
dinem, vel mandatum alienaverit, vel quomodolibet
disposuerit; In istis enim impropriis furtis, vel rebus 2
dolose, ac fraudulenter extortis favore libertatis pu-
blici commercii praemittere pro indubitabili regula opor-
tet, talium rerum, aut mercium dominum rei vindi-
cationis actione illarum restitutionem minimè praeten-
dere posse, nisi prius per eum persolvatur pretium,
vel pecunia mutuata, vel quicquid aliud datum aut
creditum restituatur illi, cui respective venditae, vel hy-
pothecatae, vel in solutum datae, vel permutatae merces
fuerunt, dummodo hic de tempore venditionis, vel in

so-

solutum dationis, vel hypothecis, licet hujusmodi nullam habuerit scientiam, rem aut mercem in eum pervenitam ad alios proprietatis, ac dominii titulo spectare, ut in præcisis terminis edocent, *Bosc. cons.* 540. *n.* 3. *cum seq. Card. de Luc. de Regal. disc.* 115. *num.* 5. *&* 6. & signanter *num.* 7. *& disc.* 129. *num.* 4. *& seq. Targ. in ponderat. Marit. capit.* 74. 9. *Al contrario se uno, fol.* 306. *Sabell. in Summ. Lit. E. verbo emptio num.* 57. *Vessignan. de Emption. & Vendit. consult.* 4. *num.* 12. *vers. sexto limitatur Surd. cons.* 528. *per tot.* & signanter *a num.* 38. *ad num.* 44. & plene Nos in *Cambist. instra. cap.* 4. *num.* 43. *& seq. & de Commerc.*
3 *disc.* 76. *num.* 4. *& seq. & disc.* 120. *num.* 7. cum pluribus ibi citatis, qui sustinent, merces a mercatore pignoratas, licet sint alienæ, non posse a vero Domino vindicari, quod procedit tantum in mercatoribus, & non in aliis personis, ut declaravi in *d. disc.* 120. ubi docuimus, quod si Mercator rem alienam suo Creditori in solutum dedit, vel vendidit, eum ipso pretium compensando, rei dominus nullam intentare potest actionem contra dictum Creditorem, qui bona fide illam emit, & pretium in sui crediti extinctionem retinuit, ut in his terminis plene firmavit *Surd. d. cons.* 528. per tot.

Assumendo nunc Casum nostræ Decisionis, & examen, Domino Vais Nunes minime competere posse rei vindicationis actionem ab ipso contra dictos Dominos Grenuood, & Cooper intentatam absque ulla hæsitatione censuimus; Cum enim non de furto proprio, sed de improprio in præsenti agatur, quia furtum proprie commissum minime fuit à Domino Cayrel circa portionem illam, quam habebat Dominus Nunes in Saccharis per dictum Cayrel dictis Dominis Grenuood, & Cooper suis Creditoribus hypothecatis, cum facultate etiam libera, illa pro eorum satisfactione vendendi, prout de facto ab ipsis immediate vendita fuere, sed furtum improprium quia portio illa Saccharorum ad Dominum Nunes spectans apud dictum Cayrel reperiebatur uti administratorem negotii inter ipsos communis, in quo dictus Cayrel pro majori, pro minori autem portione d. Nunes interesse habebat.

Nec asseri quidem potest, quod Domini Cooper, & Grenuood cum jactura dicti Domini Nunes locupletentur ex dictorum Saccharorum retractu, quia absque istis nulla spes illis erat eorum crediti satisfactionem aliter recipiendi ut firmavi in meo *Cambist. instr. cap.* 1. *num.* 28.

Huic enim objecto duplex occurrit responsio; Prima
4 quia quoties Creditor sui crediti solutionem, vel satisfactionem consequitur, minime dici potest eum cum alterius jactura locupletari, ut in præcisis terminis huic difficultati respondent *Surd. cons.* 528. *num.* 20. *&* 21. *& Ansald. de Commerc. disc.* 45. *num.* 27. 28. 29. & Nos *disc.* 56. *num.* 57. *tom.* 2. *de Commerc.*

Secunda quod in casu nostro neutiquam verificatur, quod DD. Cooper, &c. eorum creditum amisisset fuissent, nam etiam absque Saccharis eis à D. Cayrel consignatis, pro assecuratione dicti crediti alias hypothecas, ac merces ad dictum D. Cayrel spectantes detinebant, quæ post dictam Saccharorum consignationem a dictis DD. Cooper &c. dicto D. Cayrel redditæ fuerunt, aliasque pecuniarum summas ac merces eidem tradiderunt, quod minime fecissent absque dictorum Saccharorum consignatione; Immo etiamsi pro assecuratione suorum creditorum dictas hypothecas in manibus haud habuissent, ex hoc tamen minime deduci potest, quod satisfactionem non fuissent consecuti; Nam obligare poterant dictum Cayrel ad creditum solvendum, & satisfactionem consecuti essent, vel in pecuniis, vel in aliis mercibus, quæ apud dictum Cayrel reperiebantur, quibus ipse alios creditores satisfecit, ut ex facto probatur.

5 Nec ad rem nostram attinet, quod firmavi in meo *Cambist. instr. cap.* 1. *num.* 28. Nam ibi locutus sum de mercibus, vel pecuniis oscitanter, & inconsiderate alicui jam notorie decocto, & pro decocto ab omnibus habito traditis ab eo, qui illius decoctionem ignorabat, quo casu creditori nulla penitus spes remanebat satisfactionem consequendi a dicto decocto, qui merces, vel pecunias receperat, Verum in casu nostro res non ita se habet, nam agitur de eo, qui non solum minime pro decocto habebatur tempore consignationis dictorum Saccharorum, verum etiam alia bona, ac merces habebat tam apud dictos DD. Cooper pro eorum Creditorum Cautione, quam apud seipsum, quæ erogare poterat pro satisfactione debiti, quod cum dictis Cooper &c. habebat; Itaut neutiquam in hoc casu dici poterat, quod absque dictis Saccharis pro parte ad dictum D. Nunes spectantibus, eorum creditum dd. DD. Cooper &c. indubitate amisissent, neque ex hoc fieri illatio, quod cum dd. DD. Cooper &c. satisfactionem sint consecuti super dictis Saccharis ad dictum Nunes spectantibus, cum ejus damno, ac jactura sint locupletati contra juris regulam deductam à communi illo dicterio juri naturali innixo, *quod nemo debet cum alterius jactura locupletari.*

Neque ullam præbet amaritudinem, quod DD. Cooper &c. valde solliciti fuerint, ut eis à dicto Cayrel dicta Sacchara traderentur, quæ paulo post ab ipsis vendita, & alienata in tertios fuerint, & illorum pretium in ipsorum Libris calculatum fuerit in favorem dicti Cayrel, antequam ab emptoribus pretium reciperent, ex quibus, & hujusmodi aliis actibus fraudem aliquam in DD. Cooper &c. arguere prætendebat Dominus Nunes, vel quia de proxima decoctione dicti Cayrel timerent, vel quia haud ignorarent dicta Sacchara pro aliqua portione ad dictum Nunes spectare.

Ex his etenim, & similibus aliis actibus nullatenus 6
argui potest dolus in eo, qui vere est creditor, & præsertim cum agatur de Mercatore publicè in multa æstimatione habito, & boni nominis, uti sunt Domini Cooper &c. Nam hi omnes actus sollicitudinem indicantes ab eis arte etiam aliqua, & industria gesti non solum pro satisfactione obtinenda, verum etiam illa obtenta pro majori eorum cautione, vel tuitione in casu decoctionis sui debitoris ab omni molestia, seu lite per alios creditores contra se forte movenda, uti à creditore in eum tantum finem proprii Crediti satisfactionem obtinendi servandique directi, neutiquam dici possunt dolo, ac fraude, & in alterius præjudicium gesti, quamvis de facto tertio damnum afferant, ut in nostris præcisis terminis mire huic objecto respondet *Surdus* loco supracitato *Cons.* 528. *n.* 8. *vers. & dolus hoc casu*, & *nu.* 34. 35. 36. *&* 37. quem refert, & sequitur *Gratian. cap.* 391. *nu.* 26. *&* 27. & ibi *De Luc. nu.* 19. & plene *Rab. ad Dec.* 16. *n.* 72. *& seq. par.* 8. *rec.* ubi quamplures alios
affert DD. & *Gob. consult.* 87. *n.* 35. *Rocc. de decoct. Notab.* 41. *n.* 120. *&* 121. & generaliter loquendo, quando aliquis in sui utilitatem, & commodum operatur, nunquam dolus, aut fraus aliqua in eo præsumi debet, quamvis actus ab ipso gesti in tertii præjudicium redundent, *Surd. cons.* 300. *n.* 21. *&* 22. *Menoch. cons.* 107. *n.* 9. *Rab. ad Dec.* 16. *n.* 72. *par.* 8. *rec. Mans. consult.* 217. *n.* 23. *& seqq. Conciol. allegat.* 34. *n.* 33. *Gratian. d. cap.* 391. *n.* 26. & ibi *De Luca n.* 19. *& Nos in resolut.* 16. *nu.* 9. *&* 16. *post Adnot. ad Statut. Genuæ.* elegantissime *Salgad. Labyrint. Cred. par.* 4. *c.* 17. *n.* 32. 7

Ultraquamquod etiamsi dicti DD. Cooper &c. ali- 8
quam haberent causam metuendi, aut dubitandi proximam dicti Cayrel decoctionem, nihilominus licitè poterant tota arte, industria, ac sollicitudine eorum crediti satisfactionem repetere, talis enim dubietas, aut metus dolum in creditore minime valet inducere, sed omnino probanda est in Creditore scientia certa, & indubitata proximæ decoctionis illius, à quo satisfactionem sui Crediti curavit, quæ probatio fere impossibilis reputatur, ut optimè de more firmat *Surd. in d. cons.* 528. *nu.* 40. 41. 42. *&* 43. & post eum *Gratian. cap.* 391. *n.* 25. & ibi *De Luc. Adden. nu.* 19. *Mans. consul.* 179. *num.* 41. *Rocc. de decoct. Notab.* 40. *num* 18. *Rocc. Episc. disput. Select. cap.* 144. *n.* 22. egregiè *Tondut. resolut. Civil. tom.* 2. *cap.* 72. *num.* 15. 16. 17. *&* 18. cum aliis à me allegatis in *Cambist. Instruit. cap.* 1. *num.* 16. *& Rota Roman. dec.* 1. *num.* 23. *& decis.* 2. *num.* 1. *post dictum Cambist. Instruit.* egregiè *Rot. cor. Millin. Decis.* 147. *per tot.*

Imò asseri etiam potest, quod etiamsi Creditor non 9
solum aliquod dubium, sed plenam haberet notitiam debitorem suum amplius solvendo non esse (nisi tamen jam decoctus, vel notoriè decoctioni proximus esset) & tali scientia non obstante sui crediti satisfactionem ab eo exegisset, nihilominus exactio hæc validissimis rationibus in jure sustinetur absque ulla doli, vel fraudis umbra, quamvis creditores tertios præjudicet. Textus est express. *in l. Pupillus* 24. *ff. quæ in* frau-

fraudem Creditor. & ibi gloss. in verb. ut venirent,
quem eleganter explicat *Hartaman. Pistor. lib. 3. quaest.*
20. nu. 2. & affirmat *Episcop. Rocc. cap. 114. nu. 18.*
& seq. egregiè *Tondut. resol. civil. cap. 72. nu. 15. 16.*
& 17. lib. 1. Surd. consil. 328. num. 36. in fin. & Nos
in Cambist. instru. cap. 3. num. 32. & 33. ubi materiam
latius explicavi contrarias auctoritates declarando; Quod
10 autem minime locum haberet, quando probaretur Cre-
ditorem, qui notitiam habebat debitorem suum solven-
do non esse, illum suasisse ad pecuniam ab aliis in mu-
tuum, vel ad Cambium accipiendam, vel ad alicui cor-
respondali tradendam ut cum ea pecunia sic mutuata,
vel tracta facta ei solveret, nam tunc dolus, & fraus
adesset, & ideo conveniri posset creditor ad pecuniam
restituendam illi, qui ipsam ejus debitori mutuaverat
per *text.* expressum *in l. Servus tuus 20. ff. de dolo ma-*
lo „ ibi *Servus tuus cum tibi deberet nec solvendo esset*,
„ *hortatu tuo pecuniam mutuam à me accepit & tibi sol-*
„ *vit Labeo ait de dolo malo actionem in te dandam* „.
Episcop. Isol. Rocc. disput. cap. 144. num. 22. Saminiat.
controv. 27. n. 54. cum seqq. lib. 1. & in terminis Cre-
11 ditoris, qui à suo debitore jam non solvendo effecto
tractam super alios reportavit, optimè facit *De Luca*
de Cambiis disc. 25. num. 16. & melius *disc. 33. nu. 4.*
cum valde differat satisfactionem sui crediti obtinere in
mercibus, vel pecuniis, quae jam apud debitorem exi-
stunt, quamvis creditor haud ignoret ipsum solvendo
non esse, & illam exigere in pecuniis, quas debitor sui
creditoris arte, & industria motus à tertiis in mutuum
accepit, ut explicat idem *Episcop. Rocc. d. cap. 144. n.*
13 *22. & 23.* Quod eo magis procedit, quando Creditor
tertios suasit ad pecuniam mutuandam suo debitori,
cum ipse jam sciat eum non esse solvendo, non so-
lum ex argumento è fortiori deducto ex dicto textu,
verum etiam ex aliis rationibus plena manu congestis
in una *Liburnen. Pecuniaria, seu Mandati 31. Mar-*
tii 1724. coram Me.

Adducebatur postremò ad favorem dicti Domini
Nunes, quod Dominorum Cooper &c. Creditum
haud ascendebat ad pretium Saccharorum eis tradito-
rum, & quod adhuc apud eos aliqua dicti pretii
quantitas existebat.

14 Hoc autem objectum omissis etiam non paucis facti
circumstantiis altiorem indaginem requirentibus, & à va-
riis calculis procedentibus, quibus dicti DD. Cooper &c.
penitus se tuebantur, evanuit animadvertendo, quod
DD. Cooper &c. post Saccharorum consignationem eis
à dicto Caytel factam se se obligarunt ad solvendum
Domino de Chitis Liburnensi debitum, quod dictus Cay-
tel cum ipso contraxerat pro pretio saponum; Unde pa-
rum refert DD. Cooper &c. immediatos esse dicti Cay-
tel Creditores pro toto Saccharorum valore, dum pro
residuo onus in se assumpserunt cum consensu, & vo-
luntate dicti Caytel, Domino de Chitis ejusdem Credi-
tori satisfaciendi, quod equidem non fecissent absque
praecedenti hypotheca, & Saccharorum consignatione,
optime *Bosc. cons. 540. n. 3. cum seqq. &* in praecisis no-
stri casus terminis consuluit, *Mans. consult. 179. n. 41.*
§. Sed omnis amovetur, & nu. 42. & 43. in cujus casu
sententiam favorabilem reportavit, ut advertit ipse in fi-
ne dictae suae consultationis.

15 Animadvertendum est etiam, rei vindicationis actio-
nem Domino Nunes solum competere posse, si dicto-
rum Saccharorum portio ad eum spectans apud dictos
DD. Cooper &c. adhuc existeret; Ast quando, ut in ca-
su nostro apud creditorem amplius res aliena non repe-
ritur, sed ab ipso cum consensu sui debitoris jam fuit
alienata, & illius pretium in computum sui crediti per-
ceptum, tunc Domino rei nulla actio competere potest
adversus Creditorem, qui pretium in sui crediti extin-
ctionem recepit, ut optimè edocent per *text.* expressos
in *l. qui Vas 49. ff. de furtis, & in l. si quis Uxori §.*
Si Titius, ff. eodem, Ansald. de Commerc. disc. 28. n.
3. 4. & seq. & ferè *per tot. & disc. 93. nu. 5. 6. 7. &*
seq. Vespignan. de empt. & vendit. consult. 4. nu. 14. 15.
16. & 17. qui in terminis dubitabilioribus pretii rei pro-
priè furtivae, & in tertios alienatae loquuntur.

16 Et quamvis contrarium ego ipse sustinuerim *in disc.*
75. de Commerc. n. 17. & 25. necnon alii etiam DD.
qui allegari possent, attamen pro clariori hujus casus
explicatione animadvertere oportet, quod aliquando
pretium in locum rei venditae, & consumptae succede-
re potest, praesertim si pretium titulo lucrativo apud
aliquem reperiretur; Ut exempli gratiâ, si quis rem
alienam donasset alicui, qui postea illam vendidisset,
& pretium apud se retineret, in quo equidem casu Do-
mino rei contra illius pretii possessorem competit actio
rei vindicationis, quia *Nemo debet cum alterius jactu-*
ra locupletari, ut doctè materiam distinguendo edocent
Rot. Romana cor. Cels. dec. 340. n. fin. & cor. Buratt.
dec. 874. n. 89. Card. de Luc. disc. 129. n. 6. de Rega-
libr. & Rot. par. 18. rec. dec. 86. n. 5. & in dec. 272.
primae confirmatoria, & *D. Ansald. d. disc. 28. n. 11.*
de Commerc. vel absque ullo titulo rei alienae pretium 17
aliquis detineret, itaut ad eum refundendum possit con-
stringi, ut exempli gratia si pretium non adhuc ab em-
ptore solutum fuisset venditori dicti pretii Creditori,
vel ab ipso depositatum fuisset, aut apud Venditoris
procuratorem reperiretur, in his etiam casibus Domi-
no rei furatae talis actio contra pretium competeret,
ut firmant *Rocc. respons. 25. per tot. libr. 1. Ansald. d.*
disc. 28. num. 11. de Commerc. De Luc. d. disc. 129. n.
6. de Regalib. & latè *de Credit. disc. 26 n. 6. 7. 8. &*
seqq. & disc. 35. à num. 39. usque ad 50. Fontanell. de
pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. par. 7. n. 32. fol. mihi 135.
tom. 2. Rot. dec. 439. par. 18. tom. 2. rec. & plenè Nos
in *Canbist. Instr. cap. 8. num. 13. & seq. & disc. 56. n.*
56. de Commerc.

Idemque procedit etiam in casu, quo, pretium apud 18
emptorem rei propriè, vel impropriè furtivae reperire-
tur, & emptor Creditor ejusdem venditoris fuisset, nisi
tamen inter eos expressa, vel tacita legalis com-
pensatio intervenerit, quia in hoc casu pretium rei fur-
tivae, de quo compensatio nulla facta fuit, semper ad
Venditorem attinet, & sic ab emptore absque ullo ti-
tulo detinetur, ut in similibus terminis firmavimus in
d. cap. 8. n. 15. 16. & 17. & hic est praecisus casus de
quo scripsi *in hoc Tractatu disc. 75. de Commerc.* ubi
solum agebatur, an sequuta Venditoris decoctione pos-
set ab emptore fieri in sui favorem compensatio ad hoc
ut minimè teneretur in Judicio concursus Creditorum
in massa deponere dictum pretium, quod contendeba-
tur non fuisse ante decoctionem ab ipso compensatum,
circa quam disputationem melius materiam plures ca-
sus distinguendo explicavi in discursu Magistraliter à me
facto in hoc tertio tomo de *Commercio* inserendo, quam 19
in *d. disc. 75.* ubi ad opportunitatem Causae tantum
scripsi; Ast quando rerum, merciumque alienarum pre-
tium à Creditore in sui crediti extinctionem jam re-
ceptum fuit ut in casu nostro fecerunt DD. Cooper
&c. tunc minime potest rei Dominus ullam intentare
actionem contra Creditorem, qui illud recepit, & apud
eum titulo oneroso sui crediti existit, ut punctualiter
advertit *Surd. d. consil. 528. numer. 19. & 20. 21. &*
45. Card. de Luc. d. disc. 129. num. 6. in fin. de Re-
galibus, & Ansald. d. disc. 28. & 93. ubi supra, &
Nos *in disc. 56. num. 57. de Commerc.* & alii quam-
plures Auctores supra relati.

A D D I T I O.

Ad num. 1.

Furta impropria fiunt in rebus creditis alicujus fidei, 20
& custodiae, vel cum administratione, vel absque, quas
postea ille, cui creditae fuerunt res ad aliquem usum,
vel effectum volitum à domino in proprium usum con-
vertit, latè docteque *Carpzov. in prax. crimin. par. 2.*
quaest. 85. per tot. ubi enumerat omnes personas, quas
enunciavi in principio hujus mei Discursus, *Raynald.*
de re crimin. par. 2. cap. 14. num. 13. & seq. latissime
Sabell. in verb. Furtum num. 3. vers. impropriè usque ad
n. 4. egregie *Calà ad pragmat. 11. de vend. & emption.*
par. 1. num. 112. cum seq. optime *Scanarol. de visitat.*
Carcerator. lib. 1. §. 13. cap. 3. n. 20. cum plurib. seqq.
fol. mihi 175.

Ad num. 6.

Secus procedit conclusio de qua sub *num. 6.* si fuit 21
facta aliqua extorsio, vel concussio à Creditore erga
suum debitorem pro consecutione sui crediti, ut est
Text. express. in l. Pupillus 24. ff. quae in fraud. credi-
tor. Hartaman. Pistor. lib. 3. quaest. 20. n. 6. & seqq.

AR-

ARGUMENTUM.

Mandatarius, vel Commissarius licet habuerit mandatum à suo Corresponsore vendendi merces solum pecunia præsenti, & numerata, potest eas vendere etiam dilato pretio, quando non reperiit emptores, qui præsenti pecunia eas emere velint. Quod tamen procedit si mandatarius non potuerit absque detrimento Negotii, vel mercium prius certiorem facere suum Corresponsorem, & responsionem ab eo expectare.

Qua occasione Magistraliter traditur in quibus casibus valeat mandati fines excedere, tum etiam in quibus teneatur excedere, imo contra mandatum agere.

Ad validitatem Ratificationis sufficit, quod ratificans excessum mandati, scientiam habuerit de substantialibus Contractus, vel Negotii ratificati, licet eam non habuerit circa qualitates accidentales, vel quoad ea, quæ non poterant reddere deteriorem Conditionem Ratificantis.

Fides omnino præstari debet Libris, literis, & computis Mandatarii, Commissarii, aut institutoris, eorumque assertionibus per eos in eisdem Libris, & Literis, & computis factis circa gestionem, vel administrationem, aut bonum, vel malum successum Negotiorum, vel mercium suorum Corresponsorum, nisi per istos contrarium probetur.

An, & quando credi possit Mandatario, seu Commissario alleganti impedimentum aliquod, ob quod non potuit exequi Mandatum sui Corresponsalis.

SUMMARIUM.

1 *Mandatarius excedens fines mandati tenetur ad refectionem damni mandanti illati.*

2 *Mandatarius vendens merces, seu res mandantis minori pretio, vel habita fide de pretio contra expressum mandatum, tenetur ad damni refectionem, & num. 20.*

3 *Ratificatio sanat excessum mandati, quia æquiparatur ipsi mandato.*

4 *Ratificatio non valet, si claram, & specificam scientiam excessus non habuerit ratificans, & num. 5.*

Sufficit tamen scientia substantialium qualitatum, quæ Conditionem ratificantis possunt reddere deteriorem num. 7.

8 *Venditor non tenetur certiorare emptorem, nisi de substantialibus qualitatibus, quæ illum possunt retrahere ab emptione.*

9 *Ratificatio trahitur ad qualitates etiam ignoratas, quando constat, quod ratificans voluerit actum, utcumque ille sit, ratificare.*

10 *Mandatarius, qui vendidit merces sub fide pretii Mercatori habito communiter idoneo, non tenetur ad damni refectionem, si postea Mercator decoxerit.*

11 *Acceptat Literas Scribentis Decocti, vel proxime decocturi, non tenetur solvere Litteras acceptatas.*

12 *Testes plures numero præferuntur paucioribus.*

13 *Præsertim si sint conjecturis adminiculati.*

14 *Testium ingens numerus supplet defectum Juridici examinis, & alium quemcumque.*

15 *Et attenta eorum multitudine factum redditur Judicii Notorium.*

16 *Res Notoria non requirit ordinem Judiciarium.*

17 *Testes aliunde adminiculati plenè probant, etiam non formiter examinati.*

18 *De nullitate examinis dicere nequit, qui eodem modo testes examinavit.*

19 *Plures casus distinguuntur, in quibus mandatarius teneatur nec ne.*

21 *Mandatarius potest excedere fines mandati, quando excessus tendit ad utilitatem mandantis.*

22 *Mandatarius non tenetur mandatum executioni mandare, quando ob improvisam rerum mutationem casus contigit, in quo executio mandati esset mandanti damnosa.*

Mandatarius, quando ob impedimentum aliquod non potest mandatum in forma sibi præscripta exequi, tenetur de eo monere mandantem, & responsum expectare. Ibid.

23 *Intelige si negotium moram patiatur, aliàs potest mandatarius agere, prout prudentia sua videbitur, & num. 34.*

24 *Legati, Oratores, vel Capitanei dato aliquo impedimento, ob quod non possunt Ordines Principis servare, possunt agere quidquid eis videbitur, dummodo tempus non habeant monendi Principem, & responsum expectandi.*

25 *Factum sequens declarat voluntatem præcedentem.*

26 *Culpa, seu dolus imputari non debet, quando casus nihilominus sine culpa, & dolo contigisset.*

27 *Damnum, quod potest contingere etiam sine culpa illius, qui damno causam dedit, haud nocet culposo.*

28 *Mandatarius tenetur probare impossibilitatem, vel impedimentum ob quod non potuit exequi mandatum. Declara, ut num. 29. & 30. & 31.*

32 *Assertionibus Mercatorum factis in Literis, computis, & aliis circa administrationem rerum, & mercium suorum Corresponsalium standum est.*

34 *Mandatarius, si in casu inopinato, & non præviso aliquod prudens expediens accepit, nullum ex hoc præjudicium sentire debet.*

Liburnen. Pecuniaria, seu Mandati.

Veneris 31. Martii 1724.

DECISIO AUTHORIS,
ET
DISCURSUS CXXV.

Super prætensione Liburni promota à DD. Joseph, & Jacobo Duran Barcinonensibus una cum D. Petro Hoiquel Hamburgensi mediantibus ipsorum Procuratoribus, quod nempè venditio Sarcinarum quatuor telarum pro conficiendis culcitris laneis, vel plumeis vulgo nuncupatarum *Tralicci*, doliorum insimul quattuor cerarum pro tribus quartis partibus eisdem DD. Duran pertinentium, & pro alia quarta parte dicto D. Hoiquel, quam fecerunt DD. Franciscus, & Petrus Fornes Liburnenses D. Sabatho Levi cum dilatione trium mensium ad solutionem pretii, executa fuerit contra mandatum prædictorum DD. Duran, & Hoiquel Principalium, ac dominorum dictarum mercium, itaut residuum pretii, quod exigi non potuit à d. D. Levi ex causa ejus decoctionis post venditionem prædictam subsequutæ, ante vero expirationem dicti trimestris, non possit, neque debeat in eorum damnum cedere, sed dictorum DD. Fornes, qui suorum Principalium transgressi sunt mandatum, super hac inquam prætensione favorabilem sententiam reportarunt Actores à D. Gubernatore Liburni, & Causa coram me postmodum in gradu appellationis reproposita, eaque mature discussa in totum revocandam fore primam Sententiam existimavi, declarando insuper, quod damnum à decoctione dicti D. Levi proveniens subiri debeat à dictis DD. Principalibus, & Dominis mercium secundum eorum respectivè ratas, & per consequens licuisse dd. DD. Fornes commutare vulgo *stornare* tam in computo currenti DD. Duran, quam Hoiquel partitas pretiorum in eorum creditum respective ex causa dictæ venditionis conscriptas pro eo, quod adhuc erat debitrix ratio Bancharia dicti D. Levi.

Unicum, & præcipuum fundamentum, cui nitebatur prætensio DD. Duran, & sociorum, erant literæ per eos scriptæ sub die 2. Januarii 1721. Barcinonæ Dominis Fornes Liburnensibus, cum quibus à dictis DD. Duran, & Sociis limitabatur DD. de Fornes tum pretium, tum modus illius solutionis, nempe in pecunia præsenti, & numerata his præcisis verbis *intendendosi pagando di contanti, e non a fidare*: Unde cum DD. de Fornes dictas merces vendiderint D. Levi cum dilatione trium mensium ad solutionem, atque ideo mandatum excesserint, ipsi jure merito omne damnum 1
ex propria transgressione mandati subire debent, ut

diffu-

diffuse probavi *disc. 119. num 4. & seq. tom. 2.* & in nostris terminis venditionis factæ sub fide futuræ solutionis, & pro minori pretio contra mandatum Do-
2 mini aliter venditionem mercium suarum ordinantis *Jo: de Hevia de Commerc. Terrestr. lib. 1. cap. 4. n. 18. & 20. Rot. coram Ludovis. decis 23. num. 4. & coram Coccin. decis. 200. num. 5. Rocc. de Mandat. num. 193. Rota Januen. de Mercat. dec. 9. n. 12. & seqq. & dec. 202. num. 14. & 15. De Luc. ad Golin. de Procurat. in append. ad par. 5. nu. 14. Ludovic. conclus. tit. de Procurat. conclus. 46. ampliat. 31. & dec. Perus. 33. num. 7. vers. primo enim fallit, Gratian. discept. cap. 29. num. 43. Arias de Mesa var. resol. lib. 1. cap. 50. num. 12. & seq. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib. 4. tit. 21.*

Verum consideravi tale fundamentum per Actores deductum locum sibi non vindicare in casu præsenti, quia postquam fuerint per dictos DD. de Fornes admoniti dicti DD. Duran de Venditione præfatarum mercium ab eis facta Mercatori boni nominis, & crediti penes totum Liburni emporium cum dilatione trimestris ad solutionem pretii, ex quo non potuerunt alios invenire, qui dictas merces cum præsenti numerata pecunia emerent, ut constat ex Epistola per dictos DD. de Fornes scripta sub die 9. Aprilis 1721. eisdem DD. Duran, & Sociis „ ibi „ *Con il tempo al Pagamento „ di tre mesi, il tutto fidato a buona Casa da poterne vivere con tutta quiete, crediamo, che lor Signori saranno contenti del nostro operato, e che il „ tutto sarà di sua intera soddisfazione* „ statim ratificaverunt, & approbaverunt dictam venditionem, cum sequenti eorum litera responsiva diei 11. Maji ejusdem Anni „ ibi „ *per l'espressa, che lor Signori ci „ dicono, che rispetto li ordini li diedimo da vendere „ alcuni capi di Mercanzie, e che il medesimo ha confermato il Signor Pietro Hoiquel di Amburgo, avevano eseguitata la vendita della Cera a ducati 21. „ 5. il Cento, le Tele da materassi a pezze 3. 5. la „ Pezza, e le bande stagnate lire 32. il cento le doppie, e le dette scempie a lire 30. il Cento, con il „ tempo di 3. Mesi, in che non aviamo, che replicare, ec. ed ora attendiamo con sua prima il Conto „ del netto proceduto di detti tre generi, e lor Signori ne passeranno tre quarti al mio Conto corrente, e un „ quarto al detto Signore Hoiquel* „ ; Quod etiam fuit in aliis subsequentibus literis per eosdem DD. Duran confirmatum; Stante itaque hac ratificatione, & approbatione dictorum DD. Duran, & sociorum quicunque sanatus, & convalidatus fuit excessus, vel transgressio, quam commisissent DD. de Fornes in exequendo mandato sibi à dictis suis Principalibus dato circa venditionem suarum mercium; Imo tantam vim
3 habet in jure Mercatoris subsequuta approbatio, vel ratificatio, quantam habet ab initio illius mandatum, itaut utilitas, vel damnum negotiationis non minus ad Mercatorem spectat, cum illam approbet, quam cum illam à principio fieri mandavisset, *Mans. consult. 187. num. 30. 31. & consult. 192. numer. 16. 17. & consult. 437. num. 10. 11. Rocc. de Mandat. not. 89. num. 220. Rota Januen. de Mercat. dec. 76. num. 3. 5. 6. & dec. 119. num. 2. 3. Rota Romana coram Pamphil. dec. 582. num. 5. & coram Coccin. decis. 1535. num. 9. 10. & in recent. dec. 82. numer. 7. part. 6. & dec. 11. num. 17. part. 11.* & Ego *in disc. 30. num. 71. & disc. 37. num. 4. tom. 1. de Commerc.* & in terminis punctualibus ratificationis venditionis *Hermosill. ad ll. Hispan. l. 48. gloss. 4. tit. 5. fol. 5. numer. 6. tom. 2. Jo: de Hevia de Commerc. Terrest. lib. 1. cap. 4. num. 20.*

Neque obstat DD. Duran non innotuisse personam Emptoris à DD. de Fornes non individuatam, ideoque non potuisse eorum ratificationem sibi aliquod
4 præjudicium producere, quia ut ratificanti actus ratificatio præjudicet requiritur, quod ille ante ratificationem omnium qualitatum actus ratificandi scientiam habuerit ad late tradita *per Gratian. cap. 752. num. 16. & seqq. Mans. consult. 386. num. 2. & seqq. Rota Romana coram Ludovis. dec. 311. num. 15. Rocc. Epistop. Select. disp. cap. 122. num. 10. & Rota coram Cavaler. dec. 612. num. 27. & seq.*

Quoniam objectum tantum procederet si nunc ageretur de invalidanda approbatione DD. Duran quoad Personam D. Levi emptoris, quæ illis non innotuit, verum quia DD. Fornes non intendunt se valere ratihabitione suorum Principalium, nisi in partibus, in quibus eorum mandatum excesserunt, ideo illis satis 5
superque est notificasse suis Principalibus eas qualitates excessum suum tangentes, ut explicat *Epis. Rocc. d. cap. 122. numer. 11.* „ ibi „ *regulare est ad effectum ut gesta per Ministrum ultra mandatum ratificentur, quod debet probari scientia præcisa excessus* „ & in his terminis loquuntur omnes authoritates in contrarium adductæ, nam quoad personam emptoris nulla aderat in eis necessitas illam individuandi, ut valere posset ratificatio dictorum suorum Principalium, quia circa 6
illam non habebant mandatum limitatum, sed usque ab initio illud jam receperant liberum, & absolutum cuilibet vendendi ut in simili casu advertit *Castald. consult. 87. num. 18* secus vero esset dicendum quando mandatum habuissent DD. Fornes vendendi alicui determinatæ personæ, & pro determinato pretio, in quibus terminis quemadmodum excessus non solum fuisset quoad modum vendendi, sed etiam quoad variatam personam emptoris, conscios ita de utroque facere debuissent dictos DD. suos Principales.

Ultraquamquod minus prædicta objectio locum haberet etiamsi DD. Fornes nullum penitus vendendi mandatum ab initio recepissent, quia Doctores, qui pro validitate ratificationis volunt in ratificante pernecesse præcedentem scientiam omnium qualitatum actus ratificandi, non intelligunt loqui, nisi de qualitatibus 7
substantialibus, nam quoad alias qualitates, quæ non respiciunt substantiam, sive essentialia actus, vel contractus, neque possunt deteriorem reddere conditionem ratificantis, nullatenus in ratificante est necessaria earum præcedens scientia, ut illius ratificatio valida sit ut in casu, quo contractum ratificare debenti nedum tacita fuit persona alterius contrahentis; sed etiam alia diversa supposita, firmat *Ansald. de Commerc. disc. 30. nu. 24.* „ ibi „ *cum etiam quia superabundat extitisse substantiam contractus approbatam, & dummodo prout hic conditio constituentis non fuerit facta deterior, mutatio enim personæ validitatem, & approbationem contractus non tollit*, & ante eum mirabiliter, *Rot. Rom. dec. 247. num. 2. 3. 4. coram Cerr. & Torr. de Camb. disput. 2. quæst. 13. num. 61. cum seqq.* Nec non argumento textus *in l. 1. §. Dolum malum*, & ibi *glos. verb. servant*, & juxta Pandectas Florent. *deserviant ff. de Dolo* meliorem immodum probant *Straech de assecurat. gloss. 7. num. 1. 2. 3. 4. Jo: de Hevia de Commerc. Naval. lib. 3. cap. 14. num. 16. Rocc. de assecurat. not. 46. numer. 154. 159. Surd. decis. 265. num. 49.* ubi in fortioribus terminis 8
venditoris, quod nempe ipse non teneatur certiorare emptorem nisi de qualitatibus substantialibus rerum, quæ illum retrahere potuissent ab emptione, & faciunt tradita per *Rot. Rom. in Manuscr. ad Card. de Luc. de Credit. disc. 30. num. 13. & 14.* Cum itaque in casu nostro admoniti fuerint dicti DD. Duran de tota substantia contractus venditionis à DD. Fornes, soluto per istos præterita persona Levi emptoris, cujus Personæ individuatio non erat de substantialibus contractus, neque de qualitatibus, quæ facere possent deteriorem conditionem DD. Duran, quippe quia nihil eis scire intererat, an Levi, vel alius esset emptor suarum mercium, sed solum interesse debuerat, quod emptor esset vere mercator tantæ fidei, & crediti, ut procul à dubio decoctionis, quinimmo tranquillo animo viverent, prout id quoque adamussim eis notificatum fuit per Literam scriptam sub die 9. Aprilis à dictis DD. de Fornes „ ibi „ *il tuto fidato a buona Casa da poterne vivere con tutta quiete* „. Ideo ob solam ignorantiam personæ Levi emptoris nullatenus de jure possunt dicti DD. Duran, & socii prædictam suam ratificationem, & approbationem tanquam nullam, & invalidam impugnare.

Eoque magis id procedit quando ex casus circum- 9
stantiis apparet ratificantem voluisse omnino actum, utcumque ille esset, ratificare, quia tunc ratificatio trahitur etiam ad qualitates ignoratas, ut docte, ac egregie notat *Gabriel. cons. 146. num. 14. vers. tamen verius est* quem sequitur cum aliis *Menoch. cons. 561. num. 27. & 28. & seq. ac num. 37. & seq.* mirabiliter *Paul. de Castr. cons. 216. num. 3. par. 1. Rub. in resol. practic. de Testam. capit. 26. numer. 244.* prout in casu nostro ubi ex pluribus subsequentibus responsi-

vis

nis literis dictorum DD. Duran clare constat eos voluisse omnimodo ratificare dictam venditionem, quia nullibi unquam desiderium, & sollicitudinem sciendi personam emptoris habere docuerunt, quod est signum manifestum, quod in nihil eorum intererat, ut proprium est mercatorum principaliter intentorum securitati, & idoneitati personarum, cum quibus contrahere volunt, neglecta penitus quacumque particulari personarum affectione.

Certum igitur cum sit io nostro casu (ut inferius videbimus) Levi emptorem fuisse de tempore venditionis in Foro Liburnensi tali in existimatione, ut contrahentibus cum eo dubitandi locum non sineret de aliquo minus prospero eventu, vel deficientia illius rationis Bancharia, quamvis inopinate præter omnium expectationem illius decoctio post tres circiter menses supervenerit, damnum ideo, quod ab eadem decoctione redundavit, nullatenus DD. Fornes imputari debet, sed totum subire debent DD. Duran dictarum mercium Domini, ut io terminis punctualibus venditio-
10 ois mercium factæ ab administratore, Procuratore, aut hujusmodi persona mercatori pro idoneo communiter habito de tempore venditionis, & imposterum inopinate ante diem solutionis pretii decocto, affirmant *Strach. de Mercat. tit. Mandat. num. 36. Paris. conf. 156. num. 32. Recc. de Mandat. Not. 25. nu. 41. & 42. & not. 23. nu. 48. & respos. 25. num. 6. & 7.* & melius etiam *Senatus Mantua apud Manent. decis. 72. numer. 34.*

Adversum prædicta omnia vim non parvam videbatur inferre hæc subsequens facti consideratio, videlicet, quod quamvis DD. Fornes mercium venditionem fecerint Levi de tempore, quo adhuc pro idoneo, & solvente iste communiter reputabatur, successiva tamen ratificatio DD. Duran, & sociorum non supervenit, nisi post sequutam, ac detectam decoctionem prædicti emptoris, quare ex defectu consensus talis ratificatio prorsus corruere videtur; Etenim si DD. Duran, dum ratificarunt, notitiam habuissent decoctionis dicti Levi, non approbavissent utique transgressionem, seu mandati excessum per dictos DD. Fornes commissum ad late tradita per *Card. de Luc. disc. 1. per tot. de Societat. Offic.* & in similibus omnino terminis litera-
11 rum Cambii à mercatore acceptataruio, quando scribens erat proximus decoctioni, vel actualiter decoctus de tempore earum acceptationis. Nos abunde in tractatu materna lingua conscripto cujus titulus *il Cambista Instruito cap. 2. num. 1. cum seq.*

At hujusmodi objectio neque in facto, neque in jure habebat quippe subsistentiam; Non in facto quia manifeste resultabat ex fide sex mediatorum Cambii, & triginta quinque mercatorum Liburnensium dictum Levi emptorem aliquibus etiam diebus post ratificationem dictorum DD. Durao permansisse in primævo ejus credito, & existimatione penes totum mercatorum Liburni Forum, & quantumvis adversum hujusmodi fidem altera contraria nonnullorum mercatorum opponeretur, & amplius subjungeretur primam tanquam extrajudicialem, nullatenus esse attendendam, nihilominus quoad primam oppositionem optime fuit responsum, quod minori numero longe major oomerus te-
12 stium ad favorem DD. Fornes testificantium prævalere debet secundum *Rotam Roman. coram Bich. dec. 48. num. 2. & dec. 97. num. 19. & dec. 378. numer. 4. & dec. 621. num. 19. & dec. 647. num. 6. 7. Cyriac. controv. 48. num. 11. & dec. 494. numer. 22. part. 1. rec.* Præcipuè quia testes DD. Fornes prætereorum majorem numerum adminiculati fuot ex diversis urgentissi-
13 mis conjecturis mox infra recensendis *Rot. coram Bich. dict. decis. 97. numer. 19. & decis. 621. numer. 29. & Cyriac. controv. 312. numer. 30. Merlin. decis. 714. num. 17. & part. 19. rec. decis. 185. num. 23. & decis. 596. numer. 6.*

Eoque magis non est attendenda depositio testium in contrarium adductorum, quia præsefert omnem inverisimilitudinem, etenim licet aliqui ipsorum attestentur per aliquos dies ante diem 11. Maji dictum Levi defecisse ab integra sua existimatione, & credito, tamen constat ex Processu eosdemmet plura negotia, & contractus cum dicto Levi usque ad dimidium ejusdem mensis Maji finivisse. Quo verò ad DD. Vitalem, & Giavarinum idem attestantes pariter constat eosdem sub die 5. ejusdem mensis Maji non modo vendidisse dicto Levi dolia duodecim Sacchari cum dilatione quadrimestris ad pretii solutionem, verum etiam sub die septima sequenti accepisse ab eodem Levi Cambialem literam petiarum 176. 8. 4. cujus valor deinde ab eisdem DD. Vitali, & Giavarino solutus fuit sub die 14. ejusdem mensis; Et similiter quoad D. Philippum Gulielmum Huigens alterum contrarium testem, ipsum sub die 12. ejusdem mensis cambiom petiarum 300. pro Florentia cum dicto Levi tractavisse. Respectu verò D. Amerighi Bouter alterius ex contrariis testibus notandum est, quod ipse tanquam minister, & Complimentarius rationis Bancharia D. Aoselmi Fajole attestationem fecit ad favorem DD. Duran, e contra vero idem D. Anselmus Principalis contrarium omnino deposuit io favorem nempe DD. Fornes, & denique DD. Franciscus Damianus, & Jo: Dominicus Cittadelli, qui prius io favorem DD. Duran fidem fecerunt, se postea ab ea retraxerunt, aliamque contrariam ad favorem DD. Fornes subscripserunt.

Nec pariter relevat, quod depositio testium à DD. Fornes producta sit informis, atque extrajudicialis.

Primum quia ingens ipsorum numerus supplet defe- 14
ctum examinis Joridici, & alium quemlibet, ad satietatem de quatuor vel quinque Testibus firmat *Rot. post Zacch. quæst. Medic. Legal. decis. 76. num. 17. Cyriac. controv. 512. numer. 19. usque ad 32. Rot. Romana coram Royas decis. 353. numer. 5. 6. & decis. 466. numer. 8.* & punctualiter *in Florentina nullitatis executionis 15. Julii 1717. §. Cujus sententia, coram D. Auditore Venturino. De Luc. de Judic. disc. 32. num. 38.* immò attenta tali multitudine Testium Factum 15
redditur Judici veluti notorium, *Corn. cons. 333. num. 7. libr. 1. Bursat. cons. 111. numer. 21. libr. 1. Mascard. de probat. conclus. 1082. numer. 10. 11.* atque 16
uti res notoria non requirit ordinem judiciarium, punctualiter *Salgad. de Reg. Protect. part. 1. capit. 2. numer. 107. & part. 3. capit. 14. numer. 47. Solorzan. de Jur. Indiar. libr. 2. capit. 27. numer. 89. Parexa de instrum. edit. tit. 6. resolut. 8. num. 41.*

Secundo quia in caso nostro adminicula multa, fortia, & conjecturæ diversæ concurrunt; Videlicet effectivæ negotiationes, & solutiones factæ à Levi usque ad medietatem Maji 1721. ut constat ex ejus libris, à fide, & libris publicorum mediatorum, cum 17
quibus adminiculis Examen Testium quamvis informe, & extrajudiciale plenam atque perfectam probationem facit, *Rot. coram Coccin. decis. 905. numer. 5. 6. D. Auditor de Comitibus in decis. Senen. 36. num. 20. Rot. coram Merlin. decis. 714. numer. 15. 17. 18. Rota Romana decis. 65. numer. 15. & sequ. part. 10. recent. Bonden. collect. 44. numer. 136.* ego ipse *in discur. 30. numer. 32. de Commerc. & Rota Romana penes D. de Comitibus decis. 113. §. 5. numer. 11.* præsertim numero tam magno eorundem testium attento *Rota Romana decis. 494. numer. 4. part. 1. rec.*

Tertio qoia cum pars contraria simili testium fide
extrajudiciali usa fuerit, oon potest ipsa alterius par- 18
tis attestationes extrajudiciales pariter impugnare ex regula, *Quod quisque in alium statuit, ipso jure utatur l. 1. ff. quod quisque juris*, & punctualiter *Rot. coram Bich. decis. 347. numer. 7. & coram Ubald. decis. 331. numer. 9. Cardin. de Luca de Judic. discur. 32. numer. 25.*

Et tandem quia fides præstanda est (usque dum contrarium non probetur) assertioni DD. Fornes, qui suis literis certificarunt DD. Durao, quod Ratio Bancaria Levi, cui vendiderunt ipsorum merces, adeo iotegra fruebatur existimatione, & credito penes omnes ut quisque cum ea contrahens quietè vivere posset, ut inferius ostendam in §. *Ultra quod*; Tanto magis, quod talis assertio adminiculatur tam ingenti oumero testium, negociationibus continuatis à Levi ad medietatem usque mensis Maji, & fide publicorum mediatorum secundum exploratas regulas juris.

Neque, ut dixi, procedit objectio in jure, quoniam admisso etiam, quod ratificatio DD. Duran intercessisset post decoctionem Levi, negari saltem non potest, quod non liceat modo ab eadem ratificatione argui, qualis fuerit usque ab initio voluntas DD. Duran in casu, quod DD. Fornes venditionem mercium numerata pecunia facere non potuissent.

Sed

Sed ut melius id intelligi valeat distinguendi sunt qua-
19 tuor casus; Primus est quando Mercator mandatum
exequitur diverso modo cum præjudicio, & damno sui
Correspondentis; Secundus quando diversimode man-
datum exequens utilitatem potius affert Correspondenti.
Tertius quando Mercator mandatum exequi omittit,
quia ob improvisam temporum contingentiam, vel re-
rum mutationem, quæ à mandante excogitari, vel præ-
videri non poterat, aliquis casus contingit, in quo man-
dati executio esset mandanti damnosa. Quartus quando
à Mercatore nullatenus mandatum Correspondentis exe-
qui potest modo, & forma per eum præscripta.

In primo casu indubitabile est, quod Mercator trans-
20 grediens mandatum tenetur ad refectionem damni *Parif.
conf.* 91. *lib.* 1. & ego in *disc.* 119. *num.* 24. & alibi in
21 *tractat. de Commerc.* in secundo autem casu nequit pro-
pter excessum redargui, dum talis excessus in utilitatem,
& lucrum vertitur sui Correspondentis, *Bald. conf.* 334.
vers. præterea præsupponitur, & in fin. lib. 1. & ego in
d. disc. num. 66. In tertio, & quarto casu advertendum
est, quod si negotium propter dilationem temporis non
22 patitur præjudicium, Mercator tenetur prius correspon-
dentem advertere de eo; quod inopinate evenit, vel de
impedimento, ex cujus causa nequit mandatum exequi in
forma præscripta, atque expectare ulteriora ejus manda-
ta *Parif. conf.* 91. *num.* 14. *in eod. lib.* 1, *Gail. de pace
public. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 31, quem sequitur *Ramon. con-
sil.* 40. *num.* 13. ego luculentissime *in disc.* 119. *numer.*
63. *de Commerc.* Sed si negotium pati nequit temporis
23 dilationem sine aliquo evidenti, vel probabili præjudi-
cio Correspondentis, tunc potest Mercator agere prout
suæ prudentiæ videbitur, mirabiliter *Bald. conf.* 334.
num. 1. *vers. item res erat peritura lib.* 1. *Card. Tusch.
litt. M. conclus.* 40. *num.* 9. optime *Falconer. decis.* 33.
a num. 4. *usque ad finem tom.* 4. ego in *disc.* 22. *num.*
31. *& seq. disc.* 69. *num.* 13. *& seq. & disc.* 119. *nu-
mer.* 56. *de Commerc. Gail. de pace publica libr.* 1.
capit. 4. *numer.* 29. *&* 30. ubi ampliat in Capita-
24 neis, & Legatis, Oratoribus, & Commissariis Prin-
cipum.

Cum simus itaque nos in quarto casu, quia DD. For-
nes cum non invenerint dictas merces vendere in pecu-
nia numerata, existimarunt bene, & prudenter agere
vendendo illas cum aliqua temporis dilatione ad solutio-
nem Levi tunc temporis optimam famam, atque existi-
mationem, & in Liburnensi, & in cæteris Italiæ Em-
poriis adhuc sustinenti; Eo tamen difficultatis Causa re-
ducitur, an nempe bene se gesserint DD. Fornes ven-
dendo dictas merces sub fide antequam notitiam impe-
dimenti dedissent DD. Duran, & ipsorum responsiones
recepissent cum deliberationibus eorum negotium tan-
gentibus.

Atque hic modo apposite obviam venit in favorem
Dominorum Fornes actus ratificationis Dominorum Du-
ran, quamvis supervenisset post actualem, vel proxi-
mam decoctionem Levi; Nam sicuti ex tali subsequenti
approbatione bene in jure arguitur, quod etiam in ca-
su, quo mercium venditio in pecunia præsenti non in-
veniretur, voluntas mandantium usque ab initio erat per-
mittendi venditionem fieri posse sub spe, aut fide futu-
ræ pretii numerationis cuilibet personæ, quæ pro ido-
25 nea ad solutionem communiter reputaretur ex ea juris
conclusione dictante, quod ex facto sequenti præcedens
voluntas declaratur, aut infertur per *text. in l. sed Ju-
lian.* 9. *§. Proinde ff. ad S. C. Maced.* & ibi *Bartol.
Bald. Angel. & Bart. in l. cætera* 43. *§. Sed si paravit
ff. de leg.* 1. *Surd. conf.* 374. *num.* 24. *Mantic. de Ta-
cit. lib.* 6. *tit.* 23. *n.* 2. optimè ad propositum *Marca-
brun. conf.* 6. *n.* 37. 38. *& seq. Menoch. lib.* 1. *de præ-
sumpt. quæst.* 19. *n.* 10. *& lib.* 6. *præsumpt.* 35. *num.* 28.
& seq. Mascard. de Probat. concl. 95. *n.* 7. & ad abun-
dantiam ego in *disc.* 56. *n.* 27. *tom.* 2. cum plurimis ibi
allegatis. Præterea in nihilum attendi debet defectus,
vel culpa DD. Fornes in eo commissa, quod non dede-
runt notitiam DD. Duran de impedimento jam dicto,
neque expectarunt eorum præcisas responsiones; Nam
etsi moniti fuissent de tali impedimento, nihilominus fa-
cultatem vendendi sub fide de pretio eisdem DD. de For-
nes contulissent; Culpa enim seu mora non potest al-
teri omittenti, quod prius agere, intimare, vel monere
26 tenetur, imputari ab eo, qui idem pariter fecisset, vel
non fecisset, quamvis ab initio fuisset monitus, & in-
timatus optimè *Surd. conf.* 374. *num.* 29. *cum seq. Dec.
conf.* 241. *per tot.* & præsertim *num.* 3. *Rodulphin. in
prax. Judic. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 607. atque in idem col-
limante altera Juris conclusione communiter recepta,
nempe si damnum, aut accidens obvenisset etiam sine
interventu defectus, aut culpæ illius, qui causam dam-
ni dedit, tunc defectus, aut culpa nullum in jure pa- 27
rit effectum, neque præjudicium affert culposo, per vul-
gat. *text. in l. fin. §.* 1. *ff. ad l. Rhod. Pegas. resol. fo-
rens. cap.* 3. *num.* 33. *Surd. dec.* 87. *num.* 9. 10. *Rot. de-
cis.* 39. *num.* 27. *& dec.* 64. *num.* 26. *post Albit. de in-
constant. Ab. Eccles. observat. part.* 1. *observat.* 126.
num. 16. & ego in *disc.* 1. *num.* 83. *de Commerc.*

Opponebatur ulterius pro parte DD. de Duranis, quod
de tali impossibilitate vendendi dictas merces in pecu-
nia præsenti, & numerata non constabat nisi per sim-
plicem assertionem dictorum DD. de Fornes resultan-
tem ex ipsorum literis scriptis eisdem DD. de Duranis,
quod utique non sufficit, quia debet illa concludenter 28
probari secundum authoritatem *Rot. Januen. de Mer-
cat. decis.* 174. *numer.* 83. quam sequutus sum in *disc.*
119. *num.* 57. *de Commerc.*

Pro resolutione objecti præmittere necesse est duo im-
pedimenti genera dari posse, alterum negativum, po-
sitivum alterum; Quando agitur de secundo, consi- 29
stens in facto aliquo positivo E. G. non solutionis Na-
vis è Portu, præclusionis viarum propter latronum, vel
hostium incursiones, maris procellosi, vel hujusmodi,
tunc qui tale impedimentum adducit in propriam ex- 30
cusationem tenetur illud probare, sunt textus expressi in
l. commeatus 14. *ff. de re milit. & in l. non exigimus*
2. *§. Si non propter. ff. si quis Cautionibus*, & in his præ-
cisis terminis loquitur *Rot. Januen. d. dec.* 174. ubi alle-
gat authoritatem *Bart.* super prædictis textibus & ego
quoque eandem decisionem *Januen.* sequens in *d. disc.*
119. *num.* 57. Contra vero in casu impedimenti negati-
vi, ut in casu præsenti, in quo DD. Fornes asserunt non 31
invenisse, qui emerent pecunia illicò numerata, suffi-
cit Mercatori hujusmodi impedimentum adducere, ut
punctualiter affirmat *Paccian. de Probat. cap.* 46. *num.*
1. *&* 2. juncto *num.* 23. atque idem mirabiliter confir-
mat *Dec. conf.* 430. *Alex. conf.* 41. *num.* 9. *tom.* 3. *&
ibi Addentes Strac. de Mercat. tit. Mandat. num.*
39. *& tit. de Navigat. num.* 19. & plenè cum aliis ci-
tatis *Havia de Commerc. Terrestr. lib.* 1. *cap.* 4. *num.*
23. *Scacc. de Commerc. §.* 2 *gloss.* 5. *num.* 369.

Ultra quod in his materiis secundum particulares le-
ges, & consuetudines Mercatorum, qui tam in propriis,
quam in aliorum negotiis non solent uti Instrumentis,
Testibus, aut aliis cautionibus, vel probationibus se
muniri ad eorum operationes justificandas, sed negotian-
tur eorum solita bona fide, & sinceritate, quinimo per-
sæpe summa taciturnitate, & confidenter standum est
ipsorum assertionibus in literis, libris, aut rationi-
bus emissis, quoad ea, quæ sibi ipsis accidisse, atque 32
similiter egisse, & procuravisse in negotiatione, atque
administratione bonorum, & mercium suorum Corre-
spondalium; *Corn. conf.* 319. *num.* 12. 14. 17. *lib.* 3. *Strac.
de assecurat. in introduct. ad eundem tractat. num.* 73. *cum
seq. Cappc. Latr. consult.* 21. *num.* 17. *Rot. coram Durant.
dec.* 368. *num.* 43. *Felit. de Societ. cap.* 38. *num.* 17. *&
seq. Rot. coram Emerix dec.* 527. *num.* 9. 10. *de Luc. de
Regal. disc.* 115. *num.* 5. *& sub n.* 9. *vers. & hoc etiam*,
& disc. 129. *num.* 4. 5. *Cyriac. contr.* 395. *per tot. &
contr.* 486. *num.* 38. *& contr.* 505. *num.* 41. *& seq.* &
ego in *disc.* 30. *num.* 82. *de Commerc.*

Dicebam paulo ante, & nunc repetam magis oppor-
tunè, quod Mercatoribus, quando non possunt deman-
dare exequutioni ordinem sive mandatum suorum Cor-
respondalium in forma ipsis præscripta, nec tempus per-
mittit rescribere, atque expectare eorum responsiones
sine periculo certo, vel probabili deteriorationis Nego-
tii, tunc exequi datur mandatum eo modo, quo ipsorum
prudentiæ videtur. Quod si ita est ex hoc etiam capite
potuerunt DD. Fornes vendere dictas merces DD. Du- 33
ran cum dilatione ad pretii solutionem.

Etenim cum propter retardationem Navium Hollan-
diæ interea aucta fuerint prædictarum mercium pretia,
cumque etiam ad notitiam DD. de Fornes pervenerit,
quod aliquæ earundem Navium Hollandiæ eisdem mer-
cibus onustæ perventuræ erant Liburnum, ut de fa-
cto accidit, negari quippe non potest in talibus cir-
cum-

circumstantiis non bene se gessisse dictos DD. Fornes vendendo prædictas merces sub fide Levi tunc apud Mercatores omnes optima existimatione, & credito pollenti, aliter si prius advertere voluissent DD. Duran de impossibilitate vendendi cum pecunia numerata, atque ipsorum responsiones expectare periculum
24 erat de eventu in contrarium, nempè de amissione occasionis, quæ in promptu erat propter cunctationem Navium Hollandiæ vendendi ipsorum merces pretio magis utili, vel lucroso, punctualiter, *Bald. dict. consf. 334. numer. 1. versic. item res erat peritura libr. 1. & Card. Tusch. lit. M. conclus. 40. num. 9.*

ARGUMENTUM.

Latissime agitur cum suis distinctionibus, & declarationibus ad intelligentiam plurimorum Textuum articulus ille admodum difficilis, an nempe Mercator commendans apud suum Correspondentem aliquam personam, vel ei suadens ad contrahendum cum illo, vel ei credendum res, aut pecunias efficiatur illius fidejussor.

Mandans alicui, ut credat alteri res, & pecunias, tenetur actione Mandati erga mandatarium, eoque magis si scripsit, vel dedit mandatum hisce verbis, *il tutto sopra di me*, aut *a mio risico*, aut *a mio conto*, & similibus.

SUMMARIUM.

1 *Fidejubere dicitur, qui aliquem commendat, ut res, vel pecunia tradatur, vel mutuetur, & numer. 2.*

Contrarium firmatur, num. 10. & seqq.

3 *Mediator, Procurator, vel Commissarius commendans aliquam personam non censetur fidejubere pro Persona commendata, & num. 4.*

5 *Mercatores non intelliguntur fidejubere nisi adsit clausula* stare del credere, *& nisi recipiant mercedem pro fidejussione num. 6.*

7 *Consuetudo Contractus inter mercatores attenditur.*

8 *Mercatorum Judicio standum est circa verborum vim, & intelligentiam, & num. 14.*

9 *Commendans, si id faciat per modum simplicis narrationis absque animo se obligandi, non habetur tanquam fidejussor.*

10 *Suadens, & commendans aliquam personam in nihilo obligatur, licet suasio, vel commendatio respiciat effectum alicujus certi negotii.*

Amplia etiamsi suasiones recipiens sine tali commendatione res suas non fidisset num. 11.

12 *Commendans si in commendando usus non fuerit dolo, non tenetur tanquam fidejussor, secus vero si dolose se gessit.*

Limita tamen si is, qui suasiones recepit sine tali commendatione res suas commendato fidisset numer. 13.

15 *Commendans si usus fuerit verbis importantibus obligationem, vel mandatum fidejussisse censetur numer. 16. & 20.*

Præsertim si fuerit dictum sopra di me, *vel* a mio risico, *vel* a mio conto, *vel* a mio nome *num. 22.*

17 *Declarantur variæ DD. opiniones.*

19 *Commendans, si commendatio sit generalis, & nullam certam commissionem respiciat, non dicitur fidejussisse, secus vero si commendatio certum negotium respiciat.*

Amplia etiam in casu quo certum negotium non fuerit expresse commendatum, sed tacite numer. 20. 21.

22 *Commendans habetur tanquam fidejussor, si persona commendata sit ejus Minister, Institor, vel Agens.*

De eadem præcedenti Causa.

DISCURSUS CXXVI.

AGnoscentes DD. Defensores Dominorum de Duranis rationum momenta in præcedenti deducta contra se admodum urgere, se se confugerunt ad alterum Juris fundamentum prætendentes DD. de Fornes 1
ex eo quod affirmaverint bonam, & idoneam rationem Bancariam Levi, se se pro illa fidejussores constituisse, eoque magis quia DD. Duranis dicta Ratio Levi penitus ignota erat, neque DD. Fornes per literas eam significarunt, quando notitiam illis dederunt de dicta venditione, juxta diffuse firmata per *Rotam nostram Florentin. apud D. de Comitibus decis. 21.* præsertim à *num. 6. cum plurib. seqq.*

Sed firmiter censui, hujusmodi inspectionem extraneam esse omnimode à casu nostro; Quoniam ipsa 2
procedit quando aliquis Mercator commendat apud suum Correspondentem aliquam tertiam personam, & ipsi suadet, ut ei fidat, ac credat pecunias, vel res, in quibus præcisis terminis loquitur *dict. decis. 21. Dom. de Comitibus*, & omnes authoritates ab ipso recensitæ.

Verum in casu nostro DD. Fornes non uti Tertii scripserunt DD. Duranis ut gratam rem facerent alicui Tertiæ Personæ in commendationem ejusdem ipsis suadendo, ut crederent ei quantitatem pecuniæ, vel mercium, in quo casu vere dubitari posset, an quis taliter scribens in favorem alicujus personæ Tertiæ intelligat pro ipsa fidejubere, nam adeo vehementer desiderant, quod amicus commendatus summam recipiat, vel rem de qua indiget, verosimiliter videtur intellexisse se pro amico fidejussorem facere ut tali pacto facilius ille à suo Correspondenti effectum commendationis obtinere valeat; Sed prædicti DD. Fornes 3
in negotio DD. de Duranis se gesserunt uti ipsorum Mandatarii, aut Commissarii, aut Raccomandatarii, atque ideo eum non intellexerint in venditione mercium facta Levi rem gratam ipsi facere, sed tantummodo utile negotium agere pro suis Principalibus, quia cum non invenirent, qui merces in numerata pecunia emerent secundum mandatum expressum, neque expeditas Naves haberent, ut eas remitterent Barcinonam ad dictos DD. de Duranis ex causa Pestis tunc vexantis Provinciam, propter quam Commercium cum Hispania erat interclusum, dijudicarunt rectè consulteque agere vendendo illas sub fide pretii Levi, qui palam, & publice idoneus, & pro solvendo reputabatur, unde in hit facti circumstantiis nequit habere locum, nisi quod in terminis Mandatarii excedentis mandatum, vel in terminis ratificationis (qui proprie sunt nostri) superius ad abundantiam deduxi, atque probavi.

Et revera quemadmodum mediatores per quamcumque commendationem, aut persuasionem personæ, vel negotii, quod agant, vel tractent, nunquam intelligitur fidejussores se fecisse alicui partium, quia ipsi principaliter intelligunt aptare, vel interponere proprium ministerium ad favorem utrorumque Contrahentium ad effectum, quod contractus inter eos compleatur, ut limitando contrariam conclusionem probat cum plurimis authoritatibus ipsemet *D. de Comitibus in d. Florentina dec. 21. num. 34. 35.* & ego in *disc. 31. num. 41. & seq. de Commerc.*

Ita si DD. Fornes, qui uti Mandatarii, vel Com 4
missionarii nihil aliud sibi proposuerunt, quam accommodate proprium ministerium ad utilitatem, & lucrum suorum Principalium, quibus inserviebant in tractatione Negotii ad terminos mandati, atque etiam ultra mandatum, quando ita requirat aut necessitas, aut major congruitas, vel lucrum negotii, ut superius probavi secundum diversos casus expositos, dici debet eorum intentionem nullatenus fuisse fidejubendi pro Levi, cui principaliter nec inserviebant, nec placere non intendebant, punctualiter *Bald. in cons. 366. nu. 1. vers. & quia iste Guido lib. 5.*

Immò sicuti attenta universali Mercatorum praxi, quando Commissionarius, aut Mandatarius volunt fi- 5
dejubere pro Emptoribus mercium pertinentium suis correspondentibus, solent clare id exprimere vulgata clausula *stare del credere* imputando in debitum Correspondentis duo pro singulo centenario pro mercede

suæ

suæ fidejussionis *Ansald. de Commerc. disc.* 98. *num.* 53.
Mans. consult. 194. *numer.* 25. *&* 26. *& Rota Lucen. post*
6 *Altagrad. Jun. dec.* 2. *num.* 16. *&* 17. Cum itaque in casu
nostro DD. Fornes id non expresserint Dominis Duran,
neque pariter isti talem fidejussoriam cautionem petierint,
manifestè ideo resultat DD. Fornes noluisse se facere fide-
jussores *Ansald. de Commerc. disc.* 50. *num.* 36. *&* 37. *&*
Rota coram Cerro dec. 42. *num.* 29. *cum seq.*

7 Quorum in confirmationem addenda est fides Merca-
torum in Processu exhibita in his præcisis nostris terminis
attestantium, quod secundum eorum stylum, vel con-
suetudinem verba literarum, quas DD. Fornes scripse-
8 runt DD. Duran nullam fidejussionem, & obligatio-
nem ipsorum Fornes præseferunt, cui quidem Merca-
torum judicio standum est omnino, quando agitur de
vi, & intelligentia verborum, *Ludovis. dec.* 126. *n.* 7.
Rota coram Cerro decis. 42. *numer.* 18. *& decis.* 169.
num. 7. *cum seqq. part.* 10. *recent. De Luc. ad Gratian.*
cap. 500. *num.* 14. *vers. Apices juris Card. de Luc. de*
Camb. disc. 30. *numer.* 5. & ego in multis *disc. de*
Commerc.

9 Atque id multo magis procedit in casu nostro, in
quo clare videtur DD. Fornes non commendare, ne-
que approbare Levi, nisi per modum simplicis narra-
tionis de eo, quod ab ipsis gestum fuerat circa mer-
ces ad utilitatem, & lucrum Dominorum Duran, quæ
commendatio nunquam potest inducere aliquam obli-
gationem in commendante, ut doctè observat *Merend.*
controv. jur. lib. 14. *cap.* 43. *num.* 5.

Quando tamen essemus in terminis quæstionis pro-
motæ ab Advocatis dicerem non esse absolute verum,
quod is qui commendando aliquam personam suadet
alteri ad ei credendum res, vel pecunias, evadat fi-
dejussor; Nam in hac materia procedendum est cum
distinctione, videlicet.

Aut suadens, & commendans servavit terminos sim-
10 plicis suasionis, & commendationis sine aliis verbis,
ex quibus erui possit expresse, vel virtualiter obligatio
aliqua, vel promissio, tunc commendans, & suadens
nullo modo remanet obligatus, quamvis commenda-
tio, vel suasio respiciat effectum alicujus negotii certi,
ut per *text. expres. in l. eleganter* 7. *§. Final. & l. seq.*
& l. quod venditor 38. *ff. de dolo malo* mirabiliter pro-
bant *Christin. decis. Belg.* 111. *per tot. volum.* 1. *Faber.*
Instit. de mandato §. Tua tantum num. 5. *&* 6. *Imol.*
in cap. Fraternitate in fin. de Clericis non resident. Bo-
badilla de Politic. lib. 3. *num.* 52. *lit. D. fol. mihi* 171.
Peregrin. de Jure Fisci lib. 6. *tit.* 5. *numer.* 38. *in fin.*
Vidman. de Contract. tit. 7. *de Fidejuss. num.* 14. *Me-*
rend. controv. jur. libr. 14. *cap.* 43. *Belluga in Specul.*
Princip. rubr. 31. *§. Quamvis num.* 16. 17. *&* 18. *Jo-*
seph. Ludovic. decis. Luc. 33. *numer.* 4. 5. *&* 6. *Cephal.*
cons. 437. *a num.* 34. *usque ad* 48. *Guttierez practic.*
qq. lib. 1. *quæst.* 132. *num.* 8. *&* 10. *Amaya ad l.* 7.
num. 5. *vers. quomodo procedit Cod. de Decurion. Jo:*
de Hevia lib. 2. *cap.* 26 *num.* 39. *& in cur. Philipp.* 2.
part. §. Navigantes numer. 2. *&* 16. *Menoch. cons.* 179.
per tot. Thor. in compend. dec. Neap. part. 1. *verb. fi-*
dejussorem laudans Scopp. ad Gratian. decis. 69. *nu-*
mer. 13. *& seqq.* præsertim *sub numer.* 16. & etiam
11 quamvis qui suasiones recepit sine tali commendatio-
ne, & suasione non res suas fidisset commendato *Chri-*
stin. d. decis. 111. *numer.* 16. *volum.* 1. atque egregie
Faber instit. mandat. §. Tua tantum num. 5. *&* 6.

12 Id tamen procedit quando in suadente, & commen-
dante nullus erat dolus, aliter si suasio, vel commen-
datio fiat cum malitia, vel dolo, tunc obligatus re-
manebit suasor, & tenebitur actione doli, ut expli-
cant Textus, & citati Doctores, & similiter obliga-
tus remanebit suasor in casu, quo ipse oscitanter, vel
temeriter commendaverit, atque approbaverit perso-
nam aliquam, de qua nullam notitiam habuisset, ut
per *text. in l. Julianus §.* 1. *verb. non debuit ff. de action.*
empt. affirmat *Henrig. de fidejussor. cap.* 8. *numer.* 25.
id intelligas semper, quando qui recipit dolosas, aut
temeras commendationes, & suasiones non aliter cre-
didisset pecunias suas, vel merces, ut in dubio præsu-
mendum est contra dolosum, & culposum suasorem;
Sed si constaret, quod nemine suadente adhuc contra-
xisset, & credidisset res suas, tunc suasor quamvis do-
13 losus non remaneret obligatus *Christin. d. decis.* 111.
num. 9. juncto *num.* 16. *vol.* 1. & in his terminis in-

telligendi sunt omnes Doctores; qui loquuti sunt de
casu, quod Persuasus non contraxisset, si commenda-
tiones, & persuasiones non recepisset.

Sed si Mercator ultra terminos simplicis persuasio-
nis, & commendationis scripserit verba præseferentia,
aut virtualiter habentia vim promissionis, vel obliga-
tionis non solum secundum proprium, & literalem
eorum sensum, sed etiam secundum leges, & consue-
tudines Mercatorum, quibus, ut dixi, standum omni- 14
nò est ex punctualiter assertis à *Card. de Luc. disc.* 30.
num. 4. *&* 5. *de Camb. Felic. de Societ. cap.* 29. *num.*
75. *& Puteus dec.* 16. *per tot. lib.* 1. Tunc Mercator 15
de propriis tenebitur uti fidejussor illius, qui habito
præcisè respectu ad commendationes, & suasiones res
suas, vel pecunias aliis credidit per *text. expres. in l.*
si literas C. mandati, & l. fin. C. quod cum eo qui in
alien. potest. & l. si vero non remunerandi §. Cum qui-
dam ff. mandati, & l. Lucius 25. *ff. de fidejuss.* & in
his præcisis terminis ex his textuum decisionibus lo-
quitur *Rudollius cons.* 47. *per tot. inter cons. universæ*
Germaniæ par. 2. in cujus casu Mercator suis literis 16
non solum persuaserat, sed etiam petierat expressim a
suo Correspondali, ut crederet, quoddam mercium ge-
nus cuidam personæ, cui insuper dictus Correspon-
salis scripserat antecedenter nolle credere, & in his qui-
dem terminis tanquam antesignanum *Cons. Rudoll.* se-
quendo loquuntur *Capzovius Marquard. Hering. &*
Rosener. atque in iisdem *Card. De Luca de Camb.*
disc. 30. *per tot. & de Credit. disc.* 90. *& Gomez. var.*
resol. cap. 13. *num.* 4. *vers. item quæro* quos omnes citat
D. de Comitibus in laudata sua decisione. Imo idem
Card. De Luca de more prudenter nos admonet quæ-
stionem hanc magis factum, quam Jus respicere, quo-
niam pendet ex scrutatione, secundum facti particu-
laris circumstantias, voluntatis commendantis, & sua-
dentis an simplicis approbationis, & commendationis
fines excesserit.

Advertendum hic est ad dilucidationem materiæ, & ad 17
æquivocationes tollendas, quod aliqui Doctores, qui in
contrarium allegari possunt, loquuti sunt inspectis con-
suetudinibus, aut particularibus legibus, ut in aliquibus
Germaniæ Provinciis testibus prædictis Doctoribus trans-
montanis, & in Regno Neapolitano, ut referunt *Ce-*
phal. cons. 437. *num.* 36. *& Ludovic. in d. dec. Lucen.*
33. *num.* 7.

Alii diversimodè deciderunt ob æquivocationem ca- 18
ptam super intelligentia *text. in l. cum ostendimus* 4. *§.*
Fin. ff. de fidejuss. & l. 1. *§. Divus ff. de Magistrat. conve-*
niendis, & l. fin. C. eod. & aliis similibus legibus, quæ
loquuntur in casibus particularibus, videlicet Pupilli,
Minoris, Fisci, Reipublicæ, & Universitatis, Eccle-
siæ, vel aliarum personarum, sive corporum, quæ in
jure habent similia privilegia, aut denique Magistratuum,
vel personarum à Principe electarum ad approbandos fi-
dejussores, ut optimè advertunt superius à me citati Do-
ctores in *§. Aut suadens.*

Et alii demum confundentes terminos unius quæstionis
cum altera, crediderunt procedendum esse cum hac distin-
ctione, nempe quod si suasio, vel commendatio facta,
præcipuè mediantibus literis, nullum contractum cer-
tum, vel negotium respiciat, tunc talis suasio, vel com-
mendatio, utpotè generalis nequeat obligare suadentem,
aut commendantem un fidejussorem; Secus vero si per-
suasio, vel commendatio magis specificè facta sit; Ut
nempe moveatur animus alicujus ad ineundum aliquod
certum negotium cum aliqua persona, vel ad ei credendas
res, vel pecunias.

Verum hæc distinctio vera in jure nullatenus est quan-
do agitur tantum de simplici persuasione, approbatione,
vel commendatione, quoniam, ut superius vidimus in
§. Aut suadens regulariter non tenetur suasor, aut com-
mendans nisi in casu doli, vel fraudis, vel temeræ Com-
mendationis, quamvis alicui suadeat ad contrahen-
dum aliquod certum negotium cum persona commen-
data, vel ad ei credendum res suas, vel pecunias per
textus punctuales, & Doctores ibi allegatos; Locum 19
siquidem sibi vindicat talis distinctio quando sumus
extra terminos simplicis commendationis, aut persua-
sionis, videlicet cum per quasdam literas credenziales,
verè, absolutè aliquid mandatur, committitur, vel requi-
ritur, quia si mandatum, aut requisitio est generalis; vel-
uti si mandaretur plenam fidem habendam esse talà

determinatæ personæ, vel requireretur, quod ejus assertionibus credatur, vel omnis opera pro eo impendatur, vel favor, aut auxilium ei præstetur in quocumque illius negotio, vel quid simile, in his omnibus casibus prædictæ literæ nequeunt scribentem obligare, mandatum quamvis, & commissionem, vel requisitionem contineant, ratio est, quia attenta eorum generalitate mens scribentis verè non est mandare velle, vel committere, sed potius officiosam interponere commendationem apud eum cui ipse scribit, ut per textum expressum in *l. si vero 12. §. Cum quidam ff. Mandat.* „ ibi „ *non obligabitur mandati,* „ *quia commendandi magis hominis, quam mandandi* „ *causa scripta est*" docent penes innumeri allegati à *Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 13. de Fidejuss. num. 4. vers. item quæro,* & ibi *Adden. Jo: de Ayllon. num. 6. Altimar, de Nullitat. contr. tom. 3. quæst. 30. num. 167. & quæst. 31. num. 215. & seq. & 906. & 911. & Dominus de Comitibus in d. dec. 21. num. 1. & seqq.*

20 Si vero in mandatò negotium aliquod speciale, vel certum exprimitur, nempe ut dentur, aut mutuentur res, vel pecuniæ, vel contrahatur tali, & tali pacto, vel quid simile, tunc tenebitur scribens absque dubio actione mandati, ut superius probavi in §. *Sed si Mercator,* cum textibus, & DD. quibus addi possunt alii allegati *ab Ayllon. Add. ad Gomez. var. resol. lib. 2. cap. 13. de fidejuss. nu. 6. & ab Altimar. de Nullitat. contract. par. 3, quæst. 30. num. 167.*

21 Atque id non solum procedit in casu, quo per literas mandatum, vel commissum expressè fuerit negotium certum, sed etiam quando tacitè, vel implicitè, ut E. G. si aliquis mandavisset suis literis, vel requisivisset à suo Correspondali, ut plenam fidem haberet suo Agenti, Institori, Operario, Ministro Apothecæ, vel rationis Bancariæ, quia in tali casu quamvis literæ videantur generales; Attenta tamen qualitate talium personarum intelligi debet per Scribentem, quod ipse à Correspondali requirat aliquod pertinens ad illud negotium, vel Apothecam quam exercet, aut exercere facit per dictos Ministros ad textum notabilem in *l. quicumque 5. §. Sed, & cum fullo vers. plane si affirmaverit,* & ibi *gloss. verb. Institoria ff. de institor. action.* & per authoritatem ejusdem ita affirmant *Bartol. in l. Lucius Titius 25. n. 1. vers. fallit si ex qualitate ff. de Fidejuss. Rocc. de liter. Camb. Notab. 43. num. 122. vers. contrarium vero. Stracch. de assecurat. Gloss. 11. num. 34. Genna de Script. privat. lib. 3. tit. de Liter. Credential. num. 10. 11. & seqq. & num. 19. Trentacinqu. Var. resol. lib. 3. resol. 18. vers. hec conclusio Carpzov. decis. Saxon. dec. 126. num. 20. & 21. Mascard. de Probat. concl. 628. num. 4. & concl. 1006. numer. 19.* & præcipuè totum id procedit, quando scribens in suis literis subjunxisset *il*
22 *tutto sopra di me,* vel *a mio risico, e pericolo,* aut *a mio conto,* vel *a mio nome,* vel quid simile, quia tunc tales clausulæ obligant Scribentem, etiam in literis credentialibus, generalibus, & in qualibet alia quamvis scripta in terminis simplicis commendationis, vel persuasionis *Bart. in d. l. Lucius Titius 25. nu. 1. vers. item fallit. ff. de Fidejuss. Genna de Script. privat. lib. 3. de lit. Credent. n. 15. Roc. de liter. Camb. Notab. 43. n. 122. in fin. Stracch. de assecurat. gloss. 11. num. 35.* & plurimi alii quos citat *Altimar. de Nullitat. contract. part. 3. d. quæst. 3. num. 220. & 221. & quæst. 31. nu. 908. & Henring. de Fidejuss. cap. 11. num. 104. & 117.*

Et ita utraque, &c.

A R G U M E N T U M.

Assecuratio, vel Cambium maritimum factum super Navi an intelligatur factum tantum super Corpore Navis; vel etiam super mercibus in ea existentibus.

Explicatur formula apodixiæ Genuensis assecurationis.

S U M M A R I U M.

1 *Assecuratio intelligitur facta tantum super Corpore Navis, non autem super mercibus in ea existentibus, contrarium num. 7. & seq.*
2 *Continentis appellatione non continetur contentum, & num. 6.*
3 *Dictio* super *significat tam locum; quam subjectum, sive materiam, & num. 4. 5. & 19.*
7 *Assecuratio intelligitur facta, non solum super Navi, sed etiam super mercibus.*
8 *Qualitas Assecurantis multum valet pro interpretanda Assecuratione.*
9 *Argumentum à communiter contingentibus multum efficax est in Jure.*
10 *Consuetudo regionis attenditur ad intelligentiam Contractus.*
11 *In materia Assecurationis Mercatorum Judicio standum est, & num. 12.*
13 *Testes aliunde adminiculati plene probant, etiam non formiter examinati.*
14 *Testibus deponentibus de facto proprio major fides adhibetur.*
15 *Testium numerus supplet defectum extrajudicialis examinis.*
16 *Judex super consuetudine notoria potest se extrajudicialiter informare.*
Amplia etiam per solam famam num. 17.
18 *Assecuratio intelligitur facta tantum super corpore Navis, quando verba assecurationis directa sunt in ipsam Navim.*
20 *Indefinita locutio omnia comprehendit, quæ sub universali dispositione venire possunt.*
21 *Assecuratio Cambii maritimi est reassecuratio præcedentis assecurationis.*
22 *Assecuratio habens relationem ad Cambium maritimum intelligitur facta juxta naturam præcedentis Cambii maritimi.*
23 *Scientia præsumi debet, quando ignorantia non est verisimilis.*
24 *Ignorantia nocet ei, qui neglexerit scire, quod debebat.*
25 *Subscribens se Apodixiæ, vel Scripturæ sibi præjudicat, licet ignoraverit contenta in dicta Scriptura, & ex qua ratione.*
26 *Assecuratio intelligitur facta etiam super mercibus, quando verba assecurationis referri non possunt ad Navim.*
27 *Verba sunt referenda ad id cui magis conveniunt, & probabilius adaptantur.*
28 *Verba impropriè accipienda sunt, ut voluntati Testatoris inserviatur.*
29 *Interpretatio verborum semper sumenda est, quæ voluntati contrahentium sit accommodata, licet verbis non conveniat.*
30 *Verba semper intelligi debent, ut explicitam voluntatem contrahentium non destruant.*
31 *Effectus magis attenditur, & substantia, quam sonus verborum.*
32 *Interpretatio qualibet tribuenda est verbis ad evitandam contrarietatem.*
33 *Apoca oneratoria impressa magis attenditur, quoad verba per partes superaddita, quam quoad illa contenta in formula impressa.*

Veneta Assecurationis Cambii Maritimi.

D I S C U R S U S CXXVII.

DOminus A. Mercator Venetus ad Cambium maritimum tradidit Patronis NN. Fratribus summam peziarum ...... seu illius valorem in Zecchinis 1550. monetæ Venetæ sub hac stipulationis formula.

Colla presente confessiamo, e dichiariamo noi qui sottoscritti NN. tutti Parcenevoli, e Compagni della Tartana, &c. facende anche per nome di altro nostro fratello asente, ma come fusse presente, ed accettante in vigore dell' unità fraterna, con cui indivisi assieme conviviamo, e tutti concordemente con scambievole asenso negoziamo colla Tartana stessa tutto, che uno, o più fosse asente di presenza dalla medesima, di aver ricevuto dal Sign. A. in effettivi contanti pezze.... per capitale a risico marittimo sopra la detta Tartana per il presente viaggio, che intraprendiamo colla Benedizione del Cielo, per la .... con obbligazione di corrispondergli il solito pattuito Cambio de' 20. per Cento, per l' andare, e ritorno qui .... promettende al salvo arrivo della Tartana stessa qui contare puntualmente, e senza minima contradizione al medesimo Sig. A. la somma suddetta di Capitale, ed il suo Cambio marittimo in ragione come sopra. Dichiarando non aver esso A. veruna participazione o obbligo di partecipar verun danno, o pregiudizio, nè del Capitale, nè del Prò in

caso

caso di getto (che Dio non voglia,) che per occasione di Burrasca, e fortuna di Mari si facesse di parte, o di tutto il carico, che fosse sopra la Tartana suddetta; Restando lui Signor A. per patto espresso, ed accordato alla condizione degli assecuratori in casi simili fuori di ogni avaria, e getto intieramente della medesima.

Postmodum dictus D. A. se medio ejus Correspondentis assecurari fecit à quibusdam mercatoribus Genuensibus super dicto Cambio maritimo, & illius fructibus cum omnibus pactis juxta consuetam formulam apodixiæ assecurationis in mercatorio Foro Genuensi vigentem.

Et successive quum sequutum fuerit sinistrum dictæ Tartanæ, necnon mercium, & rerum in ea existentium, fuit ab Assecuratoribus contentum se pro neutro sinistro obligatos esse; Nam cum eorum securitatis promissio respiciat tantum cambia maritima contracta super rebus, & mercibus in dicta Tartana oneratis, nullatenus valet illa extendi ad Cambium maritimum super corpore ejusdem Tartanæ à dicto Veneto mercatore contractum.

Hæc enim Assecuratorum contentio nunc occasionem præbet ut duo discutienda veniant; Primò videlicet tale Cambium maritimum fuerit necne à dicto Mercatore Veneto contractum tam super rebus & mercibus in dicta Tartana oneratis, quam super corpore ejusdem Tartanæ, aut verò super corpore tantum dictæ Tartanæ; Secundo an verè dicta securitatis promissio facta per dictos Assecuratores Genuenses restringatur ad cambia maritima tantum super rebus, & mercibus oneratis in dicta Tartana, aut omnia, & quælibet cambia sive super corpore Tartanæ, sive super rebus, & mercibus in illa oneratis contracta, amplectatur.

Quoad primam inspectionem videbatur in favorem Assecuratorum respondendum quia ex verbis dictæ Cambialis apocæ ibi *a risico maritimo sopra la detta Tartana* apparet cambium maritimum prædictum contractum fuisse super corpore tantum dictæ Tartanæ; Quemadmo-
1 dum enim sub appellatione continentis regulariter non comprehenditur contentum, ita sub appellatione Navis, vel Tartanæ non possunt comprehendi res, & merces in ea existentes, ut in terminis assecurationis factæ de Navi quod Assecurator non teneatur nisi de casu sinistro Navis, & non mercium, vel rerum desuper existentium
2 ex quo appellatione continentis propriè non comprehenditur contentum firmarunt *Santern. de assecurat. & Sponsion. part. 4. num. 72. usque in fin. Marquard. de jur. mercat. lib. 2. cap. 13. num. 20. cum plurib. seq. Jo: de Hevia lib. 3. de commerc. maritim. cap. 14. num. 6. & Rocc. de assecurat. notat. 16. num. 46.*

Contrarium tamen non obstantibus prædictis resolvendum putamus in casu nostro; Pro cujus comprobatione præmittendum mihi est primò quod dictio *sopra* in vul-
3 gari oratione stare potest tam ad significandum æque bene, & proprie locum, quam subjectam sive materiam dispositionis, ut docet Vocabularium Etruscæ linguæ à Furfure nuncupatum vulgo *della Crusca verb.* sopra *in princ.* ubi notat talem dictionem significare locum, & ibi in §. *Sopra circa & §. Prestare, opigliare, & seq.* denotare etiam materiam, seu subjectum, adducendo varia exempla, prout hanc duplicem significationem habet etiam, si latinè ea dictio ponatur, nulla alia intercedente differentia inter unam, & alteram linguam, nisi quod si ponatur in latina oratione, à diversitate casus nominis, cui adjicitur dicta dictio, statim cognoscitur, si illa locum aut subjectum, vel materiam ipsam significat, quia ubi debet locum significare, post se accusativum postulat, si
4 verò subjectum, vel materiam ablativum requirit, & interdum cum præpositione *de* ut explicant vulgatus Calepinus *verb. subter, & verb. super*, & alter modernus longe exactior, & copiosior D. Facciolati *d. verb. subter, & verb. super & in Thesaur. linguæ latinæ per Celium secundum Gurionem edit. tom. 3. verb. super & ibi vers. ablativo pro de, P. Horat. Tursellin. de particul. latinæ orationis cum additionibus D. Jacob. Thomasii & Jo: Conradi Schwartz part. 2. cap. 218. num. 2. & num. 8.* quando vero dictio prædicta in nostra vulgari oratione ponitur, in qua non habentur nominum declinationes, per quas distingui valeat una significatio ab altera, & nomina prolata tam in nominativo, quam in accusativo casu eodem modo declinantur, tunc illa dictio æquè bene tam locum, quam subjectum, vel materiam apta est propriè indicare, ut colligitur ex dicto vocabulario Academiæ à Furfure loco supra laudato, & ita docent omnes Grammatici nostræ Italæ linguæ, & melius usus noster loquendi omnibus notus.

Cum igitur in casu nostro stipulatio cambii maritimi legatur in vulgari oratione ibi *per capitale a risico marittimo sopra la Tartana, ec.*

Ideo dictio ibi *sopra* adjecta Tartanæ æquè bene, & pro- 5
priè potest denotare illam, tanquam locum, seu continentem, in quo existebant res, & merces, quarum risicum assumptum fuit per Cambiantem, necnon tanquam subjectum ipsiusmet cambii maritimi, vel risici maritimi; Quod eo magis procedit, quia DD. Patroni NN. qui acceperunt dictas pecunias ad cambium maritimum, habebant risicum tam super corpore navis, quam super rebus, mercibus, & pecuniis in ea existentibus, unde cum cambium maritimum prædictum sit æquè benè, ac propriè referibile tam ad risicum super corpore Tartanæ, quam super rebus, ac mercibus in ea oneratis, ut modò vidimus, necnon indistinctè, & indefinitè per dictos Patronos initum fuerit cum dicto mercatore Veneto, non debet restringi vel ad corpus Tartanæ, vel ad res, seu merces in ea existentes.

Præsertim accedentibus in casu nostro validissimis conjecturis, ex quibus ad evidentiam colligitur talem fuisse mentem contrahentium, ubi etenim dubium versari potest, an sub continente comprehendatur contentum, tunc ex solis conjecturis comprehensionem suadentibus pro comprehensione dijudicandum est, licet regulariter staret in contrarium regula quod in dubio sub continente 6
non comprehendatur contentum ex impropriétate extensionis, ut optimè advertit *Rot. Roman. coram Carill. dec. 303. num. 4.* & post eam Nos *in disc. 63. num. 8. & 12. de Commerc.*

Prima, & potissima conjectura, quæ potius inter gradus probationis recenseri debet, illa est in casu præsenti, 7
quod dictæ Tartanæ valor est longe minor pecuniarum summa ad Cambium maritimum dictis Patronis mutuata, quare nomen Tartanæ extendi omnino debet ad res, & merces etiam in ea oneratas, & contentas, ne contractus hujusmodi cambii pro ea quantitate pecuniarum valorem Tartanæ excedente inutilis remaneat per optimum textum in *L. cum Tabernam 34.* & ibi *Bart. ff. de pignor.* & in punctualibus terminis notant *Marquard. de jur. mercat. lib. 2. cap. 13. n. 22. vers. quoties namque, Santern. de assecur. part. 4. n. 63. vers. quid enim si mercator*, & melius *n. 69. in fin. & n. 70.* & in similibus terminis quod ex quantitate pretii optimè arguatur qualitas contractus assecurationis, & mens contrahentium tradunt *Rota Romana coram Ludovis. decis. 126. num. 9. & seq.* & ibi *Add. & part. 2. recent. decis. 88. n. 3.* & Nos *de Commerc. disc. 1. in addit. num. 183. & disc. 68. num. 8. de Commerc.* & quid verè comprehendatur in contractu latè, & egregiè *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 9. num. 8. 9. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 73. Surd. cons. 13. num. 37.* & quod ex quantitate pretii arguatur sub continente contentum etiam comprehendi in punct. *Mantic.* dicto loco citato *num. 72.*

Secunda conjectura elicitur ex qualitate personarum eorundem Patronorum, qui non modo erant Domini dictæ Tartanæ, sed cum eadem jugiter navigabant pro eorum proprio interesse, proprias nempe merces huc illuc ferendo, vendendo, iterumque emendo, negotia sua agere solebant, ut constat ex eorum confessione emissa in eadem apoca cambii maritimi in principio „ ibi „ *con cui indivisi assieme conviviamo, e tutti concordemente con scambievole assenso negoziamo colla Tartana stessa*; „ Unde quemadmodum in isto casu Tartana, & merces constituebant unicum corpus, seu negotium dictorum Patronorum, intel-
ligi debet, quod dictæ pecuniæ ad cambium maritimum 8
illis mutuatæ fuerint non solum super corpore Tartanæ, sed etiam super toto negotio, quod unitim cum ea agebant dicti Patroni, ut in similibus terminis arguit *Rota Romana coram Carill. d. decis. 303. num. 6. 7. 9. 10.*

Tertia elicitur ex eo, quod, dum cambium maritimum contrahitur super corpore Navis, vel alterius Na- 9
vigii, mos est inter mercatores exprimere *super corpore navis, naulis, & attretiis*, cum igitur id expressum non fuerit, non intellexerunt ideo contrahentes de solo corpore navis, ut advertimus *d. disc. 63. n. finali*, & in casu omnino consimili *Ansald. de Commerc. disc. 50. n. 36. & 37. & Rot. nostra Florent. in Liburnen. Pecuniaria, seu mandati 31. Martii 1724. coram me.*

Quarta, imò probatio hujusmodi intelligentiæ super

nostro cambio maritimo, deducitur ex consuetudine, &
observantia in foro mercatorio Venetiarum vigente, ubi
communiter talia cambia contracta, cum Dominis præ-
cipuè Navis, & Mercium, sub eadem verborum formula,
ita semper intellecta, ac interpretata fuerunt; Quantam
10 enim vim habeat ad intelligentiam contractus, & contra-
hentium mentis consuetudo regionis, docent *Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 4. tit. 9. numer. 3. Marquard. de jur.
Mercat. lib. 2. cap. 11. num. 56. vers. quoque ex consuetu-
dine loci. Rocc. de assecurat. not. 68. num. 247.* Necnon
11 judicium, sive intellectus eorum, qui simile negotium pra-
cticari solent, notant *Carill. d. dec. 303. n. 8. Rocc. de as-
securat. not. 68. n. 250. & seq. & de liter. camb. not. 64.
12 n. 176.* & quod verba contractus, vel obligationis Merca-
torum intelligi omnino debeant juxta eorum stylum, seu
usum, & eo modo, & sensu quo ipsi illa intelligunt, & ex-
plicant, quamvis diversimodè intelligenda forent, egregiè
advertunt *Card. de Luc. de Camb. disc. 30. n. 5. & Rot. cor.
Burats. dec. 419. n. 6. 7. & cor. Gregor. XV. dec. 126. n. 3.
& seq. & num. 7. Rota Rom. part. 7. rec. dec. 154. n. 5. De
Luca Miliphtens. ad Gratian. cap. 590. n. 14. vers. apices
Juris, & Rota Roman. part. 10. dec. 269. num. 7. cum seq.*
& sæpè dixi in meo *tractat. de Commerc.* præsertim in hoc
præsenti tomo tertio.

Neque obstat quod de prædicta consuetudine, vel mer-
catorum Venetorum stylo appareat tantum per testes ex-
trajudicialiter examinatos, quia cum illi ex pluribus in
processu adductis adminiculati fuerint, & præcipuè ab
13 exemplis rerum judicatarum coram Venetiarum subselliis
emanatis prædictum stylum approbantibus, plenum pro-
bationis gradum faciunt *Rot. Roman. coram Coccin. decis.
905. num. 5. 6. & coram Merlin. decis. 714. num. 13. &
seq. & Rota Senen. coram D. Aud. de Comitibus dec. 36.
num. 20. Bonden. collect. 44. num. 156.* & Nos *disc. 30.
num. 32. de Commerc.* & alibi.

Potissimum quia inter dictos testes adest unus, qui con-
14 tra semetipsum in eadem similis casus contingentia Vene-
tiis judicavit ut observat *Cyriac. contr. 512. n. 30. & 32.*
15 tum quia plurimus est testium numerus ex quo suppletur
extrajudicialis examinis defectus *Cyriac. d. contr. 512. nu.
31. Rot. Roman. part. 1. rec. decis. 494. num. 4. & coram
Rojas dec. 333. n. 56. & dec. 466. n. 8.* & latè *Rota nostra
Florentina in Florentina nullitatis executionis 15. Julii
1717. §. Casus Sententia cor. D. Aud. Venturino. Card.
De Luc. de Judic. disc. 32. n. 37. §. Prout etiam;* Tertiò
16 quia cum Venetiis consuetudo hæc sit notoria, præsertim
attentis rebus judicatis illic emanatis, potest Judex desuper
ex se extrajudicialiter informare *Rocc. de mandat. not. 62.
n. 132. & de assecurat. not. 68. n. 249. Cyriac. contr. 512.
17 n. 31. Ansald. de Commer. disc. final. & general. n. 47.* &
etiam per solam famam ut subdunt *Rocc. & Cyriac.* locis
mox laudatis.

18 Nullumque pariter obicem ingerunt authoritates ab
initio supra laudatæ, nam illæ loquuntur in casu quo quis
simpliciter assecuravit aliquam Navim non æstimatam,
seu pro nulla certa, aut determinata pecuniæ quantitate,
dirigendo verba suæ obligationis in ipsam Navim, sub
cujus appellatione, quemadmodum venit tantum corpus
Navis, ideirco nil mirum, quod obligatio directa ad Na-
vim non valeat comprehendere nisi Navim propriè sum-
ptam; Sed casus noster est longè ab eo diversus, quan-
doquidem assecuratores non assecuraverunt simpliciter
19 Tartanam inæstimatam, sed pecunias datas à D. A. Ve-
neto *à risico maritimo sopra la Tartana,* quæ verba ver-
nacula hac lingua prolata non directa in ipsam Tarta-
nam, sed in risicum maritimum non minus risicum super
corpore Tartanæ, quam super rebus, & mercibus in ea
oneratis comprehendere valent, ut supra ostendimus, ne-
que in casu dictarum authoritatum expressa fuit quantitas
assecurationis, neque pariter concurrebant conjecturæ,
& præsumptiones, quæ adsunt in præsenti.

Cum itaque ex præmissis ad evidentiam usque appareat,
quod Cambium maritimum nedum fuit initum super cor-
pore Navis, verum etiam super rebus, & mercibus, ideo
sequitur, quod assecuratio Genuæ indefinitè postea facta
super Cambiis maritimis in dicta Tartana contractis,
tam ad dictum Cambium maritimum super corpore Na-
vis, quam super rebus, & mercibus porrigi debeat; Nam
indefinita utpote æquipollens universali non potest restrin-
20 gi ad unum tantum, sed omnes, quæ sub universali dispo-
sitione, contractu, vel obligatione contineri possunt apta
est comprehendere ex vulgatis juribus.

Et absque ullo dubio in casu nostro, quia assecuratio 21
Cambii maritimi, cum nihil aliud sit, quam reassecura-
tio præcedentis assecurationis contentæ in eodem Cam-
bio maritimo Nos *disc. 15. de Commerc.* & sic cum habeat
dependentiam, & relationem ad Cambium maritimum
præcedenter contractum, intelligitur facta fuisse ad ter-
minos, & juxta tenorem, & naturam præcedentis Cam-
bii maritimi initi tam super corpore Navis, quam super
rebus, & mercibus, ut fere in puncto advertimus *disc.* 22
63. num. 2. 3. 4. & seq. & num. 7. de Commerc. quod pro-
cedit sive habuerint assecuratores plenam scientiam præ-
cedentis Cambii maritimi contracti Venetiis cum omni-
bus illius qualitatibus, ut regulariter præsumi debet ad 23
notata per *Laurent. dec. Avenion. 28. num. 8. & Cyriac.
controv. 519. numer. 36. & Nos dicto disc. 63. numer. 7. 8.
& 9.* sive non habuerint, quia id eorum negligentiæ tan-
tum imputare debent; Nam antequam se subscriberent
apodixæ assecurationis Cambii maritimi præsentatæ per
correspondentem Mercatoris Veneti, vel publicum me- 24
diatorem, exquirere seu investigare debebant, an illud
contractum fuerit super Tartanæ corpore, aut super re-
bus, & mercibus, aut super utroque subjecto, quatenus
eorum odium assecuratio per eos indistinctè, & indefi-
nitè pro cambiis maritimis firmata valere debet acsi fuis-
sent prius plene certiorati de præcedenti cambio mariti-
mo cum ejus qualitatibus, vel vidissent, & legissent ip-
sammet apocam, in qua illud continebatur ad latè, &
egregiè tradita per *Castren. cons. 216. num. 3. lib. 1. Surd.
consil. 250. numer. 23. cum pluribus seqq. & cons. 528. nu-
mer. 48. Rub. in resol. practic. ad prætoriam testam. cap.
26. à num. 239. usque ad 275.* cum infinitis ab eo citatis
*Surd. decis. 265. numer. 42. & seqq. Seff. decis. 403. num.
30. cum pluribus seq. Leo decis. 142. num. 9. & seq. Rocc.
cons. 69. num. 6. tom. 2.* & Nos in terminis fere punctua-
libus cum pluribus aliis citatis *d. disc. 63. numer. 9. de
Commerc.*

Quinimmo ex hoc metipso, quod assecuratores Ge-
nuenses nulla indagatione, vel informatione præcedenti
per eos sumpta circa substantiam, & qualitatem risici,
quod in dicta Tartana vere habebat dictus Mercator Ve-
netus, se sponte, & simpliciter nullo adversarii dolo,
vel errore decepti, sed scienter agentes subscribere vo-
luerunt apodixæ, assecurationis non modo indefinitè,
comprehendentis cambia maritima, verum etiam per am-
plissima, ac universalia verba res omnes, merces, &
effectus cujusvis generis oneratos, & onerandos in dicta
Tartana, inferri omnino debet, quod assecuratores præ-
dicti eorum assecurationis promissionem valere voluerint
utcumque, vel quomodocumque esset Cambium mariti- 25
mum dicti Mercatoris Veneti, vel aliud quodcumque il-
lius risicum in dicta Tartana, ut mirum in modum ad-
vertunt omnino videndi, *Castrens. in cons. 216. num. 3.
lib. 1. & Rub. dicto cap. 26. num. 244. Menoch. cons. 561.
numer. 27. 28. & 29. ac numer. 37. Gabriel. cons. 146.
numer. 14. vers. veritas est lib. 1. Rota nostra Florent. in
Liburn. Pecuniaria, seu mandati 38. Martii 1724. §.
Utraquamquod, coram Me. Et Rot. Rom. penes Card.
De Luc. de Credit. in Mantiss. decis. 24. numer. 14. 15.
16.* ubi in dubitabiliori casu de se subscribente Scriptu-
ræ in qua spatia alba aderant.

Hinc pariter ex hujusmodi securitatis generalitate com-
prehendentis omne, & quodcumque risicum, quod ha-
bebat dictus Mercator Venetus in dicta Tartana, sive
pro Cambiis maritimis cujuslibet generis, sive pro om- 26
nibus rebus, mercibus, & effectibus desuper oneratis,
facilis oritur responsio ad inane objectum, quod licet in
aliqua parte dictæ apodixæ securatoriæ quædam legantur
verba cambiis maritimis super corpore Tartanæ non ad-
aptabilia, sed tantum cambiis maritimis super rebus,
vel mercibus in Tartana oneratis, præsertim ex illis ver-
bis *quod currere valeant super illis generibus in dicta Tar-
tana existentibus,* ideo securitatis promissio amplius
non valet ad cambium maritimum contractum per di-
ctum Mercatorem super corpore Tartanæ, sed restrin-
genda sit ad illud initum super rebus, & mercibus per
eum oneratis in dicta Tartana; Quandoquidem hu-
jusmodi objectum statim evanescit tum reflectendo ad
præcedentia verba dispositiva apodixæ securitatis clarè,
& expressè comprehendentia risica cujusvis generis, ex
quo fit ut verba sequentia intelligenda sint singula singulis
referendo, ut conalientur cum præcedentibus, neque op- 27
tentur restrictionem securitatis ad risicum tantum cambii

apodi-

maritimi super corpore Tartanæ contra mentem, & vo-
luntatem contrahentium ex præcedenti parte apodixiæ re-
sultantem; Optimè *Rot. cor. Ludovis. dec. 384. n. 2. part. 16. recent. dec. 128. nu. 14. & dec. 386. num. 6. & coram Bich. dec. 603. num. 4. Rot. cor. Cerr. dec. 456. num. 14. & par. 9. tom. 1. dec. 232. n. 23. & 24. Rot. cor. Ottobon. dec. 22. num. 26. 27. & 32.* Tum quia sub illis verbis *super illis generibus in navi existentibus*, cum ea sint nomina, vel termini transcendentales, seu universales, comprehendi rectè possunt etiam cambia maritima super corpore Navis contracta, & quatenus proprius, & naturalis eorundem verborum sensus aliter se haberet, attamen cum in casu nostro clarè appareat sub initio dictæ apodixiæ de promissione securitatis quoad omnia cambia maritima cujuslibet generis, vel qualitatis ut supra probavimus, debent ea verba lato modo vel impropriè etiam in-
28 terpretari, ne à præcedenti voluntate expressa recedatur *Rot. par. 16. rec. dec. 81. n. 22. Saminiat. controv. 121. n. 43. Cajanat. cons. 43. nu. 76. Castil. quotid. controv. cap. 87.*
29 *n. 13. & seq. Cyriac. controv. 478. n. 28.* & quod semper sumenda sit ea interpretatio, ut mens contrahentium prius expressa servetur, licet illa verbis non bene conveniat, notavit *Rot. cor. Dunozzet. Jun. decis. 882. n. 14. Saminiat. dicta contr. 121. n. 44. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2.*
30 *tit. 7. num. 10.* ubi addit quod violentia etiam facienda est verbis & *n. 18.* Verba enim semper intelligi debent ut antea explicitam, & claram partium voluntatem non destruant *Rot. cor. Emerix. Jun. dec. 194. num. 4. & Rot. nostra Florent. dec. 89. n. 25. tom. 2. cor. de Comitibus Mans. consul. 99. n. 3. tom. 9. Rot. part. 6. recent. dec. 63. n. 8.* ubi egregie subdit quod verba contraria menti contrahentium prius
31 expressæ potius haberi debent pro non appositis & quod magis attendatur effectus, & substantia quam sonus verborum monuit *Rot. cor. Ottobon. dec. 10. n. 43. & dec. 44. num. 16.* ubi quod ad evitandam contrarietatem quælibet interpretatio tribuenda est verbis, & Nos in *disc. 57. n. 10. de Commerc.* & egregiè *Rot. dec. 232. num. 9. 10. par. 10.*
32 *rec.* Præterea pro veriori ejusdem objecti resolutione advertendum est, quod formula apodixiæ securitatis typis impressa, cui se subscripserunt dicti Genuenses Assecuratores à veterrimo usque tempore inventa fuit pro securitate facienda super rebus, mercibus, & effectibus oneratis, vel onerandis in Navi: Postmodum introducto cambiorum maritimorum usu mercatores pro illis se assecurari facere volentes eademmet formula securitatis pro rebus, & mercibus tantum introductæ etiam uti cœperunt, nihil aliud eidem antiquæ Apodixiæ superaddentes, nisi sub illius initio hæc alia verba *super Cambiis maritimis* relicta in cæteris antiqua formula prout jacet, qui modus securitatis etiam usque impræsentiarum à Mercatoribus qui solum pro Cambiis maritimis se assecurari desiderant, communiter Genuæ servatur, quamobrem non modo non est curandum, quod nonnulla verba dictæ antiquæ formulæ impressæ non bene conveniant cambiis maritimis, sed propriè rebus, & mercibus oneratis, & onerandis in
33 Navi, sed principaliter, imo sola inspicienda est mens, & intentio assecuratorum clarè resultans ea verbis *super cambiis maritimis, &c.* non impressis, quæ per eos superadduntur in dicta apodixia impressa dum assecurant cambia maritima per ea, quæ in simili casu advertimus in *disc. 47. per tot.* præcipuè *num. 4. 5. 6.* & in puncualibus terminis tradit *Ansald. de Commerc. disc. 6. n. 18.* & ibi *Rot. Romana post discursum num. 20. & 21. & Nos disc. 10. in addit. num. 112. de Commerc. &c.*

A R G U M E N T U M.

Societate finita per mortem unius Socii, ad quem pertineat administratio Negotiorum inchoatorum, & ut dicitur *lo stralcio* ostenditur.

S U M M A R I U M.

1 *Societas, quoad capta Negotia, per mortem Socii non finitur, & num. 2.*
3 *Societatis administrator, vel Institor ea dissoluta perseverare debet in absolutione negotiorum ceptorum, & ut dicitur* lo stralcio.
4 *Mandatum non finitur per mortem unius Socii quoad negotia incepta.*
5 *Mandatum, re non integra, revocari non potest, & num. 7.*
6 *Mandatum Institoris, vel Administratoris durat etiam post mortem Præponentis.*
8 *Mandatum favore Mandatarii sine ejus consensu, non potest revocari, etiamsi res sit integra.*
9 *Minister, Institor removeri non potest ab Administratione, sine omnium consensu.*

Liburnen. Complimenti Societatis.

D I S C U R S U S CXXVIII.

CUm vigeret à multo tempore societas negotiationis sericorum, &c. inter Titium, & Sempronium Fratres, evenit, ut morte Sempronii, qui Filios minores reliquit, societas dissolveretur. Quare Tutores dictorum minorum Titium rogaverunt, ut resumeret dictam Negotiationem de mandato etiam, & participatione suorum Nepotum minorum, adeoque cum ei incumberet administratio, & directio ejusdem, resumpsit Titius continuavitque negotiationem ad aliquot annos rerum; facta postea disdicta ejusdem, quæsitum est, ad quem pertineat absolutio negotiorum inchoatorum, Titio contendente, ad se qui administrator, & director negotiationis fuerat, pertinere administrationem reliquiarum, nempè, quod dicitur *lo stralcio*.

Primæ quæstioni respondendo in sensu veritatis mihi videor posse affirmare justissimam esse Titii intentionem. Nam etiamsi renuntiatione, quæ mihi proponitur, socie-
tas finita sit inter Titium, & Nepotes ejusdem, ut per eos 1
jure societatis nova negotia geri non possint; Inde tamen
non efficitur, ut absolvenda non sint, quæ erant constante
societate inchoata, ut plene docent *Felic. de Societ. cap. 32.*
n. 54. & 55. Sperell. dec. 91. n. 57. & 58. Quodque atti-
net ad hunc effectum pro constante habetur etiam post re- 2
nuntiationem Societas, *Corn. cons. 139. n. 11. volum. 1. Bursatt. cons. 321. n. 59.* & paulo post *ver. secundo morte Jo: de Hevia de Commerc. Terrestr. cap. 3. n. 42. Rota Januen. de Mercatur. dec. 71. nu. 7. & 8. Torr. Var. tom. 2.*
tit. 11. quæst. 5. fol. 359. n. 25. Quare qui institor fuit, aut 3
administrator societatis constantis, ea dissoluta in absolutione cæptorum negotiorum perseverat, quod à Mercatoribus dicitur, *Tirare la ragione per lo stralcio* ad *Textum in l. nam, & servius 22. §. Si vivo Titio ff. de Negot. gest. & l. Tutorem 28. ff. de administr. tut. vel Curat.* ibique glossa juncto argumento, quod educitur ex textu *in l. Tutor. 11. C. arbitr. tut. Torr. Var. lib. 2. tit. 11. quæst. 5. fol. 359. n. 25.* Est autem ratio quia, ut ibi dicitur in reliquis connexis, & dependentibus à negotiis jam inchoatis nulla ratio habenda est temporis, quo sint perficienda, quum jam societas est dissoluta, sed temporis quo sunt inchoata, perinde ac si constaret adhuc societas; adeoque res ita sunt exigendæ, ut constante societate se habebant, in
puncto *Rota Januen. de Mercatur. d. dec. 71. n. 7.* ubi ex- 4
presse firmat administratorem posse, soluta societate ordinare exactiones ejus totius, quod ad illam spectat, „ ibi, „ *Et licet posset dici, quod istud mandatum* „ (datum scilicet ab administratore) *esset factum post societatem, tamen durat effectus societatis, donec fuerit exactum omne id, quod pertinet ad societatem.* Hujusdemque tenoris sunt verba *Gratian. cap. 71. n. 14. & cap. 276. n. 4.* Et Januensem illam Decisionem secutus est cum aliis *Hevia de Com-* „ *merc. Terrest. cap. 3. n. 42.* , ibi „ *quamvis sit finita so-* „ *cietas, sunt tamen durat effectus, donec pertinentia ad* „ *illam terminentur, finianturque.*

Est, & aliud non minus firmum fundamentum ob quod durare debeat in administratore, aut institore facultas negotiationis administrandæ toto tempore, quod dicitur *dello Stralcio*, etsi societas finita fuerit, est autem id, quia in rebus jam cæptis, idest juxta phrasim legalem, *quando res non est amplius integra* nunquam cessat mandatum, quous-
que illæ perficiantur omninò *Mantic. de Tacit. & Ambig.* 5
lib. 7. tit. 21. n. 4. & seq. Card. Albit. de inconst. in Judic. quæst. 12. n. 56. & n. 77. & 78. Altimar. de Nullitat. contract. rubr. 1. quæst. 31. n. 104. Benintend. dec. 49. nu. 7.
Et eo magis hoc procedit in administratore, seu institore 6
negotiationis, aut societatis, quia horum mandatum est universale, *Gregor. Lopez in l. 20. tit. 13. parte 2. gloss. de Los officias in fin. vers. limita etiam Guttierez. Practic. quæst. lib. 3. quæst. 11. numer. 15. Sesse decis. 389. numer. 6. versic. & in institoribus negotiationum* Nos plenè *disc. 29. numer. 10. 11. 12. & 13. de Commerc.* Eo amplius considerato, quod talia mandata, sive particularia sint ad aliquem actum particularem dumtaxat

gerendum, sive universalia administratoribus, seu in-
stitoribus negotiationum, aut societatum data fuerint,
7 sunt irrevocabilia quousque, ut diximus, res non sit
amplius integra, idest cum negotia cœpta sint *Tepat.
tit. de Procurat. cap. 13. vers. Procurator in extraju-
dicialib. Mantic. de Tacit. lib. 7. tit. 21. n. 4. & seq.
Benintend. d. dec. 49. num. 7. Card. Albit. de inconst.
quæst. 12. n. 56. & 77. & 78. Altimar. d. loc. cit. num.*
8 1044. Idque facilius admittitur in mandatis ipsorum
Procuratorum, aut administratorum utilitatem conti-
nentibus, ut in casu nostro, *Tepat. d. tit. de Procur. cap. 13.
vers. Procurator in extrajudicial. Mantic. de Tacit. &
ambig. lib. 7. tit. 21. n. 14. Rota coram Buratt. dec. 640.
n. 12. Card. Albit. de inconstan. quæst. 12. n. 81. Altimar.
d. loco*, & in terminis nostris institoris, aut admini-
stratoris negotiationis *Guttier. & seqq.* in locis adductis
*Targa noster Jannen. in suis Ponderat. Maritim. cap. 12.
n. 33. 34. & 35.* præter ea, quæ ego late disputavi *disc.*
9 *81. de Commerc.* ubi plenè firmavi ministrum removeri
non posse sine consensu omnium sociorum, & inte-
resse habentium, adeoque in nostro casu sine suo con-
senso, & voluntate non potest Titius ab administra-
tione removeri.

A R G U M E N T U M.

Assecurator quando teneatur de culpa Navarchi.
Assecuratio facta super mercibus, an debeatur
etiam super pretio ex mercibus redacto.

S U M M A R I U M.

1 *Assecurator non tenetur pro culpa Navarci, &
num. 2. contrarium num. 7. & seq.*
*Declara conclusionem procedere, quando assecu-
ratus in eligendo Navarcum culpam commisis-
set eligendo magistrum imperitum, aut malæ fi-
dei, & existimationis num. 4. & 6.*
3 *Assecurator mercium non tenetur pro casu sinistri
secuto in pecunia ex mercibus retracto.*
Contrarium num. 12.
5 *Culpa Magistri præpositi tribuenda est ipsi asse-
curato præponenti.*
7 *Assecurator tenetur de culpa Navarchi, quando asse-
curatus elegerit Navarcum communiter bonum vi-
rum reputatum.*
8 *Barattaria non potest probari ex actibus æquivocis.*
9 *Actus quando ad Causam licitam possunt referri,
non sunt ad Causam illicitam referendi.*
10 *Actus æquivoci nihil relevant.*
11 *Animus facientis non est attendendus, sed ipsum
factum.*
12 *Pecunia in Contractu assecurationis venit sub ap-
pellatione mercium, & num. 13.*
14 *Statuta, & leges non procedunt in illis casibus,
quibus eorum dispositio non potest convenire.*
15 *Statuta non comprehendunt illos casus, in quibus
difficilis sit eorumdem observantia.*

Cydonia Assecurationis.

D I S C U R S U S CXXIX.

CUm D. Caresfius Cydonius super Navi *S. Felice* à
Stephano Pignattelio Gallo gubernata onerasset suo
nomine, & ut dicitur *per conto suo proprio*, certam olei
summam, aliasque merces ea Navis Magistro lege dicta,
ut illas Venetias veheret, ibique venderet, venditorum-
que pretio alia mercium genera emeret, emptaque Cydo-
niam reportaret; Curavit idem Caresfius medio, ac ope-
ra DD. de Sossinis suorum Correspondentium se assecura-
ri super dictis Oleis alioque mercium genere, tam pro itu,
& mora Venetiis, quam pro reditu ejusdem Navis ab eo-
dem loco Cydoniam pro pet. 2800. quod cum executi as-
sint Sossinii, ut apparet ex apocha assecurationis Liburni
confecta, Venetias pervenit dictus Magister feliciter. Olea,
aliasque merces ibi exoneratas vendidit, pretiumque re-
cepit. Verum nulla mercium, & eorum, quæ gesserat
reddita ratione Caresfio, Venetiis discessit, & pro Cydo-
niam Melitam petiit. Sossinii accepto rei nuncio Assecu-
ratoribus sinistrum intimandum curarunt, Barattariam
videlicet à Magistro commissam, & petierunt pet. 2800.
ab ipsis assecuratas etiam in casu Barattariæ juxta apochæ
assecurationis tenorem.

Opponunt Assecuratores, se non esse obligatos ad sum-
mam assecuratam præstandam, his potissimum rationibus.
Primo, quia dictus Magister præpositus electusque est in
administratorem, aut institorem, vulgo *sopraccarico*, dicta-
rum mercium ab ipso Caresfio, ideoque Assecuratores non
teneri pro sinistro ejus culpa consecuto, eoque magis de Ba- 1
rattaria ab eodem commissa, ut per pet DD. à Nobis alle-
gatos *disc. 1. n. 75. disc. 10. disc. 66. n. 1. de Commerc.*
Secundo, quia Barattaria Magistri in Terra, non in 2
Mari contigit, *Mastrill. dec. 284. n. 67.* Venetiis videli-
cet, ubi ille tanquam institor, non tanquam Magister Na-
vis merces vendidit, pretiumque exegit, cum Navi dein-
de fugiens, cum qua Melitam petiit.
Tertio, quia Barattaria in pretio, non in mercibus eve-
nit, & cum merces fuerint ab ipsis assecuratæ, tam pro itu,
quam pro reditu super dicta Navi, non videtur eorum obli-
gatio ad pretium extendenda, tanquam diversam mate-
riam, diversumque subjectum in apocha assecurationis non 3
comprehensum juxta authoritatem *Giurb. observ. 73. n. 13.
& 14. & seq. Rota Rom. post Albit. de inconstant. in Judic.
dec. 57. n. 55.* à Nobis *allegat. disc. 1. n. 66. de Commerc.*
His tamen minime obstantibus constanter opinor Sossi-
nos bonam causam fovere, & jure posse Assecuratores ad
solutionem summarum assecuratarum compellere. Et quo-
niam Causæ difficultas in tribus illis objectis consistit, sola
ad ea responsione jura Sossiniorum patefient.
Primo itaque ut respondeam, animadvertendum est,
conclusionem ibi in contrarium allegatam, tum demum
duntaxat locum habere, cum Dominus mercium in eligen-
do Magistro Navis in administratorem, & institorem ipsa-
rum culpam aliquam commisisset, veluti si ab initio elegis-
set imprudentem negotiorum & imperitum, aut malæ fi-
dei, & existimationis, quemadmodum *Nos* plenè expli-
cavimus *disc. 66. de Commerc.* omnes enim contrarii Do-
ctores in hac materia loquuntur in terminis *l. cum propo- 4
nas, C. de Nautic. fœn.* ubi disponitur, quod Assecura-
tores non teneantur, quum sinistrum ipsius Assecurati cul-
pa contigerit; Idque extendunt ad casum, quo sinistrum
culpa institoris evenerit, aut administratoris in sui locum,
& ab Assecurato præpositi, quia culpa Ministri præpositi 5
tribuenda est ipsi Assecurato præponenti juxta *text. in l.
utiq; in fin. ff. de rei vindic. l. 1. §. Magistrum ff. de exerc. act.*
Verum sicut de jure non potest ullatenus præponenti
tribui culpa Ministri, nisi cum ille in hujus electione ali-
quam culpam admiserit, ita extensio ista à Doctoribus fa-
cta à casu *l. cum proponas* idest culpæ ipsius Assecurati ad
illum culpæ Magistri, aut alterius institoris locum habe-
re non potest, nisi cum ab initio Assecuratus temere ele-
gerit, aut præposuerit hominem imperitum, malæque fi- 6
dei, quemadmodum latè in istis terminis demonstravi-
mus Nos *d. disc. 66. de Commerc.*
Quare e contra, cum Assecuratus præposuerit in insti-
torem, vulgo *sopraccarico*, peritum hominem, & dili-
gentem, & communiter bonum virum reputatum; Et-
iamsi in Navis itinere culpa hujus institoris sinistrum mer-
cibus acciderit, aut morum depravatione facta, ab ipso
dolus aliquis, aut Barattaria commissa fuerit, dici non
poterit Assecurati culpa contigisse sinistrum, quod quan-
tum ad eum pertinet, mere casuale videbitur, & ideo po-
test aptissime comprehendi in generalitate omnium sini- 7
strorum in se ipsis ab Assecuratoribus assumptorum, ut
benè probavimus Nos *d. disc. 66. de Commerc.*
Ad secundum verò objectum respondeo verum non es-
se, aut saltem non posse concludenter probari Baratta-
riam Venetiis contigisse; Quia cum omnes actus Magi-
stri circa merces gesti referri possint ad directionem, & li-
beram administrationem, quæ ei mandata erat ad dispo-
nendum, vel ad illas vendendas, & in quolibet contra-
ctus deducendas, pretiumque earum recipiendum, eoque
alias merces pro reditu coemendas; donec igitur in Terra
versatus est, non potest dici eum Barattariam commisisse,
ut in similibus terminis probat *Vermigliol. cons. 174. n. 3.* 8
& 4. & generaliter ob celebrem illam conclusionem, quod
quando actus referri possunt ad causam licitam, nunquam 9
sunt ad illicitam referendi *Cyriac. controv. 454. n. 19. Sa-
bell. verb. actus nu. 19.* Tum etiam quia quousque actus 10
æquivoci sunt, nihil relevant, Nos *disc. 30. n. 41.*
Verum etiamsi ex subsecuto discessu, ex dolosa itineris
mutatione malus animus deprehendi posset, quem prius
in terra Magister habuerit, præmeditatum, videlicet
ejus, quod in Mari deinde deliquit, non est hoc atten-
dendum, quia in jure donec animus, & prava intentio in

mente

mente retinetur, neque executioni mandatur, non meretur considerari, cum pœnitentia sequi possit; Qua-
11 re solus actus dolosus, unde damnum oritur, spectatur *in l. si quis cum aliter 36. ff. de verb. oblig. l. omnes 17. §. Lucius Titius ff. quæ in fraud. cred. & in l. non intelligitur §. Quando autem ff. de Jure Fisci* communiter affirmant DD. & mire *De Luca de Regal. disc. 119. n. 21. 22. 23. & seq. & disc. 120. num. 2. 3. & de Feudis disc. 1. numer. 20. Vermigliol. cons. 399. n. 14. in fin. Ansald. de Commerc. disc. 36. num. 4. 5. 6. & 7.* & Nos *disc. 23. num. 24.*

Unde etsi in Terra Magister animum habuerit aufugiendi cum Navi Melitam, prout fecit, & auferendi pecuniam, & merces coemptas pro suo principali, non potest inde inferri, commisisse eum Barattariam in Terra, sed solum illam ibi esse præmeditatum, quare ad effectum, de quo agimus, dumtaxat dici potest commissam ab eo esse Barattariam, quum actu discessit, aufugit, mutavitque iter. Et ideo non in terra, sed in Mari à dicto Magistro Barattariam commissam esse concludendum est.

Quod demum attinet ad tertium objectum etiam cum suppositione loquendo, quod Magister Venetiis discedens Melitam iturus, pecuniam, non merces abstulerit; Respondeo, juxta veriorem, & communiorem Doctorum opinionem appellatione mercium in subjecta materia de qua agimus, etiam pecuniam numeratam comprehendi, ideoque assecurationem; & si super mercibus fuerit generaliter celebrata, complecti etiam risicum super pecunia numerata, quæ in Navi
12 fuerit onerata ab eo, qui se assecurari fecit, ut plenè potest animadverti ex meo *disc. 1. num. 66.* juncto *num. 167. & 168. de Commerc.*

Neque obstat, quod disponitur per Capitula Officialium Assecurationum, in Assecurationibus faciendam esse expressam mentionem pecuniæ numeratæ, aliàs quod ea non contineatur sub generali mercium appellatione. Idque ob multiplicem rationem.

Primo, quia in nostra apocha assecurationis expresse conventum est inter Partes, assecurationem comprehendere debere omne genus mercium etiam illarum, quarum expressa mentio facienda esset specialiter; Et
13 hoc pacto satis superque servatum est, quod de speciali mentione facienda dicta capitula constituerunt, egregie *Peregr. cons. 20. n. 14. lib. 1. Soccin. sen. cons. 3. n. 16. lib. 3. Dec. cons. 341. n. 1. Curt. Jun. cons. 130. n. 32. Barbos. de clausul. claus. 55. n. 7.* Secundo quia dictorum capitulorum dispositio nonnisi in iis casibus procedere potest, in quibus ab eo, qui se assecurari facit, merces in individuo exprimi possunt, quæ nempe ab ipso, aut oneratæ jam, aut onerandæ essent, non verò in iis etiam casibus, in quibus, quale risicum subeundum sit, quæve merces onerandæ sint à respondentibus ejus, qui se facit assecurari, in remotis locis degentibus, ignoratur, prout in casu nostro, in quo incertum erat, in quibus mercibus erogandum Venetiis esset pretium mercium ibi vendendarum, ideoque quod, & quale risicum futurum esset in reditu Navis Venetiis Cydoniam; Cum indubitata conclusio sit, Leges, & Statuta nun-
14 quam in iis casibus procedere, quibus eorum dispositio convenire non potest, *Cyriac. contr. 67. num. 25. 26. & 27. Surd. dec. 65. n. 9. Rota Januen. de Mercat. dec. 168. num. 18. & 19.* & in similibus omninò terminis, quod Statuta casus illos comprehendere non
15 possint, in quibus non solum impossibilis, sed difficilis etiam eorumdem sit observantia, *Mans. consult. 619. num. 18. usque ad fin.* mirè *Rota Januen. apud Palm. allegat. 192. num. 11. vers. & quidem à n. 12. & 13.* denique quia ista dictorum Capitulorum pars Liburni in præsentia non observetur.

A R G U M E N T U M.

Statutum Laicale mandans, quod Creditores omnes super bonis Debitoris decocti per æs, & libram concurrere debeant, nulla inter eos servata potioritate, vel anterioritate Hypothecæ, comprehendit Contractus Juratos, forenses, & Personas Ecclesiasticas.

Statutum quando valeat de bonis suorum subditorum extra territorium positis disponere.

Judex quando debeat in decisoriis attendere Statutum alterius loci, vel Territorii.

S U M M A R I U M.

1 *Statutum mandans Creditores concurrere per æs, & libram, non afficit Contractus Juratos. Contrarium verius num. 2.*

3 *Lex laicalis indirectè Juramentum tollere potest.*

4 *Statutum determinans Concursum per æs, & libram continet publicam utilitatem.*

5 *Statutum disponens, quod Contractus, vel negotia gesta intra aliquod tempus à Mercatore ante illius decoctionem censeantur simulata, & in statu proximæ decoctionis emanata, non habet locum, si probaretur talem Mercatorem ex infortunio, post Contractum, vel Negotium, superveniente vere decoctionem illius provenisse.*

6 *Statutum mandans concursum per æs, & libram, non comprehendit Personas Ecclesiasticas, & Forenses. Contrarium verius n. 7. 9. 12. & 13.*

8 *Statutum licet dirigat verba in personam, tamen principaliter respicit bona, si principaliter de bonis, non de personis disponere intellexit.*

9 *Statuta in rem directa comprehendunt Clericos, & Forenses.*

10 *Clerici Negotiatores subjacent Laicalibus Legibus circa Mercaturam.*

11 *Clericus cogi potest a Judice Laico ad concedendam dilationem, vel firmandam concordiam cum Debitore per majorem partem Creditorum Laicorum initam.*

12 *Statuta ob publicam utilitatem condita comprehendunt Clericos.*

14 *Statuentes non possunt exercere Jurisdictionem in bona extra territorium posita.*

15 *Statutum non comprehendit Contractus extra Territorium celebratos.*

16 *Statutum intelligit semper disponere de Contractibus factis intra, non extra Territorium.*

17 *Statutum ligare, & inhabilitare potest subditos quoad bona extra territorium posita, quando verba Statuti diriguntur in personas subditas, secus si Statutum bona tantum principaliter respiciat, & num. 18. & 19.*

20 *Statuentes nequeunt sub palliata forma verborum in personam Subditi directorũ alienam Jurisdictionem violare, quando dispositio principaliter in effectu respicit bona, & non personam subditorum.*

21 *Statutum loquens in personam subditi, vel ei prohibendo, vel eum inhabilitando, valet etiam comprehendere bona in alieno Territorio posita, quamvis illius effectus circa bona subditi versaretur.*

Declara hoc procedere, quando Statutum expressa etiam de bonis extra territorium positis disponeret, secus si de eis non disponat, n. 22.

23 *Sequestrum qui primo injecit in bona Debitoris, præferri debet omnibus Creditoribus, sive forensis sit, sive subditus.*

24 *Statutum alieni Territorii, ubi bona sita sunt, prævalere semper debet alteri Statuto subditi.*

25 *Bona mobilia dicuntur de Territorio Debitoris, nisi per Principem, aut Statutum alterius loci, in quo illa existunt, effecta fuerint de suo Territorio.*

26 *Statutum unius Civitatis reducens omnes Creditores ad æqualitatem, non extendit vires suas ad bona mobilia alibi existentia, tanquã immobilia effecta.*

27 *Judicium universale concursus Creditorum, licet fiat in loco Debitoris decocti, tamen Creditores circa decisoria non ligantur Statutis loci, in quo fit Judicium concursus.*

28 *Clerici, vel Forenses litigantes in alieno foro, ligantur Statutis illius fori, vel loci circa ordinatoria, non vero circa decisoria.*

29 *In loco Judicii ex qualitate personarum circa decisoria Judicatur interdum secundum leges alterius fori, & Civitatis.*

30 *Hypotheca, vel potioritas, quæ competit super rebus in aliquo loco vigore illius legis, vel consuetudinis, non amittitur, si res transferantur ad locum, in quo non gaudet creditor Hypotheca, vel potioritate. Maxime si translatio rerum fiat absque præjudicio partium num. 31.*

Et invito Creditore cui competit dicta Hypotheca, vel potioritas num. 32.

33 *Judex circa decisoria Judicare debet secundum Statutum loci Contractus.*

Declara procedere in his, quæ oriuntur secundum naturam contractus de tempore ipsius contractus, nullo facto extrinseco interveniente, secus in his, quæ oriuntur post contractum perfectum ob negligentiam, & culpam unius ex contrahentibus num. 34.

35 *In executivis attendi debet Statutum loci in quo fit executio, & num. 38.*

Declara procedere tantum in ordinatoriis, non in decisoriis, num. 37.

36 *Statutum quando disponit de rebus tantum in suo territorio positis, non autem de illis, quæ sunt extra territorium, Judex in decidendo servare debet illius dispositionem circa res, & bona tantummodo in territorio posita.*

Lucana Concursus Creditorum.

DISCURSUS CXXX.

POst detectam in Civitate Lucensi actualem, sive proximam D. Josephi Larini decoctionem statim D. Bernardinus Gerboni ejus creditor de summa Florent. 400. per eum soluta pro valore cujusdam Cambii cum eo initi pro Feria Bolzani medio aliquorum suorum Correspondalium curavit quendam Telarum cadum ad dictum suum debitorem spectantem in Civitate Veronæ sequestrari; Hinc in Lucensi Mercatorum Curia exorta contentione inter dictum D. Gerbonum, & Syndicos pro creditorum dicti Larini universitate deputatos, ex quo pro parte Syndicorum prætendebatur dictum D. Gerbonum teneri dictas telas sequestratas Lucam transducere, easque ad manus dictorum Syndicorum pervenire facere, ut illæ una cum aliis bonis æqualiter inter omnes Creditores pro rata respectivè eorum creditorum distribui deberent, nulla servata inter eos anterioritate hypothecæ, vel potioritate juxta dispositionem Capitulorum, vel Statutorum Reipublicæ Lucensis, cui tam dictus Larinus decoctus, quàm dictus D. Gerbonus ejus creditor subditi sunt, verum pro parte ejusdem Gerboni in contrarium deducebatur, quod cum ille ob sequestrum super dicto telarum Cado Veronæ factum, ubique per Judicem confirmatum omnibus Creditoribus dicti Larini decocti potior effectus fuerit, dum per Statutum, seu consuetudinem illius Civitatis ubique Venetiarum Statis inviolabiliter observatam unicuique Creditori sive Civi, sive Forensi primò sequestranti super omnes alios jus prælationis in re sequestrata largitur, nullatenus quippè tenebatur dictas telas in manu dictorum Syndicorum tradere ad effectum (ut ex adverso prætenditur) illas æqualiter distribuendi inter omnes Creditores ejusdem Larini.

Super hac enim controversia de meo veritatis sensu fui a D. Gerbono requisitus, cui responso favorabili per me dato, fui insuper ad scribendum desuper ab eo enixe rogatus; Verum quia videram inter studenda materiam hanc à Doctoribus non bene digestam, quinimo inconditè involuteque pertractam, ideo mihi ex opportunitate hac illam magistraliter, extra limites etiam præsentis Causæ evagando, discutere proposui, cum distinctione casuum, & declarationibus desuper necessariis ad tollenda æquivoca, quæ alias in pluribus resolutionibus per Tribunalia capta fuerunt.

Quæstionem igitur inferius per omnes sui partes examinandam ita mihi propono; An sub Statuto mandante, quod Creditores omnes super bonis debitoris decocti per æs, & libram concurrere debeant nulla inter eos servata potioritate, vel anterioritate hypothecæ, comprehendantur contractus jurati, personæ Ecclesiasticæ, & forenses, & bona extra territorium talis Statuti existentia.

1 Et primo quoad contractus juratos licèt aliàs per Rotam Romanam fuerit tenta opinio, quod hujusmodi contractus jurati non comprehendantur ut *ex decis. 179. part. 9. rec. tom. 1.* attamen communior est in contrarium, ut recedendo à dicta prima decisione firmavit eadem Rota de anno 1647. in sequen-
2 ti decisione emanata in eadem causa, impressa post de *Ben. de juramen. decis. 68. per tot.* & successivè in aliis casuum contingentiis, ut videre est penes *Bich. decis. 435. num. 8. 9. & decis. 627. num. 11.* & remotiori tempore penes *Ubald. decis. 466. & dec. 550.* quas refert, & sequitur *Card. De Luc. de Credit. disc. 10. num. 6. cum seq. & de Dote disc. 143. num. 63. & 64. & D. Ansald. de Commerc. disc. 11. num. 28. & 29.* Idque potissimum ex duabus rationibus per dictas decisiones, & auctores adductis, omissis aliis incongruentibus, & meo intellectui non quadrantibus, quarum prima illa est, quia hujusmodi Statutum non dispensat à juramento, neque afficit, seu infringit actus, vel contractus eo munitos, quoniam quoad debitorem jurantem remanent in eorum firmitate, sed tantum est conditum favore aliorum Creditorum tali vinculo juramenti non adstrictorum, unde propterea stant bene simul, ut juramentum adhuc afficiat debitorem jurantem, suamque quoad eum plenam faciat operationem, & tamen non afficiat tertium, cui ex
actu jurato debitoris præjudicium resultet; Secunda 3
verò ratio quod hujusmodi Statutum non infringit directè juramentum appositum in contractibus, sed per modum indirectum, inducendo præsumptam probationem, quod contractus antea initi per Mercatorem ante illius decoctionem, licet illius juramento muniti essent dolosi, vel fraudolenti, seu simulati, quo posito de consequenti juramentum corruit, non per directam resistentiam Statuti, quod se opponat juramento, vel ab illo dispenset, sed ex ipso defectu, vel vitio naturali contractus per talem præsumptionem Statutariam comprobato, & sic de vitiosa natura ipsius contractus, non autem ex operatione Legis Laicalis, ut doctè, & eleganter tradit in puncto *De Luc. d. disc. 10. num. 7. & numer. 11. & 12. de Credit. & in conflict. legal. observat. 142. per tot. & disc. 85. num. 10. 11. & 15. & de Dote disc. 143. à num. 59. 60. & seq.*

Advertendum tamen est, quod hæc ultima ratio Judicio meo locum tantum habere potest in Statuto restringente credita, seu Contractus Creditorum concurrentium super bonis decocti ad aliquod præcedens determinatum tempus, intra quod verosimilis esse possit dicta presumptio fraudis, vel simulationis in Mercatore postea decocto, in quibus terminis loquitur *Card. de Luc.* locis mox supra laudatis; Secus verò in Statutis absolutè loquentibus de omnibus contractibus, vel creditis à decocto antea creatis absque ulla temporis restrictione, quia non videtur tunc Statuentes respectum habuisse ad inducendam talem præ-
sumptionem, sed ex alia ratione publicæ utilitatis, & 4
commercii, ut advertit *Rot. coram Ubald. decis. 466. in fin. & decis. 627. num. 5. coram Bich. & decis. 503. num. 14. 15. part. 14. rec. & D. Ansald. de Commerc. disc. 14. num. 44. & Rota Rom. decis. 76. numer. 9. part. 15. rec.*

Et in omnem casum, quomodocumque Statutum loquatur, vel cum tali restrictione temporis, vel sine, illa non intrat in iis casibus, in quibus per Creditores probaretur in contrarium, quod nempe de tempore eorum contractuum Mercator postea decoctus erat in plena sua fide, & credito, & quod imò illius decoctio processerit ex subsequentibus infortuniis, vel
temporum calamitatibus, ut pariter advertit idem *De 5
Luc. in conflict. legal. observ. 142. penes fin. & de Dote disc. 85. num. 15. num. 59. & 62. vers. Statutum enim*, & per ea, quæ latius firmavi in meo *Cambista instruito cap. 1. numer. 7. 8. & seq. & cap. 5. & disc. 75. num. 7. 8. & seq. de Commerc.* quia præsumptio licét à Statuto, vel lege oriatur, cedere semper debet veritati, vel concludentibus aliis præsumptionibus, vel alio quocumque modo de jure legitimo in contrarium probatæ, nos latè locis mox supra citatis.

Quo verò ad alterum punctum, an hujusmodi Statutum comprehendat personas Ecclesiasticas, & forenses, utpote non subditas illius jurisdictioni, super
quo pro non comprehensione illarum alias firmavit 6
Rota Roman. in decis. 629. num. 33. & seq. coram Bich. & decis. 371. num. 4. part. 15. rec. & vice versa pro earum comprehensione contra easdem Rotæ decisio-
nes tenuerunt *Card. De Luc. de Credit. disc. 10. num. 7
29. & seq. & disc. 130. n. 9. & in conflict. legal. observ. 142. & D. Ansald. de Commerc. disc. 11. n. 28. & 29.*

Nos

Nos pro hujus quæstionis vera resolutione adverten-
dum primo duximus, quod hujusmodi Statuta man-
dantia, quod Creditores nulla admissa inter eos ante-
rioritate hypothecæ, vel potioritate concurrere debe-
ant super bonis, & rebus decocti per æs, & libram,
principaliter respiciunt, & afficiunt ejusdem decocti
bona, seu principaliter quoad ea versantur, quia prin-
cipalis Statuentium intentio ea est, ut bona decocti
per æs, & libram æqualiter, & proportionaliter ad
ratam Creditorum distribuantur, & licet aliqua Statu-
ta videantur dirigere verba in Creditores, attamen
cum eorum dispositio respiciat principaliter bona de-
8 cocti, ut distribuantur inter Creditores per æs, & li-
bram, adhuc dicuntur concepta in rem, & non in
personam optimè Redenasc. cons. 91. numer. 35. Rau-
dens. mar. cap. 11. num. 16. 17. optimè, & latissimè
Mascard. de general. Stat. interpr. concl. 6. numer.
180. & seq. Thesaur. Jun. quæst. 2. num. 7. & quæst.
4. num. 4. libr. 2. Gratian. cap. 164. numer. 11. &
12. Mart. Medic. decis. 53. num. 23. 24. Rot. di-
vers. decis. 304. par. 1. Gozadin. cons. 49. numer. 7.
Surd. cons. 367. num. 15. & cons. 343. numer. 8. 9.
Altograd. Jun. contr. 100. num. 14. 15. lib. 2. & ple-
nissimè Bellon. de jure accresc. capit. 10. quæst. 2. per
tot. Honded. consil. 10. num. 27. lib. 2. Merlin. dec.
353. num. 22. & 526. & latè Nos ad Statut. Janua
de Success. ab intest. in rubric. num. 25. 26. & seq. fol.
94. Card. de Luc. disc. 5. numer. 120. de success. &
Rot. Lucen. in decis. 247. num. 4. & seq. & dec. 248.
n. 1. tom. 3. & D. meus Auditor de Comitibus decis.
73. num. 26. & fere per tot. & in puncto, quod Sta-
tutum disponens circa distributionem bonorum decocti
inter illius Creditores faciendam respiciat bona, &
non personas, affirmat Simon. de Pratis consil. 92.
num. 9. juncto cons. 87. numer. 25. & 26. in eadem
Causa emanato, & in terminis omnino similibus De-
cian. cons. 81. numer. 58. vers. præsertim cum libr. 4.
Tondut. quæst. Civil. par. 1. cap. 33. num. 1. 2. 3. &
seq. quem ad hunc effectum adaptando huic simili Sta-
tuto mandati distributionem bonorum decocti æquali-
ter inter Creditores refert, & sequitur Rota nostra in
Liburnen. Concursus Creditorum 15. Julii 1695. §.
Quod verò dicebatur, coram Marino ex lib. Motivor.
134. à car. 636.
9 Quo posito indubitatè sequitur (quidquid in con-
trarium firmaverit Rota Romana) indubitatè inquam
sequitur tam personas Ecclesiasticas, quam forenses
hujusmodi Statutis in rem conceptis ligari, quia illa
non afficiunt Clericorum, vel forensium personas,
sed principaliter, & de directo bona temporalia laico-
rum decoctorum intra suum Territorium existentia,
& eorum jurisdictioni suppositа, ut doctè firmant
Cyriac. contr. 176. num. 14. 15. 16. & 17. Altograd.
Jun. contr. 100. numer. 14. 15. lib. 2. Guttierez. pract.
quæst. 156. num. 4. usque in fin. Mart. de Success. par.
pr. quæst. 13. art. 12. numer. 30. cum seq. usque ad 40.
Robert. Marant. disput. 8. per tot. latissime Mascard.
de Stat. interpret. conclus. 6. num. 180. 181. 182. &
183. Ansald. consil. 95. per tot. Gratian. capit. 164.
numer. 11. & 12. Honded. consil. 10. numer. 25. libro
2. Mart. Medic. decis. 53. num. 24. & 25. latissimè
Card. de Luc. disc. 5. numer. 7. & ferè per tot. Rede-
nasc. cons. 69. num. 9. 18. & cons. 91. num. 32. & seq.
Scapp. in Cod. Fabr. de Sacrosan. Eccles. explanat. 44.
per tot. & præcipuè n. 14. 15. & 16. & Mart. de Ju-
risdict. part. 4. centur. 1. cas. 4. num. 20. Gallia cons.
96. numer. 13. & seq. Antunez. de Donat. reg. lib. 1.
part. 2. cap. 10. num. 65. cum seq. Sabel. resol. 68. nu.
4. cum seq. & cum infinitis allegatis Rot. Lucens. de-
cis. 147. num. 3. & seq. & numer. 14. & 15. cum seq.
& num. 22. & fere per tot. & dec. 249. numer. 2. &
14. tom. 3. Gob. de Successi. Statut. observat. 9. numer.
7. 8. & Nos latissime in tractatu nostro vulgariter in-
cripto il Cambista Instruito cap. 7. numer. 1. & 2. &
ad Statut. Janua de Success. ab intest. in rubric. numer.
25. 26. & 45. & 94. cum seq. & alibi, eoque magis
hoc procedit, si ageretur de Clericis negotiationem,
seu Mercaturam exercentibus, quia tali casu cum amit-
tant Privilegia exemptionum, non minus subjacent
10 quoad mercaturam spectantia Legibus laicalibus, quam
ipsimet laici, optimè Gregor. Lopez. ad ll. Hispan. par-
te 1. tit. 6. l. 49. numer. 3. vers. las franquezas Boer.
dec. 146. sub num. 4. Strach. de Mercator. part. 3. n.
8. 9. & tit. quomodo in cons. mercator. procedendum sit
num. 17. Card. de Luca in miscellan. Ecclesiastic. disc.
2. numer. 37. sub num. 48. & disc. 5. num. 19. & 24.
& disc. 8. num. 9. ex qua ratione obligari possunt per
Judicem Laicum ad concedendam dilationem, vel fir- 11
mandam concordiam cum debitore per majorem par-
tem laicorum creditorum initam Bonfin. in supplet. ad
57. in fin. operis fol. 603. tom. 2. vers. tenentur tamen
Mastril. dec. 79. num. 5. Strach. de Mercat. part. 3.
num. 9. & Rocc. de decoct. Mercat. num. 194. Amat.
cons. 28. num. 17. Sanfelic. dec. 305. numer. 1. & seq.
par. 2. Paschal. de patr. potest. part. 2. cap. 9. numer.
20. & Salgad. de reg. protect. part. 4. cap. 14. numer.
103. & 104. & per hæc juris principia optimè proce-
dit opinio Card. de Luc. & Ansaldi tenentium, ut
notavimus supra, hujusmodi Statuta reducentia omnes
Creditores ad æqualitatem super bonis decocti con-
currentes, comprehendere quoque forenses, & perso-
nas Ecclesiasticas.
Ex alia quoque ratione talis opinio sustineri posset,
quia cum hujusmodi Statuta, ut supra docuimus, sint
condita ob publicam utilitatem, & conservationem,
vel bonum regimen Reipublicæ, ideo quoque personas
Clericorum saltem in vim rationis directivæ afficiunt 12
Antunez. de Donat. reg. lib. 1. part. 2. cap. 10. n. 75.
cum seq. Salgad. de reg. protect. par. 1. cap. 1. prælud.
3. numer. 57. cum pluribus seq. & Nos plenissimè ad
Statut. Janua de Success. ab intest. in rubr. à numer.
16. usque ad 45. & §. 13. à numer. 5. usque ad fin.
fol. 239. à me citato Palm. Nep. inter dec. Lucen. to-
mo 3. dec. 247. num. 9. 10. Scapp. in Cod. Fabri tit.
de Sacros. Eccles. explanat. 44. per tot. præcipuè num.
14. 15. & 16. & in puncto talium Statutorum ipsa-
met Rota Romana alias eandem veritatem agnovit in
dec. 466. n. fin. coram Ubald. per subsequentes deci- 13
siones confirmata.
Quo verò ad alia bona stabilia decocti extra Ter-
ritorium Statuentium sita nedum forenses, & personæ
Ecclesiasticæ hujusmodi Statuto non ligantur, sed ne-
que ipsæmet personæ ipsis Statuentibus subditæ, ratio
enim est quia Statuentes nullam possunt exercere juris-
dictionem circa bona, quæ extra suum territorium si- 14
ta sunt, ut pluribus etiam exemplis adductis latissimè
docent Bellon. de jur. accresc. par. 3. capit. 10. quæst.
2. ferè per tot. Mart. de Success. par. 13. artic. 12. n.
1. usque ad 30. Honded. consult. 1. num. 18. Rota cor.
Merlin. dec. 353. & decis. 526. per tot. Innoc. de Suc-
cess. Stat. quæst. 7. per tot. Mascard. de Stat. interp.
conclus. 6. n. 123. & 124. & pluribus citatis latè Nos
ad Stat. Janua de Success. ab intest. in rubr. num. 55.
56. 57. & seq. fol. 100. & in punctualibus terminis,
quod sequuta decoctione alicujus Mercatoris omnia
illius bona existentia extra Territorium debeant inter
Creditores dispertiri juxta distributionem ordinatam à
Statuto loci, in quo eadem bona reperiuntur, & non
secundum alteram ordinatam à Statuto decocti firmat
Simon. de Pratis cons. 92. numer. 8. & 9. & Decian.
cons. 81. num. 57. & 58. vers. præsertim cum ista libr.
4. Quod magis procedit si credita, vel contractus fue- 15
rint initi extra territorium Statuentium ad latè tradi-
ta per Altograd. Sen. consil. 36. per tot. & Rot. cor.
Buratt. dec. 27. & ratio est, quia Statutum intelligit 16
semper disponere de contractibus factis intra, & non
extra Territorium suum, ut præter Altograd. & Bu-
ratt. mox citatos, in similibus terminis tradunt Thusc.
conclus. 545. num. 5. lit. S. & Rot. Florentina in Flo-
rentina Salviani 22. Septembris 1724. coram Dom.
Peregrino §. Etenim aggrediendo, & seq.
Neque dici valet, quod Statutum valide inhabilita-
re, vel ligare possit personas subditas etiam quoad
bona extra suum Territorium existentia, quia id lo-
cum habet duntaxat in Statuto personaliter tantum lo- 17
quente, nempè, quando illud verba suæ dispositionis
prohibitivæ, vel inhabilitationis dirigeret in personam
subditi illam inhabilitanda, vel ei prohibendo aliquem
actum, vel contractum fieri, ita ut bona subditi tàm
intra, quàm extra territorium statuentium sita, veni-
rent tantum in consequentiam, & accessorie ad a-
ctum, qui fuit principaliter ipsi personæ subditæ pro-
hibitus, vel consecutivè ad inhabilitationem persona-
liter ei factam, secus verò in casu, quo Statutum 18
prin-

principaliter considerationem, vel respectum habuit ad
res, seu bona, sive ejus effectus principaliter versatur
circa res, vel bona, licet juxta materialem verborum
sonum Sermo videretur in personam Subditi directus,
ut doctissimè, & magistraliter explicant *Mascard. de
general. stat. interpret. conclus. 6. num. 121. vers. non
est etiam considerabilis. & numer. 132. & seq. usque
ad num. 128. Merlin. decis. 353. num. 25. 26. &
27. Donded. consult. 1. num. 16. Bellon. de jur. ac-
cresc. cap. 10. quæst. 2. num. 59. 60. & 61.* junctis
*numer. 71. & 72. lib. 3. & D. meus de Comitibus
decis. 73. num. 19. & 23.* juncto *num. 26. Antonel.
de loco legal. lib. 2. cap. 15. num. 12. usque ad 14.*
& latè Nos *in Commentar. ad Statut. Janua de suc-
cess. ab intestat. in rubr. numer. 94. 95. & 96. fol.*
107. quamobrem cum nos simus in casu Statuti Lu-
censis, cujus dispositio, vel effectus principaliter ver-
19 satur circa res, & bona decocti Creditoribus distri-
buenda, licet loquatur in personam Creditorum, ut
supra firmatum fuit, ideo illud ex defectu potestatis,
vel jurisdictionis vires suas protendere non valet ad
res sitas in territorio Veronensi, & adeo hoc verum
est, quod si Statutum etiam expresè disponeret de bo-
nis extra suum Territorium sitis, adhuc servari non
deberet tanquam nullum, & invalidum ex defectu po-
testatis immittendo manum in messem alienam, &
licet verba dirigeret in personam Subditi, quia nulla-
20 tenus licitum Statuentibus sub palliata, vel affectata
formula verborum in personam Subditi directorum a-
lienam jurisdictionem violare quando eorum dispositio
principaliter in effectus respicit, atque afficit bona, &
non personam Subditi *Roland. à Valle conf. 80. num.
29. penes finem, & num. 33. libr. 4. Gozadin. cons.
49. numer. 3. & seq.* & latissimè articulo per partes
discusso, juribus, & Doctoribus hinc inde allegatis,
& perpensis, resolutis ulterius omnibus objectionibus
firmat doctissimus *Bellon. de jure accrescen. cap. 10.
quæst. 2. num. 35. cum pluribus seqq.* quem cum cæ-
teris per me allegatis sequutus fui in meis *Commentar.
ad Statut. Genuæ de success. ab intest. in rubricam n.
94. 95. & seqq. Antonell. de loco legal. lib. 2. cap.
15. num. 12. & seq.*

Et quatenus etiam placeret minus vera nonnullorum
21 opinio tenentium, quod quoties Statutum loquitur in
personam Subditi, vel ei prohibendo, vel eum inha-
bilitando valeat etiam comprehendere bona, & res in
alieno Territorio sitas, quamvis illius effectus circum
res, & bona Subditi versaretur; Advertendum tamen
esset quod ea opinio procederet tantum in casu, quo
Statutum expresè etiam de bonis extra Territorium
suum existentibus disponeret, secus vero in casu, ut
22 in nostro, quo Statutum nullam de rebus, vel bonis
Subditi extra suum Territorium sitis mentionem facit,
ut eleganter tradunt *Gozadin. consil. 49. num. 18. Ro-
land. à Valle conf. 80. num. 40. vers. Secundo res-
pondetur lib. 4.* & cum innumeris citatis *Merlin. de
legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 18. num. 103. 104. cum
seq. Rota Romana coram* altero *Merlin. dec. 353. n.
18. & inter recollectas Rot. Lucen. à D. Palm. Nep.
dec. 247. num. 41. Bellon. de jur. accresc. capit. 10.
quæst. 2. num. 34. & 35. lib. 3.* & Nos in *Commen-
tar. ad Stat. Genua de Succ. ab intest. in rubric. n.
93.* cum pluribus aliis per me citatis *Torr. var. quæ-
stio in Miscell. part. 2. quæst. 57. tit. 12. num. 46.
tom. 5. fol. 115.*

Postremum cessat objectum ex quo Veronæ, nec-
23 non in toto Venetiarum Statu adest consuetudo, vel
Statutum, quod expresse, & specialiter disponit, quod
in rebus, vel bonis sequestratis per aliquem Credito-
rem, quamvis forensem, præferatur omnibus ille sive
subditus, sive forensis, qui primo sequestrum in bona
debitoris injecit, de quo Statuto seu consuetudine Ve-
neta meminerunt *Mart. conf. 79. Torniel. conf. 21.
Gob. consult. 27. tom. 2. de Prat. conf. 92.* in nihilo
obstante altero Statuto Lucensi, etsi loquente in per-
sonam Creditorum Subditorum, & licet ipsum (quod
fortius esset) expresse disponeret etiam de bonis sub-
diti extra suum Territorium sitis; Ratioque est quia
24 cum Statutum aliquod, quamvis loquatur in perso-
nam, ac etiam de bonis subditi extra Territorium si-
ta expresse disponat, concurrit cum altero Statuto
alieni Principis, & Territorii de bonis Forensis etiam
expresè contrarium disponente, attendi, seu præferri,
aut prævalere semper debet Statutum alieni Territorii
ubi bona sita sunt, alteri Statuto Subditi, argumen-
to *Textus in l. Pupillo 27. de tutor. & curat. Tira-
quell. de Primog. quæst. 46. num. 28. & Bruneman.
in d. l. si tamen 15. ff. de testam. tutel. nu. 3. Go-
zadin. cons. 49. num. 18. vers. vel & secundo Alex.
cons. 128. num. 4. vers. Item, & 3. respondeo libr. 1.
Roland. à Valle cons. 80. num. 40. 5. Item responde-
tur Mascard. de general. Stat. interpr. conclus. 6. n.*
131. & præ cæteris mirum in modum *Bonden. col-
lect. 41. num. 137. & 138. lib. 2.*

Major difficultas insurgit in casu quo fuerunt mo-
bilia, vel merces decocti sequestratæ in altero loco
extra Territorium Statuentium existentes, ubi consue-
tudo, vel Statutum illius loci, ut in Statu Venetia-
rum, primum sequestrantem licet forensem, potiorem
reddit in re sequestrata; In qua quæstione, seu casu
resolvendum esse censeo, quod Statutum illius Civita-
tis, seu loci tribuens æquale jus Creditoribus super
bonis decocti non potest extendi ad bona, licet mo-
bilia, existentia in alieno Territorio, ubi viget alte-
rum Statutum, seu consuetudo concedens sequestranti
potioritatem super omnes Creditores, quia licet regu-
lariter bona mobilia sequantur personam debitoris, &
ideo illa censeantur de loco ipsius debitoris, *Bellon.* 25
*de jur. accresc. cap. 10. quæst. 2. nu. 145. 146. & 147.
& quæst. 3. numer. 114. & seq.* & Nos ad *Stat. Jan.
de Success. ab intest. in rubric. num. 63.* attamen quan-
do per Principem, aut Statutum alterius loci in quo
illa existunt, super eis expresè dispositum fuit, & sic
effecta fuerunt de suo Territorio, habentur uti bona
immobilia, ut punctualiter in his terminis sequestri
firmavi *in meo Cambista Instruito capit. 7. per tot.*
quamobrem sequitur, quod Statutum alterius Civita-
tis reducens omnes Creditores ad æqualitatem non po-
test vires suas ad talia mobilia alibi existentia, tan-
quam immobilia effecta, porrigere, per auctoritates
ibi punctualiter laudatas; & cæteras supra mox rela- 26
tas *Quo verò*, & in puncto *Simon. de Prat. cons.
92. num. 8. & 9.* juncto *cons. 87. num. 25. & 26.*
emanato in eadem Causa, & *Decian. cons. 81. num.
57. & 58. lib. 4.*

Neque penitus obstat, quod judicium universale con-
cursus Creditorum fiat in loco debitoris decocti, ubi 27
viget tale Statutum, quia cum hujusmodi judicium u-
niversale nulla alia ratione fiat, quam ex eo quod
unico Judicio cognoscantur, & decidantur jura om-
nium Creditorum, ideo ex hoc in nihilo debent di-
minui Creditorum jura, sed ea in decisoriis remanent
integra, & illæsa, prout illis ante tale judicium de
jure competebant, ut ex auctoritate *Salgadi* hujusmo-
di objecto respondendo firmavi in meo *Cambista In-
struito cap. 7. num. 13. & 14.* locus enim Judicii, 28
vel forum in quo lis vertit nullatenus efficit, quod
jura Partium in decisoriis cognoscantur, & decidan-
tur secundum illius Statuta, ideoque forensis, vel
Clericus quamvis litiget in alieno loco, vel foro ju-
dicari debet prout de jure communi; quia talibus Sta-
tutis in decisoriis non ligantur, *Sperell. decis. 135.
num. 46.* junctis *num. 106. & seq. Conciol. ad Stat.
Eugub. in prelud. num. 37. 38. 39. & 40. & alleg.
72. num. 5. & 6. Mascard. de Stat. interpret. con-
clus. 6. num. 195. & seq. Ciarlin. contr. 205. num.
13. Mans. consult. 209. num. 6. Constant. ad Stat.
Urb. in prelud. num. 140. Thomat. decis. 6. numer. 23.
& Bellet. in suis disquisit. clerical. part. 1. tit. de ex-
empt. Cleric. ad Statut. Secular. §. 3. num. 14. 15.
& 16. Ridolphin. in prax. part. 1. capit. 7. numer. 88.*
Neque novum pariter in jure est, quod in loco Judi-
cii sæpe sæpius circa decisoria judicandum sit etiam 29
juxta leges, & consuetudines alterius Civitatis, vel
fori, *Gob. consult. 27. num. 8. 9. tom. 2. Mascard. de
interpret. Statut. concl. 6. num. 196. Conciol. alleg. 72.
num. 7.* & in terminis, quod in loco Judicii circa de-
cisoria judicandum sit juxta Leges, vel Statuta alteri-
us loci, ubi initus fuit contractus, latè *Mascard. de
gener. Stat. interpr. conclus. 7. num. 74. & 75. & n.
80. & 81.* latè pluribus citatis *Gob. d. consult. 27. n.
5. 6. tom. 2.*

Minusque refert, quod Telæ Veronæ sequestratæ
ad instantiam D. Gerboni de ordine Magistratus ex-
porta-

portandæ, vel exportatæ jam sint ad Civitatem Lucæ; ubi agitur universale Judicium, & sic cum reperiantur in Territorio Lucensi attendi debeat illius Statutum, & non illud Veronæ.

Nam respondetur, quod per istam Telarum translationem de loco ad alium non amittitur hypotheca, vel potioritas, quæ jam contracta fuit in priori loco
30 vigore alicujus consuetudinis, vel legis particularis in eo vigentis, licet in loco, ad quem res transvectæ nulla hypotheca; vel potioritas pro illis Creditori competeret, vel ab initio competiisset, ut firmavi in *disc. 43. n. 20. & seq. usque ad 27. de Commerc. & in meo Cambista Instruito c. 7. n. 11. & seq. & Gob. cons. 27. tom. 2. per tot.* Eoque magis in casu nostro, tum quia illa telarum translatio fuit demandata per Magistratum
31 absque ullo præjudicio partium, & præsertim prætensæ potioritatis, quæ posset de jure competere dicto D. Gerboni ob sequestrum per eum factum Veronæ super dictis telis *Marescot. var. resolut. cap. 138. n. 1. & seq. lib. 2. Mart. de Clausul. par. 1. Claus. 158. num. 2. Rot. cor. Put. dec. 91. nu. 17. Roman. impress. Ridolphin. in prax. cap. 9. num. 149. & 150. part. 2.* tum quia dicta translatio cum sit coacta, & involuntaria respectu D. Gerboni Creditoris, qui illud jus reale potioritatis Veronæ acquisivit super omnes Creditores, non efficit quod dictæ Telæ nunc dici debeant
32 de Territorio Lucensi, quinimò semper de Territorio Veronensi censeri debent, quemadmodum illic adhuc existerent, per ea quæ tradit in terminis *Abbas cap. quid Clericis 9. num. 34. & 35. de for. compet. & post eum Decian. tract. Crim. lib. 2. cap. 35. numer. 24. Cremen. singul. 81. & Mascard. de Gener. stat. interpret. conclus. 6. num. 194.*
33 Neque pariter obstat, quòd Judex debeat etiam circa decisoria judicare secundum Statutum loci contractus, & sic secundum Statutum Lucense, ut tradunt communiter Doctores penes *Mascard. de gener. Statut. interpret. conclus. 7. numer. 74.* & alibi latè doctèque *Peregrin. cons. 89. per tot. lib. 4. Rot. Gen. decis. 100.* ex eo quod contrahentes dicuntur contraxisse secundum leges, & consuetudines ejusdem loci, licet id non expresserint in contractu, quia hæc conclusio procedit tantum in his, quæ oriuntur secundum naturam contractus de tempore ipsius Contractus nullo facto extrinsecus occurrente, secus in his, quæ oriuntur post contractum perfectum ob negligentiam factam, vel moram à debitore commissam, quia in his non attenditur locus contractus, sed ille in quo negligentia, vel mora commissa fuit, ut eleganter ex
34 doctrina *Bartoli* communiter accepta, explicat *Rota Rom. coram Coccin. dec. 133. numer. 4. & seqq. Mascard. d. conclus. 7. num. 56. & 75* & cum pluribus allegatis firmat *Rota Romana part. 17. dec. 175. numer. 11.* magistraliter *Peregrin. cons. 89. lib. 4. Antonel. de loco legal. lib. 2. cap. 15. num. 62. & 68.* & plenissimè *in Florentina Salviani 22. Septembris 1724. §. Nec applicabile motivum* cum aliis *seqq. coram D. meo Peregrino* in qua causa fui etiam illius Conjudex, ideoque dicta Conclusio non adaptatur casui nostro ubi agitur de iis, quæ obvenerunt post contractum, scilicet ob supervenientem decoctionem, vel negligentiam, aut moram dicti D. Larini debitoris, & in puncto ita firmat *Simon. de Prat. consil. 92. num. 8.*

Et si adhuc replicaretur, quod cum hæc mora, seu negligentia ex decoctione superveniente proveniens commissa fuerit in Civitate Lucensi, attendi debet etiam circa decisoria illius Statutum, vel saltem ex quo executio distributionis bonorum decocti ibi facienda est,
35 cum in executivis attendi debeat Statutum Loci, quo fit executio *Mascard. de gener. stat. interpr. d. conclus. 7. num. 78. & 79.* Nam quoad primam hujus objectionis partem obvia ex præmissis occurrit responsio, etenim cum Statutum Lucanum super distributione bonorum inter Creditores facienda non extendat vires suas, ut supra vidimus, ad res extra suum Territorium sitas, sed tantum disponit circa res, & bona, quæ sunt ejus jurisdictioni subjecta, non potest
36 Judex in decidendo servare illius dispositionem, nisi circa res, & bona intra Territorium Lucense reperta, secus quoad alia bona, sive mobilia, sive immobilia extra Territorium existentia, de quibus non loquitur, nec loqui potest dictum Statutum, circa quæ de jure attendi tantum debet Statutum loci, ubi ea existunt; Quo vero ad alterum objectionis membrum, neque est mendicanda responsio, nam statim ea subministratur ab eodem *Mascard. sub num. 80. & 81.* ubi declarat prædictam conclusionem dictantem in executivis servari debere Statutum loci, ubi fit executio, procedere tantum in his, quæ respiciunt ordinem Ju-
dicii executivi, nempe ordinatoria, secus in his, quæ 37
respiciunt merita, seu decisoria Causæ, *Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubric. 3. numer. 25.* Quinimo eadem conclusio optimè Casui nostro adaptatur, quia cum executio in nostro casu per sequestrum factum super dictis telis, commissa fuit in Civitate Veronæ, ideo secundum illius Statutum præferens sequestrantem omnibus aliis Creditoribus super se sequestrata judicari debet ut in puncto firmat *Decian. cons. 81. n. 58. tom. 4. & Gob. d. consult. 27. tom. 2.*

A R G U M E N T U M.

Mandati excessus, quando censeatur ratificatus à Mandante.

Et an commendans personam aliquam censeatur pro ea fidejubere.

S U M M A R I U M.

1 *Mandatum interpretatur ab observantia deinde secuta.*

2 *Computum per debitorem retentum, & postea Creditori absque reclamatione remissum, censetur à Debitore approbatum & n. 3.*

4 *Transmissio mercium diversæ qualitatis, & deterioris Conditionis ratificata censetur, si non sequatur Mandantis contradictio.*

Maximè attenta Mercatorum consuetudine numer. 5.

6 *Mandator sciens excessum sui Mandati, & ei non contradicens, censetur excessum Procuratoris approbasse.*

7 *Recipiens Epistolam, & ei non contradicens, censetur eam approbare.*

8 *Concessum intelligitur in tempus præteritum, quod in futurum prohibetur, & n. 9.*

10 *Verba intelligenda sunt secundum subjectam materiam licet impropriari debeant.*

11 *Actio, vel nudus titulus penes unum esse potest, & penes alterum utilitas, & Dominium.*

12 *Mandati excessus impugnari nequit à Mandante, postquam illum ratificaverit.*

13 *Ratificatio æquiparatur mandato.*

14 *Procurator, seu Mandatarius commendans suo Principali aliquem Mercatorem, non censetur pro eo fidejubere, secus si sit tertia persona.*

15 *Commendans, licet sit persona tertia, non censetur fidejubere, nisi id dolo fecerit, & adsit expressa promissio.*

16 *Mandatum suscipere, vel recusare liberum est Procuratori, sed susceptum cogitur executioni mandare, alias tenetur ad damna, & interesse, &c.*

Januen. Litterarum Cambii Maritimi.

D I S C U R S U S CXXXI.

IN sensu veritatis à Procuratoribus DD. de Morassis Ulisipponensium requisitus, an in eorum computum, & risicum, vel potius D. Pelosi Januensis imputari debeant transmissæ literæ Cambii Maritimi pezzarum 600. post maturam, ac sedulam facti discussionem contra DD. Pelosum respondendum, & ad ipsum dictarum literarum risicum, ad quem remissæ fuerant, pertinere, inconcussis, ac validissimis rationibus affirmandum, minimè dubitavi.

Nam quamvis sub primis literis Anni 1707. & 1708. scriptis à Domino Pelosio ad D. Felicem Morassium valde dubitari contingat, an hic per litteras Cambii Maritimi ad D. Pelosum liquidum ab ejus mercibus Retractum, vulgo *Netto Ritratto*, remittere posset, dum

dum ex eisdem literis, nil aliud argui queat ac deduci quam simplex facultas reliquum pecuniæ suæ remittendi, vulgo *quanti*, quod regulariter aut per pecuniam numeratam cum Navi, aut per literas puri, & veri Cambii, non autem maritimi exequi solet, quod varios, ac diversos in se continet contractus, ut ex *disc. 14. & alibi*, qui sub simplici facultate concessa mandatario remittendi, nequaquam comprehensi intelliguntur.

Nihilominus cum in nostro casu, e subsecuto deinde literarum commercio, & præcipue ex habita inter partes computorum discussione clare, & evidenter deprehendatur, quod post receptam dictæ remissionis factæ à D. Morasso per literas Cambii Maritimi certiorationem, minime D. Pelosus reclamaverit, nec contradixerit, ex hac subsecuta ejus acquiescentia, & silentio, recte conjicitur, quod facultas ab eo concessa liquidam sibi pecuniæ quantitatem remitiendi, per litteras etiam Cambii Maritimi, posset executioni demandari: cum in Jure subsecuta observantia optimum præbeat argumentum voluntatem Mandantis interpretandi, quamvis verba mandati naturaliter, & proprie illam nequaquam signi-
1 ficare valerent, ut per *Nos in tract. de Commerc. discors. 30. num. 29. & 30.* & melius *disc. 80. num. 22. & seq. & Rota Florentina in Liburnen. Pecuniaria, seu Mandati 31. Martii 1724. §. E qui appunto fol. 8. coram Me*.

Sed dato etiam, & concesso, quod verba mandati in nostro casu talem voluntatem Mandantis excluderent, negari tamen nequit, quin silentium, atque acquiescentia D. Pelosi veram præseferant ratificationem ac approbationem includant dictæ remissionis, quamvis cum excessu mandati executæ.

Quod revera deducitur primò, e currenti computo à D. Felice Morasso ad eum transmisso, in quo D. Pelosus aliquarum remissionum per litteras Cambii Maritimi debitor declaratur, ac inscribitur, & præcipue illius, de qua agitur; ex quo cum contra illas numquam aliquid oppositum, ac reclamatum fuerit à D. Peloso, optima, atque efficax dicti computi habetur, ac insurgit approbatio, ut in præcisis terminis *Rota*
2 *coram Duran. dec. 426. numer. 6. & coram Cels. decis. 264. num. 9. & cor. Ansald. dec. 8. num. 8. & Pegaz. resi. fur. cap. 3. num. 746.* & Nos plene in *disc. 30. n. 61. & seqq. de Commerc.*

Quæ propositio quamvis aliquam patiatur difficultatem juxta aliquorum DD. opinionem, quando computum retentum fuerit, absque eo quod ulla Creditori data fuerit responsio, tamen receptissima, ac tutissima esse videtur in nostro casu, ob acceptationem dictarum Literarum Cambii Maritimi habitam per D. Pelosum, & ob plures responsivas missas litteras ad D. Morassum absque ulla reclamatione; ac dictæ remissioni oppositione ab eo facta, juxta distinctionem à nobis traditam in *disc. 50. num. 32. & 53. de Com-*
3 *merc.* & in fortioribus terminis, quod approbata, & ratificata sit mercium transmissio, quamvis diversæ qualitatis, & deterioris sint conditionis, quando dictarum mercium absque ulla Socii, aut Mandantis contradictione receptio sequatur, affirmat *Sabel. Verb. Socie-*
4 *tas num. 40.* & id peculiariter ob consuetudinem, ac Mercatorum usum procedit, ut animadvertit *Rot. in d.*
5 *dec. 426. coram Duran.*

Secundo pariter deducitur, ac habetur ex Epistola responsiva Dicti Dom. Pelosi die 22. Junii 1712. per quam de dicta remissione certior factus, eam immediate recepisse, & se idoneo tempore reimbursationem absque ulla oppositione curaturum fatetur, quæ fieri ab eo debebat in casu, quo eam noluisset approbare, cum itaque eam omiserit, sola scientia excessus, & silenti-
6 um d. D. Pelosi mandantis ratificationem illius, ac approbationem inducunt *Rocc. de Mandat. Notab. 13. & de litter. Camb. not. 40. num. 140. Rot. Gen. dec. 18. num. 5. vers. sed dato millies, & decis. 162. numer. 2. & decis. 120. num. 1. & dec. 133. num. 2. Ansald. de Commerc. disc. 23. num. 17. & disc. 30. numer. 23. & disc. 62. num. 7. & Rot. cor. Priol. dec. 35. num. 13. & in rec. decis. 202. num. 24. part. 12.* & Nos plene in *disc. 30. numer. 61. 62. & 63. de Commerc. Sabell. in Summ. verb. Cautela num. 5.* quod eo magis procedit, ex eo quod deinceps dictarum litterarum acceptationem curavit, ex quo clarior prædicta insurgit ap-
probatio, *Nos discursu 30. numer. 64. & aliis supra* 7
relati.

Nec opitulatur, quod Dom. Pelosus in eisdem litteris volenti imposterum D. Morasso similes remissiones agere per litteras Cambii Maritimi indixerit, quod eas exequeretur cum Hypothecis rerum sibimetipsi mittendarum.

Ex hac etenim declaratione, futurum tempus respiciente, non solum nequit aliqua præsumi protestatio, aut contradictio circa præteriti temporis excessum, sed fortius, ac evidentius illius deprehenditur approbatio,
ut in similibus terminis *Cyriac. contr. 473. num. 1. &* 8
seq. Rocc. resp. 76. num. 43. & 44. tom. 1. Bonden. collect. 27. num. 55. & 56. tom. 2. referens insuper *Tiraquel. de retract. convention. §. 1. gloss. 2. numer. 48. vers. sicuti post tempus*, ubi quod, quando aliquid in futurum prohibetur, quoad præteritum tempus conces-
sum intelligitur, & *Bald. cons. 68. in fin. vers. prete-* 9
rea interim libr. 1. & cons. 407. penes fin. vers. quia Statutum libr. 3.

Idem emergit ex subsequentibus literis responsivis conscriptis die prima Augusti, & 3. & 15. Septemb. Anno 1712. ab eodem D. Pelosio: ex quibus non solum nil dictæ Remissæ per eum oppositum fuisse, sed etiam prædictum excessum mandati propria taciturnitate ratificasse deprehenditur, quamvis per easdem litteras iterum eundem imposterum remittendi modum D. Morassio injungat, quod ut supra demonstratum est, magis, magisque præteritæ remissionis approbationem inducit.

Animadversione ulterius dignæ sunt plures aliæ dicti D. Pelosi literæ, quibus potissimum omni cura, ac solertia dictarum petiarum 600. reimbursatio à D. Suarez dictarum litterarum datore exigendarum Dom. Morassio commedatur, absque ulla contra eundem propter mandati fines prætergressos protestatione emissa, cum qua sibi reservasset regressum contra dictum Morassium, quod insolidum, ac inusitatum habetur inter Mercatores, quibus peculiare, ac proprium est protestationibus abundare, quò sibi cautius prospiciant, & ab omni præjudicio, sese reddant immunes. Ex quo profecto datur intelligi, quod nequaquam D. Pelosus agnoverit, vel propter approbationem excessus mandati, seu propter ejus præcedentem intentionem, quod mandatum remissionem quoque per litteras Cambii Maritimi comprehenderet, fuisse D. Morassum aliqua sibi obligatione devinctum.

Et quamvis ex Epistolæ verbis die 2. Januarii An. 1713. exaratæ, ibi „ *attenderemo quello, che vi sarà* “ *riuscito con codesto Sig. Gio: Suarez, mentre per no-* “ *stro discarico vi provvedessimo il protesto, onde toc-* “ *ca a Voi a farvene rimborsare colla spesa del protesto* “ *seguita di pezze due* „ videatur, quod cum D. Pelosus fuerit de protestatione sollicitus, haud sibi amplius imputari, ac in ejus præjudicium cedere debeat dictæ literæ Cambii Maritimi risicum, sed potius in damnum D. Morassi, ad quem propterea dictæ reimbursationis cura pertinebat.

Nihilominus cum ex præcedentibus litteris exclusio prætensi excessus mandati habeatur, aut vigore interpretationis ei adhibitæ à D. Peloso, aut expressæ approbationis dicti excessus, quando re vera iste contigerit, & cum primæ cum sequentibus litteris conciliari semper debeant sensu inter eas idoneo, & compatibili, non possunt dicta verba Epistolæ de die 2. Januarii longe tempore posterioris præcedentibus approbativis excessus, intelligi in sensu contrario, sed in uno ex duobus sequentibus compatibilibus. Videlicet, quod D. Pelosus intellexerit scribere dicta verba Morassio, tanquam suo Corresponsori, & Mandatario, & per consequens, recte procedit, quod ei significaverit, quod attenta protestationis scriptura ei jam provisa adimpleverit id omne, quod pro parte sua tenebatur, ut à D. Suarez dictæ Cambialis literæ Datore reimbursatio pecuniæ suæ peti posset, munus itaque, & cura postea erat D. Morassi tanquam sui Corresponsoris, & Mandatarii illam à dicto D. Suarez repetendi, & exigendi. Et re vera sicuti post approbationem excessus mandati, non poterat D. Pelosus Morassio scribere, nisi tanquam suo Corresponsori, aut Mandatario,
ita eadem verba tali sensu intelligi debent, ut in simi- 10
libus, & præcisis terminis firmavit *Rota Florentina*

cor.

cor. me post meum Tractatum de Cambista dec. 8. n. 24. & melius *num. 28.* aut quod intellexerit scribere dicta verba propter opinionem, quod actionis exercitium propter dictæ Literæ reimbursationem contra Suarez ad alium non spectaret nisi ad D. Morassium, qui ab initio literam Cambii contraxit cum dicto D. Suarez, quamvis illius commodum, aut incommodum sive utilitas, & risicum spectaret ad dictum D. Pelosum, tanquam Mandantem; Et ita se referens dictus D. Pelosus in scribendo ad exercitium actionis propter litteræ prædictæ reimbursationem, recte convenit, quod eo modo scripserit; Talis tamen scribendi forma haud excludit, quin commodum, & incommodum, aut utilitas, aut periculum litterarum imputandum sit ei, ad quem verè spectat; Cum in Jure non repugnet, quod ad unam personam tantum spectet actio postulandi reimbursationem, ad alteram vero commodum,
11 & incommodum contractus, ut firmavi in similibus terminis plene *in dicta dec. 8. num. 25. & seq. post tractatum, del Cambista instruito.*

Sed quando etiam dictarum litterarum verba sensum à contraria parte prætensum, continerent, & inducerent, nequaquam attendi deberent, nam cum demonstratum fuerit, quod excessus mandati à dicto D. Peloso præcedentibus suis litteris ratificatus fuerit, nihil ei opitulatur, quod posterioribus suis litteris ejus
12 ratificationem postea impugnaverit, cum id nequaquam ei post excessus approbationem concessum videatur *Rot. Gen. de Mercat. dec. 33. num. 4. & dec. 76. num. 4. in fin. & Rot. Rom. dec. 362. num. 23. & 24. part. 10. De Luc. ad Gratian. cap. 699. num. fin. §. Plerique demum:* Et sicuti Mandanti non licet, quod à Mandatario ordine, & mandato principalis gestum fuerit, impugnare, ita excessum, quem olim ratificatione confirmavit, non potest reprobare: Quia ratificatio, & approbatio excessus de Jure æquiparantur mandato, & idem operatur, perinde ac si in Mandatario, qui fines mandati excessit, mandatum adfuisset ad agendum
13 id, in quo mandatum prætergressus est: plenè, *Rota Florentina in Liburn. Pecuniaria, seu Mandati 31. Martii 1724. §. Ma tal fondamento, cor. Me.*

Invalida etiam omnino videtur altera dicti Pelosi prætensio, videlicet, quod Dom. Morassius tanquam fidejussor teneatur, eo quod pluribus litteris Dom. Peloso suaserit, quod executivè non cogeret ad solutionem Dom. Suarez datorem dictæ litteræ petiarum 600. ad Cambium Maritimum, sed potius ei aliquam temporis dilationem concederet, dum propter nonnullas pecuniarum summas, vel mercium genera ad ejus manus perventura, securus D. Pelosus de solutione esse poterat.

Hæc etenim prætensio sibi locum vindicaret, quando commendationes, & consilia provenirent ex tertia persona, non vero quando commendans est Procurator (prout in casu nostro erat Dom. Morassius) illius cui commendat; Nam sicuti ad procuratorem spectat cura, & administratio Negotiorum sui Principalis, ita in commendando nil aliud agere intendit, quam officium suum procuratoris accommodare in utilitatem sui Principalis, non autem præsumendum est, quod in suadendo, & commendando (prout erat seduli procuratoris officium) voluerit personam induere fidejussoris, ut facilius sequitur in tertia persona, cui nequaquam cura incumbit negotiorum illius, cui aliquem commendat, ut distinguendo firmat Rota nostra Florentina *in Liburnen. Pecuniaria, seu Mandati 31. Martii 1724. §. Debbo qui con le seguenti, & §. Ed in vero, cor. Me.*

Sed etiam quando versaremur in terminis tertiæ personæ, ex ejus tamen consiliis, & commendationibus, haud posset aliqua propria obligatio, & fidejussio induci, nisi adesset, vel expressa illius promissio in eadem sua commendatione, vel fraus, & dolus ejudem, ut in fortioribus terminis firmavit *Rota Florentina in dicta Liburnen. Pecuniaria, seu Mandati §. Ma quando etiando fossimo, usque ad finem*, ubi per varias casuum distinctiones plenè hæc materia discutitur.

Nec pariter D. Peloso opitulatur, quod D. Morassius sibi sit obligatus, eo quod neglexerit agere contra D. Suarez pro solutione, haud attentis ordinibus à D. Peloso ei injunctis, quinimo ei semper dilationes, & moras concesserit. Nam hoc procederet quando evidenter constaret, quod D. Morassius mandatum suscepisset agendi contra dictum Suarez pro solutione *Rot. Gen. de Mercatura dec. 23. num. 19. 20. Stracc. de Commerc. gloss. 2. §. 5. numer. 373. vers. 2. respondeo Surd. dec. 304. nu. 4. & 5. Rocc. de Mandat. notab. 26. Gobat. de Procuratoribus part. 1. cap. 5. num. 79. & 80.* Sed cum contrarium deprehendatur ex litteris dicti D. Morassi responsivis, in quibus ipse potius D. Peloso efficacibus rationibus prudenter suadebat ne dictum Dom. Suarez debitorem ad solutionem cogeret; Quapropter comprehendi nequit, qua ratione procedi possit contra Dom. Morassium actione mandati directa ob mandati inobservantiam, cum dictum Mandatum nequaquam susceperit, & cum D. Pelosus ejusque consiliis, ac suasionibus acquieverit, ut colligitur ex secuto imposterum ejus litterarum commercio, &c.

A R G U M E N T U M.

Venditionis Contractus ob non secutum adimplementum, vel traditionem mercium tempore præfixo, an valeat rescindi: Et negativè resolvitur in nostro casu.

S U M M A R I U M.

1 *Dictio in circa ad quantum tempus se extendat. & num. 5.*

2 *Dictio in circa recipit ampliationem, & moderationem ex Judicis arbitrio.*

3 *Dictio* Incontinenti *ex propria ejus natura significat sine intervallo tempus immediatum.*

4 *Implementi tempus debet regulari secundum prudens Judicis arbitrium cum ea celeritate, quam patitur subjecta materia.*

6 *Interpretatio, quæ elicitur ex natura rei subjectæ, est intrinseca, & necessaria.*

7 *Contractus Venditionis rescindi nequit ob defectum, vel adimplementum consistens in mora paucorum dierum.*

8 *Emptori competit actio pro refectione damni ob non adimplementum secuti.*

9 *Venditionis Contractus ob non adimplementum resolvi nequit nisi adsit pactum resolutivum in casu non secuti adimplementi.*

10 *Pactum resolutivum in casu adimplementi non secuti rescindere nequit Contractum Venditionis, si adimplementum sequatur in tempore, quo nondum damnum aliquod passus sit emptor.*

Januen. Traditionis Mercium.

D I S C U R S U S CXXXII.

ANno 1725. die 10. Maji Vita Blanes Florentinus cum Januæ degeret, Domino Carolo de Franceschis vendidit octo Crocorum sarcinulas seu corbes, quos Liburni habebat, tradendas intra dies quindecim, aut viginti circiter dicto Franceschio ad Pontem Maris ejusdem Civitatis Januæ, pro quarum pretio promisit idem D. de Franceschis accipere aliquot petias solarum, vulgo *Sangalli* æstimatas in quadam summa inter eos conventa; Blanes illicò mandavit Amico Liburnensi, ut curaret promptè Januam super navigio aliquo dictas Crocorum corbes transmittere; Verum cum nullum navigium in promptu esset Januam iturum, oneratio facta est tantummodo de quatuor eorum corbibus sub die 29. ejusdem Maji, cæterorum verò quatuor sub die 3. Junii. Præterea primæ quatuor, tempestatibus impedientibus, Januam advenerunt non ante diem 5. Junii, & cæteræ die 10. ejusdem mensis.

Ex hoc facto quid sentirem in sensu veritatis interrogatus, utrum scilicet non facta intra tempus conventum traditione dictorum Crocorum venditorum, compellendus sit D. Franceschius ad eos recipiendos, an verò resolvendus sit contractus; Strictim respondeo, adimplendum esse contractum, adeoque cogendum D. Franceschium recipere dictas octo Crocorum corbes, & pro earum pretio tradere dictas petias, vulgo *Sangalli*, etiamsi traditio dictorum Crocorum facta non fuisset intra dies viginti.

Nam

1 Nam tempus viginti dierum conventum fuit cum
additione illa *in circa*, super qua dictione etsi à Do-
ctoribus acriter disputetur, quousque aut citiùs, aut
tardiùs porrigatur, aliis ad sextam partem, aliis ad
decimam, aliis ad quartam, aut in plus, aut in mi-
nus expresso termino extendendam esse opinantibus,
quorum opiniones cum potius semplicitatem, quàm
Juris prudentiam sapiant juxta *Card. de Luc. de Fidei-
commiss. disc.* 30. *n.* 12. ideo de illis nulla est haben-
da ratio, cum & verior, & sanior, & communior
opinio sit, extendi posse dictionem illam *in circa* us-
que ad terminum illum sive breviorem, sive longio-
rem, quem in subjecta materia, & casus circumstan-
tiis, ob quas contrahentium mens eo meliùs conjectu-
ratur, ac aperitur, Judicis rectè arbitrium æstimabit,
Alex. cons. 87. *in fin. lib.* 7. *Cyrac. discept.* 76. *n.* 30.
Rota dec. 415. *n.* 8. *& decis.* 461. *nu.* 30. *part.* 13. *&*
2 *dec.* 95. *n.* 14. *par.* 16. *& dec.* 46. *num* 5. *& dec.* 185.
n. 9. *par.* 19. *Bescol. in causa Parmen. Stat. art.* 3. *n.*
91. *in fin. & Add. ad Buratt. dec.* 722. *n.* 3. *& Rota
Florent. dec.* 47. *n.* 30. *cor. de Comitib.* & melius præ
ceteris *Card. de Luc. de fideicommiss. disc.* 30. *nu.* 12.
cum idem de dictione *fubito*, vel *incontinenti* dicatur,
quæ etsi natura sua significet tempus immediatum, &
absque ullo temporis medio intervallo juxta *Phanut.*
3 *de momento temporis*, *Jov. de solemnit. in contract. mi-
nor. gloss.* 15. §. 1. *n.* 55. *&* 56. *Barbos. de dict.* 155.
n. 2. 3. 4. *& disc.* 388. *n.* 1. nihilominus à subjecta ma-
teria, & casus circumstantiis suam accipit regulam,
& determinationem juxta *Stacc. de Commerc.* §. 2. *glos-*
4 *sa* 5. *n.* 7. *Barbos. d. diction.* 155. *num.* 11. *& diction.*
388. *n.* 12 *Narbon. de ætat. ann.* 14. *quæst.* 18. *nu.* 12.
Palma Nepos alleg. 382. *n.* 21. *Rot. dec.* 62. *n.* 15. *&*
16 *& dec.* 156. *n.* 3. *par.* 18. *tom.* 1. ideoque ab arbi-
trio Judicis *Menoch. arbitr. cas.* 9. *n.* 5. *Pax. de tenut.
cap.* 26. *n.* 31. *par.* 2. *Mans. consult.* 10. *n.* 44. *&* 45.
Panimol. decis. 86. *adnot.* 1. *n.* 16. *& seq. Palm. Nep.
d. alleg.* 382. *n.* 21. *Antonel. de tempore legal. libr.* 1.
cap. 4. *n.* 3. *Rot. dec.* 103. *n.* 32. *par.* 15. Et ideo ali-
quando secundum subjectam materiam potest extendi
ad multos menses, longumque tempus *Gratian. cap.*
5 378. *n.* 18. *& seq. Mans. consult.* 12. *num.* 16. *&* 17.
Narbon. de ætat. dict. quæst. 18. *nu.* 12. *Giurba cons.
crim.* 86. *n.* 18. *vers. interdum tres dies Decian. cons.*
3. *n.* 121. *&* 126. *Panimol. dec.* 86. *annot.* 1. *num.* 19.
Palm. Nep. d. alleg. 382. *n.* 21. *Rota d. dec.* 62. *n.* 16.
part. 18. *tom.* 1.

Unde cum in casu nostro ageretur de venditione
mercium, quæ Liburno Januam mittendæ erant, &
sic cum necessaria esset dilatio, tum pro scribendo
Liburnum mandato dictas merces transmittendi, tum et-
iam pro earum oneratione, & navigatione ex Portu
Liburnensi ad Januensem, quod quidem tempus incer-
tum erat, oneratio enim aut promptior, aut tardior
pendet à copia, aut defectu navigiorum, quæ statim
mari sunt committenda, & iter brevius, aut longius ab
adverso, secundove mari, ideo in casu nostro contra-
hentes ob talem incertitudinem temporis ad hunc ef-
fectum consignationi dictarum mercium addiderunt di-
ctionem *in circa*, qua comprehendere intendebant seu
brevius, seu longius tempus, nempe quale, quantum-
que ab apta ineptave occasione, & contingentia respe-
ctivè rerum, incertorumque casuum pendere debebat,
atque ita quia in casu nostro contingentia navigiorum,
adversarumque tempestatum necessario tulerit, quod di-
ctæ octo Crocorum sarcinæ, seu corbes consignari non
potuerint, nisi aliquot diebus post terminum in con-
tractu expressum exactis, non potest spectata vi dictio-
nis *in circa*, quæ talem interpretationem in casu no-
6 stro recipit à subjecta materia, à partibus rescindi con-
tractus. Atque hæc interpretatio, quæ à subjecta ma-
teria manat, & à casus circumstantiis, à Doctoribus
nostris pro intrinseca, & necessaria habetur *Mantic.
de tacit. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 4. *& tom.* 2. *lib.* 22.
tit. 25. *n.* 3. *&* 19. & latissimè *Castill. quotid. contr.
lib.* 5. *cap.* 87. *n.* 1. *&* 2 *cum seq. Rota Florentina in
Florentina evictionis* 31. *Julii* 1725. §. *At verò in fin.
coram Me.*

Verum admisso quod consignatio dictarum mercium
suo tempore facta non fuerit, quia dictio *in circa* com-
prehendere solum posset quatuor, aut quinque dies præ-
ter terminum expressum viginti dierum; Nihilominus
cum consistat inadimplementum in mora paucissimo-
rum aliorum dierum, non est procedendum ad rescis-
sionem contractus, prout animadvertit *Rot. Rom. apud
Buratt. dec.* 110. *n.* 19. *Rot. Episc. cap.* 148. *n.* 12. *O-
fasch. dec.* 71. *n.* 45. *n.* 51. *cum seq. & n.* 65. Nos *disc.*
59. *n.* 30. *&* 31. & in terminis *Rot. Luc. apud Vespi-* 7
gnanum de empt. & vendit. consult. 58. *n.* 9. *&* 10. *&
seq. & Rot. Rom. dec.* 281. *n.* 4. *& n.* 12. 13. *post dec.
de Salvian. Ros. consult.* 68. *n.* 33.

Quinimmo addendum mihi præterea esse videtur,
quod etsi Blanes videri non posset, aut ob impoten-
tiam, quæ, ut supra diximus, ex fortuitis tantum ca-
sibus accidit, aut negligentia sua, contractum, idest
consignationem prædictam tempore præscripto nulla-
tenus implevisse, tamen ad rescissionem contractus agi
non potest, cum demonstraverit, se promptum facien-
dæ consignationi, Dominoque Franceschio solum com-
petere potest refectio damni, quod se passum esse pro- 8
baret ob inadimplimentum in tempore dictæ consigna-
tionis, ut plenè probat *Rot. Rom. dec.* 281. *post Paci-
fic. de Salvian. & Rot. Lucen. apud D. Vespignan. con-
sult.* 58. *n.* 26. *usque ad* 31. *Altograd. cons.* 45. *n.* 49.
50. 51. *lib.* 2. *& Altimar. de nullit. contr. rubr.* 1. *par.*
2. *q.* 15. *n.* 71. Nos plenè *disc.* 59. *n.* 32. *cum plurib.* 9
seqq. Idque multo magis procedit, cum in contractu
deest pactum resolutivum [ut in casu nostro] idest
quod si non consignarentur præscripto tempore mer-
ces prædictæ, venditio resolveretur, ut perpendit *Rota
Luc. apud D. Vespign. d. consult.* 58. *n.* 17. Quod si ta- 10
le pactum adfuisset, adhuc non noceret, dummodo ob-
lata esset mercium consignatio tempore, quo nondum
damnum aliquod sentiret emptor *Rot. Romana d. dec.*
281. *n.* 4. *&* 11. *&* 12. *& Rot. Luc. apud D. Vespign.
d. consult.* 58. *n.* 18.

A R G U M E N T U M.

Mercator, si suo Correspondali mandaverit suam pecuniam, quæ apud illum remanet, in aliquo negotio collocare an Correspondalis possit illa in suo negotio ponere. Et quomodo, & ex quibus actibus etiam tacitis, vel conjecturalibus deprehendi valeat, quod id à Correspondali executioni fuerit demandatum.

S U M M A R I U M.

1 *Facti series.*
2 *Actus semper debet interpretari, quod delictum excludat, & bonam fidem includat.*
3 *Mercator quando sibi alienam pecuniam propriat, intelligitur quod pecunia Dominum ad participationem suæ negotiationis admiserit.*
4 *Cessio etiam ex solo facto præsumitur, & dicitur cessio tacita.*
5 *Mercatores sibimetipsis emere, & vendere, & a se ipsis ad cambium accipere possunt.*
6 *Venditor, qui res, & merces in genere vendidit, proprias, & quas habet, intelligit tantum vendidisse, & n. 7.*
8 *Socius novus admissus ab uno ex Sociis alicujus Rationis, de consensu aliorum consociorum potest Administratores, & alios consocios societatis convenire.*
9 *Et Socius ita admissus habetur tanquam si ab initio fuisset Socius Rationis.*
10 *Socius in quacumque rei communis minima parte habet suam ratam, & portionem.*
11 *Socius, vel condominus si rei communis partem alienet, tota pars rei alienata in ejus assignationem cedit, reliqua verò pars spectat ad alterum Socium.*
12 *Quod fortius procedit quando agitur de credito, aut quantitate communi, quæ de sui natura divisionem patitur.*
13 *Epistola scriptor sibi præjudicat, quamvis illam alieno nomine, & pro aliis exaraverit.*
14 *Sequestrum rerum, aut pecuniæ in uno loco factum cogit Dominum rei, aut pecuniæ, quamvis forensem, & absentem Judicium subire in loco facti sequestri.*

Libur-

Liburnen. Sequestri.

DECISIO AUTHORIS. *ET* DISCURSUS CXXXIII.

1 DOminus Joseph Gaudius Januensis Appaltum Ta-
bacchi conduxit Venetiis Anni 1707. mense A-
prilis ob declarationem ei factam à Joanne Antonio
Genaro cum participatione pro decem in dupondio vul-
go *per dieci in 24. Caratti* Rationis illuc sub nomine
Corsanego, & Granello cantantis, cujus idem Domi-
nus Gaudius ex eo usque tempore erat Complimenta-
rius, & in vim dictæ conductionis, & tamquam di-
cti Appaltus conductor Generalis illi Serenis. Reipu-
blicæ centum millia scuta præmaturè mutuavit cum fu-
turo dictæ conductionis debito compensanda, cum in-
teresse interea quatuor cum dimidio pro centenario.

Deinde cum dictæ Rationi eodem anno compertum
fuisset D. Silvestrum Grimaldum Januensem de facili
ad fructum aliquam pecuniæ quantitatem daturum, il-
la per literas manu D. Gaudii sui Complimentarii ex-
aratas eundem impulit, ac suasit ut in partem dictæ con-
ductionis, ac Societatis veniret: Quamobrem D. Grimal-
dus efficacibus dictarum literarum rationibus inductus,
propositæ annuit negotiationi usque ad summam 3800.
scutorum, dictæ Rationi adimplementum injungens,
quæ variis, ac diversis temporibus ad ratam pecunia-
rum D. Grimaldi, quæ identidem ad illius manus per-
veniebant, de partita in partitam illud executioni de-
mandabat, ut id ex pluribus semper D. Gaudii exara-
tis literis clarè, ac manifestè deprehenditur; Anno tan-
dem 1711. per Epistolam dicti D. Complimentarii cer-
tior factus fuit ab ipsa Ratione dictus Grimaldus de
reinvestimento ejus pecuniarum usque ad summam di-
ctorum scutorum 3800. de qua summa scriptura fuit
in libris exarata ab ipsa Ratione, ubi descriptus, &
habitus fuit D. Grimaldus tanquam creditor, ac par-
ticeps prædicti negotii.

Cum verò post aliquantulum temporis dicta Ratio
Corsanego, & Granello per decoctionem defecisset,
dictus D. Grimaldus judicialiter Januæ convenire pru-
denter existimavit pro dictis scutis 3800. & fructibus
decursis, & non solutis dictum D. Gaudium, & pro
ipso curatorem ei ob absentiam à Patria assignatum,
quoniam penes illum, tanquam conductorem, & Ap-
paltatorem Generalem, & principalem, cum semper
d. Officii administrationem gessisset, ingens partita, ac
magna pecuniæ quantitas reperiebatur ad dictam Ra-
tionem pertinens ob participationem, quam in ea ha-
bebat dicta Ratio, & societas, & favorabilem ab illa
Rota sententiam est consecutus, propter cujus execu-
tionem aliquibus effectibus dicti D. Gaudii existentibus
penes DD. Huigens, & socios sequestrum Liburni im-
posuit: Ubi rursus ab illo Judice rationibus dicti D.
Grimaldi perpensis, iterum condemnatus fuit D. Gau-
dius ad ei solvendum cum effectibus prædictis ibi se-
questratis dicta scuta 3800. & eorum fructus & in
executionem dictæ condemnanoois idem sequestrum con-
firmatum fuit. Quæ Sententia à me deinceps quoad
substantiam in gradu appellationis confirmata fuit di-
versis tamen Juris principiis, ac rationibus.

Pro validissimo hujus meæ Decisionis fundamento
opinatus sum, quod cum dicta Ratio Granello, &
Corsanego scripserit D. Grimaldo dictorum scutorum
3800. summam jam fuisse in dicta conductione Ap-
paltus ex publica mutuatione collocatam, in qua dicta
Ratio, tam magnam participationem habebat, intelle-
xerit vendidisse, & cessisse tantam ratam dictæ parti-
cipationis ad quantam ascendebat dicta summa, ac
quantitas scut. 3800. Quod re vera ex ipso dictæ Ra-
tionis facto conjicitur, quoniam cum illa retinuerit,
& sibi dicti D. Grimaldi pecuniam dictæ participatio-
nis negotio per eum destinatam adsciverit, & propria-
verit cum descriptione ejusdem D. Grimaldi in libris
tanquam creditoris, ac participis dictæ negotiationis,
& cum subsequenti solutione eidem singulis annis fa-
cta quatuor cum dimidio pro centenario tanquam fru-
ctuum ex ipso Appaltu perceptorum, nil aliud ex his
inde consequitur, nisi quod talis vere, ac ingenuè ejus-
dem Rationis mens fuerit, ac intentio, alioquin af-
firmandum esset quod dicta Ratio cum falsitate, ac si-
mulatione, ac dolo se gesserit, quod sanæ, ingenuæ-
que mercatorum fidei obnoxium esset, ac contrarium:
quod nequaquam fieri, præsumi, aut excogitari potest,
quia semper in quolibet actu, præsertim inter Merca- 2
tores, ita mens agentis debet interpretari, ut quoad fie-
ri potest, semper dolus excludatur & bona fides illi-
bata, ac integra servetur, ut plene, ac sapienter pro-
bat *Contiol. allegat. 88. n. 2. 4. & n. 25. 26. 27. Cyriac.
contr. 131. n. 47. & seq.* & in proximis terminis vide-
licet, quando Mercator sibi alienam pecuniam propriat 3
quod tunc præsumi debeat, eum voluisse pecuniæ Do-
minum admittere tanquam suæ negotiationis socium,
ac participem ad excludendum dolum, & malam fi-
dem, quæ ex indebita alienæ pecuniæ usurpatione ori-
retur, firmant *Marcabrun. cons. 6. n. 43. Soccin. Sen.
cons. 87. n. 8. vers. præterea quod lib. 1.* & multum ad
rem conferunt, quæ habentur apud *Salgad. Labyr.
Credit. par. 3. cap. 2. n. 87. 88. & seq.* & melius *nu.
155. & 156. & Paulut. dissert. 26. numer. 25. vers.
sed reflectendo.*

Neque id arduum, atque absonum videri debet, quo- 4
niam si verum est, prout verissimum habetur quod de-
tur in Jure cessio implicita, seu tacita, qualis est,
quæ ex solo facto deprehenditur, & conjicitur, ut do-
cte de more animadvertit *Galleras. de renunciat. capit.
4. n. 34. post eum Olea de Cess. tit. 1. q. 3. n. 15. Palm.
allegat. 302. n. 84. vers. namque respondet. & n. 85.* ita
ad rem nostram negari minimè valet, quod ex facto
tam claro dictæ Rationis Corsanego, & Granello præ-
sumi nequeat, quod ejus voluntas re vera fuerit ven-
dendi, seu cedendi pro dictis scutis 3800. quæ in vim
præcedentis ordinis dicti Grimaldi reinvestiri, vel col-
locari debebant in dicto negotio, tantam ratam pro-
priæ portionis, quam in eo habebat, quod fortius in-
ter Mercatores procedit, quibus non tam permissum,
quam etiam mos est sibimetipsis vendendi, vel à se-
metipsis emendi, & ad Cambium accipiendi nomine 5
suorum Correspondalium & ut vulgo dicitur *di fare le
contazioni in se stessi*, ut demonstravi in meo *disc. 76.
n. 18. & disc. 120. n. 34. & 35. Crisp. dec. 321. n. 5. p. 3.*

Præterea animadvertendum est quod sicut solum in 6
genere dicta Ratio certiorem reddidit Dominum Gri-
maldum de adimplemento dictorum scutorum 3800. in
negotio dictæ conductionis, & mutuationis absque ul-
la specifica modi, personæ, aut alterius circumstantiæ
expressione, ita ex hoc ejus facto absque dubio præsu-
mi debet, quod ea pro dicta summa tantam ratam pro-
priæ participationis cedere voluerit ad *Text. in l. do-
mus 74. ff. de legat. 1. Card. de Luc. de legat. disc. 11.
n. 5. & 6. & disc. 13. n. 2.* & quamvis dictus Textus
& Eminens. De Luca loquantur de legatis, id nihilo-
minus procedit etiam in materia contractuum, & præ- 7
cipuè venditionum, ut animadvertunt *Gomez. var. re-
sol. tom. 2. cap. 11. de qualit. contract. sub n. 8. §. No-
na conclusio vers. unum tamen est juncto alio vers. & i-
dem est in contractibus*, quem sequuntur *Altimar. de
nullit. contract. libr. 1. q. 8. n. 122. Barrii de Success.
lib. 9. tit. 8. sub n. 1. §. Secundo casu vers. quod dixi,
idem Soccin. Jun. in l. si ita stipulatus n. 97. ff. de verb.
obligat. Mantic. de tacit. & ambiguis lib. 3. tit. 11. n.
35. Surd. cons. 319. n. 12.*

Cum itaque ex præmissis abunde probatum sit quod 8
D. Grimaldus à Ratione Corsanego, & Granello ob
prædictam cessionem admissus fuerit in participem in
dicto Appaltu pro summa dictorum scutorum 3800. cum
scientia, & patientia dicti D. Gaudii, de qua scientia
nequit dubitari, quia D. Gaudius non solum erat,
ut supra diximus, dictæ Rationis Complimentarius,
sed ipse semper quoad tractatum, & conclusionem di-
ctæ negotiationis, & tam antea quàm postea cum D.
Grimaldo continuum literarum commercium habuit;
Ideo legitimè infertur quod D. Grimaldo, aut ejus hæ-
redibus competat actio conveniendi prædictum D. Gau-
dium, tanquam Conductorem principalem, & Admi-
nistratorem dicti Appaltus pro restitutione sui capita-
lis scutorum 3800. & fructuum non solutorum, quos
ille habet penes se cum alia majori summa pertinen-
te ad dictam Rationem, ut in terminis docent *Fon-
tanell. dec. 235. n. 2. & 5. Thesaur. q. for. lib. 3. q. 28.
n. 9. 10. Gratian. cap. 547. n. 23. & seq. & ibi de Luc.
n. 9. apud finem vers. elegantissime Gratian. Olea de ces-
sione*

fione tit. 3. quæst. 5. num. 16. 17. & 18. ex ratione,
9 quam ipsi adferunt, quia quando quis assumptus est in socium alicujus negotiationis ab aliquo socio cum consensu consocii (qui consensus ex sola scientia, & patientia educitur) consideratur novus socius admissus, tamquam si à principio primorum sociorum socius fuisset, quapropter ei negari nequit actio conveniendi socium principalem, qui administravit, ut sibi administrationis ratio reddatur cum restitutione sui Capitalis, & fructuum *Trombett. de Societ. cap. 11. n. 12. & 52. Ansald. de Commerc. disc. 80. n. 4. Rocc. de Societ. à n. 36. usque ad 41. Rocc. Ep. cap. 100. n. 26. & 27. Altimar. de nullit. contract. tom. 2. quæst. 25. n. 276. & 277. & 291.* & optimè *Rot. Januen. de Mercat. decis. 183. n. 5.*

Nec refragatur, quod D. Gaudius jam dictæ Ratio-
10 ni, aut ejus creditoribus persolverit ingentem summam ad computum participationis, quam illa habebat in dicta conductione, & ideo extinctum fuerit pro rata debitum dictorum scutorum 3800. Nam quemadmodum D. Grimaldus participans pro rata dictorum scutorum 3800. in dictæ Rationis participatione habet in quacumque minima ejusdem participationis parte portionem suam pro indiviso, secundum Authoritatem *Palm. Sen. cons. 25. numer. 11. Hermosill. ad ll. partit. l. 55. tit. 5. part. 5. gloss. 5. num. 7. tom. 2. fol. mihi 259. primæ impressionis Mans. cons. 102. num. 21. 22. & 23. & seq. Altimar. de nullit. contract. tom. 2. quæst. 25. num. 176.* ita cum dictæ Rationi dicta summa persoluta fuerit, aut ejus Creditoribus, extincta remansit pro rata altera summa dictorum scutorum 3800. spectantium prædicto D. Grimaldo.

Quandoquidem, omisso pro nunc quod attenta scientia D. Gaudii quod dicta scuta 3800. in portione dictæ Rationis comprehensa spectarent ad D. Grimaldum, non poterant ea per D. Gaudium persolvi, ni-
11 si prædicto D. Grimaldo, quia administrator restituere, aut persolvere nequit uni ex sociis portionem illam, quæ ad alterum pertinet socium; Respondetur quod objectum procederet si Dominus Gaudius tantum persolvisset quod in totum, aut in partem etiam ratam dicti D. Grimaldi absorbuisset sed cum nos versemur in casu, quod penes dictum D. Gaudium adhuc in præsens reperiatur summa longè major, quam sit summa dictorum scutorum 3800. & fructuum ad D. Grimaldum spectantium, totum igitur id quod ante nunc à dicta Ratione Corsanego, & Granello, aut ab ejus Creditoribus post illius decoctionem exactum est, computari debet pro sola rata, quæ vere ad dictam Rationem pertinebat, juxta admirabilem textus æquitatem in *l. Marcellus §. Resque ff. ad S. C. Trebell.* qui licet loquatur in alienatione alicujus rei fideicommisso subjectæ facta ab hærede gravato, tamen secundum communiorem DD. opinionem ampliatur etiam, & generaliter procedit in sociis condominis, & hujusmodi, *Honded. cons. 58. num. 63. & seqq. lib. 1.* ubi in fine dicti consilii per extensum refert decisionem *Rota Romana, Felic. de societ. capit. 28. num. 9. Cabed. decis. 146. num. 3.* & omnium latissimè *Bertach. vot. 109. per tot.*

12 Præterea cum agatur in nostro casu de quantitate, & multo magis de quantitate in duas partes distincta in unam videlicet scutorum 3800. spectantium pro sua rata participationis ad D. Grimaldum & in alteram pro residuo spectante ad dictam Rationem, & cum talis quantitas de sui natura communionem aliquam recipere nequeat, affirmari nequit, quod dicta Ratio super rata quantitativa Domini Grimaldi haberet aliquam minimam partem, ut doctè considerant *Bellon. de Jure accresc. cap. 5. quæst. 8. num. 13. Card. de Luc. de fideicom disc. 111. num. 3 Tor. var. quæst. tom. 2. Miscell. p. 1. quæst. 23. tit. 12. n. 16. 17. & 18.*

Insuper Domini Grimaldi defensores insistebant quod quamvis affirmari posset in contrarium quod scuta 3800. propria non fuerint à prædicta Ratione ejus participationi in Appaltu prædicto, & ita ille haud esset socius, & particeps D. Gaudii, nihilominus geminas alias ob causas teneretur is ea persolvere dicto D.
13 Grimaldo; Quarum prima est quod cum dictus D. Gaudius tanquam dictæ Rationis Complimentarius in literis continuo scriptis D. Grimaldo semper asseruerit illius summam scutorum 3800. fuisse in Negotio dicti Appaltus collocatam, eamque ad manus conductorum dicti Appaltus pervenisse, quorum erat dictus D. Gaudius Principalis, & Administrator, propterea ex his sibi præjudicium intulerit, nempe quod fidem suam adstrixerit, & in proprio etiam obligationem erga D. Grimaldum contraxerit *ad text. in l. Fidejuss. §. Pater. ff. de Pignor. & l. non putavit §. Si quis sua manu ff. de bonor. possess. contra Tabul. Stopp. ad Merlin. Pignor. cent. 2. c. 58. n. 5. & 14. Merlin. de Pignor. lib. 2. q. 89. n. 10. & seq. in fin. per tot.* Altera verò ratio est quod saltem de proprio teneretur in vim actionis de dolo, eo quod eisdem literis ejus manu tanquam Complimentarii exaratis affirmaverit D. Grimaldo reinvestimentum dictorum scutorum esse secutum, cum sibi compertum bene esset id falsum esse; Verum cum hæ geminæ rationes aliquid difficultatis parerentur, propterea earum discussione posthabita, satius duxi causæ finem imponere propter rationes primi puncti, tanquam clariores validioresque, & Mercatorum usui magis congruas.

Oppositum tandem fuit à Dominis Defensoribus D. Gaudii præsens sequestri judicium ob defectum Jurisdictionis vitio nullitatis laborare, nam cum dictus D. Gaudius non solum absens, sed etiam forensis esset, neque his Tribunalibus subjectus actione personali à D. Grimaldo, aut ejus hæredibus pro solutione dictorum scutorum 3800. cum valore rerum sequestratarum conveniri minime poterat; Nam huic objectioni occurrit *Rot. nostra Florent. in Liburn. Sequestri* 10. *Se-* 14
ptemb. 1700. quæ est impressa intra decisiones Lucenses recollectas per *Palmam dec. 349. tom. 4.* & ego ipse in Tractato *Cambista Instruito cap. ultimo*, ubi pluribus rationibus probatur quod hodie attento etiam rerum mobilium, & venalium sequestro agi potest actione personali contra Debitorem absentem, & non subditum coram Judice loci, in quo secutum est sequestrum, &c.

A R G U M E N T U M.

Assecurator an teneatur ad summam assecuratam, si sequatur sinistrum ob mutationem itineris factam à Magistro Navis, ad explicationem *textus in l. qui fiscales. C. de Navicul. lib. 11.* Explicatur clausula apponi solita in Apoca Assecurationis vulgo *di poter Navigare innanzi, e in dietro a destra, ed a sinistra.*

S U M M A R I U M.

1 *Navis non potest susceptum iter divertere, neque ad dexteram, neque ad sinistram, nisi cogente necessitate, & num. 16.*

2 *Mutatio itineris non dicitur secuta, quando deflexio fit pro attingendis locis propinquis, secus si fiat ad loca remota, & num. 3.*

4 *Via recta dicitur non tantum ea, qua recta quasi Linea fit, sed ea etiam quæ per obliquum, & per ambages, secus si obliquatio itineris fiat nimis latè, atque remotè, n. 5.*

6 *Navis quando dicatur iter mutasse standum est formulis Assecurationis.*

7 *Magistro Navis data libera facultate attingendi quemcumque Portum, & Navigandi ad dexteram, & sinistram, intelligitur restricta ad Portus, qui in ipsa Navigatione reperiuntur, non autem ad loca devia, & remota, & nu. 8. 11. & 13.*

9 *Portus vicini non mutant Navigationem.*

10 *Loca devia dicuntur ea, quæ sunt procul à via, & à destinata Navigatione, & num. 2.*

12 *Magister si loca, & littora devia attingit, dicitur plures Navigationes fecisse.*

14 *Verba Clausulæ quamvis generalia restringi debent ad verisimilia, præsertim si absurdum per illa induceretur.*

15 *Verba, quamvis universalia, intelligenda sunt juxta rerum Cursum Ordinarium, non vero extraordinarium.*

17 *Navis dicitur mutasse iter, quando attigerit Portus remotos.*

18 *Assecurator non tenetur risico secuto ob mutationem itineris factam à Magistro Navis.*

19 *Ver-*

19 *Verba, quamvis generalia, numquam comprehendunt Casum, de quo fieri debet specialis mentio.*

20 *Assecurationis Premium denotat quæ loca, seu Portus attingere debeat Magister Navis.*

21 *Consuetudo navigantium servanda est.*

22 *Navigatio fieri debet, prout solent alii navigare ratione temporis, & locorum.*

Liburnen. Assecurationis Navis.

DISCURSUS CXXXIV.

Titius Magister, & Dominus Navis *Perla* Liburni se assecurari curavit super corpore, & instrumentis ejusdem Navis pro itu ex Liburno Gennam, & Portum Gratiæ, & hinc pro reditu Liburnum.

Qui post onerationem variarum mercium in Portu Liburnensi partim Nannetem, partim Portum Gratiæ advehendarum, Nannetem versus arrepto itinere feliciter ad oras minoris Britannicæ pervenit, conductoque ibi altero illius Regionis Ductore sive exploratore vadorum, vulgò *Piloto di Terra*, ut mos est ingredientium flumen Ligerim, per quod Nannetem navigatur, iturque ad stationem, in qua Navigia mercibus exonerari solent, in ipsis Fluminis ostiis naufragium fecit, ejusdem Ductoris, ut Magister ait, imperitia.

Ob hujusmodi sinistrum contendit Magister assecuratus sibi ab Assecuratoribus esse solvendam summam in assecurationis apodixia contentam; E contra verò per Assecuratores opponitur, quod cum à recto tramite iter Magister diverterit per centum, & sexaginta millliacia circiter, dici debeat fuisse per dictum Navis Magistrum mutatum iter, sive viaggium, per quam mutationem itineris de Jure ad nihil Assecuratores tenentur, non obstante pacto expresso in ipsa Apoca assecurationis, quod liceat sive ad dexteram, sive ad sinistram deflectere, & quemcumque Portum attingere, aut onerandæ, aut exonerandæ causa Navis, ut ex dicta Apoca apparet „ ibi „ *Possendo il sopradetto Vascello toccare in qualunque altro luogo, e navigare innanzi, e indietro a destra, e a sinistra a piacimento del Padrone, e fare tutti i suoi bisogni, correndo sempre il rischio l'Assecuratore suddetto in suddetto Mercanzie di Mare, di Fuoco, ec.* „

Ex facti serie quid Juris quæritur?

Ego quidem arbitror, Assecuratores non esse compellendos ad solutionem summarum assecuratarum per infrascripta rationum momenta. Certum etenim est, quod antiquitus super dispositione textus *in l. qui fiscales 5. C. de Navicul. libr.* 11. hoc excitatum fuit dubium, posset ne videlicet Navis destinatum iter agens ab uno ad alium locum, Portus omnes, locave, quæ intra viam sive ad sinistram, sive ad dexteram reperirentur, ad ejus arbitrium attingere? Et
1 nonnullis videbatur juxta dispositionem illius textus, quod si Navis nullo impedimento teneretur, nullaque contraria necessitate premeretur, recta via semper navitare deberet, nullumque ei esset arbitrium iter divertendi, sive ad dexteram, sive ad sinistram, neque aliquem Portum attingendi, inque eo morandi, ut observat *Stracch. de Naut. part. 3. numer. 6. Hevia de Commerc. Naval. cap. 11. nu. 7. & cap. 12. num. 8. Leonin. conf. 7. num. 6. & seqq. Thor. in compend. dec. part. 2. vers. assecuratores Navis il 3. Mastrill. dec. 182. nu. 3.* & modernioribus temporibus in hac fuit opinione *Kurich. ad Jus maritimum Hanseaticum ad art. 15.* ibi „ *Boni Naucheri est quam celerrimè iter suum, & quidem recta via, & cursu conficere; non verò litora, vel devia, vel etiam Portus alios, quam ad quos Navis destinata, sectari, vel appellere*. Idemque voluit *Rocc. de assecurat. notab. 52. numer. 184.* Veruntamen alii crediderunt, dispositionem supra laudati textus locum habere, cum Navis à recto itinere divertisset ad Portus, locave admo-
2 dum remota, nam verbum *devia*, quod in eo textu legitur, remota loca significat, ita *Calius Secund. Curion.* in suo celebri Vocabulario Latino cui titulus *Thesaurus Linguæ latinæ in verbo devius* Tullii auctoritate, aliorumque classicorum latinitatis auctorum hujus vocabuli significationem explicans, ait, quod *devius est, qui longe à via habitat*, non autem in casu, in quo Navis oras, portusque vicinos, aut parum remotos à suo itinere recto attigisset, adeout in primo casu Navim iter mutasse admittebant Doctores; In altera verò negabant; Nam deflexio ad dexteram, aut ad sinistram pro attingendis locis non admodum remotis, iis nequaquam videbatur itineris mu-
tationem præseferre, sed una, eademque navigatio, 3
unumque iter, juxta sententiam *Marian. Soccin.* quem sequitur *Stracch. de Navigation. numer. 15. & 16.* idemque mirifice comprobatur à *De Vicq. ad Weitsen. de Avariis sub numer.* 73. impress. post meum tractatum *de Commerc.* ubi ait unam viam unamque
navigationem esse reputandam tum eam, quæ recta 4
tenetur, tum eam, quæ fit oblique, & non sine aliqua circuitione, ibi „ *& recta quidem via est non tantum illa, quæ recta quasi linea ducta, & adamussim domum ducit, sed ea etiam, quæ per obliquum, & per ambages* „; Sed cum circuitus, & obliquatio itineris sit nimis latè atque remotè, numquam eadem via tenta videri potest, sed certa est
mutatio itineris, atque deviatio, ut prosequitur idem 5
auctor „ ibi „ *at sive circuitio est circularis per longos recessus hinc inde quæsita deviatio, subjungens, quod ideoque Modestinus* „ (idest Modestinus vetus Jurisconsultus) in *l. non solum 12. §. Annus autem ff. de excusation. tutor. rectam, & obliquam viam non opponit, sed pro eadem accipit, at circuitionem, & deviationem studiosè quæsitam recta opponit via*. Et infra, *& devia quidem insueta fiunt arbitrio privato per longos recessus; obliqua verò itinera, & per ambages circumducentia usitata non constituuntur, cujusque utentis opinione, ac voluntate, sed populi totius consuetudine*: totum verò hoc, auctore *Geddæo ad l. itinere 3. ff. de verb. signif. num. 115. & seqq.*

Verum si ut hoc unicè dubium, vel controversia tolleretur, an Navis, quæ aut ad dexteram, aut ad sinistram loca Portusque vicinos, aut non admodum remotos attigerit, & multo magis si ibi aliquandiù moram traheret, videri debeat iter mutasse nec ne,
consuetudine fuit introductum, ut formulis assecu- 6
rationum pactum superius in facti specie relatum adjungatur, ut optimè animadversum fuit à *Stracc. de assecurat. gloss. 14.* non propterea dici poterit sub verbis pacti quantumlibet generalibus contineri faculta-
tem liberam Magistro attingendi quemcumque Por- 7
tum locumve, etiamsi à recta via atque navigatione multum distet, ut explicat idem *Stracc. de assecurat. gloss. 14. numer. 3. versic. sequitur ergo ex præmissis verba illa generalia in quemcumque locum, seu Portum intrandi ad dexteram, & sinistram navigandi restringenda ad loca, seu Portus, quæ in ipsa na-
vigatione reperiuntur, non autem devia*, idest eos 8
Portus, qui sunt in ipsa navigatione, qui juxta auctoritates modo allatas *de Vicq. & Stracc. de Na-
vigat.* sunt illi, qui cum vicini sint, non mutant 9
ipsam navigationem, & ideo optimè dicuntur *in ipsa Navigatione reperiri*; sed non *devia* illa scilicet,
quæ procul à via, & recta navigatione sunt, nem- 10
pè omnia loca illa, Portusve multum à recto itinere destinato remoti. Ista autem doctrina, atque explicatio *Stracc. in dict. gloss. 14.* omnino comprobatur à *Rota Florentina apud Monach. decis. 1. numer. 25. & à de Vicq. dict. numer.* 73 & in istis solum
terminis locorum Portuumque vicinorum, licet in suo 11
casu eadem generalitas verborum, & clausularum non deerat, loquitur *Rota Romana apud Balduec. tit. de assecurat. decis. 8. numer. 17.* „ ibi „ *Quamobrem cum Portus Cacimbi sit intra iter præfixum navigationi paululum à recto cursu deflectendo* „, cum iis, quæ sequuntur. Quinimmò ad hoc comprobandum notat *Stracc. de Navigat. numer. 16. in fin.* quod si Navis attigisset Portus, qui non essent *in ipsa navigatione, sed loca devia*, idest remotos à recto itinere,
& si hoc fecisset expressa Partium voluntate, num- 12
quam dici posset, quod Navis unum fecerit viaggium, sed plura, „ ibi „ *& in re dubia ubi ex conventione Magister Navis littora devia sectari debet, putarem ex hoc dici debere plures navigationes.* „

Et quod verba dicti pacti quantumlibet ampla, & generalia restringenda sint ad comprehendendos dumtaxat vicinos Portus, aut non admodum distantes

à recta navigatione, quia pactum illud introductum fuerit ob illam unam causam tollendæ controversiæ, quæ circa hoc frequenter excitabatur, est plenè à me pridem ostensum in specie similis clausulæ *disc. 47. de Commerc. tom. 1.*

Insuper si verum est, quod verba, & clausulæ, quamvis generales, & generalissimæ restringi debeant ad sola verosimilia, præsertim cum alioquin absurdum aliquod, aut inconveniens, aut inverisimile per illa
14 induceretur *Cravett. cons. 3. numer. 13. & 14. Surd. cons. 237. num. 21. Osasch. dec. 169. num. 14. & seqq. Alegrad. in contr. 82. num. 15. & 18. tom. 2. Barbos. axiom. 212. num. 39. & 45.* quodnam majus inconveniens, aut res minus verosimilis posset unquam excogitari, quam quod in sensu adeo generali, & effrenato essent accipienda verba dictæ conventionis, ut continerent liberam, & amplam potestatem attingendi sive ad dexteram, sive ad sinistram quemcumque locum, & Portum, quamvis remotum, ac remotissimum, quo fieret, ut Assecuratores per multos annos essent obnoxii Maris periculo, cui aliàs, inspecta recta navigatione Navis à loco discessus ad locum destinatum paucis hebdomadis, aut mensibus absolvenda longe breviori tempore detinerentur. Præterea verba, quan-
15 tumvis universalia, & ampla, sunt semper intelligenda juxta rerum cursum ordinarium, non verò extraordinarium. *Dec. consil. 430. numer. 7. & 8. & sequent.*

Hæc omnia ad casum nostrum modo adaptando, concludimus non potuisse dictam Navim *Perla* cujus viaggium erat ex Liburno ad oras Gratiæ destinatum,
16 versus Nannetis Portum navigare, nam cum ille Portus à recta via tendente ad oras Gratiæ per centum sexaginta milliaria circiter distet, & sic nimium remotus sit, necnon ad eum navigatio admodum periculosa, ut est notorium ob plurima vada, & loca salebrosa, & difficultates, quæ offenduntur, præsertim in ipso Fluminis Ligeris vestibulo, & gemino utendum sit illius regionis Ductore, vulgò *Piloti di terra*, uno nempe ab Insula Calonesio ad Divum Nazarium, indeque altero per dictum Flumen usque ad dictum Portum, vel oneratorium mercium lo-
17 cum, vulgò *Caricatore*, talis diversio, & navigatio versus dictum Portum pro vera mutatione itineris habetur, juxta authoritates suprà allegatas, & præsertim: *Soccin. Sen. cons. 33. num. 8. & 9. lib. 1. Rocc. de Assecurat. n. 59. & Stracch. de navigat. numer. 15.* qui unanimiter affirmant, quod si Navis ad extraneos actus cum magno intervallo diversa est, tunc dicitur mutasse viaggium, quæ conclusio apprimè casui nostro accommodatur, quia negari non potest, quod prædicta Navis *Perla* navigando versus Nannetensem Portum adeo remotum, & periculosum, ad extraneum actum cum magno intervallo non fuerit diversa, ob quam mutationem itineris certè non tenentur Assecuratores, ut omnes tenent Doctores.

18 His addo, quod attenta notabili, & singulari navigatione Nannetem facta, quæ remota valde est, & obliqua à recta versus Gratiæ oram via, & periculi adeo plena, & magna ex parte extra Mare per longum Fluminis intervallum, quod enavigare necesse est, adeoque nonnisi terrestribus Gubernatoribus tentanda, ut paulò ante dicebamus, procul dubio expressa hujus diverticuli commemoratio facta fuisset à contrahentibus in formula assecurationis, quæ cum facta non fuerit, consequitur Portum Nannetem non esse comprehensum in verbis conventionis, de qua
19 disputatur, etsi sint generalia ad textum in *l. Item apud Labeonem 15. §. Ait Prætor. ff. de injur. Alb. cons. 27. num. 8. & 9. Ancharan. cons. 295. numer. 5. & seqq. Cyriac. controv. 416. numer. 40. & controv. 414. numer. 26.* & in similibus terminis *Rocc. de assecurat. notab. 22. num. 67. & seq. Muta dec. 3. num. 11. & seqq. Altimar. de nullitat. contract. rubr. prima quæst. 26. num. 49.* & Nos *disc. pr. num. 117. tom. 1.* Eoque magis, quod commemoratio facta est Portus Januensis minus remoti, minusque periculosi.

Præterea spectandum est præmium assecurationum, quod in casu nostro majus non fuit eo, quod solvitur, quando rectè ex Liburno navigatur ad Portum Gratiæ absque Nannetem attingendo. Est autem hoc validissimum argumentum pro excludenda ab intentio-
ne contrahentium hujus Portus comprehensione *Santern. de assecurat. part. 3. num. 34.* Nos *disc. 1. num. 183. de Commerc.* 20

Denique mos, & Stylus navigationis est respiciendus, quæ à Magistris Navium fieri solet, si enim mos non est eorum attingendi aliquem Portum, quia procul nimium à via sit, & periculosus, is attingi non potest, nullatenus obstantibus generalibus verbis, quibus conventio concepta est, in omnibus enim consue- 21
tudo navigantium servanda est, *Merend. lib. 23. cap. 50. num. 14. & de Vicq. ad Weitsen. de Avar. num. 73. Monac. decis. Florent. 1. num. 25. Loccen. de Jure Marit. lib. 2. capit. 5. num. 10. vers. item si Magister Navis* optimè *Hevia de Commerc. Naval. capit. 11. numer. 7. & 8. & capit. 12. numer. 8. cum seq.* Videndus etiam *Stracc. de Naut. par. 3. sub nu. 4. vers. naviget igitur*, ubi ait, *quod navigari debet prout solent* 22
alii navigare ratione temporis, & locorum.

ARGUMENTUM.

An Compensatio inter Mercatores ipso jure inducatur, & an fieri valeat de debito proprio, cum alieno credito, quando compensationis tempore Mercatores non erant decocti.

Item quando imminet decoctio, vel aliud periculum amissionis crediti, an compensatio à lege ipso jure inducatur, nullo hominis facto concurrente, ante momentum ipsius decoctionis, vel periculi imminentis, quamvis computa debiti, & crediti fuerint separatim in libro à Mercatore annotata, quod inter Mercatores dicitur *in Conti à parte*, & licet creditum, vel debitum esset in diem,

Ignorantia Juris, quando excuset.

SUMMARIUM.

1 *Compensatio proprii debiti cum credito alieno non permittitur.*
2 *Limita inter Mercatores.*
3 *Intellige ante decoctionem, secus postea.*
4 *Decoctus seu decoctioni proximus nil agere potest in præjudicium suorum Creditorum.*
5 *Decoctus, vel Decoctioni proximus non valet partitas scriptas immutare, seu ut vulgo dicitur* stornare, *vel aliquid aliud annotare vel scribere in libris.*
6 *Decoctus compensare nequit creditum cum altero credito, quod post suam decoctionem Debitori suo obvenisset.*
7 *Declara quando de vera causa, aut vera solutione legitime constet.*
8 *Compensatio praeambula ante imminentem casum decoctionis intelligitur ipso jure facta in præjudicium etiam aliorum Creditorum quamvis hypotheca munitorum.*
9 *Compensatio inducitur ipso jure inter Mercatores dato hinc inde crediti, & debiti concursu.*
10 *Lex inutiliter, & elusoriè nunquam censetur disponere.*
11 *Compensatio de jure fieri non potest de credito in diem cum credito puro.*
Contrarium firmatur, quando unus ex Mercatoribus decoquit, quia tunc propter decoctionem Creditum in diem fit purum num. 12.
13 *Contra Debitorem suspectum, & decoctum agi potest ante diem.*
14 *Mercatorum legibus standum est in materia Mercantili.*
15 *Compensatio fit de credito puro cum alio per Mercatorem retento in computo separato vulgò* a parte *sive semper accenso contra Debitorem, quando datur casus imminentis decoctionis.*
16 *Voluntas prima intelligitur mutata, si res incidit in casum, in quem verisimile sit disponentem aliter dispositurum.*
17 *Voluntas in mandante mutata censetur mutato*

statu

statu Procuratoris. Card. de Luc. de Credit. disc. 46. n. 23. & disc. 47. nu. 15. & seqq. *declaratur* ibid. & seq.

18 *Animus*, *seu voluntas in debitore expressa non compensandi differt à casu, quo defuit, seu non adfuit in eo voluntas compensandi.*

19 *Compensatio fieri nequit ipso jure quando in debitore expressa voluntas adest non compensandi, secus si voluntas simpliciter non adsit.*

20 *Voluntas ad ignorata, vel incognita non porrigitur.*

21 Surd. decis. 191. *rejicitur.*

22 *Jactare suum, & sibi nocere voluisse nemo præsumitur.*

23 *Actus sive compensationis exceptio non præjudicat compensationi, quæ antea ipso jure à lege facta fuisset, quia talis exceptio operari non debet contra intentionem agentis.*

24 *Reus excipiendo non censetur adducere quod est contra ipsum, & actori favet.*

25 *Ex actu contradicentis, vel impugnantis aliquid ad ejus præjudicium inferri nequit.*

26 *Opponentis intentio est Jus suum defendendi, non autem sibi nocendi.*

27 *Excipiens non videtur fateri quod ex sua exceptione inferri valet.*

28 *Quæ inducta sunt ad diminuendum jus actoris non possunt Juris augmentum ad illius favorem inducere.*

29 *Quæ in alicujus favorem inducta sunt in ejus odium retorqueri non debent.*

30 *Ignorantia Juris præsumitur in Mercatoribus.*

31 *Compensationem inter Mercatores ipso Jure non induci, nisi facto hominis concurrente tenent nonnulli.*

32 *Ignorantia Juris excusat quando apparet propter aliquam causam fuisse jus ignoratum.*

33 *Amplia prima quando agitur de damno vitando, vel de lucro jam quæsito amittendo.*

34 *Amplia secunda quando agitur de Jure inter Doctores controverso.*

35 *Licet ignorans potuerit peritiores consulere, quia ipsi peritiores errare etiam potuissent.*

36 *Quod procedit etiamsi ageretur de lucro captando.*

37 *Compensatio, quæ fit ipso jure, requirit, quod debitum, & creditum hinc inde sit compensabile, dummodo non repugnet in contrarium expressa voluntas illius in cujus favorem lex compensationem operatur.*

38 *Compensatio de consuetudine Mercatorum inducitur, quamvis debitum, & creditum de jure non sit compensabile.*

39 *Compensatio a lege ipso jure inducitur, modo creditum, & debitum sit compensabile, de consuetudine tantum Mercatorum, & non de jure.*

Nullius Compensationis.

DISCURSUS CXXXV.

QUantumvis de jure communi fieri non permittatur cum credito alieno proprii debiti compensa-
1 tio, *Altograd. Sen. cons. 59. num. 30. lib. 1. Amat. resol. 17. num. 3. De Ponte cons. 95. num. 12. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 948. num. 1. & seq. & ibi De Luc. additionat. num. 7. Salgad. Labyrint. Credit. par. 3. cap. 6. §. Unic. num. 17. Guttierez de compensat. lib. 3. quæst. 13. num. 29. Bersan. eod. tract. cap. 3. quæst. 14. num 13. & 14. Gob. consult. 130. n. 7. & 8. lib. 1. & Rota nostra Florentina dec. 10. n. 20. coram D. meo Auditore de Comitibus; & Rot. Romana in Romana Pecuniaria quoad partitam sc. 1156. 4. Martii 1720. §. Minime relevante, cor. Falconerio, & dec. 473. n. 13. & seq. coram Caprara* cum aliis lata manu per nos allegatis in *disc. 75. nu. 29. 30. lib. 2. de Commerc.*

2 Attamen inter Mercatores ita publica commercii utilitate, ac necessitate simul suadente de æquitate servari debet stylus ab eis universaliter introductus compensandi cum proprio debito creditum, seu pretium alienum *exempli gratia* si Petrus Mercator esset Francisci debitor, eique vendidisset merces alienas penes se existentes, potest Petrus suum debitum proprium cum pretio mercium ad alios spectante compensare, & sic mediante dicta compensatione proprium debitum cum Francisco extinguere, ut latè firmavi in *disc. 76. de Commerc. & in meo Cambista Instruito cap. 3. num. 32. in fin. Cardin. De Luca de Regal. disc. 115. numer. 5. & 6. numer. 9. §. Et hoc etiam* cum pluribus ibi citatis.

Id tamen procedit de plano quando Mercator in
vendidione alienarum mercium non expressit nomen 3
Dominorum, ad quos merces spectabant, nec non compensatio per eum facta fuit tempore habili, nempe tempore, quo adhuc in foro mercatorio durabat ejus creditum, & bonum nomen, nam post illius decoctionem sive proximam, sive actualem æquitas commercii amplius non patitur prædictam compensationem inter Mercatores fieri, quia id potius malam fidem saperet, ut appositè, & punctualiter advertimus in *d. disc. 76. in princ.* & melius *in Liburnen. vindicationis mercium seu pretii §. Idemque procedit* supra *disc. 124. numer.* 78. nec non pariter optimeque declarant *Cardin. De Luca de Credit. disc. 49. numer. 15. 16. & 17. & de Regal. disc. 26. numer. 7.* latè *Gob. consult. 130. num. 17. 18. 19. & 20. Peri in suo tractat. intitulat. il Negoziante part. 4. cap. 28. §. Le compensazioni. Rocc. de decoct. rub. 100. nu. 305. Rot. Gen. de mercat. decis. 8. Roder. cons. 40. n. 45. & seq. Salgad. Labyrint. Credit. part. 3. cap. 6. §. Unic. numer. 35. & seq. Posth. resol. 121. nu. 31. & seq. Rot. post Cenc. de censib. decis. 160. num. 11. & seq. Episcop. Rocc. cap. 147. num. 7.* ac alii per nos allegati *disc. 75. num. 23. de Commerc.* & ra-
tio verè est in promptu, quia decoctus, vel decoctioni 4
proximus tamquam civiliter mortuus in præjudicium suorum Creditorum nil agere valet ad tradita per me plena manu in tractat. *del Cambista Instruito cap. 1.*
fere per tot. & per hanc eandem rationem nulla decla- 5
ratio, confessio, vel partita à Mercatore post ejus decoctionem sive proximam, sive actualem in libris Banchi fieri, aut scribi potest in alterius favorem, vel detrimentum, neque partitæ scriptæ immutari, seu ut vulgo dicitur *stornare*, vel aliquid aliud adnotari, vel scribi, *Bald. cons. 432. lib. 1. & cons. 400. lib. 5. Rot. Gen. dec. 184. Stracch. de Mercat. tit. de decoct. part.*
3. n. 30. Milanen. dec. 11. num. 62. lib. 1. & egregiè 6
Amat. resol. 57. num. 6. eoque minus compensari creditum cum altero credito, quod post suam decoctionem debitori suo obvenisset *Card. De Luc. disc. 26. num. 5. vers. bene verum de regal. & Gob. d. consult. 130. num.* 17. quidquid sit cum de vera causa, vel numeratio-
ne, aut vera solutione legitimè constet, cum tunc va- 7
leret obligatio, & vera solutio, *Amat. d. resol. 57. n. 6. in fin. & Nos in Cambista Instruito cap. 1. num. 4. & 11. & num. 25. 26. & cap. 4. num. 2. & 3.*

Et adeo vera est in jure prædicta inhabilitas, seu impotentia compensandi, quæ tam in Mercatoribus
post eorum decoctionem, quam in aliis post eorum 8
boni status mutationem, unde efficiuntur non solvendo, quod lex ipsa generaliter ex æquitate introduxit, dum alicui imminet tale damnum, vel detrimentum, quod ipso jure absque ullo facto hominis compensatio præambula sive præventiva, ante nempe imminentem casum decoctionis, vel mutationis status facta intelligatur in præjudicium etiam aliorum Creditorum, quamvis anteriori hypotheca munitorum, ut latè, egregièque docet *Gob. d. consult. 130. per tot.* & præsertim *à num. 14. usque in fin. & Rot. Roman. dec. 183. nu. 8. 9. 10. & dec. 409. par. 9. rec.* quarum prima est reperita penes *Salgad. Labyrint. Credit. decis. 149.* & secunda penes *Merlin. de Pignor. decis. 124. Scacc. de Commerc. §. 2. gloss. 5. à num. 424. ad 436. Hodiern. ad Surd. dec. 117. num. 19. Afflict. contr. 41. n. 26. & seq. Carol. Anton. De Luca ad Franc. dec. 53. nu. 5.* & Nos plene *disc. 21. num. 13. 14. & num. 20. vers. & licet tom. 1. & disc. 76. num. 9. & 15. tom. 2. de Commerc. & decis. 4. nu. 12. 13. 14.* post meum tractatum *Cambista Instruito, & Rot. dec. 657. n. 2. & seq. par. 19. rec. tom. 2. & in Romana Pecuniaria, seu reintegrationis 5. Maji 1719. §. Præterquod enim, cor. Ottrio, & dec. 473. nu. 24. coram Caprara*, quod præsertim procedit inter Mercatores ex quorum particulari usu, vel stylo favore Commercii introducto semper, &
quandocumque dato hinc inde crediti, & debiti con- 9
cursu ipso jure compensatio inducitur, ut notat eadem

Rota post Salgad. Labyrint. Credit. d. decis. 149. *num.*
6. *&* alii mox citati, & Nos *d. disc.* 21. *numer.* 30.
vers. & licet com. 1. *& disc.* 76. *numer.* 9. *&* 15. *tom.*
2. *de Commerc. & d. decis.* 4. *num.* 12. *post meum pra-
ctac. Cambista Instruito* alias si adhuc post decoctio-
nem, vel mutationem status alicujus personæ fieri pos-
sit hujusmodi compensatio, dici deberet fuisse per legem
inutiliter inventum, & introductum remedium prædi-
ctæ præambulæ, seu præventivæ compensationis ipso
jure, absque nempè aliquo ministerio hominis, quod
sane tamquam absurdum non est dicendum, quia lex
inutiliter, & elusoriè numquam censetur disponere *Alb.*
10 *cons.* 20. *numer.* 11. & latè pluribus aliis citatis *Barbos.*
axiom. 136. *numer.* 14. 15. *&* 16. *& Rot. Lucen. com.*
5. *dec.* 438. *num.* 9.

Verum quoad hanc compensationem ipso jure à lege
inductam major difficultas versatur circa casum in quo
Mercator, qui postea decoxit, fuisset alicujus creditor
purus ex una causa, ex altera verò debitor in diem,
cum dilatione nempe ad solvendum; Nam primo as-
11 pectu non videtur in hoc casu locum habere posse di-
cta compensatio, quia sicuti regulariter ad effectum
compensandi exiguntur hinc inde credita pura, & li-
quida, ita de credito puro cum credito in diem com-
pensatio non est de jure admissibilis, ut per textum ex-
pressum *in l. in diem* 7. cum concordantibus *ff. de com-
pensat.* tenent *Bersan. de compensat. capit.* 2. *quæst.* 4.
Guttierez eod. tractat. lib. 5. *quæst.* 2. *num.* 21. *& seq.*
Gratian. capit. 224. *numer.* 25. *Mans. consult.* 13. *nu-
mer.* 57. *& consultat.* 102. *numer.* 8. *&* 148. *& con-
sultat.* 393. *numer.* 31. *Sabell. resol.* 36. *num.* 27. *Un-
ceol. consultat.* 61. *numer.* 34. *& Rot. decis.* 44. *numer.*
5. *&* 6. *post Merlin. de Pignor.* & optimè *coram Eme-
rix. Jun. decis.* 1365. *numer.* 6. & alii per Me citati *d.
disc.* 75. *num.* 25. *de Commerc.*

12 Contrarium tamen resolvendum fore putamus, quia
ante momentum, vel eodem momento quo Mercator
decoquit, aut reperitur in imminenti Statu decoquen-
di illius creditor, quamvis in diem efficitur purus cre-
ditor, ac si non esset in diem, unde ejus creditum,
tunc temporis non minus fit compensabile cum suo de-
bito, quam si fuisset usque à principio purè, & sine
dilatione contractum, ut in puncto advertunt *Scacc.
de Commerc.* §. 2. *gloss.* 5. *num.* 437. *& Rodriquez de
concurs. credit. part.* 2. *artic.* 1. *numer.* 56. *Suarez de
Paz in prax. part.* 4. *lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 56: ob quam
rationem magis communis Doctorum opinio adeo fir-
mavit quod creditor quantumvis in diem tam post im-
minentem, quam post decoctionem sui debitoris actua-
liter sequutam possit contra eum agere, sive in con-
13 cursu aliorum Creditorum, sive non, etiam ad asse-
quendam proprii crediti solutionem, vel satisfactio-
nem, deducto tamen medii temporis interesse, vel
cambio, *Roc. de decoct. not.* 51. *num.* 153. *& seq. Rot.
Gen. de Mercat. decis.* 107. *per tot. Card. De Luc. de
Credit. disc.* 112. *num.* 6. *Peri Jannen. in suo tractat.
il Negoziante part.* 4. *cap.* 28. *tit. delle Compensazioni,
& Rota coram Caprara decis.* 380. *num.* 8. & hæc opi-
nio est fortius retinenda ob universalem Mercatorum
14 stylum, & consuetudinem desuper vigentem, de quo
testantur *Scacc.* & *Peri* locis supra laudatis, nec non
fides per celebriores totius ferè Italiæ, & extra mer-
cantilia Fora facta, ac producta in Causa Gerbault, &
Salvetti, in qua emanavit Decisio in calce præsentis di-
scursus inserta, quibus fidibus Mercatorum tamquam
legi scriptæ, in materia mercantili omnino standum
est *Bald. cons.* 400. *numer.* 10. *lib.* 5. *Soccin. Jun. cons.*
27. *num.* 22. *vol.* 2. *Rot. Jan. dec.* 7. *num.* 11. *Rot. Ro-
man. coram Greg. dec.* 126. *num.* 3. *coram Duran. dec.*
368. *num.* 12. *& post Bonden. dec.* 63. *num.* 17. *& dec.*
93. *n.* 11. *& dec.* 183. *n.* 9. *part.* 9. *rec.* & latè *Torr.
de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 60.

Idem similiter dicendum omnino est in credito per
Mercatorem in computo separato retento ut vulgo dici-
tur *in conto a parte* ad effectum illud non compensan-
15 di cum aliis partitis ab eo debitis, sed in suo vigore
retinendi (quod vulgo dicitur *vivo*, & *acceso*) ut
illud adhuc fructiferum, vel cambiorum productivum
continuaret, ratio etenim est, quia licet à principio
usque ad casum imminentis decoctionis sui debitoris
appareat in hujusmodi creditore de ejus expressa volun-
tate non compensandi; attamen statim ac datur, vel
imminet casus decoctionis, vel deteriorationis status sui
debitoris, unde efficitur non solvendo, & sic casus ir-
reparabilis damni pro dicto creditore præsumitur pri-
mam voluntatem fuisse per eum in contrariam muta-
tam, compensandi nempe suum creditum cum proprio
debito ad effectum effugiendi damnum, quod alias non
facta hujusmodi compensatione pati deberet in concur-
su aliorum creditorum potiorem, vel anteriorem hy-
pothecam habentium, ut mirum in modum tradunt
in his terminis *Alciat. de præsumpt. regul. præsumpt.*
16. *num.* 5. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 37.
num. 35. *& seq. Mans. consult.* 209. *n.* 19. *& Rota Ro-
mana coram Falconerio cit.* 16. *de fideicom. decis.* 68. *n.*
8. & in simili casu quod mutato statu Procuratoris 16
dicatur statim mutata voluntas in mandante, *Golin. de
Procurat. part.* 3. *cap.* 5. *nu.* 43. *& seq.* & ibi *De Luc.
Jun. add. nu.* 8. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.*
37. *num.* 38. *& seq.*

Neque obstat *Card. de Luca de Credit. disc.* 46. *nu.*
23. *& disc.* 47. *num.* 15. 16. *&* 17. ubi contrarium vi-
detur firmare, quia ipse alioquin vir doctissimus, ac
omni laude meritissimus supposuit, quod voluntas pri-
ma in Creditore non compensandi ante casum immi-
nentis sui, & irreparabilis damni mutata non fuerit in
contrarium, non advertendo ad prædictam juris præ-
sumptionem pro voluntatis mutatione dimicantem; Qua- 17
mobrem opinio contraria ejusdem *Cardinalis de Luca*
dumtaxat procedere potest in casu, quo constaret in
Creditore de continuatione primæ voluntatis etiam
post sequutam decoctionem, vel mutationem status
sui debitoris per novos, & ulteriores actus ab illo ex-
pressè portendit, ut eximiè explicat *Surd. dec.* 191.
num. 17. „ ibi „ *præterea respondetur quod etiam in* “
casibus, in quibus compensatio fit ipso jure nulla fa- “
cta oppositione per debitorem non fit debitore invito; “
Beneficium enim non confertur in invitum. In facto “
autem præsenti debitor qui nunc allegat compensatio- “
nem, negat antea voluisse compensare, ideo non po- “
test contra ejus expressam voluntatem induci, aut “
præsumi inducta compensatio, „ & ita quoque *Scacc. de
Commerc.* §. 2. *gloss.* 5. *numer.* 432. *vers.* 1. *veram opi-
nionem* „ ibi „ *& de contraria voluntate non constet.* “
Menoch. cons. 460. *nu.* 6. „ ibi „ *nam respondetur Do-
ctores loqui quando ipse non negat, velle uti compen-* “
satione, sed tacet nihil opponendo, diversum est in “
casu nostro in quo negat velle uti compensatione, & in “
his quoque terminis loquitur *Rota cor. Dunozet. Jun.
dec.* 311. *num.* 3. *&* 4.

Pro majori tamen hujus materiæ declaratione ad-
monendum censemus admodum differre casum in quo
adfuit in debitore positivus animus, seu voluntas ex- 18
pressa non compensandi à casu quo defuit; seu non
adstitit in eo voluntas compensandi, ut vidimus, &
notat etiam *Menoch. d. cons.* 460. *nu.* 6. *& Card. De
Luca d. disc.* 46. *&* 47. *de Credit.* Nam in primo casu
non potest ipso jure fieri compensatio, quia in invitum 19
lex beneficium suum nequaquam impartitur ut superius
dictum fuit, in secundo vero casu ob solum defectum,
seu non assistentiam voluntatis debitoris lex non impe-
ditur quo minus ipso jure compensationem inducere va-
leat, ut sequitur in casu, quo à debitore ignoratur
suum creditum compensandum, & tamen lex in hoc
casu licet propter ignorantiam, quam habet debitor di-
cti sui crediti non habeat assistentiam voluntatis debi-
toris non desinit ad illius favorem sui debiti cum di-
cto ejus credito compensationem ipso jure inducere latè,
& egregiè *Rot. Romana coram Cerr. decis.* 208. *num.*
20. *usque ad* 35. *& Censal. decis. Lucen.* 11. *num.* 15.
Bersan. de compensat. cap. 1. *quæst.* 6. *nu.* 16. *&* 17. *Gu-
tierez eod. tract. lib.* 1. *quæst.* 12. *nu.* 25. *&* 26. & quod 20
lex non habeat tali casu assistentiam voluntatis dubita-
ri minimè valet; Nam quoad ignorata, vel incognita
voluntas nullatenus porrigitur ad latè tradita in ter-
minis compensationis per Nos *disc.* 32. *num.* 15. 16.
& 17. *de Commerc. Altograd. cons.* 9. *num.* 21. *&* 22.
lib. 2. *& Rot. post. Constantin. ad Statut. Urb. dec.* 167.
numer. 11.

Quapropter nusquam putavimus absolutè veram
prædictam Surdi resolutionem in ea parte *decis.* 191. 21
ubi ille firmavit, quod in casu suo non potuisset per
legem ipso jure induci compensatio, quia ex subsequen-
Da quelle parole poi „ *che si potessero incettare, e contrattare con respiro di pagamento, e contrapporre in tal caso agli Zuccheri,* “ si comprende, ch anche secondo l' opinione degli Signori Corboli, e Compagni, succedendo il Fallimento della Ragione Gerbault, *ipso facto* ogni credito *in diem* si sarebbe reso puro, e come gli altri ugualmente solvibile, che compensabile, come pure di questo sentimento sono lo *Scacc. de Commerc.* §. 2. *glos.* 5. *num.* 437. *Rocco Decoct. Mercat. not.* 51. *num.* 154. *Suarez de Pax in prax. part.* 4. *lib.* 1. *cap.* 14. *numer.* 5. *e* 6. il quale attesta d' aver ottenuto più Sentenze *Rodriguez de concurs. Cred. part.* 2. *artic.* 1. *num.* 56. e la *Rota di Genova decis.* 107. *in fine*, mentre però il credito sia certo, e non dependa da verun' altra condizione, che da quella della destinazione del giorno al pagamento, come in termini più forti vuole il *Marta de Succ. Leg. part* 4. *quæst.* 18. *artic.* 6. *num.* 65. l' *Avvocato Motroni* presso il *Mans. in supplem. de Dot. cons.* 100. *num.* 45.

Questa però non è opinione particolare de' Signori Corboli, e Compagni, ma de i Mercanti della Piazza di Livorno, confermata loro dallo stile inveterato di questo Tribunale, di non fare alcuna differenza ne i Fallimenti da i crediti puri, e quelli *in diem*, ed uniforme alla consuetudine, e sentimento degli altri Mercanti delle più celebri Piazze, cioè di Lione, di Genova, di Venezia, di Napoli, di Milano, di Torino, e di Bologna, il giudizio de' quali tanto più si deve attendere, quanto che ha per oggetto la facilità delle contrattazioni, e l' equità Mercantile, stata sempre considerata da i Dottori in questa materia, come può vedersi appresso il *Bersan. de compensat. cap.* 1. *quæst.* 20. *num.* 25. & *cap.* 3. *quæst.* 10. *num.* 38. *il Cardin. de Luca de Credit. disc.* 46. *numer.* 15. *Marzimed. decis. Sen. exam.* 60. *a.* 40. *la Rota Romana nella Bononien. Pecuniaria* 5. *Maji* 1681. *cor. Matthejo, presso il Balducc. ad cons. Ram. decis.* 20. *n.* 3. *tom.* 2. *nella dec.* 657. *n.* 2. *par.* 19. *tom.* 2. *recentior.* & *coram Caprar. decis.* 473. *num.* 23. *tom.* 2. alla quale deesi avere ogni riguardo, particolarmente nel caso presente, in cui è certo, che rigettandosi la compensaaione, i Signori Giavarini, e Vitali resterebbero troppo delusi nel fido fatto alla Ragione Gerbault, ec. degli scudi Marchi 1425. 9. 8. trasportati in Fiera nova a contemplazione della già stabilita compra delle trentacinque casse di Zuccheri di Lisbona, che gli rendeva sicuri dell' imborso: mentre sarebbero obbligati a pagare alli Signori Sinibaldo Corboli, e Compagni il prezzo degli Zuccheri comprati, ed essi resterebbero allo scoperto dell' importare di detti scudi Marchi con manifesta violazione della pubblica fede del commercio, la quale merita d' esser conservata illesa, più tosto che vulnerata, come anima dell' istesso commercio, secondo l' avvertimento del *De Luc. de pluralit. hom. cap.* 7. *nu.* 7. *in fin. e del Card. de Luc. de Dot. disc.* 166. *num.* 65. *parimente in fine*, e ne i nostri precisi termini lo *Scacc. de Commerc.* §. 2. *glos.* 5. *sotto il num.* 437. *Carl' Ant. de Luc. in Labyrint. cess. jur. via* 38. *num.* 3. *il Sign. Aud. Casaregio in tutto il disc.* 76. *de Commerc. e nel Camb. Instruito cap.* 5. *num.* 17.

Onde a me parve, che non apportasse alcun' ostaco-

lo

lo la notizia, o sia intimazione, che il Signor Compagni pretese di fare a i Signori Giavarini, e Vitali prima, che contrapponessero ne i loro libri il credito di Fiera al prezzo degli Zuccheri; Poichè ad ogni peggio questa avrebbe potuto fare la sua operazione sopra l'avanzo del prezzo, che restava nelle mani di detti Signori Giavarini, e Vitali senza veruna causa, a i quali perciò nulla premeva farne il pagamento alla Ragione Gerbault, o a chiunque avesse elia ceduto il credito: ma non già rispetto alla quantità di detto prezzo, corrispondente al Credito di detti Signori Giavarini, ec. imperocchè essendo di troppa loro importanza valersi dell' eccezione della compensazione, alla quale restava soggetto, per esimersi dallo sborsó, è indubitato, che quando pure il Signor Sigibaldo Corboli avesse riportato la cessione del nome del Debitore, e dipoi fatta l' intimazione nelle consuete forme di ragione, non avrebbe potuto questa trattenere la compensazione, che operò la Legge a favore de' Signori Giavarini, ec. allorache la Ragione Gerbault si rese impotente a pagare in Fiera di Apparizione gli scudi 1425. 9. e 8. d'Oro Marchì, come rispondendo all' objetto ferma il *Carleval, de Judic. lib. 1. titul. 3. disput. 27. numer. 7.* ed egregiamente *l' Afflict. controvers. 28. num. 44. & controvers. 42. numer. 25.*

Nè dovrà ciò parere strano sempre, che si rifletta non esservi alcuna ripugnanza, nè contradizione, che il Debitore, al quale non è permesso pagare al Cedente dopo l' intimazione, o contestatione della lite, possa nulladimeno opporre al Cessionario la compensazione *Salgad. Labyr. Cred. part. 3. cap. 6. §. Unic. à numer. 47. ad 52. Olea de cess. Jur. tit. 6. quæst. 11. sub numer. 28.* Ed in oltre, che subito che la Ragione Gerbault diventò creditrice de' Signori Giavarini, e Vitali, mediante la vendita, e consegna degli Zuccheri, l' azione al prezzo da essa acquistata si rese immediatamente compensabile, e ad ogni richiesta, ed interesse de' Signori Giavarini, ec. in riguardo dell' antecedente lor credito, estinguibile secondo la dottrina dell' *Angel. nella leg. si quis in rem suam. ff. de Procurat.* del *Bald.* e degli altri Scriventi nella *leg. Ejus Cod. de compensat. Afflict. dicta controvers. 28. num. 38. 39. 40. e 41.* Dimodochè non potendo poi, come in fatti non poteva passare, se non con quest' attitudine passiva *Tindar. de Compensat. artic. 7. sub numer. 3. Lauar. cons. 82. num. 9. Afflict. dicta controv. 28. num. 43. Christian. Lans de Action. & Nominibus cess. cap. 32. membr. 6. numer. 9. Brunneman. de cess. act. cap. 6. num. 3. Torre de Camb. disput. 2. quæst. 10. num. 27.* ne segue ancora, che l' Jus di compensare acquistato da' Signori Giavarini, ec. non gli poteva esser levato da veruno senza il loro fatto medesimo *leg. id quod nostrum. ff. de reg. jur.* e ne' nostri termini *Cancer. variar. part. 2. cap. 6. numer. 83. vers. quod Jus. Afflict. controvers. 41. numer. 11. & controvers. 42. numer. 30. & sequ. Salgad. Labyrint. Cred. part. 3. cap. 6. nu. 22. Bersan. de Comp. cap. 3. quæst. 6. numer. 28.*

Per le quali ragioni, oltre quello, che è stato largamente dedotto a favore de' Signori Giavarini, e Vitali dal Sig. Avvocato Giuseppe Ricci nella sua stampata Consultazione, sono stato di sentimento, che nel detto caso fosse luogo all' opposta Compensazione.

Et ita, &c. Utraque, &c.

ARGUMENTUM.

1 De Jurisdictione Principis in suo Mari, & Portubus; Illaque exerceri valeat nec ne super Navibus Bellicis, vel militaribus, aut Piraticis habentibus Litteras Patentes alterius extranei principis; Nec non super Navibus Mercantilibus Privatorum.

Et demum agitur de Navibus, Nautis, & Vectoribus, qui de jure gaudent privilegio securitatis, seu Salvi conductus Civilis, & Criminalis.

SUMMARIUM.

1 *Mare omne quod adjacet Territorio terrestri alicujus Principis est de illius Jurisdictione, prout suum Territorium terrestre.*

2 *Et super suo Mari, vel Portubus potest Princeps jurisdictionem tam Civilem, quam Criminalem exercere.*

3 *Ideoque valet ibi Gabellas, & Vectigalia vehentibus merces imponere.*

4 *Nec non Navigationes permittere, aut prohibere, vel quascunque alias leges statuere; Etsi contrafactum fuerit, Naves arrestare, & merces confiscare.*

5 *Item potest delinquentes in Navigiis in suis Portubus, seu Mari existentibus punire.*

6 *Ideo tenetur Magister Navis eos Principi, vel Judici illius Portus, vel Maris præsentare.*

7 *Similiter potest Princeps pro Debito Civili Naves arrestari, & sequestrari facere ad Instantiam Creditorum, & num. 8.*

9 *Princeps non potest in exercitum, vel bellicam Classem alieni Principis existentem in suo Territorio, vel Mari, aut Portubus suam jurisdictionem exercere, sed ista tota residet penes supremum Ducem, vel alios Officiales dictæ Classis terrestris, aut maritimæ.*

Et de ratione ibid.

10 *Quod procedit etiam in una tantum Navi militari, vel Piratica, vulgo* Armatore *dummodo habeat Litteras Patentes sui Principis.*

Et de ratione ibidem & num. 12.

13 *Quænam sint Insignia, vel Vexilla primi, secundi, & tertii Ordinis,* vulgo di prima, seconda, & terza Portata, *& num. 16.*

14 *Magister Navis Mercantilis nullam habet jurisdictionem in Nautas, aut Gentem suæ Navis, sed quandam tantum OEconomicam Potestatem, & disciplinam, & num. 15.*

16 *Licet habeat insignia, aut Vexillum alterius Principis.*

Et de Ratione, num. 17.

18 *Naves Mercantiles deferentes species, vel res ad aliquem Principem, vel Rempublicam spectantes gaudent de jure Privilegio Salvi Conductus Civilis, & Criminalis.*

19 *Nec non quæ annonam, sive arma, sive milites, sive Principium Legatos vehunt.*

20 *Item Naves illæ, vel Nautæ, aut Vectores, qui fruges, Vinum, Oleum, frumentum, & legumina, vel alia victualia ad aliquam Civitatem, seu Portum transvehunt.*

21 *Referuntur plures Civitates, in quibus per Statuta Navibus deferentibus prædicta Victualia, Salvi Conductus Civiles, & Criminales expresse conceduntur.*

22 *Statutum, si Salvum Conductum, vel aliquod aliud Privilegium, seu remedium concedit, non censetur alios Salvos Conductus, vel Privilegia de jure communi competentia denegare.*

23 *Declara dummodo Statutum non loquatur per verba taxativa, vel alio modo cæteros Salvos Conductus, vel Privilegia de jure competentia expresse excludat.*

Nullius, Navium Bellicarum, & Mercantilium.

DISCURSUS CXXXVI.

EAndem prorsus Jurisdictionem, quam Princeps in Terrestri suo Territorio potitur, etiam habet in Mari eidem suo Terrestri Territorio adjacente; Nam totum illud Mare, quod suo Territorio usque ad centum milliaria, non interruptum ab Jurisdictione alterius vicini Principis, adjacet, non minus reputatur suum proprium Territorium, quam tota Terra, in qua ipse regit, & dominatur *Vinc. de Franch. decis. 142. numer. 6. & ibi De Luc. Add. numer. 3. Osasc. 155. numer. 2. 3. & sequ. Sanfelic. decis. 419. numero 18. lib. 3. Brunneman. in leg. Classem univ. Cod. de Classic. lib. 11. Cavalcan. de Brach. Reg. part. 4. numer. 91.* latissimè; & egregiè *Solorzan. de Jur. Ind. tom. 1. lib. 2. cap. 6. num. 22. & lib. 3. cap. 3. n. 35.* 1

cum

cum pluribus sequentibus. *Antunez. de Donat. Reg.*
part. 3. *cap.* 8. *per totum*, & præsertim *n.* 47. *Garz.*
2 *de expens. & meliorat. cap.* 21. *num.* 34. Idque locum
habet tam in materia Criminali, quam Civili *Antu-*
nez. loco citato numer. 14. *& numer.* 47. cum pluribus
ab eo laudatis.
3 Ideoque in vim talis Jurisdictionis potest Princeps
Gabellas, & Vectigalia in Mari suo, suisque Portibus
imponere, easque à vehentibus merces per mare suum
exigere *Ofasc. decis.* 115. *numer.* 4. *Antunez. de Do-*
nat. Reg. part. 3. *cap.* 8. *numer.* 16. *& num.* 54. *vers.*
Ideoque Princeps. *Solorzan. de Jur. Indiar. tom.* 1. *lib.*
3. *cap.* 3. *num.* 35. inibique navigationes permittere,
4 vel prohibere, vel alias quascumque leges statuere, etsi
adversus præscripta factum fuerit, Naves arrestare, &
merces confiscare valet *Solorzan. loc. citat. & n.* 70.
5 cum pluribus ab eo laudatis. Potest insuper omnes,
& quoslibet delinquentes in Navibus, vel Navigiis
existentibus in illius Portibus, vel ejus Mari dicto suo
6 Territorio adjacente punire, quinimmo Capitaneus,
seu Magister Navis, vel cujuslibet Navigii tales delin-
quentes eidem Principi, vel ejus Judici præsentare tenetur,
per eum juxtà illius leges puniantur *Gregor. Lopez ad*
ll. Hispan. partid. 5. *tit.* 9. *l.* 2. *num.* 3. *gloss. e aviere*
de Juzgar. Jo: de Hevia in Cur. Philipp. part. 3. §. 4.
& de Commerc. Naval. lib. 3. *cap.* 4. *num.* 7. *Rocc. de*
Navib. not. 8. *num.* 17. 18. *& sequ. Antunez. de Do-*
nat. Reg. part. 3. *cap.* 8. *numer.* 47. optimè *Targa in*
suis ponderat. maritim. cap. 100. *Cavalcan. de Brach.*
Reg. part. 4. *num.* 91. *& Consulat. maritim. cap.* 160.
7 *&* 161. Pariterque pro debitis civilibus ad instantiam
Creditorum potest Naves sequestrari, vel arrestari fa-
cere argumento textus *in l.* 1. *Cod. de Navicul. lib.*
11. ubi ex eo quod per modum Privilegii excipiun-
8 tur, & eximuntur nonnullæ Naves ab arrestis, & se-
questris Creditorum, satis constat firmari regulam in
contrarium, & punctualiter *Mans. consult.* 275. *num.*
5. 6. 7. 8. *Kurich. post tract. de Jur. maritim. Han-*
seatic. qu. 27. *vers. quod arrestum*. *Hermosil. ad LL.*
Hispan. L. 54. *gloss.* 1. *num.* 20. *vers. & comprobatur*
per argumentum.
9 Quum verò de exercitu, vel bellica Classe, seu mi-
litantibus navibus agitur, tunc tota jurisdictio super e-
xercitum, vel Classem residet penes Principem, aut ejus
Ducem, quamvis exercitus, vel bellica Classis existat
super alieno Territorio, vel Mari, quia ex belli con-
suetudine ea jurisdictio, quam habet Rex, seu Prin-
ceps, aut illorum Duces super exercitum, vel Classem
prorogatur, & extenditur de suo ad aliorum Territo-
rium, tum quia absque tali Jurisdictione exercitus,
vel Classis conservari, & consistere non posset, tum
etiam ex aliis rationibus de quibus apud infrascriptos
Doctores; Quamobrem omnes, & quoscumque mili-
tiæ suæ, vel terrestris, vel maritimæ milites, & ho-
mines etiam in alieno Territorio delinquentes, Prin-
ceps, vel illius Dux quaslibet pœna, etiam capitali ple-
ctere valet, vel quoscumque alios jurisdictionis actus
erga eos exercere, ac si in proprio Territorio mane-
ret, ut mirum in modum tradunt *Bald. in l. cunctos*
populos num. 97. *vers. juxta hoc quæritur*, & ibi *Bar-*
tol. num. 46. *& Adden. Cod. de Summ. Trinit. Al-*
beric. in l. Præfectus nu. 1. *ff. de offic. Præfect. Urb.*
Idem Bartol. in leg. Pupillus. §. *Territorium*, & ibi
egregiè *Add. litt. A. & litt. B. ff. de verb. signific.*
Bald. in l. 3. *in addit. vel* 2. *lectur. numer.* 3. & ibi
Albéric. num. 2. *ff. de Offic. præsid.* latè *Gregor. Lopez*
ad ll. Hispan. partid. 3. *tit.* 4. *leg.* 7. *num.* 4. *litt. H.*
gloss. non Judguen. en otra Tierra. *Jo: de Hevia de*
Commerc. Naval. lib. 3. *cap.* 3. *numer.* 16. *& in Cur.*
Philippic. part. 1. §. 4. *num.* 25. *in fin. Rocc. de Offic.*
rubr. 16. *de Offic. Præfect. Class. numer.* 51. *fol. mihi*
418. *impress. Neapol. Targa in suis ponderat. mari-*
tim. cap. 100. §. *In ordine a che*. *Scacc. de sent. &*
re Judic. gloss. 7. *quæst.* 4. *special.* 2. *num.* 172. *vers. li-*
mita undecimo. *Cresp. Valdaur. part.* 1. *observat.* 15.
10 *num.* 41. *& numer.* 210. Quod etiam locum habet in
una tantum Navi bellica, vulgò *da Guerra*, vel ad
11 Piraticam faciendam cataphracta, vulgò *Armatore*,
dummodo habeat speciales litteras Patentes ab aliquo
Rege, vel Principe signatas, per quas vexillum, vel
Insignia hujusmodi Navis dicuntur primi ordinis, vul-
gò *di prima Portata*, vel saltem litteras Patentes à
Ministris de mandato Regis, vel Principis concessas,
ob quas Insignia, vulgo dicuntur *di seconda Porta-*
ta, juxta explicationem traditam à Targa nostro in
jure maritimo peritissimo *nelle sue Ponderazioni ma-*
ritime cap. 12. *numer.* 9. 10. Nam quemadmodum in 12
una tantum Navi bellica, vel ad usum Piraticæ ca-
taphracta non minus adsit militia, sive militum mul-
titudo sui Ducis jurisdictioni subjecta, quam militia
unius bellicæ Classis suo Principi, vel magno Duci,
ita quoque non minus ex eodem jure jurisdictio Du-
cis unius bellicæ, vel Piraticæ Navis extra suum ma-
re prorogatur, ac extenditur ad alienum Portum, seu
Mare, quam Jurisdictio Magni Ducis alicujus bellicæ
Classis; nulla enim habenda est differentia inter ma-
jorem, & minorem multitudinem gentis militaris, ne-
que in hoc est advertendum, an illa in unum tantum
corpus, vel exercitum unita sit, vel in plures acies,
seu corpora divisa habeatur, dummodo unumquodque 13
membrum gentis militaris multitudinem, vel univer-
sitatem sub jurisdictione alicujus Ducis retineat, per
ea quæ tradit ultra Doctores mox citatos *Add. ad*
Bartol. in leg. Pupillus, §. *Territorium lit. A. ff. de*
verb. signific. & præsertim *Targ.* citato *cap.* 100. §. *In*
ordine in med.
Quæ tamen nullatenus procedunt in Navibus mer- 14
cantilibus Privatorum; Nam Capitaneus, seu illarum
Magister nullam habent jurisdictionem in gentem sua-
rum Navium, sed quandam tantum Oeconomicam Po-
testatem, vel disciplinam, quæ usque ad levem casti-
gationem pro corrigenda insolentia, & malè morata
vita, seu licentia Nautarum, & Vectorum, quemad-
modum eam tenet Pater in filios, Magister in Disci-
pulos, Dominus in Servos, vel familiares, ut egre-
giè ex pluribus Doctoribus punctualiter advertit *Ste-*
phan. Clairac. Author Gallicus in ejus libro cujus titu-
lus *Les Us, & Coutumes de la Mer Sur les Juge-*
mens d' Oleron. §. 12. *numer.* 1. *&* 2. *fol. mihi* 48.
nova Rothomagensis impressionis (licet suppresso suo no-
mine tale opus ediderit) nec non *Targa dicto cap.* 12.
numer. 17. *&* 22. *Gregor. Lopez ad ll. Hispan. par-*
tid. 7. *tit.* 8. *lib.* 9. *gloss. Patri filium*; *& gloss. casti-*
gar. litt. E, & quod hæc œconomica potestas, quæ
penes aliquem residet, non sit alicujus jurisdictionis,
sed tantum privata authoritas, vel potestas, qua ille
res suas familiares gubernat, familiamque suam, &
domesticos, vel hujusmodi sub disciplina boni regimi-
nis tenet, & moderatur latè, docteque comprobat ex-
ornando hanc materiam *Fragos. de Regimin. Christia-*
næ Reipublicæ tom. 1. *In Introduction. Proœmial.* §. 1. *à*
numer. 4. *usque in fin.* & ideo cum in dictis Magistris, 15
seu Capitaneis Navium mercantilium deficiat funda-
mentalis jurisdictio, penitus actum est de illius pro-
rogatione in Mari, seu Portubus alterius Principis ex-
tranei; Et reverà Authores omnes supra laudati agen-
tes de militia, sive exercitu, aut Bellica Classe, aut
Navibus militaribus se fundant super ordinaria, vel
delegata jurisdictione, quam habent Imperatores, vel
Duces etiam de consuetudine Belli in militiam suam
Terrestrem, vel Navalem. *Cresp. Vald. part.* 1. *ob-*
servat. 15. *numer.* 41. & specialiter id notat *Add. ad*
Bartol. loc. mox citat. lit. A. per hanc mirabilem ver-
borum expressionem „ ibi, *Quod licet quis non ha-* “
beat Territorium; si tamen habeat Potestatem in “
certas Personas, propter illas Personas dicitur ha- “
bere Territorium “, & similiter licet magis pressim
Bald. in l. 3. *in addit. vel* 2. *Lectur. num.* 3. „ ibi „
& Universitas non minus inhæret Jurisdictioni, quam “
fundo. “
Nihilque refert, quod Magister Navium mercan- 16
tilium alicujus Principis Vexillum, vel Insignia defe-
rat cum solitis litteris Patentibus Officialium Maris
ejusdem Principis; Ea etenim Insignia, quæ, vulgo
dicuntur *di terza Portata*, ut tradit *Targa dicto cap.*
100. nullam jurisdictionem conferunt in dictos Na-
vium Magistros, sed tantum inserviunt ad signifi-
candam, vel Magistrorum, ac Nautarum nationem,
vel deditionem seu voluntariam, seu naturalem sub-
jectionem Principi illi, cujus Insignia geruntur. *Tar-*
ga dicto capite 12. *numer.* 9. *&* 10. *& capite* 100.
Et adeo id verum est, quod hujusmodi Magistri 17
reos, vel delinquentes in Navi pœna aliqua, citra
levem correctionem, plectere non possunt, sed eos
Judici

Judici competenti exhibere, & tradere tenentur, ut
supra demonstravimus.
Dixi superius, quod regulariter Naves mercantiles
pro debitis civilibus sequestrari, vel arrestari possunt
ad instantiam Creditorum, hic tamen est advertendum
id non procedere in illis Navibus, quæ legali
Privilegio securitatis tam Criminalis, quàm Civilis
18 potiuntur ut sunt illæ omnes, quæ species, vel res
ad Principem, vel Rempublicam pertinentes transferunt,
sive annonam in exercitum, vel Bellicam Classem
ferendam suscipiunt, sive arma, sive milites, si-
19 ve Principem aliquem, sive Principis Legatos ad alios
Principes vehunt, vel reducunt, sive quidvis aliud
ad Rempublicam pertinens, ita per textum *in l. nullam
vim 1.* juxta *vulg. Pandect. & lib. 3.* juxta *Pandect.
Flor. Cod. de Navicul. lib. 11.* juncta *leg. si Publicanus
§. 1.* & altera *leg. locatio vectigalium 9. §. Si
res exercitui, ff. de Publicanis* nec non *leg. omnibus
militibus 3. & leg. à Legatis 8. Cod. de vectigal.* tradunt
*Kurich. post jus maritim. Hanseatic. quæst. 27.
vers. à talibus autem* optimè *Bruneman. in dict. leg.
nullam vim Cod. de Navicul. libr. 11.* ac latè, egregieque
*Christin. volum. 5. in Codic. libr. 11. decis. 58.
numer. 8. 9. 10. & 11.* Nec non in Navibus, ac Nau-
20 tis, qui annonas, fruges, vinum, oleum, frumentum,
& legumina, vel alia victualia ad aliquam Civitatem,
vel Portum transvehunt, ut *per text. in leg.
fin. §. 3. ff. de muner. & honor. & dict. leg. nullam
vim Codic. de Navicul. libr. 11.* affirmant *Pechius in
d. l. ultim. Kurich. d. quæst. 27. & Bruneman. in d. leg.
nullam vim. C. de Navicul. lib. 11.*
21 In pluribus autem Civitatibus solent per Principem,
aut Statutum hujusmodi Salvi-conductus expressè
concedi ad dirimendas omnes difficultates, ut
Genuæ per Statutum *de Salvis Conductibus §. Quicumque*;
In Catalonia ut refert *Fontanell. decis. 233. per
totum*, ubi fuit decisum per hujusmodi Salvos Conductus
ne quidem posse Dominos mercium, neque Nautas
illas vehentes de fuga suspectos jurari; Et in pluribus
aliis Civitatibus quas refert *Kurich. dict. quæst.
27. vers. juraque maritima pleraque*, & in Hispania
Joan. de Hevia de Commerc. Naval. cap. 2. num. 24.
22 Solum remanente quæstione, ubi Statutum non expressisset
omnes prædictos Salvos Conductus, vel securitates,
quibus de jure gaudent Naves mercantiles,
ac earum Magistri, vel Nautæ, aut Vectores, sed aliquos
tantum, intelligi ne debeat alios non expressos
fuisse per Statutum exclusos; Super qua quæstione negativè
respondendum censeo ad tradita per *Mascard.
de General. Statutor. interpretat. conclus. 12. num. 4.
& numer. 21. Cephal. cons. 138. numer. 50. lib. 1.* &
per ea quæ in conterminis casibus firmavi supra *in
dist. 6. in addit. num. 46. lib. 1.* Et in puncto quod
per Statutum concedens aliquos Salvos Conductus,
vel securitates non intelligantur cæteri omnes denegati,
qui de jure competunt, affirmant *Menoch. de
Arbitrar. lib. 2. centur. 4. cas. 337. num. 3. Tort. ad
Stat. Pap. in Criminal. rubr. 7. numer. 1. folio mihi
673.*
23 Dummodo tamen Statutum non disponat per verba
taxativa, aut simili alio modo expressa quoslibet
alios Salvos Conductus, vel securitates a jure elargitos
excludat, ut innuit *Tort.* loco mox supra laudato.

ARGUMENTUM.

Mercator si de mandato alterius aliquod mercium genus emerit, an illico emptarum mercium Dominium transeat in Mandantem, & quando secus?

Dominium mercium, an transeat in illum de cujus Mandato merces Mulioni, aut Naviculario traduntur.

Explicantur Clausulæ *per conto di N.*, & *a disposizione di N.* frequenter adhiberi solitæ à Mercatoribus.

Mandatarius quas personas repræsentet in emendo per se ipsum, aut ab aliis merces illi à suo Corresponsori commissas.

SUMMARIUM.

1 *Facti Series.*
2 *Traditio rei venditæ facta Procuratori habetur perinde ac si facta fuisset ipsi Principali.*
3 *Traditio Mercium facta de Committentis mandato, Mulioni, aut Naviculario, censetur facta ipsi Committenti, & num. 18. 19.*
4 *Mercator in transmittenda suas merces illi qui eas commisit, duplicem personam repræsentat, unam venditoris, alteram Procuratoris in eas emendo, & à se ipso recipiendo.*
Declara ut num. 20.
5 *Dominium rei venditæ transire nequit, nisi prius res vendita ponderata, aut mensurata sit.*
Declaratur, & limitatur n. 6. & 7.
8 *Clausula* per conto, *& altera* à disposizione di N. *probant Dominium rei transactæ in N. & numer. 9.*
Limitatur, & declaratur numer. 21. 22. 24. 25. 27. & 28.
10 *Dominium transferri nequit, nisi tria requisita concurrant, videlicet titulus, voluntas Partium, & traditio realis, aut per modum verum, aut fictum.*
11 *Minister, seu Procurator substituens alterum, reprehendi nequit de mala substituti electione, si in substituendo intervenit consensus tacitus, aut expressus interesse habentium.*
12 *Mandatum suo Corresponsori à Mercatore datum, non præsumitur variatum, nisi clarè probetur.*
13 *Solutio, & traditio rerum non præsumitur facta ante tempus.*
Multoque magis, quando alter ex Contrahentibus, cui solutio, aut traditio rerum fieri debebat, ex parte sua non adimplevit id ad quod tenebatur num. 14.
15 *Mercatores solent cautè, & cum summa diligentia negotia sua peragere.*
16 *Actus semper referri debet ad causam necessariam, non voluntariam.*
17 *Observantia voluntatem partium interpretatur.*
18 *Discretivus Mandatorum modus diversam voluntatem Mandantis inducit.*
23 *Mandatum datum à Domino tradendi alteri suas merces, sufficiens non est ad transferendum earum Dominium, si Mandatum actuali traditione non exequatur.*
26 *Dominium rerum potest esse penes unum utilitas, aut commodum, aut incommodum, & periculum Contractus stare potest, penes alterum numer. 26.*
29 *Verbum* mio, *&* nostro *possunt secundum subjectam materiam, administrationem, & non Dominium importare.*
30 *Mercatores quando Committenti nolunt merces credere, solent merces commissas onerare ad computum, & risicum Committentis, ut alteri tradantur, cujus fidem sequuntur.*

Liburnen. Dominii super Sarcinis Lanarum.

DECISIO AUTHORIS.
ET
DISCURSUS CXXXVII.

Recusantibus DD. Bernardo Seniè, & Sociis Li- 1
burnensibus, quoad nonnullas Lanarum Sarcinas cum Ratione Sejana ab eis negotiatas, conventioni ab aliis Creditoribus initæ cum dicta ratione accedere, quamvis isti personarum, & Crediti duas tertias partes, ab Ordinibus Mercaturæ requisitas ad cogendum alios Creditores renuentes, excederent, Perillustris Magistratus Mercaturæ benignitate sua hunc Juris articulum, ex quo totius Causæ momentum pendebat, mihi commisit, videlicet: an Lanarum Sarcinæ ante dictæ Rationis decoctionem, in Dominium dicti Domini Seniè, & Sociorum transierint, adeout eis competeret rei vindicatio, aut actio eas recuperandi à Creditoribus ratione proprietatis, non autem Crediti.

Post

Post maturam propositæ difficultatis discussionem, ea menti nostræ arrisit, ac prævaluit opinio, quod nequaquam dictarum Lanarum Dominium translatum fuerit in dictum Dominum Seniè, & Socios, quibus tamen Jura talia qualia proprii crediti reservavimus, ut solutionem suam consequerentur, juxta formam concordiæ per dicti Magistratus Decretum confirmatæ.

Quo verò à rationibus, quibus nostra Sententia innititur, exordiamur, ut clarior hujus causæ veritas eluceat, satiùs duximus, prius quidquid in contrarium per strenuos D. Seniè defensores oppositum fuerit, recensere, & adversariorum argumenta in lucem, ac in medium proferre, quibus per eos secuta Dominii translatio asserebatur.

Et primò prætensa Dominii translatio confirmabatur ab Adversariis ex mandato diei 17. Martii 1721. à Nativitate per dictam Rationem Sejanam, seu Sabathum ejus Complimentarium, Drellio è Civitate Grosseti injuncto in favorem dicti Domini Seniè, cujus verba referuntur „ *Delle Lane, che di mio vi* „ *trovate, vi piacerà a disposizione del Signor Ber-* „ *nardo Seniè caricarle al presente Padron Paolo Laz-* „ *zarini, mentre che dal detto Signor Senie vi ven-* „ *ga qui sotto approvata la consegna.* " Sub quo deinde mandato expressa dicti Domini Seniè habetur approbatio. „ *E per noi vi compiacerete caricare le sud-* „ *dette Lane sopra il Navicello del Padron Paolo* „ *Lazzarini alla nostra consegna, con mandarne Po-* „ *liza di Carico.*

Post receptum hujusmodi Mandatum cum approbatione dicti D. Seniè, fuit Dominus Drellius de oneratione dictarum Sarcinarum super Navigio Lazzarini sollicitus, illudque executioni protinus demandavit, ut ex Apodixia onerationis clarissimè deprehenditur.

„ *A 29. Marzo 1721. in Grosseto. Il Magnifico Pa-* „ *dron Paolo Lazzarini ha caricato in questo fosso di* „ *Grosseto per conto del Sig. Bernardo Seniè Balle 68.* „ *Lane per consegnarle à Sabato N. e delle Marche,* „ *e qualità infrascritte.* "

Et pariter sub die dictæ Onerationis dictus D. Drellius sequentibus litteris Domino Seniè respondit.

„ *Dal Padron Paolo Lazzarini mi è stato il dì an-* „ *tecedente consegnato un vostro ordine di dare al me-* „ *desimo le Lane, che avevo di attenenza di Sabato* „ *N. . . . onde in esecuzione di tale ordine vi restano* „ *spedite n. 68. Balle di Lane ben condizionate.* "

Ex tota igitur præmissi facti serie, ac expositione inferebatur, quod dictarum Lanarum traditio facta fuerit Domino Seniè per dictum Lazzarinum ejus ad dictas Lanas recipiendas Mandatarium; Nam cum per dicti Sabathi N. . . . . . Mandatum constaret de oneratione Lanarum tradendarum Lazzarino Navarco ad dispositionem D. Seniè, & evidenter à dicto Seniè haberetur approbatio ejusdem onerationis in sui commodum per Lazzarinum faciendæ, nec dubitari contingeret de executione talium Mandatorum, onerationis scilicet, & traditionis Lanarum factæ Lazzarino pro Domino Seniè, ut expresè ex apodixia Onerationis, & Epistola monitoria, vulgò *d'Avviso* Domini Drellii deprehenditur, ac resultat, inficiari nequit, quod traditio Lanarum facta per Drellium Lazzarino Navarco ob Mandatum D. Seniè, haberi debeat, perinde ac si ipsi D. Seniè facta fuerit, cum traditio facta Procuratori in Jure idem robur, & effectum sortiatur, tanquam si ipsi fieret Principali, ad textus in *leg. traditio,*
2 *§. Ultimo, ff. de acquir. rer. Dominio & l. 1. §. Per Procuratorem cum gloss. ibi in verb. acquiritur, & leg. communis 42. ff. de acquir. vel amittend. possess. Rot. de Mandat. numer. 108. & respons. 19. numer. 1. & seq. tom. 2. Rot. Genuen. decis. 13. numer. 17. & Nos plenè in disc. 56. numer. 21. & seq. tom. 2.* & in præ-
3 cisis terminis mercium consignatarum Mulioni, aut Magistro Navis de Mandato Committentis *Gratian. cap. 500. numer. 12. 30. & 21. & ibi Carol. Ant. De Luc. num. 11. vers. e contrario, Card. de Luc. de Empt. disc. 5. num. 6. & disc. 6. num. 9.*

Addebatur ulterius ab Informantibus Domini Seniè in confirmationem secutæ translationis Dominii, quod idem Dominus Drellius exequendo prædicta Mandata Sabathi, & Seniè duplicem personam repræsentabat, unam tamquam Procuratoris Sabathi, & alteram partem dicti Seniè Procuratoris: Uti Procuratoris dicti Sabathi, ejus officium erat dictas Lanas tradendi, & onerandi ad dispositionem Domini Seniè: tamquam verò istius Procurator debebat eas per se ipsum recipere, ut eas oneraret, & traderet dicto Lazzarino; Quare utroque mandato executo, negari nequit, quod consignatio, & traditio dictarum Lanarum facta non
fuerit Domini Seniè per personam Drellii Procuratoris 4
dicti Seniè, ut in similibus terminis, quod Correspondalis in transmittendo alteri proprias merces de istius mandato duplicis personæ vices expleat, venditoris scilicet in vendendo proprias merces, Procuratoris verò committentis in emendo, & eas per se ipsum recipiendo plenè firmavimus *in disc. 38. in addit. num. 51. & seq. tom. 1. de Commerc.*

Nec refragatur, quod dictarum Lanarum non secuta 5
fuerit ponderatio, quapropter earum Dominium ex dicto Sabatho N. in dictum Seniè mediante persona Drellii, aut Lazzarini Navicularii minimè transierit. *Card. de Luc. disc. 5. num. 5. de Empt. & vendit. & disc. 23. n. 4. & 5. de Credit. Rocc. Episc. cap. 134. n. 2. lib. 2.*

Primò quia inter Mercatores, juxta eorum usum, & 6
consuetudinem, haud requiritur expressa, & formalis mensura, aut ponderatio ad effectum transferendi Dominium mercium venditarum, sed sufficit talis qualis implicita mensuratio, aut ponderatio, quæ habetur per notulam, seu computum à Commissionario transmissum; ut optimè animadvertit idem *Card. de Luc. d. disc. 5. num. 6. de emption. & vendit.* & melius *disc. 23. ex numer. 6. usque ad fin. de Cred.*

Secundo quia semper verum non est, quod Domi- 7
nium rerum consistentium in pondere, numero, vel mensura transferri nequeat sine præcedenti mensuratione, ponderatione, vel numeratione: quapropter animadvertendum est, quod eatenus mensuratio, aut ponderatio ad perfectionem venditionis necessaria est, quatenus absque illis incerta remaneret venditio, prout *exempli gr.* sequeretur in venditione centum modiorum tritici, aut centum stadiorum prædii, quæ absolute imperfecta remanet, neque in alium transfert Dominium, cum ante mensurationem incertum sit qui modii præcisè, vel stadia vendita sint. At quando mensuratio, & ponderatio ad nil aliud requiritur, quam ad declarandam integram pretii quantitatem, quod quamvis implicitè, vel in se ipso sit certum, explicitè tamen haberi nequit sine tali mensuratione, vel ponderatione, ut *exempli gratia*: Si quis vendidisset totum Triticum Horrei, vel Vinum cellæ vinariæ decem aureos pro quolibet modio, & duos aureos pro quolibet cado; Hoc enim casu cum certum sit, de quo tritico, & Vino agatur, & notum utriusque sit pretium, cum mensuratio requiratur tunc solum ad integrum pretium partibus demonstrandum absque mensuratione, vel ponderatione transferri potest rei venditæ Dominium in alium, ut pendocte docent *Episc. Rocc. disp. select. cap. 134. numer. 1. usque ad num. 17. tom. 2. De Luc. ad Gratian. cap. 500. numer. 14. vers. quoad conditionem tacitam, latè Altimar. de Contract. null. part. 1. quæst. 8. sect. 1. numer. 5. & 9. fol. mihi 277.*

Cum in secunda igitur distinctionis nos parte versemur, eò quod non in genere dictarum Lanarum secuta fuerit negotiatio, sed præcisè illæ, quæ consignatæ, & oneratæ fuerint, comprehenderentur in Contractu cum certo petiarum pretio pro singulo librarum dictarum Lanarum centenario firmato; Mensurationis, & ponderationis defectus minimè obstare potest translationi Dominii in Dominum Seniè mediante persona Drellii, aut Navicularii.

Allegabant ulterius DD. Informantes pro D. Seniè, quod ad computum ipsius oneratæ fuerint dictæ Lanæ, ut constat ex ipsa Onerationis Apodixia, ibi „ *ha caricato in questo fosso di Grosseto per conto del Signor*
Bernardo Seniè " quæ Clausula *per conto* dictarum La- 8
narum Dominium penes D. Seniè demonstrat *Caprar. decis. 153. num. 2.* ubi *per conto di N.* quid verè importent, & vide infra *nos disc. 161. num. 23. & seq.* ubi latè; *& in disc. 44. num. 4. & in addit. num. 60.* & quod talis oneratio facta fuerit in executionem man-
dati dicti Seniè his verbis exarati „ *a disposizione del* " 9
Signor Seniè „ ex quo pariter benè infertur in eundem Seniè Dominii secutum fuisse translationem *Ansald. de Mercat. disc. 87. num. 36. & seq.*

His

His tamen non obstantibus, quamvis prima fronte magni ponderis, ac momenti adversariorum argumenta esse videantur, nihilominus omnibus causæ circumstantiis maturè discussis, ac perpensis firmiter tenui dictarum Lanarum Dominium non fuisse in D. Seniè translatum, ex Juribus, ac rationibus infra adducendis.

Et primò præmitti debet in facto qualiter dictæ Lanæ cum alia quantitate longè majori negociatæ fuerunt à Sabatho, cum D. Seniè in permutationem diversarum Mercium, & pecuniarum, & quod in tali negotiatione præ cæteris conventum fuit, quod dictus Seniè statim Sabatho merces in permutationem promissas tradere, ac consignare deberet, quo vero ad pecunias ipse eas teneretur eidem Sabatho persolvere in ultimæ consignationis actu, quæ imposterum suo tempore erat facienda de residuo omnium Lanarum negotiatarum in quantitate, ut diximus, longè majori illis, de quibus disputatio contingit, & ulterius quod periculo D. Seniè dictæ Lanæ ex Grosseto Liburnum transveherentur.

His ergo præmissis fundamenta omnia adversariorum, quibus prætensa Dominii translatio innitebatur, mole sua corruunt, facilique negotio refelluntur.

Primum Adversariorum argumentum desumptum ex mandato Sabathi Drellio dato onerandi dictas Lanas ad dispositionem D. Seniè super navicula Lazzarini, & postea ab eodem Drellio executioni demandato, nullius ponderis est, ac momenti: Quoniam sicuti ad transferendum Dominium tria requisita necessaria de jure re-
10 quiruntur, titulus scilicet, partium voluntas, & realis traditio, aut per modum verum, aut fictum ejusdem rei eam recipere debenti *Nos in disc. 44. numer. 13. & 18. de Commerc.*: ex dicto mandato nequaquam talis voluntas in dicto Sabatho potest inferri, multoque minus ex subsequenti ejusdem mandati executione justificari valet prætensa D. Seniè Lanarum traditio mediante persona Navicularii Lazzarini.

Non infertur voluntas, quia sicuti Sabathus navigationis pericula subire noluit, quod in dictis Lanis Grosseto Liburnum transvehendis; potuisset contingere, sed potius per pactum expressum voluit, quod ei succumberet D. Seniè, ita etiam in transvehendis dictis Lanis Liburnum, fuit de cautionibus sollicitus, ad hoc ut earum periculum nequaquam ei imputandum foret: idcirco cum suo mandato dicto Drellio dato, mens Sabathi, & voluntas solummodo fuit approbationem exigendi à D. Seniè circa onerationem tantum Lanarum (quas ad ejus commodum, & damnum, vulgò *per suo conto* transmitti à dicto Drellio ipse Sabathus ordinavit) super Navigio Magistri Lazzarini, ne unquam
11 à D. Seniè posset illi culpæ defectus, aut negligentiæ nota infligi, casu quo in itinere risicum, vel Barattaria super dictis Lanis contingeret, nam quando in electione personarum, vel Navis, super qua decreta est mercium oneratio, consensus accedit habentium interesse, tunc omnis negligentiæ, aut malæ, & imprudentis electionis cessat disputatio *Manene. dec. 72. num. 23. Marin. ad Reverter. decis. 206. in fin.* Et revera quod hæc fuerit Sabathi mens, clare, & evidenter ex dicti mandati tenore colligitur, si in genuino, & perfecto verborum sensu inhærendum sit: „ ibi „ *delle Lane,* „ *che di mio vi trovate, vi piacerà a disposizione del* „ *Sig. Seniè caricarle al presente Padron Paolo Lazzarini, mentre che dal d. Sig. Seniè vi venga qui sotto* „ *approvata tal consegna* „ Quæ verba in suo recto, & perfecto significatu, nil aliud important, quam simplex Mandatum Drellio injunctum onerandi Lanas super Navi Magistri Lazzarini ad dispositionem, & voluntatem dicti Seniè, nempe, si eidem ita videbitur, modò etiam sub eodem Mandato expressa illius habeatur approbatio ejusdem onerationis, sed ex dictis verbis haud datur inferri (prout prætendit dictus Seniè) quod intentio dicti Sabathi fuerit transferendi in se dictarum Lanarum Dominium.

Quod verò id veritati consentaneum sit, demonstratur ex Literis Sabathi Drellio paulo ante scriptis, in quibus agendo de simili mandato onerationis Sarcinarum 30. ad computum ejusdem Domini Seniè, expresse eum monuit, quod à Magistro Navis Apodixiam onerationis dd. Lanarum exigeret tradendarum Liburni prædicto Sabatho, & quod eamdem agendi formam præ oculis habere teneretur in exequendis imposterum omnibus aliis mandatis, quæ sibi injungerentur pro suarum Lanarum residuo, prout ex Epistola colligitur " ibi ".

" *Da' miei Samuel, e Nipoti di Siena vi è stato fatto consegnare costì a mia disposizione Balle 100. circa Lane, oltre quelle tenete del Corsos, ec. avendovi a Conto fatto ordine oggi per questi Signori Seniè di Balle 30. delle medesime, & andrò facendo in appresso del resto; Piacciavi però fare la di carico per qui a me diretta, per poterle io consegnare a peso a detto Seniè, e così farete per tutte in avvenire fino a nuovo ordine, ed avvisate il seguito* ".

Cum igitur ex præcedenti Epistola expressa, & clara habeatur Sabathi voluntas, quod in mandatis imposterum per eum dandis pro oneratione Lanarum ad risicum, & computum D. Seniè non intendebat ob talem onerationem, & consignationem per eum naviculariis fieri demandatam, dare, & consignare Lanas dicto Seniè, & per consequens in eum earum Dominium transferre; Præsumi nequaquam debet, 12
quod ejus voluntas in sequentibus illius mandatis fuerit immutata, nisi manifeste contrarium probetur, ut firmavimus in his terminis *in disc. 119. numer. 72. & 73. de Commerc.*

Ulterius animadvertendum est, quod sicuti Sabathus de tempore, quo tale mandatum Drellio dederat, 13
non tenebatur tradere Lanas, non solum quia talis traditio peragenda erat secundum conventiones post multorum mensium lapsum, sed etiam quia ex parte dicti Seniè nondum fuerat contractus adimplementum secutum, eo quod de eo tempore nondum omnes merces Sabatho tradiderat, prout tenebatur in vim permutationis, multo antea eas consignare; Quamobrem præsumendum est illum ante tempus traditionis faciendæ dictarum Lanarum, multoque minus ante adimplementum partis contrariæ eas dicto Seniè tradere noluisse *Alexand. consil. 210. numer. 3. vers. & 14
quod illa Littera lib. 7. Angel. cons. 127. in fin. Pacion. de Locat. capit. 37. numer. 38. & 39. Rot. cor. Buratt. dec. 108. numer. 10. tom. 1. & Card. De Luc. disc. 159. numer. 72. de Dote*; Quod præcipue proce- 15
dit inter Mercatores, qui in Negotiationibus cautè, atque attentè procedere solent *Santern. de Assecurat. part. 3. numer. 17.* quem sequitur *Fontanel. decis. 504. num. 19. in fin.*

Atque hinc validior, & fortior emergit conjectura, quia si Sabathus non tenebatur (quando Drellio dedit prædictum mandatum) tradere dicto Seniè dictas Lanas ad effectum transferendi in eum dominium illarum, præsumi nequit voluisse id executioni cum prædicto ejus Mandato demandare, sed potius onerationem committere cum approbatione D. Seniè, quæ necessaria erat ad omnem futuram disputationem tollendam in casu, ut vidimus, alicujus in contrarium eventus, cum de Jure actus semper debeat ad Causam necessariam, numquam ad voluntariam 16
referri *Nos in disc. 21. num. 16. & disc. 58. num. 18. de Commerc.*

Validissimum tamen argumentum ad probandam talem fuisse voluntatem Sabathi, nobis suppeditat obser- 17
vantia, quæ immediatè post prædictum Mandatum dicti Sabathi in praxi deducta videtur. Etenim statim ac prædictum Mandatum fuit à Drellio receptum, oneratæ quidem fuerunt Lanæ ad commodum, & damnum, vulgò *per conto* dicti Seniè, quia Lanarum periculum & interesse ad eum verè spectabat, sed cum pacto, quod traderentur dicto Sabatho secundum ejusdem voluntatem in præcedenti epistola expressam, de verbo ad verbum relata. Liburni Portum assecutus Navicularius Lazzarinius Lanas tradidit dicto Sabatho secundum expressa in Apodixia onerationis, qui eas in suis cellariis reposuit, nec unquam (quod peculiari dignum est consideratione) reclamavit contra dictam consignationem D. Seniè, nec judicialiter se opposuit aut contra Drellium, aut contra Sabathum, quod agere debuisset D. Seniè, si à prædictis injustè bona fides commercii violata fuisset: Cujus autem ponderis, & momenti sit observantia ad voluntatem partium interpretandam, supervacaneum est authoritatibus comprobare, cum id explorati juris sit, & habeatur tamquam opinio ab omnibus Doctori-

ctoribus sine ullo dissidio passim, & communiter recepta.

Additur demum, quod quando Sabathus anno præcedenti in Civitate Grosseti voluit effectivè tradere aliquas Lanarum partitas, ad effectum ut in eum earum Dominium transferretur, dum tunc tempus consignationis jam præterierat, mandata dedit Domino Drellio in terminis omninò diversis, importantibus proculdubio veram Lanarum traditionem, & translationem Dominii in dictum Seniè, uti apparet ex mandato diei 9. Augusti 1720. „ ibi „ *tutte le Lane, che vi trovate di mia attinenza, vi compiacerete consegnarle al Sign. Bernardo Seniè, o loro ordine S. P. in una, o più volte, con darmi avviso distinto di tutto il seguito* „ & similiter ex altero Mandato diei 23. Septembris 1720. „ ibi „ *in virtù di questo mio ordine vi piacerà consegnare all'ordine S. P. del Sig. Bernardo Seniè tutte quelle Lane, che avete di mia attinenza con darmi distinta nota.* “ Quibus additur etiam alterum diei 11. Octobris ejusdem Anni 1720. „ ibi „ *In virtù di questo mio ordine vi piacerà consegnare alli Signori Bernardo Seniè, ec. o a chi vi ordineranno i medesimi tutte le Lane, che vi saranno pervenute a mia disposizione con darci distinto avviso* “ Quare cum de præsenti videatur, quod Sabathus circa controversas Lanarum Sarcinas, de quibus nondum venerat traditionis tempus, attento etiam non adimplemento, atque inobservantia Domini Seniè diversimodè se gesserit à præcedentibus mandatis, eo quod non dederit circa Lanas, de quibus cadit disputatio, mandatum directum tradendi eas in Civitate Grosseti Domini Seniè, &c. aut ad ejus ordinem S. P. sed eas tantum onerandi, ut transveherentur Liburnum, &
18 traderentur Sabatho; Quare ex hoc discretivo mandatorum modo observato à Sabatho, faciè arguitur, quod ejus voluntas quoad mandatum controversas Lanas respiciens, haud erat eas tradendi D. Seniè ad effectum transferendi in ipsum earum Dominium, ut in similibus terminis ratiocinantur *Rot. Roman. decis. 228. numer. 21. part. 15. rec. & post de Luc. de Testamen. in Manuscr. decis. 5. num. 8. & Rota nostra in Collen. Transactionis 12. Septembris 1713. coram D. Audit. de Comitibus. §. Potissimè quia* & ferè in præcisis terminis *Ansald. disc. 6. numer. 9. de Mercat. & Rot. Roman. apud Paulut. dissert. 36. tom. 1. decis. 2. numer. 16.*

Ultra voluntatis defectum in dicto Sabatho tradendi Lanas d. Seniè per Navicularium Lazzarinum, deficit etiam actualis traditio, & realis consignatio, quia prædictæ Lanæ oneratæ, & consignatæ fuerunt à Domino Drellio prædicto Lazzarino, ut transveherentur, & traderentur Liburni Sabatho earum Domino, non verò D. Seniè, talisque fuit Navicularii obligatio, ut constat ex Apodixia onerationis diei 30. Martii, & 5. Aprilis 1721. „ ibi „

„ *Il Magnifico Padron Paolo Lazzarini ha caricato in questo Fosso di Grosseto per conto del Sig. Bernardo Seniè 68. Balle Lane per consegnarle al Sig. Sabato N.*

„ *Il Padron Andrea Cardelli di Livorno ha caricato sopra il suo Navicello chiamato SS. Pietro, e Andrea Balle 8. Lane asciutte, e ben condizionate per conto del Sign. Bernardo Seniè per consegnarsi a Sabato N.* “

19 Et quemadmodum Navicularius, seu Mulio nihil aliud sunt, quam instrumentum, quo res ad eorum manus perveniunt, quibus ob loci distantiam possibilis haud est earum traditio, ita quotiescumque D. Drellius, penes quem reperiebantur Lanæ dicti Sabathi, eas tradit Navicularario, ut eidem Sabatho consignarentur, fingitur quod Drellius immediatè eas tradat Sabatho medio Navicularii interposito, per textus in *leg. qui autem 14. §. Constituere, & leg. & licet 15. ff. de constit. pecunia* & ibi mirabiliter *Bartol. in d. §. Constituere num. 2. vers. quarto nota & seq. cum aliis Repetentibus, Angel. de Perus. cons. 44. numer. 1. circa med.* & punctualiter Nos supra cum aliis citatis *disc. 44. num. 15.*

Ex huc usque enarratis de facili colligitur inapplicabilitas casui nostro conclusionum ex adverso allatarum, videlicet quod traditio rerum, vel mercium facta Procuratori, habeatur perinde ac si Domino Principali facta fuisset, quia, ut vidimus superius, in nostro casu, non solum defuit in d. Sabatho voluntas tradendi Lanas, sed ipsamet earum traditio D. Seniè, quia ex traditione facta per D. Drellium Navicularario, inferri nequit, quod D. Seniè Procuratori facta fuerit, dum Drellius eas tradidit Navicularario ad finem, ut transveherentur, & traderentur Sabatho: atque ideo in hoc casu Navicularius haberi debet tamquam simplex instrumentum Drellii, qui tali medio, vel instrumento eas tradidit, & consignavit d. Sabatho.

Pari autem ratione cadit alterum fundamentum repræsentationis plurium personarum, quæ considerantur a Doctoribus in Correspondente de mandato alicujus Mercatoris merces emente. Quo casu verissimum est, quod qui pro alio emit, officio fungitur Procuratoris tam in emendo, quam in recipiendo res emptas pro Mandante, & ita merces receptæ ab eo tamquam Committentis Procuratore, habentur perinde, ac si emptæ, & receptæ fuerint ab ipso Mandante, sed in nostro casu nequit hæc plurium personarum repræsentatio considerari in Drellio, videlicet Sabathi in tradendo Lanas, & dicti Seniè in illas recipiendo.

Quoniam à Sabatho neutiquam fuit Domino Drellio tale mandatum, nec tacitum, nec expressum injunctum, videlicet tradendi sibi ipsi uti repræsentanti personam Domini Seniè dictas ejus Lanas, nec à Dominis Seniè ordinatum fuit, quod pro se dictæ Lanæ reciperentur, quibus mandatis deficientibus vera, & legitima traditio cum Dominii translatione haberi nequit, ut optimè observat *Rot. coram Penia decis. 6. numer. 8. tom. 2. impress. Venet.* & Nos *in disc. 44. numer. 15.* sed solum mandatum, ut vidimus, restringebatur ad onerationem Lanarum ad dispositionem dicti Seniè (hoc est quandocumque ipse voluerit) super Navigio Magistri Lazzarini, & quando talis oneratio sub eodem mandato a Dominis Seniè approbata remaneret, quia translatio dictarum Lanarum è Civitate Grosseti Liburnum contingere, & fieri ad ejus riscum debebat, imo, prout à nobis consideratum fuit superius, voluntas expressa Sabathi mandantis erat, quod dictæ Lanæ sibi ipsi traderentur, idcirco in Apodixia Onerationis obligatus fuit Navicularius Lazzarinus, quod post ejus incolumen adventum eas traderet dicto Sabatho, ut id fuit plene à Drellio, & à Naviculario executioni demandatum, non obstante, quod D. Seniè sub mandato sibi tradito à Sabatho, præter ejus approbationem, addiderit pro sui arbitrio, inscio dicto Sabatho, quod deberent onerari à Drellio, ut sibi traderentur Liburni, quod consulto à Drellio factum fuit, quia Drellii officium erat voluntatem Sabathi sui principalis exequi, non autem illam D. Seniè. 20

Nec refragatur, quod in mandato quod Drellio datum fuerat à Sabatho, apposita sit clausula *a disposizione del Sign. Seniè*, quia hæc clausula non importat translationem Dominii ut punctualiter *Rot. Genuen. apud nostr. Tractat. de Commerc. disc. 44. numer. 9. & sequentibus, & num. 12.*, sed solum denotat mandatum *cum libera per text. in leg. Lucius. §. Creditor ff. mandat. Paris. cons. 107. numer. 36. vol. 3. Golin. de Procurat. part. 4. cap. 1. num. 20. Cenc. de Censibus quæst. 67. num. 31. & Rot. coram Seraphin. decis. 541. num. 4. & apud Paulut. dissert. 36. tom. 1. decis. 2. numer. 16.* & Nos *in disc. 44. num. 10. & 11.* & ita cum datum fuerit à Sabatho tale mandatum *cum libera* dicto Seniè quoad onerationem solum Lanarum, videlicet circa Navicularii approbationem, Onerationis tempus, & quantitatem Lanarum onerandarum (quod sane optimo Jure peractum est, nam cum dictus Seniè in vim prædicti pacti subire deberet periculum Lanarum, e Civitate Grosseti Liburnum vehendarum) idcirco Sabathus quoad onerationem voluntati, & dispositioni dicti D. Seniè obtemperare, & obsequndare debebat. 21

Sed tale mandatum cum libera nullatenus extendi poterat ad hoc, ut traditionem Domini Seniè dictarum Lanarum operaretur ad effectum transferendi in ipsum Dominium in præjudicium dicti Sabathi, & contra expressam ejus voluntatem superius demonstratam *Cenc. de Censibus quæst. 67. num. 31. in fin. & Rot. post eum decis. 482. num. 4.* 22

Et quamvis responderi posset (quod nequidem admittimus) quod Domini Seniè cum dicto mandato 23

cum

cum libera committere Drellio potuisset traditionem Lanarum suo nomine Naviculario faciendam, nihilominus cum tale mandatum nequaquam executum fuerit per Drellium, eo quod eas oneravit, & tradidit Naviculario ad finem reddendi illas Sabatho, cui revera traditæ fuerunt, affirmari nequit, quod Lanarum traditio secuta fuerit in manibus dicti Seniè, ut punctualiter probat Regium Siciliæ Tribunalium apud *Milanen. decis. 11. numer.* 10. *&* 11. *part.* 1. quem sequitur *Januen. decis. in nostro tractat. de Commerc. disc. 44. num.* 14. *&* 15.

24 Nec opitulatur, quod interdum verba *alla vostra disposizione* vim habeant dominium demonstrandi, ut monet *Ansald. disc. 87. num. 36. de Commerc.* nam id procedit quando subjecta materia, cui aptantur, id exigat, & concurrant omnia requisita necessaria ad translationem Dominii; In casu autem nostro deficit voluntas Sabathi, & traditio Lanarum in manibus dicti Seniè, quæ sunt duo requisita necessaria ad transferendum Dominium, ut punctualiter respondendo huic objectioni observat eadem *Rot. Genuen. apud nostrum Tractatum de Commerc. disc. 44. numer.* 12. *&* 13. & probat idem *Ansald. dicto discurs.* 87. *nu.* 38. *&* 39. & ut ad rem nostram observat *Gratian. capit. 730. numer.* 2. 3. 4. 5. 6. *& seq.*

Nec meretur attendi fundamentum ex Apodixia onerationis deductum, ex qua deprehenditur, quod dictæ Lanæ oneratæ fuerunt à Drellio *per Conto* Dom. Bernardi Seniè: ex qua enim clausula *a Conto* præsumendum est, quod Lanarum Dominium spectet ad dictum D. Seniè secundum authoritates supra in objecto relatas.

25 Objectum enim procederet, quando ex facto contrarium non erueretur, sed sicuti in casu nostro ad evidentiam demonstratum est, tam ex dicta onerationis Apodixia, in qua expressè injungitur Naviculario traditio in manibus Sabathi, quam ex aliis circumstantiis, quod non solum Sabathus nunquam voluntatem habuerit dictarum Lanarum Dominium transferendi, sed etiam quod nec illarum traditio fuerit secuta, idcircò ex clausula *per Conto del Signor Seniè* præsumi nequit in illum Dominii translatio, sed dicendum est, quod apposita sit ad significandum solum interesse, quod in dictarum Lanarum oneratione habebat dictus Seniè, & ideo periculum quod subire poterat, ut punctualiter in simili casu conciliationis clausulæ *per Conto* animadvertit *Senat. Mant. apud Manent. dec. 72. numer. 42. vers. quod litera Cambii numer.* 43. atque etiam quia notum esset D. Seniè, quæ essent illæ Lanæ, quæ ejus periculo onerabantur, quod necessarium erat, ne fraudibus ansa præberetur juxta monitum *Rot. Rom. decis. 571. numer. 15. & 16. par. 5. rec. & Nos in disc. 4. num. 12. vers. in casu igitur de Commerc.*

Et revera sicuti novum in Jure non est, quod Do-
26 minium, aut titulus remanere potest solum penes unum, & totum commodum, & incommodum, & periculum contractus apud alterum *Gratian. cap. 730. num. 49. & cap. 970. Salgad. Labyrint. Credit. part. 1. cap. 35. num. 11. & Rot. dec. 57. num. 2. & 3. part. 14. & Nos in disc. 5. num. 28. & 29.* & magis
27 in individuo, quod Dominium rei venditæ, & nondum traditæ sit apud Venditorem, quamvis utilitas, & commodum, & incommodum, aut contractus periculum, aut rei venditæ sit Emptoris, secundum *text. in l. servi emptor. ff. de periculo, & commodo rei vendita Venturin. cons. 33. n. 69. Altograd. Sen. cons. 9. num. 27. 28. 29. & 30. & num. 33. Bonden. collect. 49. num.* 32. & melius *num. 115. 120. & 121. tom. 1. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 196. num. 6. & 7. Sanleger. de Prævent. par. 1. quest. 31. n. 30. Urceoli. consult. 5. num. 72. & seqq. & ibi in prima Append. n. 7. & Nos in disc. 38. num. 14. & 15. &*
28 *disc. 56. n. 19.* ita cum ratione periculi, & interesse spectantis ad D. Seniè, potuerit rectè D. Drellius dicere in Apodixia onerationis *per conto del Sig. Bernardo Seniè* in hoc sensu simplicis interesse, & non Dominii, propter subjectam materiam, hæc clausula interpretanda est *Manent. d. dec. 72. numer.* 43. uti
29 pariter interpretatur clausula *a vostra disposizione* in sensu simplicis administrationis, ut vidimus, & verba *mia*, & *nostro* quamvis de sui natura Dominium significent, interdum ex causa subjectæ materiæ solam administrationem important *Nos in disc. 44. numer. 22. & 23. Rot. cor. Coccin. dec. 481. numer.* 3. cui conferunt ea, quæ congerit *Gratian. cap. 730. numer. 2. & seqq. & decis. 411. numer. 7. part. 13. recent.* quibus authoritatibus insussistentia, etiam argumenti deprehenditur, ex quo prætendebatur à D. Seniè inferri pro se Dominium, eoquod Lanarum periculum ipse subiret.

Præterea Mercatores, quando transmittunt aliquod 30
proprium Mercium genus alicui committenti sibi non bene cognito, solent quidem merces onerare ad computum, & periculum Committentis, sed ut alii Correspondali amico consignentur, ad hoc ut ab eodem merces mandanti postea tradantur, & in actu traditionis, pretium mercium, vel cautio recipiatur: Quare juxta communem Mercatorum consuetudinem Clausula *per conto* potest secundum subjectam materiam, & mandatarii mentem, ad periculum, & interesse referri, quod quis habet super mercibus, non verò ad Dominium, quod habere ille nequit, quando requisitum deficit traditionis mercium, &c.

A R G U M E N T U M.

Giratarius an Cedulam Cambii exigere possit per tractas, quas de Acceptantis mandato facit, & si ita trahendo sibi præjudicet, adeo ut decocto postea Acceptante, ei non competat amplius regressus contra Girantem, & alios obligatos.

Mora in transmittendo protesta quando præjudicet nec ne.

S U M M A R I U M.

1 *Facti expositio.*

2 *Giratarius habet regressum contra Girantem, quando litera girata non solvantur.*

3 *Novatio primæ obligationis non inducitur, nisi per expressam Partium voluntatem, aut per actum omnino incompatibilem:*

4 *Qui de mandato alterius trahit, nequit dici Trahens, sed Procurator illius pro quo trahit.*

5 *Novatio non præsumitur, quando eam inducenti valde esset præjudicialis.*

6 *Novatio non inducitur ex actibus ad majorem cautelam, & securitatem gestis.*

7 *Novatio non inducitur ex variatione circa modum solutionis.*

8 *Novatio non deducitur ex actibus ad adimplementum, & executionem primæ obligationis tendentibus.*

9 *Mora in transmittendo protesta præjudicat litteras Præsentanti.*

Limita, quando protesta fuissent inutilia numero 10.

Januen. Litterarum Cambii.

D I S C U R S U S CXXXVIII.

Titius Ulissipponensis tradidit Cambialem literam petiarum. 1000. ad ordinem Sempronii Romani supra Cajum Venetum ab eo nempe solvendam Venetiis; Sempronius eam cessit, seu giravit Lucio Januensi. Lucius scribit Cajo, ut litteram prædictam acceptet: Cajus Lucio respondet, quod de valore ejusdem litteræ sibi Venetiis tractam faciat, quoniam quamprimum illic per eum adimpleretur. Lucius statim tali responso recepto, prædictam tractam supra Cajum exequitur, antequam illius solutionis tempus labatur, nec non immediate post elapsum solutionis tempus protestum emisit, eodemque tempore Franciscum, tam de tracta secuta, quam de levato protesto certiorem reddidit; Franciscus Lucio respondendo statim illum interpellat ad sibi transmittendum dictum protestum, at Lucius illud transmittere retardat sub fide, ac spe, quod Cajus tractam prædictam adimplevisset; Deinde monitus Lucius de non adimplemento dictæ tractæ, protestum misit Francisco simul cum sua revalentia, & interea post paucos dies Cajus Venetiis decoxit.

cerit. Franciscus recepta epistola Lucii cum dicto protesto, pecuniæ suæ restitutionem Romæ petit à Sempronio, cui pretium giratæ persolverat. Sempronius illam renuit sub colore, quod Lucius primam obligationem propter tractam prædictam Cajo factam novaverit, & quod à mittendo Romam protestum retardaverit.

Hac igitur facti serie prænarrata, ac exposita D. Petri Pauli Varesii viri in Mercaturæ Negotiis apprimè versati, opinioni in favorem Lucii per eum firmatæ adhæreo.

Et re vera dubitari non valet in nostro casu, quod justè competat Francisco regressus contra Sempronium primum girantem, cum literæ supra Cajum redierint Lucio Januensi protestatæ, ut firmavi in meo *disc.* 55. *num.* 3. & 9. *tom.* 2. *de Commercio*.

In nihilum refragante, quod extincta remanserit prima Sempronii obligatio propter ejus novationem, quæ asseritur sequuta, & factis à Lucio cum tractis per ipsum Cajo factis.

Quoniam novatio primæ obligationis affirmari ne-
3 quit, quod contigerit, nisi per expressum Partium voluntatem habeatur, quod ipsæ novationem facere, primæque obligationi derogare voluerint, aut per actum omninò primæ contrarium, & obnoxium, ut est hodie concors DD. Sententia ex authoritate textus *in l. finali C. de Novat. Mart. Med. examen.* 41. *num.* 1. 2. 3. & *seq. ac n.* 9. *Ansald. dec.* 67. *n.* 3. & *Rot. rec. dec.* 213. *num.* 8. *part.* 19. *Card. de Luc. disc.* 67. *numer.* 2.

Expressa non tantùm novandi voluntas in nostro casu, quin imò in contrarium adest, & deprehenditur expressa voluntas; Quo verò id pateat, sciendum est, quod Lucius tractam fecit Cajo ad computum, & risicum Francisci girantis absque ejus obligationis remissione, & relaxatione, nisi in casu sequuti dictæ tractæ adimplementi, ut ex dicti Lucii litera clarissimè resultat sub die 7. Decembris 1620. dicto Francisco Romæ scripta, cum qua ei inter cætera, significabat, quod in sequenti Hebdomada ei transmitterentur protesta, ut de illis se valere posset pro reimbursatione pecuniæ suæ à Sempronio obtinenda, quare ex hoc patet, quod Lucius non intellexerit, non solum pro se novare, quia cum ejus epistola se clarè expresserit, prædictam tractam facere ad commodum, & risicum Francisci, & ideò tractæ imputandæ non sint Lucio, sed Francisco, nam quando trahitur de mandato alterius, ipse dicitur Dominus tractæ, pro quo fit ipsa tracta. *Sammimat. contr.* 180. *n.* 1. & 2. & *controv.* 181. *num.* 9. 10. & 11. *Asald. disc.* 5. *n.* 35. & *Nos in disc.* 57. *n.* 1. *de Commerc.*

4 Nec etiam intellexerit pro Francisco, & in ejus damnum, & præjudicium novare, quia eodem tempore, quo Lucius Cajo tractam fecit, scribit Francisco velle protestum elevare, ne ei aliquid præjudicii contingat, & possit illius vigore agere contra Sempronium pro sua reimbursatione, alias, si Lucius novare intellexisset in præjudicium Francisci, obstaret hoc loci expressa illius voluntas, quam ostendit in transmittendo ei protestum ad hunc præcisum effectum, ne lædatur in reimbursatione sibi a dicto Sempronio debita, cui expressæ Lucii voluntati altera non minus evidens, & clara Francisci voluntas accedit, qui respondendo Lucio tractas approbat, licet ei injungat, ut quamprimum, ab eo sibi prædictum protestum, ut promisit, transmittatur ad finem agendi contra Sempronium.

Præterquamquod novatio nunquam præsumitur, quando per eam grave præjudicium irrogaretur, quia
5 imprudens tunc reputari deberet hujusmodi novationis Author, quod nequaquam est ferendum *Martin. Med. Exam.* 41. *num.* 56. & *decis.* 67. *num.* 22. 23. & *seq.* & *num.* 29. & 30. prout in Casu nostro, in quo Lucius, & Franciscus temerè, & sine causa per se ipsos privarentur suis respectivè reimbursationibus contra eos, qui de Jure tenerentur, multoque magis, quod Lucius tractam non fecit ad sui arbitrium, & voluntatem, sed de mandato Caji: quamobrem sicuti ei alia mens, & intentio in hoc non fuit, quam faciliorem Cajo solutionem reddendi, ad effectum, ut promptius illa haberetur in utilitatem, & beneficium omnium, etiam interesse habentium: ita affirmari nequit, quod
6 novare voluerit, nam quod ad majorem cautelam, & securitatem fit, novationem nequaquam inducit, *Mart. Medic. Exam.* 41. *numer.* 59. & *dec.* 67. *num.* 33. & plenè *Salgad. Labyrint. Credit. par.* 3. *cap.* 11. *num.* 78. 79. & *numer.* 94. & 95. *Urceol. decis.* 44. *numer.* 14. 15.

Nec affirmari valet, quod tractarum actus, cum sit incompatibilis, effectum novationis inducat, tum quia ipsæ tractæ in nihilum primæ obligationis substantiam immutant, sed solum solutionis modum, quæ licet Januæ fieri deberet, placuit tamen Lucio pro sui prudentia ad Caji requisitionem, & ad finem illam promptius, & tutius consequendi, quod Cajus per medium dictæ tractæ eandem solutionem Venetiis faceret, 7
ut affirmant *Mart. Medic. Exam.* 41. *num.* 60. & *dec.* 67. *n.* 44. & 45. *Urceol. de Transact. quæst.* 73. *num.* 11. *Gratian. capit.* 509. *numer.* 16. & *seq.* & ibi *De Luc. n.* 3. *Mans. consult.* 378. *num.* 37. *Rot. rec. dec.* 213. *num.* 25. *part.* 19. & *coram Emerix. decis.* 1316. *numer.* 10. tum quia indubitati Juris est, 8
quod per quemcumque novum actum, aut obligationem secutam, non inducatur primæ obligationis novatio, quotiescumque constet, quod novus actus gestus sit ad effectum illius adimplementum, aut executionem consequendi *Mart. Medic. Exam.* 41. *num.* 64. & *Capyc. Latr. dec.* 38. *num.* 41. & 42. *Amat. resol.* 57. *num.* 18. *Epist. Rocc. disput. Jur. capit.* 182. *num.* 28. *Ansald. de Commerc. disc.* 98. *num.* 41. *Salgad. de Credit. part.* 3. *cap.* 11. *numer.* 31. *Urceol. de Transact. quæst.* 73. *num.* 10. 11. & 12. *Idem dec.* 44. *num.* 14. & 15. *Amat. Resol.* 57. *num.* 18.

Major, & sanior difficultas considerari posset, si Lucius requisitus de celeri ei protesti transmissione, 9
id executioni non demandasset, & ex mora aliquod Sempronio præjudicium contigisset, juxta per Nos firmata in *disc.* 54. *de Commerc.*

Sed sicuti ex facto cognoscitur, quod Lucii mora in mittendo protestum Francisco Romæ non fuit Ti- 10
tio Ulissiponensi, & per consequens neque Sempronio, neque Francisco præjudicialis, ut doctè, ac sapienter animadvertit, ac considerat Dominus Varesius, attento longo circuitu, quem explere debebat protestum Janua Romam, Roma ad Urbem Ulissipponensem, & pro reditu ex urbe Ulissipponensi ad eam Venetiarum, qui quidem circuitus tantam temporis dilationem sibi expetebat, ut Titius Ulissipponensis conveniri non posset, nisi post Caji decoctionem: Ita quælibet protesti mora, imò totalis ejus deficientia in nulla haberi debet consideratione *Nos in disc.* 54. *numer.* 38. & *num.* 42. & *num.* 48. *de Commerc.* & *supra in Cambista Instruito cap.* 6. utilitate de hac materia agitur, &c.

A R G U M E N T U M.

In contractu nominationis an liceat nominanti nova pacta, & conditiones adjicere.

Collusio quando dicatur sequuta, & ex quibus argui possit, quod nominans sibi tantum acquirere voluerit, non verò personæ nominandæ.

Nominatio; quando non sit simplex nominatio, sed potius verus Pignorationis contractus, latè discutitur.

Periculum rei venditæ pendente conditione eam redimendi an pertineat ad Emptorem, vel Venditorem.

S U M M A R I U M.

1 *Emptio facta pro persona nominanda, facta nominatione, retrotrahitur ad diem initæ stipulationis.*

2 *Dominium rei acquiritur nominato ab initio stipulationis Contractus initi pro persona nominanda.*

3 *Emptione facta pro persona nominanda, sequuta nominatione, non licet nominanti in contractu emptionis nova pacta, & conditiones adjicere. Contrarium n.* 7. & 9.

Declara tamen procedere contrariam opinionem,

quan-

quando nominatus non recusset nominationem ita alteratam, & innovatam recipere num. 8.

4 *Emptio facta pro persona nominanda tota transit in nominatum cum omnibus honoribus, & oneribus nihil remanente penes nominantem.*

5 *Emptio pro persona nominanda, & ipsa nominatio unicus est contractus, & non diversus.*

6 *Contractus emptionis initus pro persona nominanda, si nova continet pacta, non remanet amplius in terminis puræ nominationis; sed importat novum Contractum venditionis.*

10 *Contractus venditionis dicitur alteratus, si variatum sit pretium, nam illud dicitur de substantialibus Contractus.*

11 *Contractus natura dicitur mutata in alium contractum, quamvis variatio non sequatur in partibus substantialibus; sed sufficit, quod contingat in partibus etiam naturalibus Contractus.*

12 *Nominans an habuerit ab initio animum emptionem faciendi pro se, & non pro nominato, ex conjecturis colligitur.*

13 *Et quælibet etiam debiliores conjecturæ sufficiunt.*

14 *Nominatio vera dici nequit, si pretium varietur, & nova pacta, & conditiones adjiciantur.*

15 *Pactum procedens ex mera liberalitate nominati paris effectus diversos à pactis proximis, & contemporaneis nominationi.*

16 *Apocha privata facta post nominationem secutam, attenta postdata suspicione habenda est, ac si facta fuisset ipso tempore nominationis.*

17 *Apocha dicitur suspecta de postdata, si facta fuerit privatim, quando nominatio facta fuerit per Instrumentum publicum.*

18 *Collusio dicitur sequuta in nominatione, si sequatur immutatio status nominantium.*

19 *Contractum non fuisse factum pro persona nominata resultat ex observantia, & si nominans per longum tempus rem possedit, & fructus, & pensiones exegit.*

20 *Emptio dicitur facta pro persona nominata, si constet, quod ex ejus pecuniis facta sit pretii solutio.*

21 *Animus, & intentio agentis colligitur ex actibus subsequentibus.*

22 *Emptio dicitur facta pro nominante si post nominationem secutam nominatus absque ulla causa concedat nominanti aliquod tempus ad redimenda bona empta etiam cum sui præjudicio.*

23 *Conditio restricta ad certum tempus, post illud impleri non potest.*

24 *Periculum rei venditæ pendente conditione cum redimendi, non spectat ad habentem potestatem redimendi, sed ad eum, qui retrovendere promisit.*

25 *Periculum interitus, seu peremptionis rei sub conditione venditæ pertinet ad Venditorem.*

26 *Collusio dicitur sequuta in contractu nominationis, si quis contra naturam contractus subire debeat periculum rei venditæ.*

27 *Nominans in contractu inito pro persona nominanda, secuta nominatione, non tenetur præstare evictionem.*

28 *Verbum retrocedere idem significat, ac reddere, vel restituere.*

29 *Pactum conventum, ut pretio restituto res vendita ad Venditorem revertatur, vel ei restituatur, differt à pacto retrovendendi.*

30 *Venditor non amittit Jus redimendi, licet effluxerit tempus ei datum ad redimendum si contractus ex conjecturis appares Pignoratitius.*

31 *Super re empta pro persona nominanda, si constet, quod sit acquisita personæ nominanti, præferri debent Creditores ipsius nominantis.*

32 *Emptor sive rei possessor si ex propria pecunia dimittat Creditores Venditoris, in illorum Juribus succedit sine cessione, & pacto ad effectum retinendi bona empta.*

Romana Nominationis, seu Contractus pro Persona nominanda.

DISCURSUS CXXXIX.

TItius de Anno 1650. emit à Valerio domum cum apotheca, & furno sitam Romæ in Platea Navona pro pretio scutorum 3000. pro persona quocumque tempore declaranda etiam transacto Anno, & Valerius venditor recepit in diversis partitis, ac pluribus temporibus à Titio emptore scuta mille in computum dictorum scutorum trium mille, ordinavitque eidem emptori solvere nonnullas partitas Lucio, & Cajo creditoribus ipsiusmet venditoris, quibus dicta bona hypothecata reperiebantur.

Postmodum de Anno 1656. idem Titius declaravit in actis publici Tabellionis se integrè dicta bona acquisivisse de computo, ac de mandato Sempronii, & de illius propriis pecuniis in forma solita, &c. qui deinceps dictis Lucio, & Cajo solvit residuum dictarum partitarum, quas Valerius venditor ordinaverat solvi per dictum Titium emptorem, atque ita residuum dictorum scutorum triummille, pretium integrum prout supra dictorum bonorum.

Deinde tam Sempronius declaratarius, quam Titius declarans inivere hinc inde apocham tenoris sequentis.

1660. *a Aprile in Roma.*

Essendo vero, che Tizio abbia dichiarato a favore di me Sempronio l'acquisto di una Casa con Bottega, e Forno posta in Piazza Navona, come in atti del Notaro N. al quale, ec. Quindi è, che per far cosa grata al detto Tizio, dico, e dichiaro, che se fra il termine di anni dieci prossimi avvenire mi saranno pagati, o fatti pagare dal detto Tizio, o da persona per lui scudi due milla ottocento detta moneta, dico, e dichiaro, prometto, e mi obbligo di retrocedere detto stabile, come sopra, al detto Tizio, o alla Persona, o Persone, che esso dichiarerà sotto di questa, etiam passato l'anno, salvo però sempre, che mi siano pagati i suddetti scudi 2800. dichiarando, che seguendo detta redenzione, sia detto Tizio obbligato a pagarmi li miglioramenti utili, e necessarj, che avessi fatto in detta Casa a giudizio de' Periti, ed attesa detta facilità, che li faccio delli detti anni dieci, come sopra (succedendo, che Dio non voglia) in detta Casa qualsisia sinistro fortuito in detti anni dieci, come sopra, in tal caso vada a sorte, e risico di detto Tizio, ed esso sia obbligato a reintegrarmi, come anche in caso, che detta Casa mi fosse evitta per qualsivoglia persona, in tal caso il detto Tizio per quella parte sarà obbligato a reintegrarmi in tutto, a in parte come sopra, ed in fede si obbligano l'uno, a l'altro come sopra, etiam sotto obbligo d'Ipoteca in ogni miglior forma, ec.

In præsens Sempronius, qui ob lapsum jam tempus decem annorum redemptioni præscriptum dictam domum pacificè possidet, à Creditoribus Titii molestias patitur, prætendentibus, quod in vim circumstantiarum in præmissa facti narratione expressarum, ac in dicta apocha contentarum sub ficto declarationis nomine simulatè constructi apposito ad effectum evitandi duplicis Gabellæ solutionem, stipulatus realiter fuerit merus Contractus emptionis, & venditionis inter Titium declarantem, & Sempronium declaratarium, ut inde inferri valeat, quod, cum Titius sibi ipsi, ac de propriis pecuniis dictam domum usque ab initio acquisiverit (quamvis in primo Contractu affirmaverit se illam à Valerio emisse pro Persona declaranda) in eo propterea radicatum fuerit dictæ Domus Dominium, ab ipso postea translatum, medio declarationis prædictæ in personam Sempronii; Quo in casu, sicuti illud Hypothecis creditorum Titii declarantis, sive vendentis fuisset obnoxium, ita locum habere posset eorum prætensio ab ipsis promota contra Sempronium ejusdem Titii Successorem.

Post serium, maturumque examen per nos habitum super tota præmissi facti specie, illiusque omnibus, ac singulis circumstantiis, credimus in sensu etiam puræ, ac meræ veritatis nominationem Sempronii per Titium factam nullatenus fore puram, ac simplicem nominationem, sed novum dictæ Domus pigno-

rationis Contractum per annos decem duraturæ, pro-
ut liquido constabit ex rationibus inferiùs recensendis,
In cujus assumpti comprobationem præmittendum
est, quod in terminis veræ, ac simplicis nominatio-
1 nis contrahens pro Persona nominanda nullum alium
characterem induit nisi puri organi, sive medii, aut
executoris personæ nominandæ, ita quod totus Con-
tractus ipsi tantùm tribui debeat, habeaturque, ac si
ab initio per eundem stipulatus fuisset, juxta celebre
*cons. Deci, 543. al terzo, Hermosill. ad l. 48. gloss,
1. numer. 10. & seqq. plenè Salgad. Labyr. Credit,
par, 2. cap. 13. per tot. Cenc. de Censib. quæst. 67,
numer. 15, & seq. Hodiern. ad Surd. dec. 226. Pal-
ma Nepos allegat, 281, num. 8. & seq. De Luc, de
Emption. disc, 29. per tot. & de locat. disc. 26. nu-
mer, 6. cum seq. & Nos in disc. 5. de Commerc. &
ibi in addit,*
Unde sequitur, quod usque ab initio stipulationis
2 Contractus pro Persona nominanda Dominium, & pos-
sessio rei emptæ statim acquisita fuerit nominato *De-
cius d. cons, 543. Rot, Rom. decis. 494. num. 3. par,
13. rec. Palm, Nepos allegat. 279, num. 2. Salgad.
d. cap, 13. numer. 40. & Rot. part, 19. decis. 163. per
tot,* & latè *Bondon. in Miscell. Juridic, docum. 38, nu-
mer, 1. & seq, & Rot. post Bondon, collect, tom. 1. de-
cis. 97. numer. 2. & 3. & coram Cerr. decis. 724. &
Episc. Rocca disput. Jur. cap. 154. numer. 3, & 4.* Nec
3 nominanti in sua nominatione licitum est in minima
etiam parte aliquid addere, sive imminuere circa pa-
cta, conditiones, & gravamina, multoque minus li-
citum est variare pretium *Decius d. cons, 543. Lado-
vis. decis. 227. num. 3. Riminald. Jun. cons. 591. n.
21, & 22. Cancer variar. part, 1. cap. 11, numer.
68, vers. sublimita. Niger de Laudem. tom. 2. quæst.
2. numer, 63. & seq. & Rot. Rom. part. 19. recens,
decis, 163. numer. 18, & 21,* Cum transeat immedia-
tè contractus post sequutam nominationem sub eadem
4 forma, & modo, quo fuit à nominante stipulatus,
& cum omnibus honoribus, & oneribus, juxta pro-
priam phrasim à Doctoribus nostris adhibitam *Dec.
d. cons. 643. Hodiern. ad Surd. decis. 226. & Rota
Rom. d. decis. 163. numer. 21. part. 19. recent. Car-
din, De Luc. de Emption. disc. 29. numer. 2. & Nos
in d. disc, 5. de Commerc.* In vim potissimum hujus
vivissimæ rationis, quod cum agatur de vera, & pu-
ra nominatione, nulla proinde etiam minima differen-
5 tia intercedere debeat inter nominationem, & Con-
tractum per nominantem gestum *Salgad. Labyr. Cre-
dit. part, 2. capit. 13. numer. 29. Noguerol. allegat,
31, num. 89. & 90. & allegat. 20. numer, 86,*
Unde in omnibus iis casibus, in quibus constabit
de variatione, sive alteratione pactorum, aut condi-
tionum, aut pretii inter nominantem, & nominatum
hujusmodi nominatio nunquam veram, & simplicem
6 nominationem sapiet, sed potius illicò naturam ve-
stiet novæ venditionis, aut locationis, aut pignora-
tionis, sive cujuslibet alterius novi contractus, pro-
ut melius facti circumstantiæ, ac subjecta materia
palam facient, *Rota Genuen. de Mercat. decis, 14,
numer. 50. 51, & 52. Rota Romana decis. 163. nu-
mer, 20. 21. 22. & 23. part, 19, Card. De Luca
disc, 26. numer, 3. 4. 6. 8. & sequenti de Locat, &
Rocca Episcop. disputat, Select. capit. 39. numer, 37,*
& Nos *in discurs. 31. numer. 37. de Commerc.* Et
quamvis *Rota Romana in decis. 556. numer. 9. &
seq. part. 18. recent. per Nos relata in dicto nostro
7 discurs. 5. numer. 86.* asserat, permissum esse nomi-
nanti ad ejus libitum nova pacta, conditiones, aut
gravamina in nominatione apponere: ea tamen fa-
tetur hujusmodi nominationem solum procedere, &
subsistere in præjudicium nominati in casu, quod ipse
non teneat illam ita alteratam atque innovatam ac-
8 ceptare; Quapropter nunquam verificabitur talem no-
minationem valere posse in terminis veræ, ac simpli-
9 cis nominationis, prout optimè considerat, & expli-
cat alia *Decis. 163. numer. 22. part. 19, recent.* re-
vocatoria dictæ *decis. 556. part. 18.* ac etiam *Card,
10 de Luc. discurs. 26. de Locat.* Eoque magis quando
pretium fuit variatum, sive alteratum, quod est pars sub-
stantialis venditionis, prout subjungit *d. dec. 163.* Quam-
11 vis ad immutandam naturam alicujus contractus in a-
lium contractum non requiratur, quod variatio in par-
tibus substantialibus sequatur, sed sufficiat, quod ea
sequatur in partibus naturalibus tantum contractus *Pos-
sidon. de Emption. & vendit. par. 2. dub. 14. num. 39.
40. 41. & 42. & dub. 13.*
Ulterius præmittendum est, quod, cum nominatio
sit materia conjecturalis, ex ipsis tantum conjecturis
percipi facillimè potest, nominantem habuisse ab ini-
tio in animo emptionem facere pro se ipso, & non 12
pro nominato, *Ancharan. cons. 127. n. 1. & seq. Man-
tic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 22. n. 10. Card. De
Luc. de Locat. disc. 26. n. 3. 4. & 5. Palm. Nep. alleg.
281, n. 19. & Rot. Rom. dec. 163. n. 2. par. 19. rec. &
Nos in disc. 31. n. 35. de Commerc.* & præsertim in
hac materia nominationis, ubi cum ut plurimum à
Partibus veritas, ac earum animus ad possibile occul-
tari soleat, ad effectum fraudandi tertios creditores,
ita quælibet conjecturæ, ac etiam debiliores sufficiunt,
& satis est, quod sint tales ad suadendum Judici, à 13
cujus arbitrio ipsæ omnino dependent, fictionem, ac
simulationem à nominante in præjudicium tertiorum
adhibitam, ut diffusè, & magistraliter cum innume-
ris Doctoribus probat *Vela dissert. 38. num, 22. 23.
& 24. & cum plurib. seqq.*
Præmissis igitur prædictis omnibus ad demonstran-
dum modò, quod in casu nostro nominatio per Ti-
tium facta personæ Sempronii vigore Instrumenti à pu-
blico Tabellione de Anno 1656. stipulati, vera, ac
simplex nominatio nequaquam fuerit, sed potius no-
vus contractus, solummodo sufficeret animadversio
privatæ Scripturæ sequutæ inter dictos Titium, & Sem-
pronium, in qua adest pactum, sive promissio Sem-
pronii nominati retrocedendi, sive restituendi Titio no-
minanti intra annos decem dictam Domum cum apo-
theca, & furno mediante solutione ab eodem Titio ipsi
Sempronio facienda scutorum mille octingentorum,
una cum aliis novis pactis, & conditionibus, ut in- 14
ferius ostendetur, unde attenta, & variatione pretii,
& additione novorum pactorum, & conditionum, no-
minatio Titii nequit dici vera nominatio, sed alter con-
tractus pignoratitius cum venditione eorundem bono-
rum pro pretio scutorum 1800. nisi infra dictos de-
cem annos eadem scuta à Titio fuerint soluta Sem-
pronio,
In nihilum relevante, quod ex eo quia d. privata
apoca facta fuerit de anno 1660. & sic ex intervallo
post quatuor nempè annos circiter à die prædictæ no-
minationis, pactum retrocedendi dicta bona, cum pre-
tii diminutione, utpote procedens ex mera liberalitate
Sempronii nominati, pariat in Jure effectus diversis- 15
simos à pactis proximis, ac contemporaneis nomi-
nationi, *Card. de Luc. de Feud. disc. 69. n. 5. Gratian.
cap. 786. n. 13. & seq. Rot. cor. Gregor. dec. 492. n. 9.
& par. 10. rec. dec. 192. n. 39.*
Quoniam hujusmodi objectio procederet, si conclu-
denter constare posset, dictam privatam apocham ve-
re fuisse factam de anno 1660, sed cum ea nullo te-
ste munita sit, minusque quovis alio modo corrobo-
rata, summa, ac maxima adest suspicio postdatæ, dum
ad fraudandos, decipiendosque tertios creditores faci-
le dubitari potest eandem fuisse factam de ipso tem-
pore sequutæ nominationis absque adnotatione diei cum
intentione illam deinceps apponendi, prout melius op-
portunitas, ac utilitas postulassent; Unde, attenta
hujusmodi postdatæ suspicione, dicta privata apocha 16
habenda est contra Titium, & Sempronium ac si
facta fuisset de ipso tempore nominationis, prout o-
missis generalibus conclusionibus in terminis omninò
similibus affirmat *Maul. de Empt, & Vendit, capit.
7, numer. 74.* concurrentibus præcipuè in casu no-
stro tot fortissimis conjecturis mox inferiùs à nobis
referendis in probationem secundi fundamenti, ex
quibus non solum postdatæ suspicio mirum in mo-
dum augetur, verum etiam clara oritur probatio falsi-
tatis postdatæ, nec non insimul simulatæ nominationis,
Ex conjecturis quoque in casu nostro evidenter re-
sultat prædictam nominationem Titii ad favorem Sem-
pronii non fuisse veram nominationem, sed novum
contractum, & hoc est secundum fundamentum, cui
assumptum nostrum innititur,
Et primò eruitur reflectendo, quod sola, & pura nomi-
natio facta fuit per Instrumentum publicum, Apoca
verò in qua cernitur variatio pretii, nec non additio pluri-
morum

morum pactorum, ac conditionum sequuta fuit privatim; & separatim inter easdem partes, ex quo resultat urgentissima ratio dubitandi non solum de simulatione, ac collusione, sed etiam quod dicta apocha fuerit facta privatim intuitu tantum in ea adnotandi
17 postdatam ad majorem Partium utilitatem, sive commodum in fraudem, ac præjudicium Creditorum nominantis punctualiter *Maul. de emption. & vendit. tit. 7. n. 30. vers. tertia præsumptio fol. mihi 220. & n. 74. Tiraquell. de retract. convention. in præf. numer.* 12. 13. & 15.

Secunda oritur à qualitate Titii nominantis, qui inhabilis reperiebatur ad ejus debita persolvenda; Cum hoc satis abundè resultet ex eo quia ipse post emptionem dictorum bonorum per integrum cursum annorum sex modum non habuit extinguendi debita per se-
18 metipsum accollata in computum pretii, & ulterius obtinere curavit dilationem decem annorum pro facienda Sempronio solutione dictorum scutorum 1800. quam solutionem nihilominus adimplere unquam nequivit *Gait. de Credit. capit. 2. tit. 8. num. 369. & seq. Card. de Luc. d. disc. 26. num. 8. versic. & his pro collusione de Locat.*

Tertiò deducitur è longo tempore annorum sex decursorum à die emptionis usque ad diem nominatio-
19 nis Sempronii, intra quod tempus idem Titius dicta possedit, eorumque fructus, seu pensiones exegit *Rot. Rom. d. dec. 163. numer. 8. part. 19. recent.* eoque magis, quod in Instrumento nominationis Titius fatetur exbursationem scutorum 1000. in computum pre-
20 tii fuisse factam de pecuniis Sempronii, unde inverisimile omninò redditur, Sempronium per tantum temporis spatium negligere voluisse se ipsum recognosci in dominum dictorum bonorum cum periculo amittendi dicta scuta 1000. jam ab eo exbursata, ut punctualiter advertunt *Merend. contr. libr. 21. capit. 3. & 7. Card. De Luc. de Locat. discurso 26. numer. 8. vers. quinto etiam, & Rot. Rom. d. decis. 163. n. 8. part. 19. recent. & Rot. Januen. dec. 14. n. 64. vers. decimo.*

Quarta resultat à Titii voluntate, ejusque subsequenti desiderio habendi dicta bona ob procuratam ab eo pacti appositionem, volendi nempe ea redimere, eaque sibi à Sempronio retrocedere faciendi, per quod pactum pariter dignoscitur, Sempronium nunquam habuisse in animo eadem acquirere, quia post nominationem non adeò proclivis fuisset in simili pacto ineundo, seque obligando illa Titio retrocedere debere, ex quo patet, quod usque ab initio Titius dicta bona pro se ipso, & non pro Sempronio acquisiverit; Etenim ex subsequentibus actibus optimè agentis
21 animus, atque intentio colligitur, *Rocca Episcop. disputat. Selell. cap. 96. numer.* 22. & plenè *Rot. Florentina in Liburnen. Pecuniaria, seu Mandati 31. Martii 1724. §. E qui apponto, coram me,* & in nostris punctualibus terminis mirificè *Rot. Gen. decis. 14. n. 59. Cesal. consil. 460. nu. 33. & seq. Giurb. ad consuetud. Messan. capit. 10. glossa 10. numer. 4.*

Quinta desumitur ex inverisimilitudine, quòd scilicet Sempronius nominatus absque ulla causa, ac sine aliquo motivo post ejus nominationem supervento,
22 voluerit erga Titium exercere actum tam grandis liberalitatis in eidem concedendo diutinum tempus decem annorum ad redimendum dicta bona cum jactura scutorum ducentum in damnum ipsiusmet Sempronii.

Sexta, quæ potiùs transit in evidentem probationem sequutæ simulationis, consistit in ponderando, quod si verum esset dicta bona fuisse à Titio acquisita ad favorem Sempronii, dictumque Sempronium, post quatuor annos ex simplici actu propriæ liberalitatis independenter à nominatione promittere voluisse ea infra decem annos dicto Titio retrovendere pro pretio scutorum 1800: si hoc inquam, prout exadversa prætenditur, verum esset, non video quomodo periculum ignis, & ruinæ, aut quodlibet aliud infortunium; quod intra dictos annos decem super dictis bonis contingere potuisset, per Sempronium pacisci posset illud cedere debere in damnum Titii contra omnem æquitatem, ac Justitiam, quoniam cum hujusmodi promis-
23 sio, sive pactum sit semper conditionale, utpotè dependens à conditione potestativa illius, qui mediante pretii restitutione voluisset redimere, *ut per textum in l. 2. ff. de pact. inter emptor. & vendit.* docent *Tiraquell. de retract. lignager. §. 36. post glossa. 3. ad fin. tit. num. 11. & 12. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 31. num. 48. & 49.* & melius *tit. 32. num. 5.* totum periculum, & risicum, tali conditione pendente,
spectare non debet ad habentem potestatem redimen- 24
di, sed ad eum, qui retrovendere promisit *Malvas. cons. 34. per tot.* & in terminis venditionis conditionalis, quod omne risicum, & periculum cujuslibet
ruinæ, & damni pendente conditione, in bonis ven- 25
ditis contingibilis esse debeat venditoris, affirmant per *textum in l. necessario vers. quod si pendente, ff. de pericul. & commod. rei vendit. Altograd. Sen. cons. 9. num. 9.* & melius *cons. 13. n. 1. & seq. lib. 1. Maul. de Emption. & vendit. tit. 8. num. 2. vers. tertia exceptio, Possidon. eod. tractat. dub. 12. num. 13. 14. 20. 22. & seq. libr. 2. contr. discept. for. caus. 6. per tot.* Unde ex hujusmodi injustissimo pacto quod periculum rei venditæ, aut retrovenduæ subeundum sit ab eo, qui alias attenta natura contractus eidem non esset
obnoxius, jure arguunt Doctores nostri collusionem, 26
ac fraudem, *teste Maul. de Emption. & Vendit. cap. 7. num. 30. §. Tricesima præsumptio, & Celer. cons. 29. num. 7. 8. & 43. 44. cum seq. lib. 1.*

Septima fundatur super indefinita evictionis promissione, quam ad sui favorem contra omne Jus, ac Justitiam exigere voluit Sempronius à Titio, quia si subsisteret Sempronium usque ab initio emisse dicta bona à Valerio, mediante organo, ac persona Titii nominantis, posteaque eundem Sempronium de Anno 1660. per pactum separatum, & independens à sua nominatione, atque ita per actum meræ suæ liberalitatis promisisse Titio dicta bona retrovendere, sicuti Titius in hoc casu nunquam figuram venditoris gessisset, sed solummodo emptoris, si intra annos decem dicta bona à Sempronio redemisset, quo casu etiam ob naturam contractus potius Sempronius se obligare debebat favore Titii ad omnem evictionem, ita cum hujusmodi evictionis promissio per Sempronium volita ad sui favorem valde iniqua, ac omninò irrationabilis existat, ab ea nihil aliud inferri potest, quàm evi-
dens, ac palpabilis inter easdem partes collusio, & 27
simulatio, prout in nostris punctualibus terminis *Rot. Rom. part. 18. rec. dec. 556. numer. 2. per Nos relata in disc. 5. numer. 8. de Commerc. & Card. de Luc. de Locat. disc. 26. numer. 8. vers. Sextò quia,* ubi loquitur in terminis relevationis indebitè à nominante promissæ ad favorem nominati.

Denique advertendum est, quod Sempronius in sua promissione non usus fuit verbo *retrovendere*, sed ver-
bo *retrocedere* dicta bona Titio, quod verbum cum 28
sit compositum à verbo *cedere*, quod in nostro vulgari idiomate significat *dare*, aut *concedere* juxta Vocabularium *della Crusca* in verbo *cedere*, & P. Mangini Jesuitam in sua Regia Oratòria, & à dictione *retro*, nihil aliud dictum verbum *retrocedere* in casu nostro significare valet, quam *retrodare*, quod in latino idiomate significat *reddere*, vel *restituere l. 94. ff. de verb. signific. ibique Rebuff. Commentator. Calvin. in Lexicon. Jur. verb. reddere*, ibi „ *reddere quod significat retrodare*, *& quod acceperis* “ *restituere* „ Quare, cum Sempronius adhibuerit verbum *retrocedere*, sive *restituere*, quod propriè adaptari nequit verbo *retrovendere*, sed contractui pignoratitio, præsumendum est, attentis præsertim aliis fortissimis conjecturis ultra eas superius recensitas, Titium verè intellexisse hypothecare, atque in pignus tradere Sempronio dicta bona à Valerio empta cum pacto eadem restituendi, si infra decem annos eidem solverit summam scutorum 1800. sibi mutuatorum, & remanendi dicta bona vendita Sempronio, si dicta scu-
ta à Titio restituta non fuerint, ut in punctualissimis 29
terminis ratiocinatur *Corn. cons. 41. n. 2. vers. potest etiam dari tertia responsio lib. 1. Cagnol. in l. 2. n. 31. de Pact. inter emptor. & venditor. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 31. n. 3. vers. 2. potest etiam, & melius, ac magis diffusè lib. 8. tit. 20. n. 6. & seq. & n. 32.* „ ibi „ *quia ex illis verbis datur intelligi venditionem* “ *non valere nisi transacto tempore præstituto, & illud* “ *verbum* restituatur *magis etiam arguit mutuum, quam* “ *venditionem* „. Quinimò sum etiam in sensu, quod quamvis lapsi jam sint decem Anni Titio præfixi ad restitu-

rionem dictorum scutorum 1800. nihilominus, cum ex prædictis conjecturis appareat, contractum fuisse
30 principaliter pignoratitium, Titius etiam post decennium dicta bona recuperare valeat, medio, solutionis dictorum scutorum 1800. *Decian. resp. 84. numer. 11. & 12. seq. tom. 2. & Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 31. num. 34. & 42.*

Postremò ex prædictis concludendum venit, quod cum nominatio per Titium facta personæ Sempronii non sit vera nominatio, sed verus pignorationis contractus, prout patet ex superiùs allegatis conjecturis, nec non ab omnibus prædictis pactis contractui pignoratitio optime convenientibus, ac veræ nominationi omninò repugnantibus, dicta domus cum apotheca,
31 & fatino, utpotè à principio à Titio sibi ipsi acquisita ejus Creditorum Hypothecis affecta remanserit, plenè *Palm. allegat. 279. 280. 281. Card. De Luc. de Locate. disc. 26. per tot. Salgad. in Labyr. cred. part. 2. cap. 13. num. 1. & seq. aliique Doctores citati hic in princip.* hoc tamen intelligitur pro summa tantummodo scutorum mille, & non pro aliis scutis 2000. solutis à Sempronio nominato creditoribus venditoris, pro quibus de Jure competit ipsi Sempronio retentio eorundem bonorum vigore rationum competentium ipsi creditoribus ab eo dimissis cum propriis suis pecuniis, etiamsi negligens fuisset in non reportanda ab eisdem cessione jurium, sive in non præmuniendo semetipsum pacto subingressionis in eorum locum; Inducitur enim ex sanctione nostrarum legum quoad effectum retinendi tantum, & non agendi ipso jure ad
32 favorem possessoris, qui creditores dimisit, non minus dicta cessio, quam subingressio prædicta, *Gratian. discept. 269. n. 8. Andreoli contro. 548. n. 12. Arias de Mesa var. resolut. lib. 1. cap. 37. num. 12. & seq. Cancer. var. resolut. libr. 2. cap. 6. numer. 44. versic. item limita. De Luc. de Credit. disc. 1. num. 4. & discursu 2. numer. 2. Mansi. consult. 107. sub numer. 22. tom. 3. Ansald. de Commerc. discurs. 86. numer. 8. cum pluribus sequent. Olea de Cess. Jur. tit. 4. quæst. 1. numer. 25. Bertach. Vot. decis. 27. numer. 1. Rota coram Pamphil. decis. 68. numer. 4.* & ibi *Add. numer. 5. & coram Buratt. decis. 420. numer. 3. & ibi add. numer. 10. & coram Ottobon. decis. 129. numer. 15. & coram Emerix. Jun. decis. 476. numer. 4. & in recent. decis. 135. num. 7. part. 6.*

A R G U M E N T U M.

Explicatur Edictum Liburni super Contractibus firmatis à Proxenetis, & à Partibus non subscriptis.

Mandatum ex Conjecturis præsumitur.

Remedium, aut actio subsidiaria *l. si me, & Titium*, & aliarum similium *de in rem verso* quando locum sibi vindicet.

Ex Contractu Procuratoris, qui non exhibuit mandatum, non obligatur Principalis erga alterum contrahentem, & id procedit, quamvis Contrahens cum Procuratore extrajudicialiter haberet notitiam Mandati.

S U M M A R I U M.

1 Contractus invalidus ab initio sustinetur per executionem ei a partibus datam.

2 Contractus in Scriptura, seu Instrumento invalido contentus probari potest per alias probationes de Jure concludentes, & n. 3.

4 Fides Proxenetæ majorem vim non habet, quam habent fides unius Testis, sed quando aliunde est adminiculata plenè probat, & num. 5.

Præcipue inter Mercatores num. 6.

7 Juvenes, aut Ministri Mercatorum possunt esse testes in Causis eorum Principalium.

Ratio affertur num. 8. & 9.

10 Mandatum solis Conjecturis probatur.

11 Referuntur quamplures conjectura pro mandato inducendo, & n. 12. & 13. usque ad n. 22.

23 Remedium, seu Actio subsidiaria l. si me, & Titium, *& aliarum similium* de in rem verso *quando locum sibi vindicent nec ne, & n. 24.*

25 Actio Contrahenti acquiritur, & non illi, qui non intervenit Contractui, quamvis omne interesse Contractus ad hunc pertineat.

26 Ex Contractu Procuratoris, qui non exhibuit Mandatum, non obligatur Principalis, sed solus Procurator.

Et id procedit etiam in Casu, quo Contrahens cum Procuratore sciret extrajudicialiter mandatum Principalis num. 27.

28 Solutio præsumitur facta pro eo debito, cui correspondet solutio.

Multo magis quando solutio fiat ad lapsum, seu ut vulgò dicitur scadenza ipsius solutionis n. 29.

30 Solvens Creditori tertii Debitoris dicitur proprium debitum persolvere, si idem pro eodem debito esset obligatus erga eundem tertium Debitorem.

31 Judex in Casibus Juris, vel facti ambiguis potest in Judicando mediam viam tenere, & n. 32.

Præcipue in Causis Mercatorum num. 33.

34 Judex potest sibi reservare moderationem suæ Sententiæ ob probationes per partes imposterum faciendas.

Liburnen. Pretii.

D I S C U R S U S CXL.

TRibus peculiaribus tantum exceptionibus conabatur Gabriel Medina se eximere à solutione pretii sex Sarcinarum Corii Hiberniæ per D. Joannem Pieri petiti.

Prima, quod non erat legitimè probata venditio dictarum Corii Sarcinarum, cum de illa tantum constaret per simplicem fidem Cittadelli Proxenetæ, quæ Contractus probationem non inducit, cum per Edictum Liburnense exigatur, quod in venditionibus mercium pretium petiarum 1000. excedentium, fides proxenetæ non adhibeatur, nisi etiam fuerit à Contrahentibus signatus.

Secunda, quod non constabat de traditione dictarum Corii Sarcinarum facta Medinæ emptori, seu alteri de ejus mandato.

Tertia demum, quod pretium dictarum Corii Sarcinarum ab Isach Segni, ad cujus manus ipsæ quidem pervenerunt, persolutum fuerat mediante valore plurium literarum Cambii traditarum D. Pieri à d. Segni.

Post maturam autem præmissarum exceptionum discussionem de invaliditate, ac insubsistentia duarum exceptionum primò expositarum satis mihi constare visum fuit; Quoniam ex probationibus in Processu deductis deprehendebatur tum prædictarum sex Sarcinarum venditionem factam Medinæ, quam earum traditionem Isach Segni in vim ordinis, aut mandati præsumpti dicti Medinæ sequutam fuisse; Quoverò ad tertiam attinet, tum ex variis facti circumstantiis anceps, & ambigua reddebatur decisio; an Cambiales literæ à Segni datæ in computo currenti prædicti Domini Pieri cum dicto Segni vigente ponendæ essent, an verò ad computum pretii dictarum sex Corii Sarcinarum referendæ; ideoque in tali fluctuatione mediam viam tenentes, fuimus in voto, valorem dictarum literarum, illarum scilicet, quæ ita persolutæ fuere, dividendum fore, dimidium nempe ad computum pretii dictarum Sex Sarcinarum contraponendum, & aliud dimidium in computo currenti dicti D. Pieri inferendum esse; Insuper reservando consilium mutare juxta meliores probationes imposterum per utramque partem circa id exhibendas.

Rationes verò, ac fundamenta, quibus nostra hæc decisio innititur, veritati præcipuè, ac Justitiæ secundum ingenii mei infirmitatem conformes, ac consentaneæ mihi multum esse videntur.

Et primum quoad venditionem attinet, de qua dubitari contingit, censebam, quod si peteretur hodie à D. Pieri, quod cogeretur Medina ad observantiam Contractus venditionis, potuisset per Medinam subscriptionis partium à prædicto Edicto Liburnensi requisitæ defectus opponi, cum venditio de qua agitur, valorem petiarum mille excedat; Verum cum in nostro casu venditio suam executionem fortita sit per effectivam dictarum sex Sarcinarum traditionem prius ponderatarum sequutam cum solita deductione, vulgò *Tara*, juxta Mercatorum consuetudinem, ut ex publicis Libris Doganæ Liburnensis clarissimè constat, aliisque Scriptu-

[illegible] ris

ris in Processu exhibitis; Igitur ea amplius impugnari
nequit, cum Contractus, licet ab initio invalidus e-
tiam ob consensus defectum, mediante subsequenti exe-
1 cutione validus, approbatusque per Contrahentes effi-
ciatur. *Marescott. Var. resolut. cap.* 81. *num.* 14. *lib.*
1. *Altograd. Sen. cons.* 1. *num.* 18. 19. *&* 20. *Rot.*
coram Pen. in Perusina executionis 10. *Octob.* 1595.
quæ est dec. 438. *num.* 6. *lib.* 1. Ad majorem insu-
per confirmationem fuit per D. Pierium multorum
Mercatorum Liburnensium fides exhibita testantium,
quod quoad Contractus, præcipuè venditionum, jam
ex parte venditoris perfectarum, nunquam de genera-
li illius Emporii consuetudine servatæ fuerint prædicti
Edicti constitutiones, & contractus medio Proxeneta-
rum firmati executioni mandentur, perinde ac si fue-
rint à Contrahentibus subscripti.
2 Deinde animadversum fuit, quod licet dicto Edicto
caveatur, ne supra pretium petiarum mille fides pro-
xenetis adhibeatur, quando Contractus à Contrahen-
tibus subscriptus non sit, non autem ob id prohibe-
tur, quin aliunde de validitate Contractus constare
possit per probationes juridicas, ut firmavi in meo *disc.*
6. *n.* 18. 19. 45. *&* 46. *de Commerc.* Evidens enim
& clarissima est ratio, nam hujusmodi leges, seu e-
dicta nunquam abolitionem ipsius Contractus in se
3 continent, sed ipsi Instrumento fidem adimunt, eoquod
præscriptis solemnitatibus non sit confectum, idcircò
quotiescumque aliunde per alias probationes de Jure
concludentes Contractus justificetur, de illius robore,
ac validitate nequaquam contingit dubitari, atque ita
unanimes adfirmant præter textus expressos *in l. cum in*
Instrumenti ff. de fid. Instr. & l. cum res C. de prob.
& l. pactum 17. *C. de pactis Natt. consil.* 609. *num.*
23. *Tiraquel. de Retract. lignag. gloss.* 1. *§.* 2. *num.*
2. *& seq. Parexa de Instr. edit. lib.* 1. *tit.* 1. *res.* 3.
§. 1. *à n.* 35. *& §.* 2. *num.* 76. *&* 77. *Surd. cons.*
144. *num.* 13. *Fontanel. de Pact. claus.* 1. *à n.* 5. *&*
claus. 6. *gloss.* 6. *gloss.* 3. *part.* 9. *à num.* 75. *Intri-*
glial. cons. 25. *à n.* 5. *&* 17. *Noguerol. alleg.* 27. *n.*
28. *Olea de cess. tit.* 8. *quæst.* 3. *in fin. & Nos ad*
Stat. Jan. tit. de Decret. §. 3. *n.* 20. *fol.* 55. igitur
si in casu nostro hæc venditio judiciali ipsius Cittadel-
4 li proxenetæ testimonio probatur, qui licet de Jure u-
nius tantum testis fungatur officio *gloss. in l. hac con-*
sultissima C. de Testament. Dec. cons. 17. *n.* 4. *Al-*
tograd. Sen. cons. 50. *n.* 80. *&* 88. *& cons.* 72. *n.*
12. *lib.* 1. *Farinac. de testib. quæst.* 158. *num.* 169.
Rot. cor. Puteo. dec. 372. *n.* 2. *lib.* 1. *Mans. consult.*
5 529. *num.* 27. tamen quando adminiculis, vel conje-
cturis circumdatus est, plenum probationis gradum con-
stituit, ut post multos citatos docet *Bertacchin. Vot.*
84. *Rot. post Card. de Luc. dec.* 38. *n.* 96. *de Te-*
7 *stam. in Mantiss.* præcipuè omni ambiguitate remota
in causis inter Mercatores vertentibus *Belmont. dec.* 59.
num. 13. *&* 14. *Rot. Januen. dec.* 171. *num.* 4. 5. *&*
6. locum sibi minime vindicat prædicti Edicti consti-
tutio.

Quod autem dicti Proxenetæ Testimonium confir-
metur adminiculis, & conjecturis plenum probationis
gradum constituentibus, satis liquet ex Processu, & præ-
cipuè ex Diario, vulgò *Giornale*, ponderum Dohanæ
Liburnensis, in quo tanquam emptor dictarum sex
Sarcinarum Medina inscribitur, insuper deprehenditur
etiam ex altero Libro ponderis, & mensuræ Dohanæ
in quo pariter dicti ponderis debitum eidem Medinæ
adscribitur, quod debitum deinde à Patre dicti Medi-
næ emptoris extinctum fuit: his insuper accedit judi-
cialis Jacobi Mariæ Belli Depositio, qui testatur se de
mandato dicti D. Cittadelli Proxenetæ Domum dicti
Medinæ transtulisse ad ei significandum, ut pretium
Coriorum à D. Pieri emptorum acceptum mitteret,
& à Medina responsum retulit, se missurum, qui pre-
tium reciperet, quod confirmatur altera Odoardi Cor-
si depositione, qui pariter testatur se Medinæ notam
ponderis Coriorum, de quibus disceptatur, tradidisse,
eaque attente, ac diligenter perlustrata Medinam res-
pondisse perfectam illam ac exactam esse, ac penes se-
ipsum retinuisse & quamvis prædictus Odoardus Cor-
si sit D. Pieri Ratiocinator, non tamen de Jure pro-
hibetur pro suo Principali Testimonium ferre, ut in
terminis Juvenum Mercatoribus inservientium statuit,
7 *Rot. cor. Duran. decis.* 368. *n.* 41. *& seq. Rot. Ja-*
nuen. dec. 31. *n.* 10. *& dec.* 30. *per tot. De Luc. de*
Credit. disc. 129. *nu.* 15. *&* 16. *Gratian. cap.* 374.
n. 10. *Paulut. dissert.* 55. *art.* 5. *n.* 39. *&* 40 eoque 8
magis si eis amplius non inserviant *Spad. cons.* 96.
n. 15. *lib.* 1. *Buratt. decis.* 349. *n.* 6. *Rot. cor. Eme-*
rix dec. 262. *num.* 12. ea adstipulante ratione, quod
Mercatorum proprium sit negotia secretò, & occulte 9
peragere, eoque fortius, si ut in nostro casu tot co-
njecturis, & adminiculis fulciatur *Belmont. d. decis.*
59. *n.* 12. *&* 14. *& part.* 18. *rec. dec.* 532. *n.* 7. *&*
part. 19. *dec.* 185. *n.* 23. *& dec.* 596. *num.* 6. ple-
nè *D. Frosini Pisanus Archiepiscopus Præsul insignis*
Doctrina, ac Sapientia in Pisana Sepultura 19. *Julii*
1709. *apud Rotam Lucensem impressa tom.* 5. *decis.*
450. *num.* 22. *& alii ut supra relati.*

Eadem etiam facilitate, secunda rejicitur exceptio. 10
Nam quamvis constet, quod Coria, de quibus dispu-
tatur, Medinæ minime tradita fuerint, sed dicto D.
Segni, attamen cum mandatum de Jure ex solis eti-
am conjecturis deducatur *Merlin. Pignatel. controv.*
78. *cent.* 1. & ibi *Scopp. n.* 3. *Capyc. Latr. consult.*
90. *Ludovis. dec.* 111. *& ibi add. & dec.* 275. *Mart.*
Med. Examen 35. *n.* 11. *De Luc. de Cambiis disc.*
13. *n.* 5. *& de Censibus disc.* 24. *n.* 5. *Merlin. dec.*
692. *n.* 82. *& alii quamplurimi relati per Altimar.*
rubr. 1. *quæst.* 30. *num.* 105. *&* 106. Itaque ex va-
riis facti circumstantiis in nostro casu concurrentibus,
Jure optimo conjicitur à Medina pro recipiendis Co-
riis prædictis Mandatum dicto Segni fuisse concessum,
quamvis Judicis arbitrio remissum sit, rectè perpende-
re, an conjecturæ, & præsumptiones concurrentes suf-
ficiant nec ne ad præsumendum mandatum, *Medic.*
exam. 35. *& ibi add.* Verum cum in casu nostro pluri-
mæ, & quidem exuberantes habeantur nullus nobis
dubitandi de prædicti concessione mandati locus vide-
tur esse relictus.

Prima conjectura exoritur ex magna familiaritate, 11
ac necessitudine Segni erga Medinam, cujus opera sæ-
pissimè ille utebatur in propriis negotiis peragendis,
literisque Cambialibus, quæ frequenter ab eodem
Medina giratæ, seu indossatæ fuerunt, *Ansald. de*
Commerc. disc. 25. *nu.* 20. *Card. De Luc. de Camb.*
disc. 13. *numer.* 4. *& de Regalib. disc.* 115. *num.* 5.
& *de Censibus disc.* 24. *numer.* 5. *Altimar. de Nul-*
litat. contract. rubr. 1. *q.* 30. *n.* 198.

Secunda, quia eadem die immediatè post quam Co- 12
riorum venditio cum Medina perfecta fuit, publicè
dictus Segni pro illis accipiendis se contulit ad D.
Jachson promptuarium; Ideo cum à veritate abhor-
reat, quod dictus Segni, qui à promptuario Corio-
rum aberat, divinare potuerit horam, ac momentum
factæ venditionis dicto Medinæ, asserendum est dictum
Segni, id cum scientia, ac mandato ejusdem Medi-
næ egisse *Rot. in Mantiss. decis.* 11. *numer.* 11. *ad*
Card. De Luc. de Dote, & cor. Royas decis. 380.
sub numer. 8. *vers. Siquidem Doctores.* Et qui ali- 13
quid agit, quod verisimiliter, nisi à Domino scire
potuerit, Mandatum habere præsumitur, prout con-
tingit in scripturas, rationesque Principalis exhibente,
Add. ad Buratt. decis. 294. *lit. B. De Luc. de Fi-*
deic. disc. 23. *numer.* 8. eoque magis cum, nisi tale 14
mandatum admitteretur, dictus Segni audacissimi furis
nota inuri deberet, eoquod publice dicta Coria Me-
dinæ ejus familiari, aut D. Pieri furari auserit. Ad
vitandum igitur tam grave, ac nefarium crimen in
persona dicti Mercatoris Segni, apud omnes bonæ,
& inviolatæ fidei habiti, mandatum præsumendum est,
Felin. in capit. nonnulli. §. Sunt, & alii numer. 7.
vers. Secundo videtur obstare de Rescript. Mantic.
de Tacit. libro 7. *tit.* 6. *numer.* 9. *Mart. Medic.*
exam. 35. *numer.* 106. *Scopp. ad Merlin. capit.* 88.
numer. 3. *cent.* 2. & optimè *Rot. cor. Rich. decis.* 71.
numer. 13. 14. *&* 25. & quod regulariter præsuma- 15
tur mandatum, quando non est verisimile, quid
ab aliquo sine mandato gestum fuisse firmant *Mas-*
card. de Probat. concl. 1171. *numer.* 4. *&* 8. *Cyriac.*
contr. 505. *numer.* 52. *& Mart. Medic. in ad-*
dit. ad examen. 35. *in fin. Dunozet. Jun. decis.* 543.
numer. 58.

Tertia, quia post factam Coriorum traditionem 16
dicto Segni minimè apparet, Medinam eandem tra-
ditionem, à Domino Pieri postulasse, nec de ea

unquam fuisse conquestum *Cyriac. contr. 505. n. 58. & contr. 486. num. 59. & 60. Rot. cor. Dunozet. decis. 786. numer. 16. & cor. Bich. decis. 135. num. 23.* eoque magis quod publicè notum, ac manifestum erat, dictum Segni prædicta Coria recepisse, quod pariter Medinæ compertum esse debebat *Nos in tract. Cambist. Instr. cap. 1. n. 19. & 20.*

17 Quarta, quia verisimile non est Dominum Pieri, Mercatorem cæteroquin prudentem, solertemque, tam magnam Coriorum quantitatem, temerè dicto Segni tradidisse, nisi sibi plene notum esset illum à Medina mandatum pro dictis Coriis recipiendis habuisse, idque fortius procedit, si summæ cautionis, & cautelæ ratio habeatur, qua usus est Dominum Pieri in hac negotiatione, præcipuè cum noluerit Coriorum pretium sine fidejussore credere Medinæ, ex quo clarè, ac evidenter datur intelligi, quàm absurdum, incongruum, ac inverisimile sit, quod sine mandato, ac præcedenti ordine Medinæ prædicta Coria tradere, ac committere voluerit dicto Segni, qui eo tempore, & boni nominis, & famæ apud Mercatores jacturam fecerat, eoque ære alieno gravatus reperiebatur, ut optimè ad rem nostram ratiocinatur. *Rot. cor. Ludovis. decis. 111. num. 3. & decis. 275. num. 3. & 5. Mark. Med. exam. 35. num. 98.*

18 Quinta, quia post Coriorum traditionem factam dicto Segni, transmissa fuit à Cittadellio proxeneta ad Medinam nota totius ponderis cum sua solita deductione corumdem Coriorum, nec-non liquidus eorum pretii calculus, qui ab ipso absque ulla contradictione receptus fuit, quinimo ipsum approbavit, ut testantur dictus Proxeneta, & Odoardus Corsi, punctualiter *Cardin. de Luc. de Camb. disc. 13. num. 4. vers. quinto, & num. 5. Ansald. decis. 8. n. 8.*

19 Sexta, quia cum dictus Cittadellius per Bellum suum Juvenem denunciasset Medinæ, quod veniret, vel mitteret aliquem ad Coria recipienda, dictus Medina respondit, quam primum missurum fore: quare cum deinde ad recipienda prædicta Coria dictus Segni comparuisset præsumendum est ipsum tale mandatum a Medina habuisse *Rot. cor. Bichio decis. 786. num. 7. vers. prima igitur*, quæ conjectura validior assurgit in nostro casu, quia post prædictam etiam Coriorum traditionem dicto Segni factam, Medina fassus est Cittadellio proxenetæ, in quem per urbem incidit, prædicta Coria recepisse.

20 Septima, quia hæc Coriorum traditio in libris D. Pieri adscripta est Medinæ, quod falsissimum esset, nisi Segni mandatum ad ea recipienda habuisset, & quamvis libri in scribentis favorem non probent, magnum tamen præsumendi mandatum adminiculum præbent, punctualiter *Card. De Luca de Camb. disc. 13. num. 4. per tot.*

21 Octava, quia in Libro ponderatoris Dohanæ pro debitore ponderis Medina descriptus fuit, quod equidem haud contigisset, nisi sequuta fuisset dicto Segni Coriorum per Medinam traditio, quod servatur de consuetudine Dohanæ, & ponderatorum Liburnensium,

22 Nona, quia debitum dictæ ponderationis a Banco dicti Medinæ persolutum fuit *Sammintiat. cons. 5. n. 13. post ejus contr. tom. 1.*

Nunc autem ad tertiam exceptionem progredientes, tota difficultas, super qua validissime à partibus diu, acriterque pugnatum fuit, versabatur in rectè, justeque secernendo, pro quo computo, aut in quod computum datæ fuissent à dicto Segni literæ Cambiales D. Pieri, videlicet una petiarum 500. pro Neapoli sub die 4. Novembris 1720. altera pro Venetiis petiarum 400. sub die 8. ejusdem Mensis, alia insuper pro Neapoli Petiarum 333. 10. & 5. sub eadem die, ac mense, ultima denique pro Venetiis Petiarum 246. 4. & 10. sub die 15. dicti mensis, quarum litterarum valor ad summam petiarum 1479. 13. & 3. adscendit.

Ex parte dicti Pieri allegabatur prædictas litteras à dicto Segni datas fuisse in sui currentis computi contrapositionem, ut de facto ex libris prædicti D. Pieri in actis exhibitis contrapositæ inspiciuntur in parte creditu dicti Pieri, & sicuti in computo currenti dicti Pieri, nequaquam dictorum Coriorum creditum apparet, ita omnino asserendum est dictas Cambiales literas esse huic computo referendas, eoque magis si animadvertatur, quod Segni pro dictis Coriis dicti Pieri debitor non erat, nam cum ipse Coria dicto Medinæ vendidisset in eorum debitorem ipsum solum Medinam agnovit, quamvis eadem postea de ejus mandato dicto Segni tradidisset; Igitur si Segnius non erat debitor Pieri pro pretio Coriorum, non poterat iste illum tamquam Debitorem in computo currenti inscribere, nec affirmari potest, quod Segnius literas Cambiales dicto Pieri persolvens intentionem habuerit debitum extinguendi, quod cum eo nequaquam contraxerat.

Supervacaneum autem est, probationibus uti ad ostendendum, dictum Segni non fuisse debitorem D. Pieri pro pretio prædictorum Coriorum, dum nullus unquam inter utrumque Contractus intercessit, ex quo aliqua dicti Segni in favorem Pieri oriri posset obligatio.

Et quamvis DD. consentiant quod ex æquitate *l. si me, & Titium, ff. si cert. petat.* contra eum agi possit, in cujus potestatem res aliena pervenerit, & ab ipso titulo lucrativo retineatur, eo quod illius pretium minime persolverit, licet inter eos nullus contractus fuerit celebratus: attamen hæc actio æquitativa, aliaque similis de *in rem verso ad terminos l. ei qui §. Fin. C. quod cum eo* à nostris DD. tam commendata pro bona Commercii directione, sicuti sunt solummodo subsidiariæ, scilicet, quia experiri nequeunt, nisi in casu, quo quis ad quem res, seu pecunia pertinebat, nequeat Creditum à suo Debitore exigere, cum quo immediatè contraxerat, ut communiter affirmant *Surd. cons. 420. num. 1. & 2. & de Aliment. libr. 8. Privileg. 48. num. 5. Grathian. cap. 107. num. 26. Cost. de remed. subsid. remed. 12. per tot. Rocc. Epist. cap. 100. num. 7. & 8. Ansald. de Mercatura disc. 28. num. 10. & disc. 44. num. 10. & 11. disc. 45. num. 28. & disc. 46. & disc. 60. num. 34. Rot. cor. Ottobon. decis. 40. num. 46. in fin. & part. 16. rec. decis. 9. numer. 14. De Luc. de Credit. disc. 72. numer. 7. & disc. 73. numer. 4. & de Dote disc. 156. numer. 52. Urceol. consultat. 24. numer. 2.* plenè *Calvin. de æquit. libr. 1. capit. 38. per tot. & Rot. cor. Gregor. decis. 216. numer. 1. & per tot.* ibique *addem. & Nos in disc. 56. numer. 56. & 57. de Commerc. Rot. Flor. in Florentina Pecuniaria 14. Septembris 1720. §. Ultimo contra me*; Ita volens similibus actionibus agere contra eos, cum quibus non contraxit, debet prius casum talis subsidii evidenter probare, *Rot. Roman. cor. Ludovis. decis. 216. per tot. & adden. & Calvin. de æquitat. dict. capit. 38. num. 14. & alii supra relati.* 23

24

Paret itidem roboris, ac momenti objectum dicimus, Medinam nullum in prædictis Coriis interesse habuisse, quinimmo ea non pro se ipso, sed pro Segnio contraxisse, idcirco cum in tali negotiatione officium procuratoris dicti Segni expleverit, ad nihil præstandum tenebatur, aut saltem Segnius cum eo eidem Contractui principaliter remanebat obligatus.

Nam quoad primam oppositionis partem manifestus error est ex solo interesse actionem deducere velle, dum non repugnat quod actio contractus inhæreat tantum Personæ Contrahentis, & non illi acquiratur, qui in Contractu interesse habet, seu ad quem totum commodum, & incommodum pertinet Contractus, per ea *quæ plenè firmavi in disc. 5. num. 27. & seq. de Commerc.* 25

Quo verò ad alteram objecti partem, præmittenda communiter per DD. recepta distinctio, aut Mercator, qui pro aliis contrahit, mandatum contrahendi pro aliis ad notitiam alterius contrahentis exhibuit, tunc ipse non obligabitur, sed solum Principalis cujus nomine contraxit, aut Mercator suo nomine contraxit, non exprimendo, vel exhibendo mandatum, neque alterius nomine, & tunc ipse tantum, obligabitur, & non ille, pro quo vere contrahere intellexit, & à quo contrahendi mandatum receperat *per text. in l. ei qui 7. §. Fin. C. quod cum eo De Luc. ad Golin. de Procurator. part. 5. capit. 1. numero 4. vers. & ratio Rot. cor. Ludovis. decis. 216. per tot. Calvin. de æquit. capit. 38. in fin. libr. 1. Mansi consultat. 496. numer. 13. D. Ansald. de Commerc. disc. 30. num. 31. & 32. Hodiern. contr. 39. num. 29. Optime De Luc. ad Gratian. cap. 385. numer. 17. & seqq. & Nos in disc. 5. numer. 58. & seq. & disc. 76. numer. 1. 2. & 3. de Commerc.* Cum in secun- 26

dâ

de igitur distinctionis parte versemur, eo quod Medina in stipulatione emptionis Coriorum nullum aliud præter suum nomen expresserit, ideoque ex hoc contractu nulla actio D. Pieri contra dictum Segni oriri potuit.

27 Quod etiam procederet quamvis probari posset D. Pieri extrajudicialem notitiam habuisse, quod Medina pro Segnio emeret, quia in casu nostro evidenter apparet Dominum Pieri personam tantum dicti Medinæ in suo contractu contemplasse, nullumque ad personam Segni respectum habuisse, ut constat ex conclusione negotiationis contractæ per Citadellium Proxenetam, & ex fidejussione facta tantum pro Medina ab ipso Proxeneta, & clarius ex libris ejusdem Pieri, & ex aliis Dohanæ, in quibus Medina tantum nominatus, & descriptus fuit Debitor ut *per text. express. in l. cum qui 13. C. si cert. petat. & gloss. Magistr. in l. si Pupilli, §. Sed etsi ff. de negot. gest.* firmant *Sanfelic. post decis.* 182. *alleg.* 1. *num.* 1. *alleg.* 2. *vers. agit, & Ansald. de Commerc. disc.* 30. *num.* 31. *&* 32.

Contra autem pro parte Medinæ variæ conjecturæ adducebantur ad demonstrandum animum tam dicti Segni, quam D. Pieri fuisse, quod prædictarum literarum valor inserviret pro Coriorum solutione.

28 Prima etenim conjectura, quæ quidem magni ponderis videbatur, eruebatur ex æqualitate, quæ adamussim etiam in solidis, & quadrantibus, vulgo *rotti*, inter valorem dictarum literarum Cambialium, & Coriorum pretium intercedebat. *Rot. Roman. decis.* 132. *num.* 24. *part.* 6. *rec. & post Zacch. de obligat. Cameral. decis.* 199. *numer.* 24. *cum multis aliis relatis per Rocc. Episc. disp.* 144. *num.* 7. *& Rot. coram Ludovis. decis.* 512. *num.* 3. *& coram Dunozz. Jun. decis.* 543. *num.* 39. *& decis.* 786. *num.* 9. *Accarisi. decis.* 75. *numer.* 10. *Scopp. ad Merlin. Pignatell. centur.* 1. *cap.* 77. *num.* 10. *Marc. Med. decis.* 26. *num.* 7. *Rot. post Merl. de Pignorib. decis.* 128. *numer.* 22. *& cor. Celso decis.* 150. *num.* 2. *Rota Flor. coram D. Audit. de Comitib. decis.* 51. *numer.* 20. cum hoc amplius, quod ultima litera petiarum 246. 4. & 10. quæ cum præcedentibus literis summam Coriorum adamussim æquabat, data fuit à Segni sub nota, ut ajunt Mercatores Liburnenses *l'appunto* sibi ab eodem Pieri transmissa, non quia iste aliqua premeretur necessitate ad dictam literam recipiendam pro remittenda dicta quantitate Venetias, sed pro illa Liburni negotianda, ut immediate cum dictis DD. Huigens evenit, cum quibus eam cambiavit, ejusque valorem recepit: observando etiam, quod dicta litera ejusdem Segni propria non fuit, sed eam habuit à Raccà Liburnensi, quod equidem demonstrat necessitatem, quæ fuit in dicto Segni illam recipiendi ab eodem Raccà, alioquin sine maxima necessitate à tertia persona prædictam literam Segnius non recepisset; Atque hæc necessitas, sicuti ad nullam urgentiam referri potest, qua Segnius adstringebatur eam Venetias remittere, nec eam Liburni negotiari, ut valorem ipsius in pecunia retraheret, quia ut diximus, à Segni Cambiata fuit cum D. Pieri sine reimbursatione valoris in pecunia, & à D. Pieri fuit cum DD. Huigens Cambiata pro pretio in pecunia soluto, multoque minus prædicta necessitas referri potest ad urgentiam solvendi D. Pieri, qui excepto Coriorum pretio non erat Creditor Segni, sed potius Debitor haud parvæ quantitatis in computo currenti; Ideoque præsumendum est dictum Segni cum prædicta litera *appuntata* à D. Pieri, quæ adamussim dictorum Coriorum pretio correspondebat prædictorum Coriorum computum extinguere voluisse.

29 Addebatur ulterius quod Segnius dictas literas D. Pieri dare cæpit, subito post lapsum mensium solutioni Coriorum præfixorum, ut in simili ratiocinatur *Rot. Rom. part.* 4. *tom.* 3. *dec.* 507. *num.* 5.

Tota autem hæc conjecturalis ratiocinatio D. Rayneriі Mazzanti testimonio confirmabatur, cui per D. Pieri dictæ literæ, sibi pro Neapoli à Segni datæ, giratæ fuerunt, nam Dominus Mazzanti in suo examine juridico testatur, quod post auditam Segni decoctionem, se contulit Domum D. Pieri eum requirendo, ut suo Correspondenti Neapoli scriberet, quod in casu, quo non fuissent prædictæ literæ acceptatæ, nec solutæ, eas acceptare, & complere faceret pro honore tantum suæ ratæ, ne redirent protestatæ ob prædictam Segni decoctionem, cui D. Mazzanti requisitioni respondit D. Pieri, quod sua non intererat, quod literæ protestatæ redirent, nam si ad solutionem Retorni dictarum literarum adstringeretur, haud ei deficeret regressus contra Citadellium, & Medinam; Ex qua quidem responsione arguebatur, quod si pro dictarum literarum reditu Dominus Pieri fatetur regressum contra Citadellium, & Medinam habere, ex hoc datur intelligi dictas literas à Segnio in dictorum Coriorum computum datas fuisse, pro quorum satisfactione tam Medina, quam Citadellius tenebantur.

Obstare denique non videbatur ex conjecturis præ- 30
sumi posse, literas datas à Segnio D. Pieri cessisse in computum, & extinctionem pretii Coriorum, quando Segnius cum D. Pieri non contraxerat, & per consequens ex hujusmodi contractus defectu non tenebatur ad solvendum pretium Domino Pieri; Nam respondetur quod cum esset pro dictis Coriis Segnius Medinæ Debitor, & Medina Debitor Pieri, idcirco quotiescumque Segnius persolvit D. Pieri pretium dictorum Coriorum, tunc proprium debitum solvere, atque extinguere dicitur, ut animadvertit *Rot. coram Cavaler. decis.* 460. *num.* 2. *vers. nihilominus, & in similibus terminis Bonden. collect. legal.* 49. *num.* 71. *& seq. tom.* 2. *Merlin. decis.* 543. *num.* 1. *& seq. Urceol. in addit. ad dec.* 84. *post tract. de transact. Bich. decis.* 340. *num.* 6. *& Rot. recent. decis.* 213. *num.* 3. *part.* 10. *Thomat. decis.* 202. *num.* 1. *&* 23. *& decis.* 211. *num.* 14.

In hoc strenuo rationum conflictu, in quo ad favorem D. Pieri indubitatæ Juris regulæ, & pro Medina præmissæ, & quidem efficaces, conjecturæ decertabant, *Lancett. decis.* 840. *per tot. tom.* 3. præter alias animadversiones, hinc inde per partes excitatas, quæ magis difficultatem augebant, cum diu
anceps fluctuarem, interea mediam viam elegi boni- 31
ficando Medinæ dimidium pretii literarum D. Pierio à Segnio datarum, illa tantum excepta, quæ per solutionem non fuit completa, & e contra condemnavimus Medinam ad solvendum D. Pieri residuum prædicti pretii ad tradita per *Barbos. axiom.* 145. *num.* 5. *Thesaur. dec.* 89. *De Mont. de fin. regund. cap.* 101. *Gratian. cap.* 820. *num.* 27. *Cost. de remed. subsid. remed.* 60. *num.* 14. *&* 15. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 71. *num.* 50. *& de retinend. remed.* 3. *num.* 755. *Leoncil. decis.* 13. *numer.* 11. *Boer. decis.* 239. *num.* 3. *Munnoz. de ratiocin. comput.* 9. *numer.* 6. *&* 7. *Cresp. Vald. observat.* 23. *num.* 210. *& seq. Merlin. decis.* 72. *num.* 1. *Rot. cor. Dunozz. Sen. decis.* 111. *Sabell. in prax. universal. §. Giudici numer.* 51. *cum aliis relatis per Rot. Lucens. apud Consald. dec.* 23. *à num.* 39. quæ præcise loquitur, ut in nostris terminis, in casu, qui *Rotæ* valde ambiguus videbatur ob concurrentiam multarum præsumptionum contra regulam Juris militantium, & in similibus terminis *Rot. Rom. coram Penn. edit. Lugd. decis.* 1206. *&* 1529. *& cor. Dunnoz. Sen. dec.* 111. *per tot. Cresp. Valdaur. observ.* 23. *num.* 210.
211. *&* 212. ubi asserit, quod hæc forma judicandi, 32
quamvis nuncupetur *Judicium rusticorum*, tamen cum tot, tantisque legibus confirmetur, nullo modo in dubiorum casuum decisione est prætermittenda, idemque confirmat *Boer. decis.* 329. *num.* 3. *& Escobar. de ratioc. comput.* 6. *numer.* 7. quod eo fortiùs in causis Mercatorum, quæ per Judicem ex æquitate sunt ab-
solvendæ, ac decidendæ, ut monent *Dec. in l. cum* 33
precibus C. de impub. Thesaur. decis. 89. *num.* 1. *vers. præsertim cum quis judicat ex æquitate, & decis.* 200. *sub num.* 4. „ibi„ *& fortè melius in hoc opinionum* “ *conflictu dixerint debere Judicem, qui ex æquitate ju-* “ *dicet, mediam viam eligere.*“

Et etiam, non quidem sine ratione, attenta ha- 34
rum probationum dubietate nobis in fine hujus Sententiæ reservavimus per modum conditionis resolutivæ, augere, vel diminuere D. Pieri quantitatem in ejus favorem judicatam, quando imposterum per partes clariùs probaretur propriæ intentionis fundamentum, ut in similibus terminis id receptum fuit per plura Tribunalia, de quibus apud *Mantene. decis.* 66. *per tot. Grammat. decis.* 58. *numer.* 10. *&* 11. *Giurb. decis.* 60. *num.* 17. *& seqq. Gratian. cap.* 183. & ibi *De Luc. num.* 11. *Cyriac. contr.* 180. *num.* 45. *& seqq.*

& De

& De Luc. ad Franch. decis. 292. sub num. 4. & ad traditam per Valeron. de transact. quæst. 5. numer. 21. Camil. Borell. consil. 77. num. 7.

A R G U M E N T U M.

Assecurator, qui juxta Apodixiam assecurationis Liburnensis tenetur etiam de Barattaria Navarci, an teneatur quoque de furto ab eodem Navarco commisso.

S U M M A R I U M.

1 *Furti definitio.*
2 *Barattaria definitio.*
3 *Barattariæ plures casus referuntur, & num. 4. 5. 6. 8. & 17.*
9 *Circumstantia fraudis, deceptionis, ac fugæ Navarchi concurrente furtum in Barattariam commutat.*
10 *Fugitivus dicitur, qui in loco immuni latitat, quamvis è Territorio, vel Civitate non aufugerit.*
11 *Fugitivus dicitur etiam, qui moratur in loco, in quo fugiendi commoditatem habet, & n. 12.*
13 *Navarcus merces ad locum exonerationi destinatum traduxisse non dicitur, si ibidem pro mercibus exonerandis non immoretur, & numer. 15.*
14 *Officium suum non adimplet, qui illud, quamvis inceptum, ad finem non perducit.*
16 *Fuga Navarcum Barattariæ reum constituit.*
18 *Assecurator tenetur pro refectione damni mercibus illati.*

Liburnen. Assecurationis.

D I S C U R S U S CXLI.

CUm ex Apodixia Liburnensis Assecurationis, cujus tenor est penes Monachum in principio Decisionis Florentinæ primæ, habeatur, quod Assecurator teneatur equidem de Barattaria, nunquam vero de Furto à Navarco commisso: quæritur in præsenti Causa, an Assecurator teneatur de furto, quod à Navarco fuit commissum.

Ad propositæ igitur difficultatis resolutionem, præmittendum est, quid sit Furtum, & quid Barattaria.
1 Furtum ergo nihil est, quam rem alienam absque
consensu Domini occultè subripere *Farinac. de Furtis quæst. 166. num. 2. Cortiad. decis. 106. num. 15. & seq.* At quando furtum aliqua fraudulenta machinatione, fraude, ac deceptione, fugaque furis com-
2 mittitur, tunc secundum communem loquendi usum,
hoc furtum Barattaria nuncupatur, ut in præcisis terminis *Stracch. de Assecurat. gloss. 31. num. 1. & 2. vers. rursus finge* „ ibi „ *rursus finge Scribam, aut Magi-*
3 „ *strum Navis merces corrupisse, supposuisse, avertis-*
„ *se, imposturam fecisse, vel collusionem in necem Do-*
„ *minorum mercium*“, idemque testatur *Ursaja Instit.*
4 *Crimin. lib. 3. tit. 10. num. 104.* „ ibi „ *alia da-*
„ *tur Barattaria inter Navarca solita exerceri, &*
„ *verificatur, tunc quando concurrit Machinatio,*
„ *callidaque praordinatio ad Casum cum dolo, & nu-*
„ *mer. 105.* „ ibi „ *& signanter quando Gubernator*
5 „ *Navis cum Nave, aut mercibus assecuratis aufugit*
„ *præmeditato animo fraudandi*“ idemque affirmat
Baldac. de Assecurat. decis. 13. n. 5. & D. Audit. Bonfin. ad Bannim. cap. 47. nu. 55. lib. 2, & optime pro omnibus *Rot. nostr. Florentina apud Monach. decis. 1.* ubi Magistraliter Assecurationis Apodixiam, quæ fit in Emporio Liburnensi, discutiens, ac perpendens ad finem demonstrandi differentiam, ac discrimen, quod inter utrumque Casum, videlicet inter furtum, & Barattariam Navarchi, intercedit, firmat
6 præcipuè *num. 29.* quod Navarcus Barattariam committat, quando merces cum fuga furatur „ ibi „
„ *quæ quidem multipliciter infertur in hoc Patrono;*
„ *Primo ex fuga, quia in fuga latet Barattaria*“.
Stracc. d. gloss. 31. sub num. 4. dum vult Assecuratores teneri de fuga, dummodo Barattaria non sit excepta, ex quo datur intelligi, quod Barattaria comprehendit fugam, quatenus exclusa Barattaria, fuga
„ *etiam censetur exclusa*“ & ulterius progrediendo
d. Rot. num. 34. opinionem *Stracch.* per nos supra
relatam *d. vers. rursus finge* confirmata videlicet, quod
furtum commissum à Navarco cum fraude, deceptio- 7
ne, ac calliditate, absque dubio Barattaria nuncupatur „ ibi „ *Nam in hujusmodi tecnis* (Verba prædictæ Rotæ referuntur) *imposturis, & collusionibus cadere Barattariam*, idemque mirabiliter Majori verborum apparatu repetit *num. 44.* præcipuè attenta communi loquendi Etruriæ consuetudine „ ibi „ *Secundo Barattaria in Etruria continet; non solum permu-*“ *tationem dolosam, sed quamcumque imposturam*“ (scilicet fraudem, deceptionem, & collusionem) *ob turpem quæstum, ex qua is decipiatur, qui fidem sequutus est decipientis, quam Accademici Florentini in eorum Vocabulario Barattariam, non aliter latine dixerunt, quam deceptionem, fraudem, imposturam, prout Antiquiores Barattariam pro impostura acceperunt ex Boccat. &c.* concludendo insuper sub *num. 46.* his præ- 8
gnantibus verbis „ ibi „ *Sic pariter cum in mer-*“
cibus trajiciendis fidem nautarum sequamur, si illi,“
vel cum Piratis convenerint, vel naufragium dolosè“
procuraverint, vel (verba autem quæ sequuntur majori animadversione digna sunt) *quid aliud simile contra fidem admiserint Barattaria dicitur, ut resultat ex præcitatis.*

Ulterius eadem Rota progreditur ex *num. 47. usque ad num. 62.* ad ostendendam differentiam, quæ
inter furtum simplex, & furtum qualificatum ex ali-
qua circumstantia fraudis, deceptionis, aut fugæ Pa- 9
troni, & aliarum similium, intercedit; Inferendo denique, quod quælibet harum qualitatum furtum in Barattariam commutet, & quod furtum, de quo loquitur Apodixia assecurationis, Liburni fieri consuetæ, dici nequeat commissum, nisi quando res ex Navi per Patronum occulte auferantur absque fraudis, deceptionis, & collusionis intermixtione, absque eo quod fugam arripiat, in reliquis fideliter Navarco vices suas adimplendo, iterque ad destinatum Portum prosequendo, ibique merces exonerando, easque dominis tradendo.

Deveniendo nunc ad præmissarum conclusionum applicationem, concludendum est in nostro casu, quod delictum Caroli Simi Navarchi nequeat furtum, sed Barattaria denominari, eo quod merces non solum occultè, sed etiam temere, & imprudenter furatus fuerit, & fraude ulterius, collusione, ac præmeditatione usus fuerit; Tale enim furtum prædictus noster Navarcus, arcas, Sarcinasque aperiendo, commisit, & signa Sarcinarum, ac numerum, ponderaque adulteravit; Insuper dictas Sarcinas, & Arcas rebus deterioris conditionis, nec non etiam lapidibus, & terra replevit; Quodque etiam majori animadversione dignum est, omnem quantitatem Lanarum Sarcinarum per eum tradendarum è Navi ad terram misisse finxit, cum re vera præcedenter per eum dictæ Sarcinæ diminutæ fuerint, earumque numeros, ac signa variaverit, ac immutaverit, fraudulenterque asseruit dictas Sarcinas ex se ipsis discerptas, ac reclusas, Lanasque pariter, & cupri lamina per se ipsa dispersa, ad effectum eas promiscuè, & inordinate e Navi exonerandi, & sic furtum suum fraudemque, & collusionem occultandi.

His omnibus insuper accedit, prædictum Navarcum semper procul cum sua Navi à Pila, & ut, vulgò dicunt *Mole*, permansisse, etiam expleta purgatione, vulgò, *Quarantena*, nec unquam è Navi descendisse, ac deinde de repente discessisse, absque ulla mercium, suique reddita ratione, quod nihil à fuga differt, quinimo ob talem procedendi rationem habendus est prædictus Navarcus, perinde ac si fugam
arripuisset, quicumque enim in loco immuni latitat,
habetur pro fugitivo, quamvis re vera non aufuge- 10
rit è Civitate, vel Territorio *Farinac. de Indit. & Tort. quæst. 47. num. 8. Calderò decis. 67. num. 9. tom. 2.* item fugitivi censentur, qui nec redeunt, nec
Domino Copiam sui faciunt, omnesque ii, qui in
loco morantur, in quo ad sui arbitrium libertatem, 11
& commodum fugiendi habent *Cattialup. de Debit. susp. & fugit. quæst. 1. numer. 5. & 6. Bald. in l. 1. num. 14. C. de edilit. action.*

Cum igitur Carolus Navarcus semper cum sua Navi procul à Pila, vulgò *Molo*, permanserit, nec unquam

quam in terram descenderit animo fugiendi, mercesque auferendi (prout evidenter ejus animum exitus ostendit) Inficiari nequit, quin etiam à principio, & semper fuerit fugiturus, vel saltem post ejus discessum, ac fugam immediatè postea cum rebus, ac mercibus secutam *Santern. de Assecurat. part. 3. num. 68. Monac. dicta dec. Flor. 1. num. 22.*

12 sum, ac fugam immediatè postea cum rebus, ac mercibus secutam

Nec refragatur, quod Navarcus loco mercium exonerationi apto appulerit, si ante illarum exonerationem secutam, fugam arripuerit; cum juxta Juris regulam, *non dicitur venisse, qui non stetit*, affirmari nequeat eum pervenisse, ac merces ad locum destinatum attulisse, quando pro mercibus exonerandis in eodem loco nequaquam moratus est, contra Merca-

13 torum intentionem, qui de dictarum mercium exoneratione unicè solliciti fuerunt *Jason. in l. qui ante Kalendas num. 5. ff. de Verb. obligat. Marsil. cons. 112. per tot. Card. Thusc. liter. V. concl. 75. numer. 1. & seqq. Cyriac. contr. 167. num. 19.* altera etiam adstipulante Juris regula, quod officium suum adimplere non

14 videatur, qui illud, quamvis inceptum, plenè, ac in totum non expleat, per ea quæ firmavimus in *disc. 23. num. 29. & seq.* & in præcisis terminis, quod merces

15 ad locum per Navarcum traductæ non censeantur, si earumdem exoneratio ibidem non habeatur, firmat *Rain. cons. 112. num. 5. vers. unde non dicuntur Thusc. lit. V. concl. 75. numer. 9. Marsil. d. cons. 112. numer. 1. & seq.*

Cum ex præmissis igitur, & ad satietatem hactenus deductis, evidenter de fuga Navarci constet, ejusque fugiendi animus clarè, ac manifestè deprehendatur, quis erit tam injustus rerum æstimator, tam Juris ignarus, ac imperitus, qui non intelligat, ex hac tantum fugæ qualitate, prædictum

16 Navarcum, non simplicis furti, sed Barattariæ reum constitui, ut superius per relatos DD. demonstratum est, ac præsertim per authoritatem Rotæ nostræ Florentinæ penes *Monac. dec. 1. num. 22. 29. & 30.* quam refert, & sequitur *Mans. cons. 421. num. 15. & 16. Rocc. Ep. disput. 97. num. 15. Ursaja Instit. Crim. lib. 3. tit. 10. num. 105.*

Pro præsentis autem resolutionis Coronide illud majori præ cæteris adimadversione dignum est, quod quotiescumque fraude, ac Navarci deceptione in alium, ac diversum usum ab eo, ad quem fuerant per Do-

17 minos destinatæ, merces convertuntur, tunc Barattaria semper regulariter committatur *Thor. in compend. decis. Neap. part. 2. Verb. Assecuratores primo. Ursaja Instit. Crim. lib. 3. tit. 10. numer. 106. Mans. consult. 421. num. 16. vers. ma nel caso, Rocc. Episc. cap. 97. num. 16.*

Hactenus per nos deducta, illas merces tantum cum barattaria à Navarco sublatas, respiciunt: quo vero ad merces per ipsum traditas, quæ deterioris conditionis repertæ fuerunt, dubitandum non est, quin Assecuratores pro refectione, ac emendatione damni ipsis mercibus illati teneantur, cum in se quodcumque periculum, casum, & infortunium, tam compositum, quam casuale susceperint ad tradita per Nos in *plurib. disc. de Commerc. & per Rot. Florent. apud Monac. decis. 1. num. 36. 37. & 38.*

A R G U M E N T U M.

Assecurationis stipulatio commissa non dicitur, nisi probatis per assecuratum extremis in hoc Judicio necessariis, sinistro nempè, & risico Pro sinistro in casu assecurationis Navis, non sufficit docere de casu Maris adverso, quando constat, Navem de tempore contractus fuisse infectam, & corruptam; Sicuti non sufficit pro risico ostendere valorem Navis æquipollentem summæ assecuratæ, quando valor absortus, & consumptus probetur ab anterioribus assecurationibus.

S U M M A R I U M.

1 *Assecurationis obligationi fit locus, probato sinistro, uno ex duobus extremis in hoc judicio necessariis.*
2 *Sinistrum probatur, ex quo Navigium feliciter non pervenerit ad locum destinatum, & quando propter ventum, seu tempestatem damnum passum illud sit, seu ad littus dejectum, & expulsum fuerit.*
3 *Sinistrum probatum dicitur, tam ex submersione Navis, quam ex dejectione in terram, ex qua Navis perierit.*
4 *Assecuratoribus, probato adverso casu, non permittitur allegare aliam causam non prosequuti itineris, & damni passi, nisi plenis probationibus demonstretur.*
5 *Assecuratio non sustinetur absque risico, altero extremo in hoc Judicio necessario.*
6 *Valoris præsumptio militat pro summa certa in obligatione deducta.*
7 *Assecuratorum obligationi factus dicitur locus probatis extremis in hoc Judicio necessariis.*
8 *Actore non probante reus absolvitur.*
9 *Assecurato incumbit onus legitimè, & concludenter probandi, casum sinistrum Navigii assecurati evenisse.*
10 *Sinistri probatio facienda est in eodem loco, vel viciniori per Consulatum cum attestatione Testium, qui casui interfuerunt.*
11 *Omissio actus soliti, facilis, & necessarii, præsefert suspicionem, & præsumptionem damni non sequuti, seu mali Juris.*
12 *Infortunium etiam sine Consulatu probari potest alio modo, & per testes.*
13 *Assertio Magistri Navis non sufficit ad probandum sinistrum in præjudicium Assecuratorum.*
14 *Ventorum vis inter casus fortuitos enumeratur.*
15 *Ventorum, vel aquarum magnitudines, & tempestates in mari, inter casus fortuitos enumerantur.*
16 *Extremis probatis media præsumuntur.*
17 *Morbus, qui aliàs fuit, & nunc inest, præsumitur, medio tempore continuasse.*
18 *A tempore præsenti, præsumitur ad præteritum, & futurum.*
19 *Et à præterito ad præsens.*
20 *Maximè in corruptibilibus, per se semper tendentibus ad desitionem formæ, & potius, per destructionem successivam causæ conservativa.*
21 *Bestia vendita, & mortua, intra breve tempus paucorum dierum post venditionem, præsumitur, fuisse morbosa tempore venditionis.*
22 *Infortunium referri debet causæ antiquiori originali, certæ, & intrinsecæ fragilitatis, & vetustatis Navis, non causæ incertæ venti fortuiti.*
23 *Infortunium potius referendum est causæ naturali Navis, quam causæ accidentali, & extrinsecæ ventorum.*
24 *Effectus tribuendus est Principaliter causæ potentioris, & majoris activitatis.*
25 *Ventorum vis, aquarum impetus, tempestates, & similia solent frequenter in Mari evenire.*
26 *Assecuratores non tenentur, quoties infortunium præcesserit, vel ex culpa Nautarum, vel ex vitio intrinseco rei assecuratæ.*
27 *Assecurator non tenetur de periculo rei assecuratæ, quoties illud ob culpam Domini Navis, vel ipsius Ministri evenit.*
28 *Assecurator tenetur solum de periculo futuro, vel habente causam de futuro, secus habente causam de præterito, & à vitio rei assecuratæ de tempore Contractus.*
29 *Redhibitoria locus est pro restitutione pretii, probato vitio latenti rei venditæ de tempore contractus, & ante contractum.*
30 *Actio redhibitoria habet locum, non tam in animalibus morbosis, & vitiosis, quam in quibuscumque aliis rebus, & in quolibet contractu oneroso.*
31 *Et sive venditor sciverit, sive ignoraverit vitium.*
32 *Assecurationis contractus est contractus emptionis, & iisdem regulis regulatur.*
33 *Actio remanet inefficax ob vitium rei assecuratæ, & ob defectum causæ finalis.*
34 *Actio nulla orta dicitur ad petendum id, quod* in obli-

in obligatione fuit deductum, ob defectum conditionis, sub qua contractus initus fuit.

35 *Probatio aequivoca non relevat.*

36 *Probatio, ut non dicatur sufficiens, sufficit sola possibilitas in contrarium.*

37 *Sententia praesumitur lata ex probationibus in Processu deductis.*

38 *Sententia recipit interpretationem ab actis.*

39 *Sententia facit statum quoad alios, quando concernit eandem rationem decidendi.*

40 *Stylus, & consuetudo probatur ex attestatione Curialium.*

41 *Probatio sufficiens elicitur ex multis adminiculis insimul junctis.*

42 *Recognitionis oppositio fieri non valet, quando jura partis adversae excipientis non sunt recognita.*

43 *Assecuratis, tamquam actoribus, incumbit onus probandi eorum intentionem plenissime, & debitis solemnitatibus.*

44 *Reo convento sufficit vincere per non jus Actorum.*

45 *Et sufficit offuscare, debilitare, & reddere dubias actorum probationes.*

46 *Etiamsi ex ejus parte nihil probaverit.*

47 *Assecuratio non sustinetur ultra periculum, quod currunt assecurati.*

48 *Assecurationes plures super eodem risico fieri non possunt.*

49 *Valor ex subhastatione desumptus praesumitur verus, nisi contrarium concludenter probetur, & numer. 73.*

50 *Valoris melior ratio haberi non potest, quam per subhastationem.*

51 *Tempore omnia consumuntur.*

52 *Res etiamsi solida materia longo usu atteruntur, senescunt, ac recipiunt valoris diminutionem.*

53 *Aestimatio fieri debet cum omnibus suis qualitatibus intrinsecis, & extrinsecis, vitiis, & oneribus.*

54 *Valor diminuitur ad ratam onerum.*

55 *Pretium probatur ex communi hominum aestimatione, & non ab affectione singulari, neque à judicio, & opinione sola venditoris, seu interesse habentis.*

56 *Copiae plus non est credendum, quam originali.*

57 *Pretium rei propriae determinari non valet à venditore ratione affectionis, & interesse in re propria, & num. 55.*

58 *A valore de praeterito argui non potest ad praesens, sicut è contra.*

59 *Mobilia in dies variantur, deteriorantur, & consumuntur.*

60 *Periti non possunt judicare qualitatem rei de praesenti, si secundum tale tempus praesens rem non inspexerunt.*

61 *Valor per Peritos probari non potest, nisi secundum tempus inspectionis.*

62 *Mobilia aestimari debent secundum tempus praesens.*

63 *Periti tenentur deponere de qualitatibus rei pretium diminuentibus.*

64 *Valoris probatio non resultat ex solo tractatu non effectuato.*

65 *Testes probant contra inducentem.*

66 *Probationes imperfectae, juncte non possunt ad faciendum aliquem gradum probationis.*

67 *Valori ex subhastatione desumpto assistit justitia veri pretii, & valoris, & praesumptio, si non juris, & de jure, saltem juris.*

68 *Pretium rei concludenter non desumitur ex subhastatione.*

69 *Contrarium, & contrariae opiniones conciliantur.*

70 *Pretium ex subhastatione desumptum admittit probationem in contrarium.*

71 *In subhastationibus cessat dolus, & suspicio fraudis.*

72 *In subhastationibus non potest dari de laesione, & deceptione ultra dimidium justi pretii.*

73 *Nisi probetur injustitia pretii, & dolus de veritate in contrarium.*

74 *Solemnitatibus debitis adhibitis in subhastationibus, rursus est dubitare de validitate, & justitia pretii venalis.*

75 *Subhastatio facta mediante Judicis Decreto, & aliis formalitatibus à Jure praescriptis concludentissimè probat justitiam pretii rei subhastatae.*

76 *Valor potest à Judice determinari, quando aliqua adesset dubitas.*

77 *Praesumptio aliunde non roborata cedit veritati notoriae in contrarium.*

78 *Assecurationi in judicio absolutoria locus est, non probatis requisitis in hoc judicio necessariis, videlicet sinistro, & risico.*

DECISIO ROTAE FLORENTINAE

In Liburnen. Assecurationis.

Mercurii 31. Julii 1726. Coram D. Collega meo And. Caldereno.

ET

DISCURSUS CXLII.

NAvis Veneta, nuncupata Sancta Margarita, directa à Capitaneo Francisco Taulignan, nationis Gallicae discessura pro transvehendis mercibus à Portu Rachiae ad Portum Amstelodamum, assecurata fuit Liburni, mediante D. Carolo Salvetti pro D. Josepho Guerteiro Mercatore in Civitate Venetiarum, per DD. Georgium Jacson, & alios Mercatores Liburnenses, qui juxta consuetam formam omne periculum in se susceperunt, tam corporis dictae Navis, quam Armamentorum, ac aliorum juxta tenorem Apocae infrascripti tenoris „ *correndo sempre risico li Assicuratori di ogni caso di Mare, di fuoco, di getto a Mare, di rappresaglie, rubberia di amici, e di nimici, e di ogni caso, pericolo, fortuna, disastro, impedimento, o caso sinistro, ancorche non si potesse immaginare, intervenisse, o fosse intervenuto, etiam di Baratteria di Padroni, salvo di Stiva, e Dogane per insino a che saranno scariche in terra, e salvamento, vel luogo dichiarato di sopra.* „

Quia verò Navis solutis velis à dicto Portu Rachiae iter arripuit versus locum destinatum, & vix pervenit intra breve spatium navigationis in Oceanum propè Promontorium nuncupatum Caput Sancti Vincentii, superveniente vento Boreali contrario, coacta fuit versis velis parendo vento ad evitandum periculum submersionis, iter deflectere versus Insulas fortunatas, vulgò *Canarie*, ac se recipere in Portum Sanctae Crucis, ubi itinere firmato, & facta, instantibus D. David de Comitibus Navis Naulizatore, & dicto D. Capitaneo Francisco Taulignan, legitima recognitione, & visitatione ejusdem Navis, illa fuit reperta, & declarata innavigabilis auctoritate Consulis dicti loci. Ex hoc non propitio eventu motus D. Carolus Salvetti nomine, quo supra D. Joseph Guerteiri, provocavit in Judicium coram DD. Consulibus Maris Civitatis Pisarum DD. Jacson, & alios Assecuratores pro solutione summae promissae in Apodixia.

Et in tribus Judiciis expertis coram iisdem DD. Consulibus causa non consequuta exitum, qualem Actor optabat, dum in primo Judicio propter defectum probationis sinistri, absoluti fuerunt Assecuratores ab observatione Judicii, in secundo integram causam ille non obtinuit ex defectu probationis valoris Navis assecuratae, & in tertio pariter succubuit propter defectum probationum, absolutis Assecuratoribus, salvo jure Actoribus melius probandi, prosecutus fuit instantiam pro revisione, qua obtenta à Regali Celsitudine Clementissimi Domini Nostri, & devoluta causa ad nostrum Auditorium, plenissimè fuit per nos victoria causae adjudicata Assecuratoribus, quos absolvendos fore ab impetitis, judicavimus.

Actor intentionem suam desumebat à dicto allegato infortunio venti Borealis, cui attribuebat causam non prosecuti itineris ad Portum destinatum, nec non dilatationem aliquarum tabularum, & declarationem innavigabilitatis ejusdem Navis, ex quo adverso eventu praetendebatur probatum sinistrum, unum 1
ex duobus extremis necessariis in hoc Judicio, ut fieret locus assecurationi, ad tradita per *Episcop. Rocc. disput. Jur. Select. 97. num. 4. Franc. Rocc. de assecurat. notabil. 64. & seq. D. meum Casaregis de Commerc.*

Commerc. disc. 1. num. 36. & numer. 101. & seqq.
& 66. Rot. Januen. de Mercatur. decis. 101. num. 1.
& 5. Senatum Cathaloniæ apud Fontanell. dec. 243.
num. 11. Rotam nostram coram D. meo Audit. Ur-
bani mecum Conjudice in eadem causa in Liburnen.
Cambii Maritimi, & assecurationis 6. Septembris
1720. num. 7. & seq. Rot. Romana, coram Mantica
decis. 297. num. 5. & seqq. coram Dunoz. Jun. decis.
460. num. 1. & seq. coram Emerix Jun. decis. 484.
num. 1. & decis. 515. num. 1. & 10. coram Ansald.
decis. 41. num. 1. & 2. apud Balducc. decis. & res
Judic. decis. 7. numer. 1. tit. 1. de assecurat. & post
eum ad cons. Ramon. tom. 2. decis. 23. num. 1. &
tom. 4. decis. 21. numer. 1. & in rec. decis. 54. nu-
mer. 1. & seq. decis. 151. numer. 1. & decis. 258.
num. 1. & seqq. part. 6. & decis. 420. num. 5. part.
16. & decis. 400. num. 4. part. 17.

Etiamsi de totali naufragio non doceretur, attenta
forma obligationis cum generalitate verborum, cum
ad hunc effectum probandi sinistrum sufficiat, quod
Navigium feliciter non pervenerit ad locum destina-
2 tum, quodque propter ventum, seu tempestatem,
damnum passum illud sit, seu, quod ad littus deje-
ctum, & expulsum fuerit l. 1. C. de naufrag. lib. 11.
ibi „ si quando naufragio navis expulsa fuit ad
„ littus „ l. cum depressa, & ibi glossa verbo cum
depressa, ff. ad l. Rod. de jact. prim. De Hevia de
Commerc. naval. cap. 14. num. 25. Scacc. de Com-
merc. parf. 1. quæst. 1. num. 140. juncto num. 147.
vers. pro solida Santern. de assecurat. part. 4. n. 43.
3 ubi quod æquiparantur submersio Navis, vel dejectio
in terram, ex qua Navis perierit, Stracc. de assecurat.
gloss. 27. num. 7. Rocc. disp. Jur. Select. cap. 97. nu-
mer. 7. & seqq. D. meus Auditor Casareg. de Com-
merc. disc. 1. num. 56. & 57. & num. 119. & disc.
70. à numer. 5. usque ad 9. Mastril. decis. 197. nu-
mer. 1. & seqq. Balducc. decis. & res Judic. tit. de
assecurat. decis. 10. num. 9. & decis. 11. numer. 5.
D. Auditor de Comitibus decis. Florent. 61. num. 29.
Rot. coram Dunoz. Jun. dec. 460. num. 2.

Adeout, cum probatio dicti casus adversi sit certa,
non sit permissum Assecuratoribus allegare aliam cau-
sam non prosequuti itineris, & damni passi, nisi illa
4 concludentissimis, & plenissimis probationibus demon-
stretur, ad monita per text. in l. 2. C. de naufrag.
lib. 11. Stracc. de Navib. & Navig. part. 2. n. 6.
Giurb. observ. 32. num. 13. & 14. & Thomat. dec.
93. numer. 5. & seq. & generaliter Pacion. de locat.
cap. 29. num. 66.

Aliud verò extremum risici in hoc Judicio pariter
necessarium, & sine quo subsistere non potest assecu-
5 ratio, Stracc. de assecurat. gloss. 10. num. 17. in ul-
tima falli specie vers. in priorem tamen Sententiam;
Rot. Januen. de Mercat. decis. 3. num. 26. decis. 5.
numer. 10. circa fin. & seqq. decis. 36. numer. 9. &
decis. 102. numer. 4. D. meus Casareg. de Commerc.
disc. 40. num. 1. & 2. & disc. 5. num. 24. & disc.
10. num. 15. & disc. 13. num. 2. & 3. Rot. in rec.
decis. 571. num. 1. 2. & 3. part. 5. & dec. 47. post
numer. 2. part. 7. non deficere asserebatur ab eodem
Assecurato, illudque desumebatur à valore ejusdem
Navis valdè majori summis assecuratis.

Et ad valoris probationem asserebatur, primò æsti-
matio Navis judicio mediatorum in Apodixiis securi-
tatum Venetiis celebratis, qui in Ducatis viginti mil-
le Venetis illam æstimarunt,

Secundò adducebantur attestationes plurium alio-
rum Mercatorum in similibus Contractibus deponen-
tium de justitia pretii determinandi à mediatoribus.

Tertiò asserebatur commissio D. Ferdinandi Longi-
ni proprietarii Navis directæ D. Capitaneo Nicolao
Barchavich, vendendi eandem Navem pretio petiarum
tresdecim millium in Alicant, & in Hispania, cum
concurrentibus adminiculis ad hoc etiam conferat ju-
dicium venditoris.

Quartò allegabatur attestatio Magistri Joannis Ja-
comactii, & Bernardi Muti fabricatorum Navium in-
formatorum qualitatis ejusdem Navis.

Quintò adjungebatur tractatus habitus in Civitate
Melphitensi cum D. Commendatore Emanuel Zamo-
ra emptionis ejusdem Navis, prout ex Scriptura de die 23.
Martii 1719. pro petiis sexdecim mille quingentis,

Sextò denique, præcisivè ab his probationibus, as-
serebatur, nunquam esse dubitandum de valore pro
summis, pro quibus fuit stipulata assecuratio, ratio- 6
ne præsumptionis militantis pro summa certa in obli-
gatione deducta, juxta opinionem Santern. de assecurat.
part. 3. num. 42. & 43. Scacc. de Camb. §. 1. quæst. 1.
num. 169. vers. primus casus, Molin. de Just. & Jur.
tom. 2. de Contract. disput. 507. num. 8. D. Casareg.
de Commerc. disc. 1. numer. 101. & 102. & disc. 7.
num. 11. 12. & 13. Fontanel. dec. 244. num. 15. Rot.
Januen. apud Bellon. dec. 5. num. 11. vers. secundo, &
penes Balducc. dec. & res Judic. decis. 14. num. 11. 12.
& 13. D. Auditor Jacob. de Comitibus decis. Florent.
64. num. 29. 30. & 32. Rot. Roman. post Balducc. ad
Ramon. dec. 23. num. 6. & coram Ansald. decis. 41.
num. 10. Rot. in rec. dec. 420. num. 17. & 18. par. 16.
& decis. 400. num. 12. part. 17. & decis. 58. num. 2.
& 5. part. 19. tom. 1.

Sicque verificatis extremis necessariis in hoc Judi-
cio, jactabatur, quod factus esset locus obligationi 7
Assecuratorum, ut in terminis similis conventionis,
Rota Januen. de Mercatura decis. 5. per tot. & apud
Balducc. dec. & res Judicat. tit. 1. de Assecurat. dec.
10. num. 9. dec. 15. num. 14. & decis. 13. num. 4. re-
petit. apud D. meum Joseph Casareg. de Commerc. disc.
10. D. Auditor Jacobus de Comitibus dec. Florent. 64.
numer. 1. & seqq. tom. 1. Card. De Luca de Credit.
disc. 106. num. 11. & 12.

His tamen non obstantibus, in contrarium judica-
vimus, sentientes, Actorem defecisse in legitima, &
concludenti probatione extremorum necessariorum in
hoc Judicio, quibus deficientibus, vel altero eorum, 8
intrat de plano vulgatissima juris regula, quod Acto-
re non probante reus absolvitur, l. qui accusare 4.
C. de edend. l. Actor. quod asseverat C. de Probat.
Barbos. Axiom. 10. num. 2. Bonden. Collect. Legal.
23. numer. 2. & 3. tom. 1. & collect. 30. num. 1.
tom. 2. Conciol. allegat. 52. numer. 13. allegat. 53.
num. 2. & allegat. 72. numer. 34. & 35. Andreol.
controv. 163. num. 13. Torr. Var. lib. 2. Miscellan.
part. 1. dec. 8. n. 30. tit. 12. fol. 616. Rot. Lucen.
recollect. per Palm. Nep. dec. 361. num. 30. tom. 4.
Rot. coram Celso dec. 329. num. 12. & coram Buratt.
decis. 248. num. 1. & decis. 380. num. 1. & in rec.
decis. 409. numer. 6. part. 1. & decis. 428. num. 2.
part. 4. & dec. 441. num. 8. ead. part. 4. tom. 2. &
decis. 2. n. 3. par. 14. & dec. 209. num. 37. part. 19.
tom. 1. & in puncto assecurationis, Rot. Genuen. co-
ram Balducc. inter dec. & res Judic. tit. de Assecurat.
dec. 3. num. 3. & in una Genuen. assecurationis die
21. & 27. Februarii 1697. apud D. Casareg. de
Commerc. & Mercatur. disc. 12. num. 14.

Quo enim ad primum requisitum sinistri, indubi-
tati juris est in hoc Judicio ordinario, quod Assecu-
rato incumbit onus legitimè, & concludenter pro- 9
bandi casum sinistrum Navigii assecurati evenisse, Tar-
ga Ponderat. Maritim. cap. 33. numer. 7. Rocc. res-
ponf. 28. num. 13. & 14. lib. 1. & de assecurat. notab.
58. lib. 2. Rota Genuen. de Mercatur. dec. 3. n. 3.
& seqq. eadem Rota Genuen. apud Balducc. tit. de
assecurat. decis. 2. num. 5. 6. & 7. inter dec. & res
judic. & decis. 3. num. 1. & apud D. Casareg. de
Commerc. disc. 12. num. 11. & 12. & disc. 13. nu-
mer. 14. idem D. Casareg. disc. 1. num. 36. D. meus
Auditor Jacobus de Comitibus decis. Florent. 61. nu-
mer. 14. & seqq.

Et quod regulariter probatio facienda sit in eodem
loco, vel viciniori per consuetum Consulatum cum
attestatione testium, qui casui interfuerunt, juxta pra- 10
xim traditam à Bart. in d. l. 2. C. de naufrag. lib. 11.
& recensitam per Episcop. Rocca disp. 97. num. 2. An-
sald. de Commerc. disc. 70. num. 15. D. Auditor de Co-
mitibus decis. Florent. 61. num. 19. D. Casareg. de Com-
merc. & Mercatur. disc. 23. num. 12. Rota nostra in
dicta Liburnen. Cambii Maritimi, & Assecurationis
6. Septembris 1720. num. 64. coram D. Urbano Rot.
Roman. coram Ansald. decis. 41. num. 5. & apud Bal-
ducc. ad Ramon. dec. 21. num. 2. tom. 4. & decis. &
res judic. tit. 1. de Assecurat. decis. 6. num. 2. decis. 7.
numer. 1. & 4. & decis. 8. num. 8. & num. 2. & dec.
17. num. 12. post Urceol. de transact. decis. 66. num. 1.
& in rec. dec. 369. num. 12. part. 19. tom. 1.

Quæ

Quæ tamen forma fuit omissa in præsenti, licet ipse Gubernator Navis hoc facere commodè potuisset in Portu Sanctæ Crucis Insulæ Teneriſ, cui Navis appulerat, examinando testes, qui præcisè super eodem casu deponere valebant, an ex infortunio venti contrarii casus deteriorationis Navis evenisset, ex qua omissione actus soliti, facilis, & necessarii, oritur

11 suspicio, & præsumptio, quod prætensum damnum Navis non acciderit ex dicta causa, ut observant *Conciol. allegat.* 12. *num.* 10. *Episc. Rocc. disput. Jur.* 141. *numer.* 16. *tom.* 2. *Genua de Scriptur. privat. lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 30. *fol. mihi* 49. *Magon. decis. Florent.* 90. *in fin. D. Casareg. de Commerc. disc.* 104. *numer.* 49. 50. *&* 51. *Rota coram Gregor. XV. decis.* 188. *num.* 5. *&* 10. *&* *in rec. decis.* 259. *numer.* 5. *part.* 6. *& decis.* 345. *num.* 25. *in fin. part.* 25. *& decis.* 282. *num.* 5. *part.* 16.

12 Non obstante, quod alio modo, etiam sine consulatu, probari possit infortunium, & per testes in subsidium, *Antonell. de loco legali lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 27. *&* 28. *Franc. Rocc. de Naut. & Navib. notab.* 95. *num.* 245. *Episcop. Rocc. disp.* 97. *num.* 2. *Ansald. de Commerc. d. disc.* 70. *num.* 16. *D. Audit. Casareg. de Commerc. disc.* 1. *num.* 38. *& seqq. Rot. Januen. apud Balducc. decis. & res judic. tit.* 1. *de assecur. decis.* 6. *num.* 2. *decis.* 10. *num.* 2. *& decis.* 13. *num.* 1. *Rota nostra Florentina coram D. Auditore Jacobo de Comitibus decis. Florent.* 61. *num.* 20. *tom.* 2. *& coram D. Manilio Urbano in d. Liburnen. Cambii Maritimi, & Assecurationis* 6. *Septembris* 1720. *num.* 65. *&* 66. *& Rota Romana cor. Emerix Jun. decis.* 439. *num.* 1. *coram Ansaldo d. decis.* 41. *num.* 6. *& post Urceol. de transact. d. decis.* 66. *numer.* 1. *& post Balducc. ad Ramon. tom.* 4. *dec.* 21. *num.* 2. & apud eumdem *Balducc. decis. & res judic. tit.* 1. *de assecurat. decis.* 8. *& decis.* 15. *& in rec. decis.* 420. *numer.* 8. *part.* 16. *& d. decis.* 269. *numer.* 6. *part.* 19. *tom.* 1.

Quin ad illud probandum in nostro casu affertur solum assertio, seu depositio Gubernatoris, vel Magistri Navis vulgariter nuncupati *il Pilota* deponentis, quod Navis, completo cursu Mediterranei in ingressu Oceani propè Promontorium Sancti Vincentii ob supervenientiam venti Borealis, impedita fuit iter susceptum prosequi Amstelodamum versus, & coacta fuit iter deflectere versus Insulas Canarias, ibique se recipere ad evitandam Navis jacturam, & præcipue propter dilatationem aliquorum membrorum ejusdem Navis, qua mediante per quasdam rimulas nuncupatas *Falle* aqua ingrediebatur.

13 Quicquid enim sit, an sufficiat sola assertio Magistri Navis ad probandum sinistrum in præjudicium Assecuratorum, ut negativè respondet de veriori opinione per *l. quoties C. de naufr. lib.* 11. *Rot. Genuen. de Mercatur. decis.* 3. *n.* 7. *Rocc. de Navib. & naut. notab.* 95. *num.* 247. *& tit. de assecurat. not.* 59. *num.* 201. *Rota Januen. de Mercatur. dec.* 3. *num.* 17. *D. meus Audit. de Comitibus decis. Florent.* 61. *num.* 20. *Rot. in rec. decis.* 369. *num.* 24. *part.* 19. *tom.* 1.

Quatenus etiam de sinistro constare diceretur ob solam dilatationem membrorum, & ob ingressum aquæ per rimulas, sive ex attestatione Magistri Navis, sive aliunde, hoc tamen non sufficit ad probandum verum infortunium necessarium ad hunc effectum, cum frequentissimè in Navigationibus hoc evenire soleat, ut Naves etiam ex levi accidenti, & sine adversitate Maris, in aliqua parte patiantur dilatationem, & aquam recipiant per rimulas, quibus tamen facilè à Nautis provideri solet remediis usitatis, quando Navis naturaliter, & in sui essentia, & substantia sit perfecta, & robusta.

14 Et si enim vis ventorum inter casus fortuitos enumeretur, hoc intelligitur de vento furente, de quo *Virgil. lib.* 10. *Æneid.*

Quid tempestatum Regem, ventosque furentes.

15 Ed de vento violento, de quo *Lucr. lib.* 5. & de ventis, & aquis magnis, ex quibus Navis submersio, & jactura naturaliter sequatur *Devicq. de Avariis post D. meum Casareg. de Commerc. num.* 24. *fol.* 22. „ ibi „ *aut tempestate gravi oborta* “ *Rot. in rec. d. dec.* 369. *num.* 32. *part.* 19. *tom.* 1.

Ideoque cum hic casus non acciderit, & Navis obsequendo vento, pervenisset propitio afflatu ad Portum Sanctæ Crucis, & difficultas consistat in sola causa dilatationis membrorum Navis, & interruptionis itineris; An scilicet propter impetum venti contrarii, an verò propter aliam causam præcedentem senectutis, & fragilitatis Navis hoc evenerit, prout prætendebatur ab Assecuratoribus, qui asseverabant usque ab initio, & ante susceptionem itineris, corruptam esse Navem, & prorsus ineptam Navigationi, visum nobis fuit insistendo super hac inspectione, casum adversum contigisse ex antiqua, & præcedenti Navis infectione.

Conveniebant enim Assecurati, & Assecuratores in vetustate Navis navigationi antea continuò expositæ per spatium viginti duorum annorum, de quo ulteriùs constabat legitimis documentis, prout ex summario Assecuratorum *num.* 26. *fol.* 28. *& num.* 43. *fol.* 54.

Non controvertebatur quoque, quod Navis antequam daret vela ventis à Portu Rachiæ, seu Cadicis, à quibus iter sumendum erat, plura Maris, ac tempestatum discrimina subjisse cum non exigua ejusdem Navis deterioratione inter dictos Portum Rachiæ, & Cadicensem, quod etiam probatur Epistolis Magoni, & Gentilis Ministrorum D. Guerreirii scriptis sub die 19. Decembris 1719. & 29. Januarii 1720. eidem D. Guerreiro Cessionario, & Creditori proprietarii Navis.

Pariter probatum fuit per attestationes juratas trium Peritorum nuncupatorum vulgariter *Calafati* in eodem *Summ. num.* 1. *fol.* 1. qui ante inceptum iter vocati fuerunt de mandato dictorum Magoni, & Gentilis ad recognoscendum statum Navis, quod illa esset in pluribus partibus labefacta, corrupta, & disrupta, & in tali statu constituta, ut prorsus esset inhabilis, & non apta navigationi, etiam per breve spatium itineris, ut his præcisis verbis deposuit Magister Fortunatus Franciscus Hnaya Calafatus Hispanus „ *espone, che avendola riconosciuta, trovarono, che le costure della detta Nave mancavano di stoppa in differenti luoghi, e che le due traverse fra li due procinti erano saltate fuori, e per la maggior parte marce, di maniera che li chiodi non si potevano tenere, che il detto Comparente vedendo la Nave si maltrattata, dichiarò, che non era in stato di fare il viaggio in Olanda, e che non s'imbarcherebbe per andare a S. Luca distante cinque, o sei leghe da questa Baja, e che la suddetta aveva assolutamente bisogno di esser carenata* “ Cujus relatio coram eodem Consule plenissimè fuit juramento confirmata à Magistris Diego di Mendozza, & Josepho de Ryviera pariter Calafatis Hispanis eodem *Summ. num.* 1.

Indem Navi perventa in Portum Sanctæ Crucis, & ibi recognita instantibus D. Capitaneo Taulignan, & D. David de Comitibus per quatuor visitationes solemnes de mandato D. Consulis ejusdem loci, adhibitis in omnibus tribus peritis electis ex officio ab eodem Consule, apparuit iisdem concorditer referentibus cum eorum juramento, illam esse in pessimo statu, principaliter propter corruptionem ferè in toto fundo, prout in ultima recognitione „ ibi „ *perchè il fondo è quasi tutto marcio, ci hanno tutti dichiarato, essere in un cattivo stato, e non poter navigare, perchè il fondo è quasi tutto marcio, e che tutte le sue membra hanno acconsentito, il che gli fa fare una gran quantità di acqua, e trovando, che questo Porto non è capace di poterla accomodare, e che quando fosse in un Porto di Europa, costerebbe più, che la Nave non varrebbe per metterla in stato di Navigazione* “ eodem Summario Assecuratorum *num.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. *&* 8. *a fol.* 1. *usque ad* 9.

Unde ex his constito non tam antea à die inchoati itineris à Portu Rachiæ, seu Cadicis, quam postea de tempore, quo Navis ingressa fuit Portum Sanctæ Crucis, quod illa esset corrupta, & quod haberet ferè totum fundum corruptum, & devastatum, 16
& omnes ferè tabulas, seu membra ut vulgariter dicitur *Marcie*, exinde sequitur, quod etiam de tempore asserti casus talis esset, ex regula, quod probatis extremis media præsumuntur, *l. sicut.* §. *Non videtur*,

detur, ff. quibus mod. pign. vel hypothec. Barbos. axiom. 145. num. 1. Mascard. de probat. conclus. 1101. numer. 7. & ferè in terminis Surd. decis. 146. num. 16.
17 ubi quod morbus, qui alias fuit, & nunc inest, præsumitur medio quoque tempore continuasse, Rot. in rec. decis. 134. num. 4. part. 19. tom. 1.

18 Et est altera regula, quod à præsenti præsumitur ad præteritum Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 24. à num. 41. Everard. in Topica Jur. argument. à tempor. ad temp. num. 19. & 20. Marescott. Var. resol. lib. 11. cap. 55. num. 9. & 20. Rot. in rec. dec. 560.
19 numer. 22. par. 19. tom. 2. & à præterito ad præsens juxta textum in l. testium in fin. C. de testibus, Mans. consult. 389. num. 1. tom. 5. Posth. de manutent. obser. 17. num. 9. & seqq. Sammartiat. controv. 147. num. 4. tom. 2. Rot. in rec. decis. 11. numer. 17. part. 10. & dec. 630. part. 18. tom. 2.

Et præsertim in corruptione per se semper ten-
20 dente ad desitionem formæ, & totius per destructionem successivam causæ conservativæ, ad tradita per Philosophos, & præcipuè per Suar. disp. 58. met. sect. 11. Conimb. in quæst. 17. artic. 5. Spinol. disput. 2. Sect. 1. Hurtad. disp. 1. sect. 8. Sorbellon. de ortu, & interit. disput. 2. quæst. prim. de gener. art. 6. quid sit corruptio §. 70.

Quod in præsenti clarius comprobatur, stante brevitate temporis, quod intercessit à die suscepti itineris ad diem sinistri, seu ingressus aquarum in Na-
21 vem, prout dicitur de Bestia vendita, & mortua intra breve tempus paucorum dierum post venditionem, quæ præsumitur, fuisse morbosa tempore venditionis, Boer. decis. 323. num. 12. Mascard. de probat. conclus. 92. Ludovic. decis. Perusin. 118. Cabal. cons. 179. Paul. Christin. decis. Belgic. 97. num. 11. Sabell. in Summ. §. Periculum numer. 3. & §. Venditio, num. 39. & in prabic. §. Bovi num. 5.

Et præsupposita, ut patet ex serie tot probationum, originaria, & indubitata fragilitate Navis, & ejus intrinseca ineptitudine ad navigandum, neque docto concludenter de infortunio gravi, ex quo per se solum Navis fuerit submersa, aut substantialiter disrupta, sed de sola superveniente, & occursu venti Borealis, cujus primis afflatibus illa obtemperando iter deflexit, illudque direxit versus Insulas Canarias, ad quas ferè incolumis pervenit, & cum sola dilatatione aliquorum membrorum, ex hoc colligitur, quod infortunium non fuerit tale, ut providentia humana evitari non potuerit, sed, quod solummodo navigatio fuerit protracta ob Navis inhabilitatem, propterea que totum damnum referri debeat cau-
22 sæ antiquiori, originali, certæ, & intrinsecæ fragilitatis, & vetustatis Navis, secus verò causæ incertæ ventus fortuiti, l. fin. ff. de possess. hered. petit. l. veniunt, §. Cum prædiximus ff. de petit. hered. l. in finalibus ff. fin. regund. l. emancipatum, ff. de Senator. l. item veniunt, §. Cum prædiximus, ff. de petit. heredit. Jov. de solemnit. in contract. minor. gloss. 12. §. 4. n. 42.

23 An referendum sit potius causæ naturali vitii Navis, quam causæ accidentali, & extrinsecæ ventorum, ad textum in l. qui dotem. §. Hæreditatem in fin. ff. de Castren. pecul. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 29. num. 48. Ciarlin. contr. 34. num. 6. lib. 1. Tusc. pract. conclus. lit. H. conclus. 147. num. 1. Boer. dec. 114. num. 6. Stabban. Jun. resol. 133. num. 13. Jovius de solemnit. in contract. minor. gloss. 22. §. 8. n. 37. Torr. Var. Jur. quæst. lib. 2. quæst. 9. num. 9. tit. 6. fol. 62. Rot. in rec. decis. 167. num. 9. part. 14.

Potissimum, cum vitium intrinsecum infectionis,
24 & corruptionis reputandum sit pro causa potentiori, & majoris activitatis ex prædictis, cui propterea principaliter effectus est tribuendus, ex monitis per Cyriac. controv. 394. numer. 67. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 29. num. 49. & Dominum meum Bonfin. ad Banniment. general. in appendic. 1. ad cap. 27. n. 33.

Quibus præmissis, corruit fundamentum Actoris, quod sufficiat Assecurato, probare casum Maris adversum ex supra adductis in §. Actor qui præsumitur
25 in iis, quæ frequenter evenire solent, ut ventorum vis, aquarum impetus, tempestates, & similia, ad tradita per Giurb. observat. 32. numer. 13. & 14. & Thomat. decis. 93. num. 5. & seqq.

Nam hæc conclusio procedit, quando de casu, & tempestate Maris sufficienter, & certitudinaliter constat, nec in contrarium pateat de alia causa potentiori, & urgentiori, cui imputari possit infortunium: quoties enim ex alia causa, veluti ex culpa Nautarum, sive ex vitio intrinseco rei assecuratæ, & habente causam de præterito provenerit infortunium, prout plenissimè apparet in præsenti, non dicitur, 26
constare de infortunio ad hunc effectum necessario, & Assecuratores non tenentur, Reinold. Kuricke. in jus Maritim. Hanseat. tit. de assecurat. pag. 6. vers. Ast quia circa fin. „ ibi „ sic ex jactu mercium tenetur Assecurator, quia jactus casibus fortuitis adnumeratur; Non verò tenetur, si merces vitio proprio corruptæ, vel culpa Magistri Navis non bene reconditæ, depravatæ, aut non servatæ fuerint “ Marquard. de Jur. Mercat. lib. 2. cap. 13. sub numer. 36. vers. diversum verò jus de Vicq. in observat. ad tractat. de Avariis post tractat. D. Auditoris Casareg. de Commerc. num. 24. ad med. vers. cæterum pag. 22. ubi pulchrè cæterum si merces proprio & intrinseco vitio corruptæ, & vitiatæ sint, illa suo Domino peribunt; Neque illud damnum Assecuratores sarcire, reficere, & reparare tenebuntur.

Fortiùs, quando cum vitio concurrit, etiam culpa Assecurati, vel ejus Procuratorum, prout in casu nostro, in quo; antequam Navis exiret à Portu Gadidis, detecta erat inhabilis, & valdè periculosa juxta protestationem dictorum Peritorum, qui illam corruptam in partibus substantialibus manifestaverunt; Si enim Navis erat inepta navigationi, non debebant DD. Salvetti, & Guerreiro, seu eorum Procuratores illam itineri exponere, quod si fecerunt, & ob id 27
effecta est prorsus innavigabilis, deterioratio processit ab eorum audacia, & culpa, ideo cedere non debet damno Assecuratorum ad textum apertum in l. cum proponas 3. C. de nautic. fœnor. „ ibi „ amissarum mercium detrimentum, quod non Marinæ tempestatis discrimine, sed ex præcipiti avaritia, & incivili debitoris audacia accidisse asseveratur, adscribi tibi juris publici ratio non permittit “ Odd. cons. 31. num. 18. & seqq. Santern. de assecurat. part. 4. number. 16. & seqq. Rocc. Select. disp. Jur. cap. 98. num. 1. Scacc. de Commerc. §. 1. quæst. 1. num. 154. de Hevia de Commerc. Naval. cap. 14. num. 24. & 25. de Vicq. loco supra relato num. 69. Marquard. de Jur. Mercat. lib. 2. cap. 13. sub num. 36. vers. cum en facto Mastrill. dec. 197. num. 11. part. 2. Muta dec. Sicul. 3. num. 10. & 11. Christin. dec. 47. n. 5. & 6. Rocc. de assecurat. notab. 22. num. 67. & de Navib. notab. 51. num. 139.

Assecuratores enim tenentur solum de periculo futuro, vel habente causam de futuro, secus habente 28
causam de præterito, & à vitio rei assecuratæ de tempore contractus, Marquard. de Jur. Mercat. lib. 2. cap. 13. num. 27. optimè Mastrill. decis. 284. num. 56. 58. & 60. part. 3.

Quod generaliter locum habet in contractu venditionis, in quo, probato vitio latenti rei venditæ 29
de tempore contractus, & ante contractum, actio non competit ad pretium, & si illud fuerit solutum, locus est redhibitoriæ, pro restitutione, ut scribit Ulp. in l. redhibere. ff. de Ædilit. edict. Gomez Var. resolut. tom. 2. cap. 2. num. 48. vers. & resolutione dico Cyriac. contr. forens. 55. num. 58. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 31. num. 1. & lib. 3. cap. 20. num. 2. Capon. contr. forens. 37. num. 5. & seqq. & num. 10. & seqq. ac per tot. Ciarlin. contr. 113. num. 5. Zacch. quæst. medic. legal. lib. 1. tit. 3. quæst. 1. num. 2. & 3. & ego ipse in resolut. 42. num. 9. & per tot.

Quorum Doctorum traditio procedit, non solum 30
in Animalibus morbosis, & vitiosis, verum etiam in quibuscumque aliis rebus, & in quolibet contractu oneroso, juxta l. si prædium. §. Idem observatur. C. de Ædilit. & ibi Bald. Hodiern. ad Surd. dec. 146. num. 4. 5. 6. & 7. Guzman. de evict. quæst. 61. num. 3. & num. 48. Caponi contr. 37. num. 6. 7. & 8. & numer. 16. Carena resolut. 160. num. 3. & 4. & resolut. 185. num. 2. 3. & 4. Gob. consul. dec. 194. numer. 20. & 21. & seqq.

Et sive venditor sciverit, sive ignoraverit vitium, 31
cum non intersit, an emptor decipiatur ignorantia, an calliditate venditoris, juxta l. 1. §. Causa. ff. de Ædilit. edict. & ibi Gapol. n. 13. Surd. dec. 146. num. 5.

d. con-

Ciarlin. d. controv. 113. n. 6. Panimol. dec. 35. n. 2. Urceol. consult. forens. 53. num. 10. & 11. Castan. decis. 30. num. 10. & 11. D. Vespignan. de empt. & vendit. consult. 16. n. 6. & ego ipse dixi resol. 42. n. 17. tom. 1. Manson. de caus. executivis prelud. 2. num. 5. Mastrill. dec. 187. num. 10. & decis. 194. num. 22. Mans. consult. 421. num. 10. Scacc. de Commerc. §. 1. quæst. 1. num. 129. Rot. in rec. decis. 369. num. 2. & decis. 373. num. 6. part. 19. tom. 1.

32 Quod confert etiam Nostræ hypothesi, cum assecurationis contractus sit contractus emptionis, iisdemque regulis reguletur, ad tradita per Giurb. obser. 73. num. 6. vers. alii, Ansald. de Commerc. & Mercatur. disc. 12. num. 4. D. Casareg. de Commerc. & Mercatur. disc. 1. num. 90. & disc. 3. num. 1. & disc. 10. n. 42. & disc. 70. num. 9. Episcop. Rocc. disput. Jur. cap. 97. num. 5. Altimar. de Nullit. Contract. rubr. 1. part. 2. quæst. 26. num. 9. Fontanel. decis. 243. num. 14. Balduc. dec. & res judic. tit. 1. de assecurat. decis. 1. num. 1. decis. 10. num. 11. & decis. 13. num. 45. & decis. 25. numer. 3.

33 Ideòque inefficax remaneat ob vitium rei assecuratæ, prout cæteri contractus, & ob defectum causæ finalis contrahendi, ratione deducta ex textu in l. ex empto. §. Si quis Virginem, ff. de act. empt. cum quo Carena d. resolut. 160. num. 5.

34 Seu propter defectum conditionis, sub qua contractus initus fuit, qua non purificata, nulla actio oritur dicitur ad petendum id, quod in obligatione fuit deductum, prout in terminis nostris Rot. Genua de Mercat. dec. 3. n. 3. & seqq. & nu. 5. & eadem Rota Genua apud Balducc. dec. & res judic. tit. 1. de assecurat. dec. 2. num. 5. 6. & 7. ubi quod obligatio assecurationis sit conditionalis, & eadem Rota Genua apud D. Casareg. disc. 12. n. 13. & disc. 13. num. 14. 15. & 16. de Hevia de Commerc. Naval. cap. 14. numer. 25. Santern. de assecurat. part. 3. n. 19. Fontanell. dec. 243. nu. 23. & Rota Romana post Zuff. de Legitim. Process. dec. 88. num. 1. & seqq. & alibi passim, & in rec. dec. 369. num. 1. part. 19. tom. 1.

Quæ conditio purificata non dicitur per deficien-
35 tiam, & jacturam rei assecuratæ ex causa, & vitio
de præterito, & quando assecurator concludenter non
docet de casu adverso ex causa certa de futuro per
probationes univocas, & non æquivocas, per regulam, quod probatio æquivoca non relevat, Barbos. Axiom. 191. n. 3. Sabell. resolut. 92. num. 11. & 12. Gratian. discept. Forens. 980. n. 14. Rot. cor. Dunoz. Jun. dec. 899. n. 4. coram Corill. dec. 233. n. 8. cor. Merlin. dec. 382. n. 4. in fin. & coram Cerro dec. 525. n. 3. & coram Seraphin. dec. 1103. num. 2. coram Duran. dec. 337. num. 38. & in rec. dec. 402. num. 21. & dec. 520. num. 69. part. 14.

36 Et quod sola possibilitas in contrarium sufficit ad hoc, ut probatio non dicatur sufficiens, Rocc. Select. disput. cap. 111. num. 48. Camil. Medic. cons. 43. numer. 16. Gatt. consil. 27. num. 50. Rota cor. Ludovis. dec. 353. num. 2. Corr. dec. 565. num. 13. in recent. dec. 466. num. 9. part. 19. & post Mel. observat. dec. 75. num. 6. & dec. 121. num. 17.

Præsertim quia hic per sententiam dicti D. Consu-
lis fuit declarata Navis innavigabilis, nulla facta men-
tione de infortunio Maris, & nullo præcedente Con-
37 sulatu, neque examine testium super casu adverso, ac
solum deducta in actis vetustate, fragilitate, & cor-
ruptione Navis in partibus substantialibus, ex quibus
propterea solum modò lata præsumitur sententia de-
38 claratoria innavigabilitatis, & non ex causa adversi-
tatis Maris, de qua nulla fuit facta mentio, Rot. cor.
Duran. dec. 60. n. 44. in fine cor. Emerix Jun. dec. 122. n. 4. dec. 194. n. 5. & dec. 847. n. 1. & in rec. dec. 64. n. 14. part. 9. & dec. 32. n. 2. part. 15. & dec. 469. num. 49. part. 19. tom. 2. ubi quod Sententia recipiat interpretationem ab actis.

Quæ Sententia, etiamsi lata inter Capitaneum Na-
39 vis, Naulizatorem, facit statum quo ad alios, quia
concernit eandem rationem decidendi, & statum Na-
vis, de quo disputatur, Angel. de Confess. lib. 1. quæst. 7. effect. 5. n. 45. Palm. Nep. allegat. 14. n. 27. tom. 1. & allegat. 346. n. 37. tom. 4. D. Auditor Jacobus de Comitibus dec. Florent. 17. num. 6. & dec. 33. §. 1. num. 24. & §. 2. num. 37. Rot. coram Peutinger decis. 114. num. 14. coram Ninot. decis. 1. num. 7. & post Zacch. de obligat. Cameral. dec. 178. num. 8. & in rec. dec. 352. num. 3. part. 3. & dec. 161. num. 30. part. 9. tom. 1. & dec. 31. num. 9. part. 19. & in Mantiss. ad Card. De Luc. dec. 29. num. 7. tom. 16. & in terminis similis Sententiæ, firmavit Ansald. de Commerc. & Mercatur. disc. 70. num. 21. D. Casareg. disc. 1. num. 82. D. Auditor de Comitibus decis. Florent. 64. num. 23. & 24. tom. 1. Rota coram Ubag. dec. 99. num. 7.

Non obstante, quod aliqui ex testibus, & periti
non fuerint formiter examinati super prædictis, ne-
que eorum attestationes judicialiter recognitæ, nedum
quia in Tribunali DD. Consulum Maris Civitatis Pi-
sarum adest consuetudo, & stylus non recognoscen- 40
di attestationes, vel examinandi testes, nisi hæc re-
cognitio expressè petatur, ut ex fide Curialium illius
Civitatis, quibus in hoc deferendum esse, tradunt Ridolphin. prax. part. 1. cap. 2. num. 85. Thomat. dec. 97. num. 6. & 7. Afflict. dec. 253. n. 4. Osasch. dec. 28. n. 17. Severol. Vet. 5. num. 7. & seqq. post Rembold. Constant. ad Statut. Urb. adnot. 15. numer. 43. & 44. & adnot. 44. art. 5. n. 317. Rot. dec. 484. n. 6. & ibi Addent. n. 8. cor. Greger. & decis. 109. n. 5. & 6. cor. Zarat. & decis. 8. num. 4. post Salgad. Labyrint. Credit.

Verum etiam quia eorum depositio roborata est ab
examine testium in Insula Tenerif. & concurrunt tot
alia adminicula in processu deducta pro fragilitate, & 41
inhabilitate Navis, ex quibus insimul junctis suffi-
ciens probatio elicitur Card. De Luc. de Judic. disc. 32. num. 6. Add. ad Gregor. dec. 214. sub lit. B. vers. tamen Rota coram Carill. decis. 166. numer. 6. in rec. decis. 122. sub num. 7. vers. quæ fides part. 1. & in addit. ad Card. De Luca dec. 16. n. 16. & 17. tom. 9.

Ac etiam quia jura partis adversæ non sunt pari- 42
ter recognita, unde frustra de hujusmodi defectu, ac imperfectione poterat fieri oppositio Rota coram Caprara decis. 662. num. 10.

Atque denique, quia hæc rigorosa probatio in hoc
Judicio Ordinario potius referenda est Assecuratis,
quibus uti Actoribus pro solutione summæ assecuratæ 43
incumbit onus plenissimè, & debitis adhibitis solemnitatibus probandi eorum intentionem, ut benè in terminis nostris ex l. Carbonianum. §. Missum. ff. de Carbon. Bald. in l. à Divo Pio. §. Si super rebus. ff. de re Judic. Rocc. de assecurat. notab. 38. num. 193. 199. & 200. D. Casareg. de Commerc. disc. 12. numer. 1. & 6. Rota Januen. de Mercat. dict. decis. 3. num. 9. & apud D. Casareg. de Commerc. & Mercatur. disc. 13. num. 7. & ferè per tot.

Secus verò attribuenda est Assecuratoribus, quibus 44
uti reis conventis sufficit vincere per non jus Actorum, Conciol. cons. 1. num. 1. & seqq. & num. 55. post tract. de Hered. Bonden. collect. legal. 23. num. 2. & 3. tom. 1. & collect. 30. n. 2. & 3. tom. 2. Rot. in rec. disc. 700. n. 6. part. 4. tom. 3. dec. 116. num. 1. part. 7. dec. 113. num. 9. part. 8. & decis. 351. num. 19. part. 10. dec. 348. num. 5. part. 11. dec. 685. num. 9. part. 18. tom. 2. & dec. 54. n. 8. part. 19. tom. 1.

Et sufficit offuscare, debilitare, & reddere dubias 45
Actorum probationes, prout ex Can. grave 11. quæst.
3. Rot. Lucens. dec. 165. num. 24. Conciol. d. cons. 1. num. 55. post tract. de Hered. Bonden. collect. 30. n. 3. tom. 2. Rot. Rom. in rec. dec. 664. n. 7. part. 1. & dec. 438. num. 5. in fin. part. 3. & dec. 250. num. 10. part. 11. & dec. 466. num. 18. part. 19. tom. 2. & in terminis nostris Rota Januen. apud Balducc. decis. & res judic. tit. de assecurat. decis. 2. num. 6. & 7. & dec. 3.
num. 3. ubi etiam si Assecurator nihil ex ejus parte 46
probaverit, cum reo sufficiat vincere ex non jure Actoris, & dec. 6. num. 11.

Expleto verò examine primi extremi necessarii in
hoc Judicio, & assumendo inspectionem secundi
circa risicum, visum fuit in hoc quoque, Actorem destitutum esse probatione sufficienti, & necessaria ad hunc effectum, cum deductis assecurationibus antecedentibus Venetiis firmatis Cambiis maritimis, ac pretio retracto ex venditione Navis in summa petiarum 7000. circiter non justificetur valor Navis, qui æquipolleat posterioribus assecurationibus in controversiam deductis,
verum potius ille appareat ita tenuis, ut neque ad- 47
æquet primas assecurationes, ideoque non valeat assecuratio, quæ non sustinetur ultra periculum, quod

currunt

currunt Assecurati. *Thesaur. quæst. forens. lib. 4. quæst.*
77. num. 16. Ansald. de Commerc. d. disc. 70. num. 23.
Altimar. de nullitat. contract. tom. 4. rubr. 1. part. 2.
citat. quæst. 26. num. 148. Rota Januen. apud Balducc.
decis. & res judic. tit. 1. de assecurat. decis. 1. n. 31. &
dec. 6. n. 9. & 10. quos omnes cum aliis refert *D. Au-*
ditor Jacobus de Comitibus in d. dec. 61. num. 32. tom. 1.
Rota nostra apud Mans. consult. 519. n. 9. & in d. Li-
burnen. Cambii Maritimi, & assecurationis 6. Septem-
bris 1720. num. 96. cor. D. Auditore Urbano, & Rota
Rom. in rec. decis. 47. per tot. part. 7. & apud Balducc.
ad Ramon. dec. 21. n. 15. & 20. tom. 4.

Ratione communiter recepta, quod plures assecu-
rationes super eodem risico fieri non possunt, ne asse-
48 curatus ejusdem rei duplicatum pretium consequatur, ut
observat *Giurb. observat. 83. num. 28. Strac. de assecu-*
rat. gloss. 3. in fin. & gloss. 29. numer. 8. Card. de Luc.
de Credit. & Debit. disc. 106. & seqq. Rocc. disput. 97.
numer. 30. Altimar. de nullit. contract. tom. 4. rubr. 1.
part. 2. quæst. 26. numer. 148. D. Casareg. de Commerc.
disc. 1. num. 89. & 90. D. Audit. Jacobus de Comitibus
dec. Florent. 61. num. 31. tom. 1. Rota Januen. de Mer-
cat. decis. 55. num. 3. & num. 7. & seqq. & apud Bal-
ducc. decis. & res judic. tit. 1. de assecurat. dec. 6. nu. 9.
& 10. & Rota nostra in citata plenissima *Liburnen.*
Cambii Maritimi, & assecurationis 6. Septembr. 1720.
cor. D. meo Auditore Urbano.

De tenuitate verò valoris Navis assecuratæ, ac arma-
mentorum ad ejus usum satis constat ex subhastatione
solemni per plures dies, & vices in loco publico ejus-
dem Navis in Portu Sanctæ Crucis auctoritate Consu-
lis dicti loci, ubi fuit subhastata, & deliberata pro so-
lis petiis 2587. 1. instantibus D. David de Comitibus
49 Naulizatore, & D. Francisco Taulignan Capitaneo Na-
vis, qui valor præsumitur verus, nisi contrarium pro-
betur, *Coler. de process. exequut. part. 3. cap. 9. nu-*
mer. 111. & 115. ubi ait non posse haberi æquiorem
50 rationem æstimationis, quam per subhastationem, *Gra-*
tian. discept. forens. cap. 545. num. 24. Mantic. de ta-
cit. lib. 4. tit. 20. numer. 8. Staiban. Jun. resolut. 115.
numer. 42. & seqq. tom. 2. Ateuris. decis. 31. numer. 6.
Rota Lucen. decis. 55. num. 14. & 34. tom. 1. recollect.
per Palm. Nepot. Posth. de subhast. quæst. 49. num. 15.
& seqq. Maser. apud Paulut. dissertat. 50. decis. 2. nu-
mer. 4. tom. 1. Rot. coram Merlin. decis. 695. numer. 1.
& 2. & dec. 705. num. 2. & 3. & in rec. decis. 648. nu-
mer. 1. part. 1. & dec. 411. num. 16. part. 5. tom. 1. &
dec. 53. n. 2. & seqq. & decis. 73. num. 21. part. 17. &
dec. 668. n. 6. part. 18. tom. 2.

51 Quæ præsumptio in præsenti augetur, & corrobora-
tur à vetustate, & fragilitate ejusdem Navis, quæ uti à
tempore consumpta, juxtà illud *Ovid. lib. 4. de Ponto.*

Tabida consumit ferrum, lapidemque vetustas.

parvi pretii illa est æstimanda, prout de rebus simili-
bus, quæ etiamsi solidæ materiæ, longo usu atteruntur,
52 senescunt, ac recipiunt valoris diminutionem, ut do-
cent *Surd. decis. 64. circa finem Castill. de usufruct. ca-*
pite 17. numer. 31. & seqq. Cardin. de Luc. de Servit.
disc. 54. num. 12.

53 Quod in æstimatione valoris in specie est consideran-
dum, cum res æstimari debeant cum omnibus suis qua-
litatibus intrinsecis, & extrinsecis, vitiis, & oneribus
l. si quis 16. Cod. de rescind. vendit. Cyriac. contr. 222.
numer. 69. 70. 71. & sequentibus, & num. 421. num. 1.
2. & sequentibus, Michalor. de Fratribus part. 1. cap.
38. numer. 44. Jovius de Solemnit. in contract. minor.
gloss. 22. §. 118. num. 53.

54 Et cum suis superossibus, & spinellis, ex quibus va-
lor diminuitur ad rataro, licet res alias considerata plus
valeret, ut tradunt *Angel. in leg. pretia rerum 63. sub*
nu. 1. & in puncto *Alex. sub n. 1. ff. ad l. falcidiam,*
Cyriac. contr. 160. num. 62. & 63. & d. controv. 222.
n. 72. & controv. 421. n. 3. 4. & seqq.

Non attentis deductis in contrarium ad probandum
valorem in majori summa ad effectum ostendendi risi-
cum pro posterioribus Assecuratoribus.

Quia primum elicitum ab assertione mediatorum nul-
lius est roboris, quia eorum assertio uti regulata à so-
lo, & absoluto arbitrio Guerreiri assecurati habentis
interesse super Navi tamquam Cessionarii, seu Credi-
toris Longini proprietarii, absentibus, ignorantibus,
& non consentientibus Assecuratoribus, nullum produ-
cere potest effectum ex notissima propositione, quod
pretium ex communi hominum æstimatione probatur, 55
non autem ab affectione singulari, neque à Judicio, ac
opinione sola venditoris, seu ejus Cessionarii ratione
proprii interesse *leg. pretia rerum 63.* ubi DD. *ff. ad*
leg. falcidiam Hieronym. de Rosis observat. cap. 75. nu-
mer. 25. Hermosill. ad Gregor. Lopez ad ll. partitar.
gloss. 4. & 5. lib. 3. tit. 5. part. 5. numer. 21. fol. 410.
Post. de subhastat. inspect. 49. numer. 73. Rot. post eun-
dem decis. 44. numer. 13. & coram Bich. decis. 475.
n. 5. & cor. Ansald. dec. 93. n. 13. & in recent. decis.
198. numer. 8. part. 15. & decis. 20. n. 15. part. 18.

Secundum objectum deductum ab attestatione ali-
quorum Mercatorum circa justitiam soliti pretii præ-
scribendi à mediatoribus nullius est quoque ponderis,
dum dicta attestatio, uti generalis, & præsuppositiva
justitiæ pretii determinandi à mediatoribus, qui ex pro-
ximè dictis nullum gradum probationis faciunt, exin- 56
de sequitur, nullam quoque probationem facere asser-
tionem dictorum Mercatorum per regulam, quod non
plus copiæ credendum sit, quam originali, ad *text. in*
cap. licet ex quadam 17. de Testib. Honded. cons. 82.
numer. 58. lib. 1. Calvin. de æquit. lib. 1. cap. 30. nu-
mer. 17. Conciol. alleg. forens. 84. numer. 23. & post
eratt. de hæred. cons. 3. numer. 24. Rot. coram Celsi
decis. 178. num. 3. & dec. 406. num. 8. & in rec. dec.
105. n. 7. part. 17.

Tertium desumptum à commissione Ferdinandi Lon-
gini proprietarii directa Capitaneo Nicolao Barchavich
vendendi Navem pretio petiarum tresdecim millium,
pariter nullius est momenti, cum pretium rei propriæ
determinari non valeat à venditore ratione affectionis, 57
& interesse in re propria ex superius citatis in §. *Quia*
primum.

Quartum desumptum ab attestatione Magistri Joan-
nis Jacomatii, & Bernardi Muti nihil pariter relevat,
quia deponunt de pretio corporis Navis de tempore con-
structionis, & de tempore reparationis ejusdem Navis
occasione præcedentis itineris pro Bello Serenissimæ Rei-
publicæ Venetæ contra Turcas, quæ nihil probat, quia 58
à valore de præterito argui non potest ad præsens, sicut
e contra; *Cyriac. controv. 261. num. 12. & num. 13.*
Amat. Variar. resolut. 61. num. 19. & 20. Gratian.
disceptat. Forens. 766. numer. 40. & 42. Mantic. de
Tacitis lib. 4. tit. 20. numer. 51. Post. resolut. 17. num.
48. Urceol. consult. Forens. cap. 3. numer. 26. Fontanel.
decis. 382. num. 9. Rot. in rec. dec. 73. num. 7. part. 16.
& decis. 656. num. 6. part. 18. tom. 2. & decis. 648. nu-
mer. 40. part. 19. tom. 2.

Præsertim in mobilibus, quæ in dies variantur, de- 59
teriorantur, & consumuntur, *Jovius de Solemnit. in*
contract. minor. gloss. 22. §. 18. numer. 60. Pacion. de
Locat. cap. 19. numer. 149. & sequentibus, & numer.
183. & 184. Gregor. Lopez ad Leges Partitar. gloss.
5. l. 56. tit. 5. part. 5. numer. 19. fol. 781. Constantin.
ad Stat. Urb. adnot. 46. art. 3. num. 243. & seqq. Rota
Florent. inter recollect. per Palm. Nepot. dec. 328. num.
56. tom. 4. & Rota Rom. apud Balducc. ad Ramon. de-
cis. 23. n. 13. & 14. tom. 2.

Et multò magis in navigiis continuo expositis infor-
tuniis, tempestatibus, ventis, & aquis, ad quem pro-
pterea effectum necessaria erat ocularis inspectio de tem-
pore præciso ultimi itineris, de quo agimus, itaut ex in-
spectione de præterito rei nunc æstimandæ non potue- 60
rint periti judicare illius qualitatem de præsenti, si se-
cundum tale tempus præsens rem non inspexerunt, *Con-*
stant. ad Statut. Urb. adnot. 46. art. 3. n. 245. & seqq.
Pacion. de locat. & conduct. cap. 19. num. 68. & 69. &
seqq. Rota cor. Dunoz. Sen. dec. 283. numero 10. & post
Posth. de subhast. dec. 53. n. 5. & 6. ubi quod valor per 61
peritos non potest probari, nisi secundum tempus inspe-
ctionis, *& dec. 100. n. 8. post 1. volum. cons. Farinac.*
& in rec. decis. 270. n. 6. part. 14. & in terminis æsti- 62
mationis mobilium, idem *Constantin. d. adnot. 46. art.*
3. n. 244. & ibi *Rot. dec. 706. n. 4. cor. Pen.*

Et non solum inspiciendæ erant, & diligenter con-
siderandæ qualitates rei æstimandæ, sed tenebantur Pe-
riti deponere de omnibus qualitatibus, & circumstan-
tiis, & præsertim de qualitatibus rei pretium dimi- 63
nuentibus, quæ demendæ sunt à rei valore, *Altograd.*
cons. 102. numer. 70. tom. 2. Amat. resolut. 61. nu-
mer. 19. & 20. Constantin. ad Statut. Urb. adnot. 46.

præc. 2, numer. 62. Hermosil. ad Gregor. Lopez ad
leges Partitarum gloss. 6. l. 56. tit. 5. part, 5. numer.
86, fol. 709, & ibidem numer. 85. Rot. coram Ludovis.
dec. 553. num. 18. & coram Pamphil. dec. 63. numer.
12, & 25. & in rec. dec. 139. num. 6, & 7. part. 16.
& decis. 297. numer. 1. & 20, part. 19. tom. 1. & in
Manroff. ad Card. De Luca dec. 72. num. 9. tom. 13.
cum aliis supra citatis in §. Quod in æstimatione.

Quintam pariter de tractatu cum D. Commendato-
re Emanuel Zamora, nihil officit, quia ex solo tra-
ctatu non effectuato nulla resultat probatio. Doctores
enim in contrarium allegati loquuntur in casu contra-
64 ctus perfecti, ex quo regulariter educitur præsumptio
pro justitia pretii, Mantic. de tacitis, & ambig. lib.
4. tit. 20, num. 21. Cyriac. contr. 323. num. 4. Grat.
discept. forens. cap. 723, num. 16, Rot. in rec. dec. 154.
num. 4. part. 10. dec. 248, n. 9, & seqq. part. 12. dec.
249, num. 8. part. 16. dec. 174. n. 22. & seqq. part. 17.
& apud Constantin. ad Statut. Urb. dec. 169. num. 7.

Indubitanter, quia idem D. Commendator Zamora
formiter examinatus ad instantiam DD. Salvetti, &
Guerreiri respondit ad interrogatoria fol. 47. 52. & 55.
& 103. exclusum fuisse ab eo contractum propter sus-
picionem vitii intrinseci ejusdem Navis, quæ deposi-
tio plenè probat pro diminutione valoris ejusdem Na-
vis contra dictos DD. Salvettum, & Guerreirum il-
65 lum inducentes, Add. ad Burat. dec. 298. lit. B. Rota
coram Dunoz. Jun. dec. 812. num. 12, Rota in rec. dec.
61. num. 4. dec. 132. num. 20, & decis. 348. num. 24.
part. 17. & dec. 801. num. 9. part. 18. tom. 2. & dec.
429. num. 14. & dec. 479. num. 19. tom. 2.

Sicque rejectis probationibus in contrarium dedu-
ctis, uti nullum juris fomentum habentibus, quæ uti
per se omnino imperfectæ, neque insimul jungi possunt
66 ad faciendum aliquem gradum probationis, juxta re-
gulam, de qua Palma Nepos alleg. 47. n. 104. tom. 1.
Bonden. collect. legal. 36. num. 100. tom. 2. Balduc. ad
Ramon. in observat. ad cons. 9. num. 10. & ad cons. 22.
num. 7. volum. 1. Jovius de solemnit. in contract. minor.
gloss. 4. sub num. 173. Scopp. ad Gratian. dec. 36. num.
43. ego ipse resol. 13. num. 28. & resolut. 85. num. 13.
Rot. coram Cerro dec. 152. num. 21. & in Neapolitana
Fabricæ Veneris 22. Junii 1701. coram Muto impress.
post meam resol. 10. num. 30. fol. 60. tom. 1.

Sequitur indubitata consequentia, quod in sua plena
firmitate, & virtute remaneat probatio ab Assecurato
fundata in subhastatione, cui pro justitia veri pretii, &
67 valoris assistit fortissima, & vehementissima juris præ-
sumptio, si non juris, & de jure, saltem juris, ut af-
ferunt Mangil. de subhastat. quæst. 38. num. 18. & 19.
Asin. de execut. §. 6. cap. 14. numer. 16. ubi quod sit
præsumptio urgentissima, Sylva cons. 36. num. 16. ubi
quod sit præsumptio violenta, Posthum. de subhastat.
inspect. 49. num. 16. & seqq. & num. 38. & 39. ubi
quod sit præsumptio saltem juris.

Quicquid adversus hujusmodi præsumptionem addu-
ceretur, quod hæc probatio non sit concludens, & ne-
cessaria, cum plerumque, seu aliquando saltem res de-
68 liberentur viliori pretio, ut notarunt ibidem Mangil.
de subhast. quæst. 48. sub num. 24. & quæst. 56. num. 7.
& quæst. 78. num. 1. Mastril. dec. 247. la 2. part. 3.
Franc. dec. 34. num. 12. & passim.

Quia etiamsi hæc probatio desumpta à subhastatione
non sit necessaria, & indubitata, ut admittit etiam
69 Posth. de subhast. inspect. 49. num. 7. ex hoc non exclu-
ditur dicta vehemens præsumptio resultans à subhasta-
tione, & procedit propositio solummodo respectu ex-
clusionis contrariæ probationis, hoc est, quod non ta-
70 liter probetur ex subhastatione justitia pretii, ut non
possit probari contrarium, prout sic distinguendo con-
ciliant Mascard. de probat. conclus. 935. num. 3. Asin.
de exequut. dict. §. 6. cap. 14. num. 5. Mangil. de sub-
hastat. d. quæst. 38. num. 18. & 19. quæst. 39. num. 8.
Posthum. de subhast. dict. inspect. 49. num. 68. 69. 70.
71. & seqq. Rota coram Cavaler. dec. 87. num. 3.

Ceterum semper firma, & inconcussa permanet no-
stra conclusio communiter à Doctoribus recepta, quod
valor desumptus à subhastatione præsumitur verus, ut
supra probavimus auctoritate tot Doctorum, & Tri-
bunalium.

Ac quod talis præsumptio pro subhastatione sit ma-
gna, & vehementissima, atque tam magna, & tan-
ta, ut faciat cessare omnem, doli, & fraudis suspi- 71
cionem, Fabian. de Mont. de empt. & vendit. quæst.
1. in rubr. sub hac materia num. 86. Viv. dec. 89. num.
4. lib. 1. Gabr. de empt. & vendit. conclus. 1. nu. 63. Gra-
tian. discept. forens. cap. 7. num. 10. Asin. de exequut.
§. 6. cap. 14. num. 6. Mastrill. dec. 247. num. 23. part.
3. Posthum. de subhast. in inspect. 49. num. 23. & num.
41. Rota Lucen. recollect. per Palm. Nepot. decis. 55.
num. 16. tom. 1. Rota Roman. in recent. decis. 648. nu-
mer. 1. part. 1.

Imò etiam operaretur, ut non possit dari de læsio- 72
ne, & deceptione ultra dimidiam justi pretii, ut de ma-
gis communi tenuerunt Mastrill. decis. 248. la 2. num.
1. part. 3. Guidopap. quæst. 22. in fin. vers. si res mino-
ris Fabian. de Mont. de Empt. & vendit. quæst. 5. in
rub. subhast. mater. num. 817. in fin. Posth. de subhast.
inspect. 49. num. 26. 27. & 28. Staiban. jun. resolut.
155. num. 42. 43. & seqq.

Nisi per concludentissimas probationes doceatur de
injustitia pretii, & de veritate in contrarium, Mangil.
de subhast. quæst. 38. nu. 18. & 19. Posth. de subhast. 73
quæst. 49. n. 4. Maser. apud Paulus. differt. 1. decis. 2.
num. 44. Rota coram Merlin. decis. 695. num. 1. &
seqq. & dec. 705. num. 2. & 3. & in rec. dec. 63.
num. 2. & seqq. part. 17.

Fortius in nostra facti specie, in qua pro justitia pre-
tii concurrunt tot solemnitates adhibitæ in subhastatione,
ex quibus plenissimè confovetur probatio emanans à sub-
hastatione, nempe plures visitationes Navis cum Peri-
tis, qui ante subhastationem diligenter de mandato D.
Consulis illam inspexerunt, prout in Summario num.
3. 4. 5. 6. & seqq. æstimatio facta non tam Corporis
Navis, quam armamentorum, & aliorum instrumen-
torum, Summ. num. 39. fol. 48. Decretum D. Consu-
lis pro venditione, & subhastatione in locis solitis,
servatis solitis formis, Summ. num. 9. fol. 9. subhasta-
tio, & deliberatio per plures dies præmissis solitis edi-
ctis, & servatis formis debitis, & solitis Summ. num.
13. 14. 15. 16. 17. & 18. Sententia ejusdem D. Con-
sulis convocatis convocandis declaratoria, & approba-
toria dictæ subhastationis, & pretii ab ea retracti Sum-
mar. num. 11. & 12. Denique declaratio Judicialis DD.
David de Constitibus, & Capitanei Francisci Tauignan
interesse habentium super Navi acceptantium pretium
retractum absque ulla reclamatione, quibus solemnita-
tibus adhibitis nefas esset dubitare de validitate, & ju- 74
stitia pretii retracti à subhastatione, Mascard. de pro-
bat. in verbo æstimatio conclus. 655. num. 1. ubi de æsti-
matione per subhastationem in loco publico per plures
dies Asin. d. §. 6. cap. 14. nu. 6. Grat. discept. for. cap.
7. n. 10. Mastril. dec. 247. la 2. n. 23. part. 3. Posth.
de subhast. inspect. 49. n. 40. 41. 42. 43. 44. & seqq.
ubi unanimiter concludunt, quod ex subhastatione fa-
cta Judicis authoritate, & cum Judicis Decreto, seu co-
ram Judice, & Magistratu, ac adhibitis cæteris forma- 75
litatibus à jure præscriptis, concludentissimè probetur
justitia pretii rei subhastatæ, ac omnis suspicio purge-
tur, & omne os occludatur propter præsumptionem mi-
litantem pro Judicis Decreto, & Magistratus authorita-
te, cum quibus concordant Mangil. de subhastation.
quæst. 19. num. 2. & 5. & quæst. 35. num. 4. & 5. Ro-
ta in recent. dec. 648. nu. 1. part. 1. & coram Buratt.
decis. 638. num. 3. coram Merlin. d. dec. 695. num. 6.
ubi authoritate Bartol. in l. si quis ex Pamphila num. 3.
ff. de legat. 2. concludit, quod quatenus aliqua subes-
set dubietas, potest Judex ex Officio hujusmodi valo- 76
rem statuere.

Ex quibus corruit etiam objectum de summa certa
in obligatione deducta, quia, cum sit simplex præ-
sumptio aliunde non roborata, cedere debet veritati 77
notoriæ in contrarium provenienti ex fortiori, & po-
tentiori probatione, Fontanell. decis. 65. n. 4. Posth.
de subhast. inspect. 49. num. 70. Pacion. de locat. &
conduct. cap. 19. num. 33.

Et sic justitia dicti pretii persistente in suis viribus pro
solis pezzis 2587. s. retractis à subhastatione, non
sufficientibus pro satisfactione anteriorum assecuratio-
num in summa peziarum 7000. exclusum remanet etiam
risicum pro assecurationibus posterioribus, quæ sunt
in controversia, sicque undequaque ex defectu requi-
sitorum in hoc Judicio necessariorum locum esse ab-
solutoriæ DD. Jackson, & aliorum Assecurato- 78
rum

tum censuimus, prout in similibus terminis *Rotâ Januen. coram Balduc. inter decis. & res judicat. titul. de assecurat. decis.2. numer.6. dicta decis.3. numer.3. & decis.6. numer.11. & apud D. Casareg. de Commerc. & Mercat. dicto disc. 12. num. 14.*

ARGUMENTUM.

Litteræ Cambii, quamvis acceptatæ sint Adjecto solutioni, seu Procuratori Remittentis, nequit Adjectus, aut alter nomine aut tanquam Cessionarius Remittentis agere pro solutione dictarum Litterarum contra Acceptantem, quando Remittens habet penes se pignus, sibi pro sua cautione datum à Scribente, multoque magis si remittens à Scribente fuerit satisfactus.

SUMMARIUM.

1 *Facti Series.*

2 *Creditor, qui penes se pignus Debitoris retinet, agere nequit contra Debitorem, nisi ei prius pignus afferat.*

3 *Acceptans litteras Cambii, nec nomine proprio, nec nomine alieno Scribentis nullam exceptionem opponere valet.*

Declara, & limita, ut num.4.

5 *Exceptio* doli mali *oritur ab ipsa actione ab Actore promota.*

6 *Creditor si morem gerendo suo debitori principali callide devitat ab eo solutionem consequi in fraudem, vel damnum fidejussorum, vel Correorum debendi, perdit actionem contra fidejussores, aut alios Correos debendi, & n. 8.*

7 *Idem dicitur, si Creditor rem Debitori, qua sibi poterat satisfacere, restituat ad effectum conveniendi fidejussorem, aut alios obligatos.*

9 *Afflicto afflictionem addere omni Jure prohibetur.*

10 *Per solutionem factam Creditori ab uno ex Debitoribus, omnes alii pro eodem debito obligati, liberantur.*

11 *Solutio duplex peti non potest.*

Quod procedit, quamvis secunda solutio ab eodem Debitore non peteretur, sed ab altero obligato, qui haberet regressum contra illum, qui idem debitum solvisset, n.12.

13 *Creditor ad quem bona Debitoris pervenerunt, præsumitur sibi de illis satisfecisse, usque dum eorum rationem non reddat.*

Qua præsumptio multo magis procedit, quando Creditor potuit dubitare de solutione consequenda, numer. 14.

15 *Litteræ Cambii ex generali consuetudine, & per legem particularem Liburni, habent executionem paratam,*

16 *In Judicio executivo Litterarum Cambii nulla exceptio admitti potest.*

Quod intelligitur quoad exceptiones turbidas, & litigiosas, non vero quoad faciles, & claras numer. 17. & 19.

18 *Contra Litteras Cambii opponi potest exceptio* doli mali.

Liburnen. Litterarum Cambii.

DECISIO AUTHORIS. *ET* DISCURSUS CXLIII.

1 Salomon Raccà Venetus sub die 6. Novembris septem litteras Cambiales dedit petiarum 3345. 5. valorem continentes, cambiatas cum D. D. N. N. solvendasque partim ad eorum ordinem S. P. & partim ad ordinem S. P. Dominorum Vitalis, & Giavarini Liburnensium à D. Tordoli pariter Liburnensi, cui dictarum Litterarum tractæ directæ fuerunt.

Dictus Dom. Tordoli prædictas litteras sub diversis diebus acceptavit licet Debitor non esset, sed pro ingenti pecuniæ summa ejusdem Raccà trahentis Creditor, indeque ejus decoctione audita Dominus Tordulus earumdem litterarum solutionem recusavit, idcirco prædictæ litteræ Venetias protestatæ redierunt.

Ideo Dominus Cosmus de Sera primum dictorum Dominorum N. N. veluti Procurator, deinde verò ut ipsorum Cessionarius ratione cessionis ei lite pendente factæ à dictis Dominis N. N. ad computum ejus, pro quo ipse eorum Creditor remanebat, coram Tribunali Liburnensi de dictarum litterarum solutione Dominum Tordolum requisivit ob earundem acceptationem ab ipso factam, favorabilemque à Domino illo Gubernatore, prævio ejus Auditoris voto, sententiam obtinuit, quæ in totum in appellationis Judicio à me fuit revocata, dictusque Dominus Tordoli à solutione dictarum litterarum absolutus.

Verum enim verò cum nostri Judicii, primo omnino contrarii rationes hoc loci exponendæ sint, ac recensendæ, præmittendum est in facto prædictos Dominos N. N. pro eorum cautione, ac pignore effectus aliquos, mercesque recepisse in casu, quo prædictarum litterarum solutio nequaquam sequeretur, ut luculenter ex Instrumento ab eisdem firmato, & in actis exhibito deprehenditur.

Quæ cum ita se habeant, nequaquam profecto prædictis Domini N. N. penes se pignus retinentibus, ex quo commoda istis proprii crediti satisfactio porrigebatur, de jure contra Dominum Tordolum pro earumdem litterarum redito agere permittebatur, nisi prius d. pignoris sequuta fuisset oblatio, qua deficiente prædictis Dominis doli mali exceptio rectè valet opponi, ut habetur text. in *leg. apud Celsum §. Item queritur si uniones ff. doli mal. except. & in terminis punctualiter Bero. cons.160. num.3. & vers.* & optimè *Negusant. de Pignor. part.7. membr.3. numer.* 10. *Merlin. eodem tractat. lib.4. quæst.* 105. *num.*15. *& Nos plenè in tractat. Cambista Instr. cap.*5. quæ quidem exceptio æque contra dictum Dominum del Sera militat, quia aut is pro Procuratore, aut pro Cessionario habeatur, personam semper in hoc Judicio dictorum N. N. repræsentat *Vulgat. Jurib.* 2

Nec refragatur, quod post sequutam litterarum acceptationem, nullam exceptionem tam proprio, quam scribentis nomine valeat Tractarios opponere, ob arctissimam *constitutæ Pecuniæ* obligationem, pro qua, tractam acceptans, tenetur ad illius solutionem per ea, quæ plenè firmavimus *disc.* 53. *num.* 6. *& 7. de Commerc.* ideoque licet talis exceptio à Raccà contra Dominos N. N. adduci posset, seu contra ipsorum Procuratores, seu Cessionarios, minimè tamen à d.D. Tordoli, qui litteras acceptavit, opponi valet. 3

Verum prædicta conclusio in illis tantum exceptionibus procedit, quæ primam tantum remittentis actionem possunt infringere, ideoque sibi locum in aliis minimè vindicat, quæ natura sua simul feriunt tam primam actionem remittentis, quam novam illius, qui pro scribente se obligat, prout est Acceptans, qui se debitorem pro scribente constituit; Cum autem hujusmodi procul dubio qualitatis sit *doli mali* exceptio, quæ ex continoa pignoris retentione post dictarum etiam acceptationem litterarum per dictos Dominos N.N. facta exoritur, inficiari nequit, quin ea æquè, ac justè fuerit per Dominum Tordolum Acceptantem opposita juxta Theoric. *Bald. in rubr. Codic. de constitut. pecun. num.*10. *vers. item*, commendatam *à Rocc. Episc. disp. Jur. cap.*22. *num.* 21. 4

Et quæso quid unquam naturali rationi obnoxium magis, ac infestum in his humanarum rerum contractibus excogitari posset, ac fingi, quam ex dolo fraudeque sua utilitatem quemque, ac commodum percipere, alteri vero ex ea præjudicium, atque incommodum redundare? Quicumque igitur fraude, ac dolo operando utitur, prout censentur, qui solutionem exigunt, cum penes se ipsos pignus retineant, juxta Authorit. *Negusant. & Merlin. superius relat.* semper doli mali exceptione rejicitur, cum semper hæc ab eadem radice, videlicet ab eadem actione, dolose, & 5
fraudulenter intentata exoriatur, *Zanger. de Except. part.*3. *cap.*13. *numer.* 9. *&* 10.

Insuper cum abunde, tam ex computis extractis à Libris, quam ex Scripturis privatis, aliisque Instrumentis in actis exhibitis de occulta intelligentia constet, ac tractatu, qui inter Dominos N. N. & Rac- 6

eam intercedebat, ex quo facili negotio comprehen-
ditur, nullam aliam dictorum D. D. N. N. mentem,
ac animum fuisse, quam Raccà utibtati consulere,
ejusque rebus favere in præjudicium D. Tordoli Cre-
ditoris ejusdem Raccà in magna pecuniarum quanti-
tate, nam exigentes illi à Dom. Tordolo pecuniam,
eidem Raccà pignus reddidissent, super quo ipsi asse-
curabantur, prout actum est ab eis quoad residuum,
quod ex mercibus, & effectibus pignore acceptis, om-
ni eorum credito prius compensato, adhuc in eorum
manibus remanserat, juxta computum, ac rationum
solidationem inter eos initam, atque in Processu ex-
hibitam, & cum id à legibus, bonisque moribus pro-
hibeatur per *text. apertum in l. 1. §. 1. ff. de dolo
malo*, & ibi *gloss. in Verb. adhibitum*, & ad rem
nostram punctualiter *Heringius de Fidejussor. cap.* 20.
§. 15. *numer.* 19. & 20. Minime æquum, ac ratio-
nabile videtur, quod actio hac arte inde intentata à
dictis D. D. N. N. per eorum Procuratorem, seu Ces-
sionarium contra D. Tordolum effectum, ac robur
7 suum sortiatur: Nam si verissimum in Jure est, quod
si quis sui debitoris tantum apud se retineat, quan-
tum ex eo Creditum suum consequi possit, sed ob re-
e stitutionem illius proprio Debitori factam, dolosè, ac
fraudulenter solutionem consequi omiserit ad effectum,
alterum convehiendi pro eodem debito obligatum, Cre-
ditum suum amittat, & per consequens, actionemne-
dum contra alterum obligatur, ut docte *Merlin. de
Pignor. lib. 5. quæst. 57. numer. 9. a me relat. in disc.*
120. *numer.* 22. *de Commerc.* verum etiam neque con-
tra ipsum Debitorem; cujus res penes se retinebat, si
dolosè, sive ob propriam culpam eas amiserit, sive
causa fuerit, quod perierint. *Surd. cons.* 290. *num.* 33.
usque ad numer. 34. & Nos per *text. in leg. debit.* 14.
& *ibi gloss. in Verb. retenturum* „ ibi „ *nisi apposita
„ doli mali exceptione* “ & ibi *DD. ff. de Negot. gestis
aliique relati* per Nos in *disc.* 120. *num.* 24. & *cap.* 5.
Tractat. Cambist. Instr. ea præcipua tantum ratione,
8 quod fraus, seu dolus non opitulatur ei, qui illam in
alienum præjudicium commisit, sed authori suo solum
præjudicialis debet esse, ac damnosa, ut in puncto *He-
ring. de Fidejuss. cap.* 20. §. 15. *a num.* 19. *usque ad
n.* 21. Ita pariter ex eadem ratione minime D. D. N. N.
malo animo meliorandæ tantum conditionis Raccà tunc
decocti, potuerunt molestias inferre D. Tordolo, qui
magnam pecuniæ jacturam fecerat ob dicti Raccà de-
coctionem, eumque convenire pro Litterarum accepta-
tarum solutione, nam afflicto afflictio adderetur, tu-
9 endo ulterius, seu favendo authori, aut reo afflictio-
nis suæ, à quo omnes naturales, civiles, divinæque
leges maximè abhorrent, ex divinis ibi *afflixi te, non
affligam te ultra*, & *in Levitic.* 25. *cap. Nolite con-
fligere contribules vestros*, ex Canonicis *cap. penult. de
Cleric. Ægrot.* & *cap. cum percussio in fin. 7. quæst.* 1.
ex Civilibus *leg. cum dementis*, & *ibi gloss. tit. M.
de Episc. audient.* & plenè *Rebuff. cons.* 26. *numer.* 1.
& *sequent.*

At non in hoc tantum meæ sententiæ situm est fun-
damentum, nam ulterius ex facto constat, (quoad
omnem difficultatem) quod D. D. N. N. &c. solidi-
tis deinde inter eos omnibus computis, & dictum Rac-
cà, comprehensis etiam prædictarum litterarum Re-
tornis, pro residuo eorum crediti, quod ex dicta com-
putorum solidatione resultavit, multas merces, ac ef-
fectus ex illis, quos apud se retinebant, in solutum
à dicto Raccà receperunt, ut apparet ex Instrumentis
juridicè ex ipsis Libris Dominorum N. N. extractis, &
ex scriptura transactionis inter eos postea facta, & in
Processu exhibita.

Si per talem igitur solutionem actiones omnes ex-
tinctæ fuerunt, quæ dictis Dominis N. N. contra D.
Tordolum competebant, prout nequit dubitari; Nam
quando unus ex pro eodem debito obligatis Creditori
solvit, sicuti in totum creditum extinctum remanet,
ita alii omnes obligati ex quacumque ipsorum obliga-
10 tione ipso jure liberantur. *Decius in l. bona fides ff.
de reg. juris. Salgad. Labyrint. Credit. part.* 1. *cap.*
18. *numer.* 8. 9. & *sequ. Merlin. de pignor. lib.* 5. *in
quæst.* 1. *numer.* 2. & *sequent. Scapp. ad Gratian. disc.*
217. *num.* 26. egregiè *Nidus de regulis jur. in* 6. *De-
cret. regul.* 83. *numer.* 8. & *num.* 26. & *Nos in disc.*
42. *numer.* 14. *de Commerc.* Igitur sine ulla ratione,
ac actione D. N. N. sive eorum Procurator, aut Ces-
sionarius contra Dominum Thordolum egerunt, &
quia pariter nullo modo ferri potest, multumque bo- 11
næ fidei obstat, ac repugnat quod geminata solutio
pro eodem debito exigatur *leg. bona fides* „ ibi „ *bo-
na fides non patitur, ut bis idem exigatur* “ *ff. de
regul. jur.* & *regul.* 83. *de regul. jur. in* 6. *Castald.
consult.* 16. *numer.* 21. & *consult.* 127. *num.* 1. *tom.* 1.
Quæ legum dispositiones, non modo procedunt in
casu, quo bis idem ab eodem debitore exigere præten- 12
deretur, sed etiam quando ageretur pro solutione rur-
sus contra alterum pro eodem debito obligatum, aut
habentem causam à primo Debitore, qui jam solvis-
set, vel cui contra primum Debitorem regressum com-
peteret, ut monet *gloss. in dicta leg. bona fides in
fin.* & *ibi DD. omnes ff. de regul. jur.* & plenè *Ni-
dus dict. regul.* 83. *numer.* 21. *in* 6. *Guillielm. May-
nerius in dict. leg. bona fides ff. de reg. jur.* prout in
nostro casu contingit. Quoniam D. D. N. N. post-
quam ab ipso Raccà eorum originario debitore de Retor-
nis dictarum litterarum sibi satisfieri curarunt, agunt
nunc contra Dominum Tordolum obligatum pro eo-
dem debito, quique à prædicto Raccà causam habet,
& ipse ad solvendum damnaretur, certè ei regressum
contra Raccam competeret, idcirco Raccà bis idem
debitum persolveret contra Juris dispositionem, ut su-
pra ostensum fuit.

Præterea addi potest, quod quamvis dicta datio in 13
solutum non subsisteret, tamen cum appareat magnam
mercium, ac effectuum quantitatem ad Raccà spe-
ctantem ad manus D. D. N. N. antea pervenisse pi-
gnoris, & eorum cautionis loco una cum plena ven-
dendi prædictas merces facultate illis elargita, & ex
pretio ex dictis rebus retrahendo sibi satisfaciendi, ideo
tali casu præsumendum prædictos D. D. N. N. sibi sa-
tisfecisse, saltem usque dum rationem non reddiderint,
plenè *Surd. cons.* 290. *numer.* 33. *Salgad. Labyrint.
credit. part.* 1. *cap.* 29. & *sequentibus*, *Urceol. cons.* 29.
numer. 13. *cum seqq. Rot. Roman. decis.* 102. *num.* 6.
part. 15. *recent.* quæ præsumptio peculiariter locum
habet, quando creditor dubitare poterat, quin à suo
debitore solutionem exigeret. *Rot. dict. decis.* 102. *num.* 8.
prout in casu nostro quo D. D. N. N. non solum du-
bitarunt, sed de mala etiam conditione Raccà plenam
notitiam habuerunt.

Parvi denique roboris, ac momenti objectum duxi- 15
mus, quod contra litteras Cambii nulla exceptio addu-
ci valeat, nam cum ipsæ privilegio executionis para-
tæ potiantur, non solum de consuetudine generali om-
nium Platearum, sed etiam ex lege particulari Liburni,
ut specialiter de ea constat ex Epistola scripta sub die
4. Martii 1681. Pisis, de mandato S. R. Celsitudinis à
D. Panciaticho à secretis ejusdem S. R. Celsitudinis,
hujus tenoris „ *Nel resto le Polize di Cambio in tut-* “
te le Piazze hanno l'esecuzione parata, ne si posso- “
no in conto alcuno ammettere contradizioni, nè liti- “
gi, e chi vorrà farli converrà, che paghi, e poi “
repeta, e si faccia sentire quante li piace “ immedia-
tè absque ulla contradictione solvi debent. Quoniam 16
tam hæc generalis consuetudo, quam dicta lex peculia-
ris Liburni intelligendæ sunt semper *prout de jure*, vi-
delicet, quod loquantur tantum de illis exceptionibus,
quæ turbidæ essent, multamque discussionem, & inda-
ginem requirerent; At si claræ, & faciles apparerent, nec
magna discussione indigerent, tunc Judex etiam in Ju-
dicio executionis brevissimo eas admittere debet, ut
punctualiter *Rocc. de Litter. Camb. numer.* 235. 246. 17
249. 250. 251. & *seq.* & in terminis punctualibus de
exceptione *doli mali* proposita contra litteras Cambii 18
executioni demandatas *Marquard. de Jur. Mercator.
lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 43. *Nos in tract. Cambist. Instr.
cap.* 5. *num.* 39. & generaliter *in tractat. de Commer.
disc.* 11. *numer.* 8. cum aliis ibi relatis quibus addimus
Barbagal. post prax. Rit. M. Curia Sicil. sing. 87.
num. 28. & quod talis mens piissima, rectissimaque no-
stri M. Ducis semper augusti, atque invicti Principis
fuerit, ex verbis dictæ epistolæ clarè colligitur, nam ad
eas exceptiones tantum, quæ in se contradictiones, li-
tesque longas pati possunt, illa se referunt „ ibi „ *ne
si possono in alcun conto ammettere contradizioni, e* “
litigi, ec. „

AR-

ARGUMENTUM.

Socii alicujus Rationis, an, & quando remaneant obligati ultra sortem, quam habent in Negotio propter Contractus ab eorum institore, vel administratore initos, & an teneantur notificare Correspondentibus Capitale, aut Sortem Societatis.

Societas an renovata censeatur cum eodem Capitali, quod in ea ab initio implicatum fuerat, si Socii habuerint notitiam consumptionis Capitalis, & tamen permiserint nomen eorum ab Institore in Negotiis expendi, vel si fuerint negligentes in perscrutando Debitis Temporibus statutum Societatis.

Mercator, vel Socius alterius rationis an, & quando teneatur investigare capitalia, qualitates, & conditiones Institoris, vel Administratoris alicujus Societatis, & quid si transmissæ sint Litteræ oblatoriæ indefinitæ an excusentur, & quid si dictæ litteræ scriptæ sint ante stipulationem Societatis.

Litteræ Oblatoriæ transmissæ Mercatoribus absque subscriptione Sociorum ab Administratore, vel eorum Institore an obligent prædictos Socios.

Scientia, & patientia in rebus præjudicialibus, an, & quando sit sufficiens ex se sola præjudicium inferre, late discutitur cum suis limitationibus, & declarationibus.

SUMMARIUM.

1 *Socii tenentur in solidum pro Contractibus ab eorum administratore gestis.*

Declara tamen procedere intra limites tantum Capitalium ab eis in Negotio implicatorum, non autem obligantur in aliis propriis bonis, numer. 2.

Maximè si in Capitulis Societatis pactum sit se ad nihil aliud teneri velle, quam ad simplex eorum Capitale num. 3.

4 *Socius quando voluerit se obligare ultra Capitale positum in Societate, deducitur ex facti circumstantiis.*

5 *Verba posita in executivis restringi debent ad limites partis dispositivæ.*

6 *Societas finitur consumptis Capitalibus ipsius Societatis, & num 26.*

7 *Societas intelligitur renovata cum eodem Capitali, quod in ea ab initio positum fuerat.*

8 *Explicatur textus in l. sed etsi Pupillus 11. §. Proscriptum ff. de instit. action.*

9 *Socius, qui permittit consumpto toto Societatis Capitali, ab Administratore nomen suum publicè expendi, in aliis etiam bonis suis Correspondentibus valide obligatur, & n. 36.*

Contrarium num. 18. & 19.

Prima opinio est verior, & communior, numero 20.

10 *Bona fides est primum mobile, ac Spiritus vivificans commercii.*

11 *Favore Commercii a regulis Juris recedendum est, si bona fides Commercii læderetur.*

12 *Mercatores solent propria negotia diligentissimè peragere, & n. 52.*

13 *Continuatio nominis societatis jam finita justam præbet causam contrahentibus credendi renovationem ejusdem societatis, & ista credulitas obligat consocios ad observantiam Contractus per Institorem initi, & num. 57.*

14 *Negligentia unius cum alterius negligentia compensatur.*

15 *Culpa major quando concurrit in uno, non debet attendi minor culpa alterius.*

16 *Contrahens cum Institore habente à Sociis limitatam facultatem contrahendi non habet socios obligatos, si Institor in contrahendo excesserit suam facultatem, quia Contrahens tenebatur investigare qualitates, & conditiones electionis Institoris, & Societatis, & n. 21.*

Declara hoc non procedere primo quotiescumque contrahens potuit credere diversimode n. 17.

Secundo declara, quando bona fides commercii violaretur; num. 22.

Tertio, quando socii post capitalium consumptionem ob negligentiam in non percurrendo Bilancium debitis temporibus, nomen suum expendi permiserunt num. 23.

Quarto, quando transmissa fuerunt littera oblatoria indefinita, tunc enim contrahens, nec capitula societatis, nec conditiones Institoris investigare tenetur num. 44.

24 *Socius in renovatione societatis non obligatur ultra Capitale, quod fuerat primò in societate positum.*

Contrarium num. seqq.

25 *In Societatis renovatione intelligitur repetitum idem capitale, quod fuerat in erectione societatis positum.*

27 *Societas regulariter non renovatur absque aliquo Capitali.*

28 *Societas renovata censetur, quando illa finita, nomen societatis expenditur à sociis, & intelligitur renovata cum pactis, & conditionibus in prima appositis.*

29 *Scientia, & patientia in præjudicialibus non est sufficiens ex se sola aliquid præjudicium inferre, præsertim, quando sciens habet in sui favorem Juris assistentiam.*

Fallit primo, quando per scientem, & patientem impediri poterat actus ab aliis in suo damnum commissus num. 30.

Fallit secundo, quando in tolerante argui potest aliqua fraus in præjudicium Tertii num. 31.

Fallit tertio, quando agitur de favore libertatis, ac utilitate publica, n. 32.

33 *Fraus, & collusio quomodo esse possit in socio sciente terminationem societatis, & tamen permittente nomen suum expendi.*

34 *Mercatura respicit publicam utilitatem, & dicitur quintum Reipublicæ, & Mundi elementum, & numer. 35.*

37 *Littera tantum oblatoria, non autem capitula societatis noviter erecta attendi debent à Mercatoribus forensibus.*

38 *Usus Mercatorum prævalet Juri communi.*

39 *Culpa, & negligentia notari non potest, qui juxta Mercatorum stylum operatur.*

40 *Consuetudo Mercatorum etiam de Jure Communi attendi debet.*

41 *Socii qui ab initio indefinitam societatem contraxerunt, tenentur ultra sortem in propriis bonis, quamvis deinde societas limitetur ad certum capitale, nisi de pactis modificativis societatis Correspondentes certioraverint.*

42 *Socii obligantur ultra sortem societatis, quamvis limitata, si transmissa sint littera oblatoria indefinitam Negotii erectionem continentes.*

43 *Culpa commissionis major est culpa omissionis.*

45 *Limitatio societatis ad certa Capitalia multum nocet progressui novæ Rationis.*

46 *Pactum dissidendi magis comprobat societatem, & communionem durare.*

47 *Observantia subsecuta declarat qualitatem Societatis.*

48 *Revocatio Societatis, vel ejus dissolutio publicè notificari debet, ne contrahentes cum uno ex Sociis, vel Institore decipiantur.*

49 *Actus celebratus ab initio ab eo, qui non habebat facultatem, sustinetur, si ei, qui illum a principio egit, superveniat facultas.*

50 *Littera Oblatoria necessariò à Sociis transmittenda sunt, quo forenses Mercatores alliciantur ad contrahendum cum nova societate.*

51 *Scientia præsumitur, ubi ignorantia non est verisimilis.*

53 *Mandatum quando præsumatur præcessisse, & numer. 54. 55. & 56.*

58 *Præponens, seu Socius tenetur pro culpa Institoris, seu Socii commissa, & n. 62.*

Præcipuè si culpa commissa sit ab Institore circa officium suum, & in utilitatem præponentis scientis, & patientis n. 59. & 60.

62 *Institore occultante Libros societatis, vel renuente rationem reddere, præsumuntur capitalia dictæ Societatis adhuc vigere, aut in mercibus, aut in pecunia, aut in nominibus debitorum.*

63 *Præponens, vel socius tenetur pro culpa ab Institore, vel socio commissa non solum ad mensuram capitalium societatis solvere damnum inde resultans omnibus Creditoribus Societatis.*

Verum etiam ad mensuram lucrorum, quæ præsumuntur ob occultationem Librorum, & ob non redditionem rationum n. 64.

Et quidem in ea quantitate in qua solent proficere alii Mercatores, similia negotia exercentes numer. 65.

Vel saltem ad rationem octo pro singulo centenario numer. 66.

Quod intellige si ageretur de vetere Negotio, seu Taberna, secus in novo Negotio, vel Taberna de recenti aperta num. 67.

Parmensis Societatis, seu Pecuniaria.

DISCURSUS CXLIV.

QUantumvis certum, indubitatumque in Jure sit, omnes socios alicujus Rationis in solidum rema-
1 nere obligatos propter contractus ab eorum consocio administratore, sive eorum Institore, aut Complimentario initos juxta communem Doctorum sensum, inter quos *Rot. Roman. coram Merlin. decis.* 606. & *decis.* 619. *Ansald. de Commerc. disc.* 37. *numer.* 7. & *disc.* 98. *numer.* 65. *Mans. consult.* 53. *numer.* 11. 45. 46. & 47. & *consult.* 54. *numer.* 31. & 193. *numer.* 19. & 23. *Altimar. de nullit. contract. rubr.* 1. *part.* 2. *qu.* 25. *num.* 261. & 307. *Torr. Variar. quæstion. tom.* 2. *tractat.* 11. *de Mercat. quæst.* 1. *numer.* 4. 5. 6. 7. & *quæst.* 2. *numer.* 13. & *seq. Merlin. de Pignor. lib.* 2. *quæst.* 76. *per totum. Rot. apud Marin. resol.* 207. *numer.* 8. *lib.* 2. & noviter *Rot. Romana in Romana Pecuniaria* 6. *Martii* 1713. §. *Resultabat, coram Dom. Ansald. & Nos in disc.* 20. *numer.* 8. *de Commerc.* Attamen rectè inferri non valet, prout multi erroneè putarunt, socios etiam obligari ultra sortem, quam habent in societate; Sicuti enim actio solidalis non minus est verificabilis intrà, quàm extra limites Capitalium, ita ab ea, tamquam à principio æquivoco, hujusmodi consequentia non potest deduci. Unde magis communiter à Doctoribus nostris volitum fuit, quod in societatibus particularibus, ac limitatis, videlicet institutis cum sola assignatione quorundam Capitalium, quamvis insolidum Socii obligentur ex contractibus eorum Institoris, aut Complimentarii, hoc semper intelligatur intra limites tantum Capitalium ab eis in negotio implicatorum, numquam tamen in aliis eorum propriis bonis, prout inhærendo *consilio* 332. *numer.* 4.
2 *Ancharani* hujus materiæ Antesignani, firmarunt *Fontanell. decis.* 505. *numer.* 14. & *per totum ac decis.* 506. *num.* 9. *cum seq. ac per tot. Rot. Jan. decis.* 14. *numer.* 132. *Osasch. decis.* 150. *in fin. Thesaur. junior in addit. ad decis.* 136. *Patris sui Dunozett. jun. decis.* 402. *numer.* 18. latissimè *Rot. Romana decis.* 125. *numer.* 17. & 18. *post Urceol. de transact. ultima editionis Genevensis. Rot. Bononien. penes Balduc. ad Ramon. tom.* 4. *decis.* 60. *Torr. var. quæst. tom.* 2. *tractat.* 11. *de Mercat. quæst.* 1. *num.* 8. *Card. de Luca de Credit. disc.* 87. *numer.* 11. *Capon. discept. cap.* 361. *numer.* 11. *Altimar. de nullit. contract. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 25. *numer.* 262. & 268. & 301. *Merlin. de Pignor. lib.* 2. *quæst.* 76. *per tot. De Luc. ad Gratian. cap.* 279. *per tot. Rot. Roman. ad Card. de Luc. de Credit. in Mantiss. decis.* 28. *numer.* 16. *De Luc. ad Marin. resol.* 207. *in fin. lib.* 2. & plenè *Rota Romana in Romana Pecuniaria super reservatis* 26. *Junii* 1709. §. *In capitulis socialibus cum aliis* §§. *Sequent.* & 8. *Maji* 1711. §. *Admissa,* & §§. *Seq.* & 2. *Martii* §. *Posito quippe* 1714. *cor. Crispo.*

3 Quod quidem eo magis vindicaret, si in Capitulis socialibus per socios pactum fuisset se ad nil aliud teneri velle, quam ad simplex eorum capitale. *Capon. discept.* 361. *nu.* 11. *cum seq.* & *Torr. Var. quæst. tom.* 2. *tract.* 11. *de Mercat. quæst.* 2. *n.* 11.

Et quamvis prædicta regulariter verissima sint, tamen limitationes, & ipsas verissimas, quas mox referam, recipiunt. Et primò hujusmodi doctrina non procederet, si facti circumstantiæ Judicis animum inducerent ad contrarium credendum, sicuti doctè de more 4
advertit *Card. de Luc. de Credit. dicto disc.* 87. *n.* 11. & *alius De Luc. ad Marin. resol.* 207. *lib.* 2. *in fin.* & quamplurimi alii Doctores superius citati.

Quapropter particularissimum Judicis onus est attente considerare Instrumentum, & capitula societatis pro vera indaganda mente contrahentium, & præcipuè an Societas inita primò, & principaliter fuerit super aliquo negotio indefinitè, sive in genere à partibus expressu, & subsequens Capitalium in limitatis summis assignatio non fuerit facta, nisi pro incipienda, & executioni demandanda Societate, quo in casu nulli dubium, quod hujusmodi assignatio neque alterare, neque restringere valeat ipsius negotii naturam prius 5
indefinitè per socios expressi *Natt. cons.* 182. *num.* 2. & *seq.* & plenè ad nostrum propositum *Decian. resp.* 63. *numer.* 47. & *sequentibus tom.* 4. *Curt. Jun. cons.* 56. *numer.* 3. *lib.* 5. *Surd. cons.* 243. *num.* 40. & 41. *Dec. cons.* 413. *numer.* 8. *Cancer Variar. Junior. cap.* 20. *numer.* 196. *lib.* 3. *de Franch. decis.* 6. *numer.* 6. *Rota coram Coccin. decis.* 1021. *numer.* 48. & *coram Emerix decis.* 1014. *numer.* 11. & *decis.* 1042. *numer.* 4. Sicuti etiam punctualiter animadvertit *Fontanell. decis.* 104. *numer.* 25. quantumvis in ejus facti specie contrarium decisum fuerit, quia nempe ex socialibus Capitulis diversimodè constabat; Neque super hoc ulterius immoror, quia, (sicuti adnotavi etiam in meo *discursu* 109. *numer.* 24. & 25. *de Commerc. tom.* 2.) expressio capitalium, an obligationem, sive substantiam potius actus, quam illius executionem respiciat, sit materia tantum conjecturalis.

Secundo prædicta doctrina minus etiam procedit, si 6
jam consumptis omnibus, & singulis societatis capitalibus, atque ita soluta, ac terminata societate ob peremptionem rei (ut *ex textu in leg. verum* 64. §. *Societas*, ibi „ *Societas solvitur ex personis, ex re-* “ *bus, ex voluntate, ex actione, ideoque sive homines,* “ *sive res, sive voluntas, sive actio interierit, distra-* “ *hi videtur societas* “ *ff. pro Socio Mellin. decis.* 86. *num.* 2.) Socius administrator, Institor, aut complimentarius negotium continuasset scientibus, ac patientibus aliis consociis, quia per hujusmodi continuationem intelligitur tacitè fuisse renovatam, ac proroga- 7
tam societatem cum eisdem saltem pactis, ac conditionibus, & sic cum alio novo limitato capitali, a primo non dissimili ad *textum in leg. cum quæritur.* §. *Qui impleto. ff. locat.* & *in leg. si quis Mancipiis.* §. *Si impubes in fin. ff. de instit. action. Rocc. de Societ. Mercat. not.* 9. *num.* 25. & *seq. Marcabrun. cons.* 6. *numer.* 34. *Marin. resol.* 207. *num.* 6. *lib.* 2. ac quamplorimi alii Doctores ab eis citati, & *Rota Romana* post *Marin. dict. resol.* 207. *numer.* 10. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 47. *numer.* 36. §. *Hac tamen Sententia, vers. vel quia bona, Ansald. de Commerc. disc.* 98. *numer.* 60. 68. & 69. *Rot. decis.* 151. *numer.* 21. 22. & 23. *part.* 10. *rec.* & melius *decis.* 66. *num.* 10. & 11. *post Torre de pact. futur. success.* & punctualiter in nostris terminis, quod nempe intelligatur renovata societas cum eodemmet capitali, quod in ea ab initio positum fuerat *Bald. cons.* 448. *numer.* 2. & 3. *lib.* 4.

Et prædicta non solum procedunt in casu, quo socii, quamvis prius habuissent notitiam, & scientiam de consumptione, & deficientia capitalium, nihilominus patientiam præstitissent eorum nomen ab institore in negotiis semper, & continuatè expendi, sed ulterius procedunt, si ipsi nimis negligentes fuissent in investigando, ac perscrutando debitis temporibus mediante librorum, ac bilanciorum revisione statum societatis, & negotii.

In quorum comprobationem consideranda prius est laudabilis dispositio *Textus in leg. sed etsi pupillus* 11. §. *Proscriptum, ff. de instit. action.* ubi sanctè, pieque à Vulpiano summo amatore bonæ fidei, quæ semper in commercio exuberare debet, & *nos in Cambist. Instruct. cap.* 5. *num.* 24. & 25. sancitum fuit, quod, 8
quam-

quamtumvis publicatis jam, & ad publicum in aliqua tabella ante fundacum, seu apothecam expositis legibus, pactis, & conditionibus, cum quibus electus fuit negotii Institor, nihilominus, si eadem tabella ob cursum temporis, vel ob pluviam, vel ob aliquod aliud infortunium denigrata, & fortiùs si fortè ab aliquo sublata fuerit, ita quod prædictæ conditiones & pacta cerni amplius, & legi non valerent, adhuc, inquam, Dominus apothecæ ab omnibus contractibus per institorem stipulatis obligabitur, quamvis contrarii, ac repugnantes omninò forent Institutionis legibus, ac pactis notificatis jam, ac publicatis, & hoc non propter aliam rationem, nisi quia Præponens occasionem alicujus erroris præbere non debet adventoribus, & sic tabellam renovare tenetur, ne se excusare possint allegando justè fuisse deceptos in credendo conditiones prædictas, & pacta non amplius vigere ob sublationem scilicet, aut deturpationem ejusdem tabellæ.

Ad normam igitur hujusmodi textualis dispositionis
idem, & cum majori Justitia hic concludendum venit,
videlicet, quod etiamsi ab initio per socios inter
ipsos in privatis capitulis variæ conditiones stabilitæ
sint, sive pacta limitantia præsertim tempus societa-
tis, attamen, si per consocium institorem, aut per
9 alium Complimentarium continuè, & publicè expen-
ditur nomen Societatis, sicuti Correspondales justè cre-
dere potuerunt durationem, aut renovationem socie-
tatis, aut pacta limitativa fuisse innovata, ita æquum
non est, ipsos, qui bona fide contraxerunt, fraudari
propter consociorum negligentiam in expendi publicè
eorum nomen permittendo post societatis terminatio-
nem, quæ quidem negligentia longè major est ea,
quam in apotheca D. Vulpianus considerat.

10 Et reverà bona fides, libertasque commercii, utpo-
tè ipsius primum mobile, ac vivificans spiritus adeò ve-
nerari debet juxta *Marquard. de Mercat. lib. 2. cap. 11.
num. 93.* quem secuti sumus in nostro Cambista Instru-
cto *cap. 1. numer. 1.* ut potius attendendæ minimè sint
11 omnes, ac singulæ Juris regulæ, quoties ea quomodo-
libet lædi, offuscarique contingeret, prout plene demon-
stravimus in nostro *tractat. de Commerc. disc. 76. ac in
nostro Cambista cap. 5. num. 17.*

Prædictis igitur ita se habentibus, quomodò tolleranda erit in sociis hujusmodi negligentia adeò læsiva bonæ fidei, ac libertatis commercii?

Illa etenim sicuti Correspondalibus apta est justam
causam præbere credendi societatem adhuc vigere, aut
12 saltem eam fuisse renovatam, cum Mercatores semper
præsumantur eorum negotia attentè, ac diligentissimè
peragere *Santern. de assecurat. part. 3. numer. 17.* ita
valet eosdem socios obligare ad observantiam contra-
13 ctuum omnium per institorem initorum etiam post
terminatam jam, ac solutam societatem *Rot. Roman.
decis. 151. numer. 20. vers. sanè praxistense, & nu-
mer. 23. part. 10. recent. Torr. de pact. futur. success.
lib. 3. cap. 10. num. 58. & in Bononien. societatis seu
cautela Angeli 28. Junii 1719. §. Verum præfata co-
ram Curia Rocc. de Societ. Mercat. not. 79. numer.
163. & Nos diffusè in nostro Cambista Instructo ca-
pit. 5. numer. 24.*

Ac esto etiam, quod similis negligentia in illis quo-
que Mercatoribus concurrat, qui cum Institore, sive
Administratore societatis contraxere, attamen, cum
hæc valdè minor sit altera sociorum, præsertim si de
exteris, ac forensibus Mercatoribus ageretur, ita illa
14 ipsis sociis longe negligentioribus opitulari non valet,
& per consequens omne damnum pati debent, ut in
puncto ex majoris, vel saltem æqualis negligentiæ con-
cursu idem determinat *Card. de Luc. de Regal. disc.
115. num. 12. Ansald. de Commerc. disc. 39. num. 14.
& seq.* Nos *in disc. 54. num. 41. de Commerc. & ma-
gis diffusè in nostro Cambista Instructo cap. 1. num. 38.
& seq. & cap. 2. num. 43.* ubi addimus *Dec. in cons.
241. num. 4. vers. & quia major videtur*, qui firmat,
15 quod ubi in uno major culpa concurrit, attendi non
debet minor culpa alterius.

Ulterius in majorem prædictorum corroborationem
animadvertendum est, quod contrahentes cum insti-
tore, cui ab initio per socios limitata facultas tradi-
ta fuit in contrahendo, administrandoque eorum ne-
16 gotia, eatenus de Jure non excusantur, quatenus
prius tenentur investigare qualitates, & conditiones
electionis Institoris, aut complimentarii, ad tradita
per *Fontanell. & per Doctores à me superius citatos
§. Attamen rectè*, sed, sicuti quotiescumque contra-
hentes justè potuerunt credere diversimode, redargui
nequeunt de negligentia commissa in non prius per-
scrutanda qualitate, & conditione illius, cum quo
contraxerunt, prout hujusmodi regulam limitando 17
cum magna Doctorum caterva, post *Samminiat. con-
trovers. 543. num. 21. cum sequentibus* firmavi in meo
Cambista Instructo capit. 1. numer. 27. ita concluden-
dum venit, quando Correspondales cum socio Insti-
tore, aut complimentario contraxissent, ipsis præstita
occasione ab aliis consociis, ob eorum culpam, vel ne-
gligentiam existimandi societatem adhuc durare *Torr.
de Pact. fut. success. lib. 13. cap. 10. n. 58.*

Unde patet, Doctorum opinionem, (præterquam
Fontanella, de quo mox sermo erit) communiter ad-
mittentium, socios ultra eorum capitale non obliga- 18
ri, quando ab initio societas instituta fuit cum limi-
tatione quorumdam capitalium, procedere tantum in
casu, quo culpa, ac gravis negligentia sociorum in
permittendo eorum nomen semper expendi in negotio
absque ulla librorum revisione, ac Bilanciorum re-
quisitione non intervenerit, quæ quidem negligentia,
utpotè penitus insolita, numquam in Mercatoribus præ-
sumenda.

Respondendum modo est punctuali auctoritati *Fon- 19
tanella decis. 508. numer. 13. & sequ. lib. 2.* ubi acri-
ter sustinere prætendit, consocium in casu limitatæ so-
cietatis, cum certis videlicet, ac limitatis capitalibus in-
stitutæ, numquam ultra eadem erga creditores obligari,
quantumvis scienter post ipsorum capitalium consum-
ptionem suum nomen expendi permiserit.

Et quamquam in dicti Auctoris reprobationem, nec
non *Rota Romana in Romana Pecuniaria super reser-
vatis 8. Maji 1711. §. Fin. coram Crispo*, quæ abs-
que ullo examine eum sequuta fuit, animadvertere tan-
tum sufficeret, eumdem adversari communiori, atque 20
in praxi receptiori opinioni, ac firmatæ per *Ansald.
de Commerc. dicto disc. 98. numer. 60. 68. & 69.* &
per alios per me superius citatos *in §. Secundò prædi-
cta*, vel saltem generales Juris communis regulas ab
eo allegatas in Mercatoriis materiis minimè procede-
re, quoties bona fides, libertasque commercii etiam le-
viter vulneraretur, prout pariter superius adnotavi,
ubi præcipuè firmavi legalem illam regulam proceden-
tem *à leg. qui cum alio, ff. de regul. Jur.* quòd scili-
cet unusquisque tenetur scire conditionem, & quali- 21
tatem illius, cum quo contrahit, aliàs omne damnum
inde resultans ipse solus ob ejus incuriam pati debet,
eam, inquam, regulam inter Mercatores sibi locum
non vindicare, quando in eorum contractibus magis
rigor legis, quàm æquitas attendi deberet, sive quan- 22
do bona fides, candorque commercii offuscaretur quam-
plurimos allegando Doctores in meo *Cambista Instru-
cto cap. 1. à numer. 13. usque ad 31.* quod etiam pro-
culdubio in casu nostro contingeret; Mercatores enim
fraudarentur, ac in damno essent ob negligentiam so-
ciorum, qui Negotii Bilancium debitis temporibus non
percurrentes eorum nomen post Capitalium peremptio-
nem continue expendi permiserunt, quare in nostris
præcisis terminis huic eidem regulæ respondendo *An- 23
sald. de Mercat. dicto disc. 98. numer. 62. usque ad
64.* ipse etiam observat, & considerat fraudes, ac ab-
surda omnia, quæ in damnum publici commercii oriri
possent; Nihilominus ad ostendendam insubsistentiam
rationum Fontanellæ, quibus ejus opinio innititur, eas
modò lubet singulatim perpendere.

Et istæ ad tres tantum reducuntur; Quarum pri-
ma est, quod quantumvis ob patientiam, ac tole-
rantiam sociorum in non contradicendo eorum no-
men ab Institore expendi, renovatio, ac prorogatio
societatis jam finitæ prætenderetur, attamen ista pro-
rogatio, sive renovatio semper intelligi debet cum eis-
dem pactis, conditionibus, & qualitatibus in primo
societatis contractu stabilitis, & sicuti in primo con-
tractu ob pactum, *quod omne risicum, & periculum
cedere debeat damno societatis*, socius obligatus non 24
remanebat ultra ejus capitalia in societate existentia, ita
neque etiam obligari debet in ejusdem renovatione, si-
ve prorogatione.

Sed hoc argumentum, pace tanti viri, ac celebris Jurisconsulti, nullam videtur habere subsistentiam, etenim, si ipse nihil aliud asserere intellexit, nisi quod in renovatione, sive prorogatione societatis censendum sit repetitum etiam pactum prædictum *quod scilicet omne risicum, ac periculum spectare debeat ad societatem*, hoc ei libenter concedimus, sed opus etiam esset, & ab ipso concedi, quod in eadem Societatis re-
25 novatione intelligatur repetitum novum capitale non impar primo capitali limitato, ut punctualiter firmat *Bald. in conf. 448. num. 2. & 3. lib. 4.* & sic numquam dici poterit, socium, cujus nomen expenditur etiam post finitam societatem, prout in casu nostro
26 propter consumptionem primævi capitalis punctualiter *Rocc. de Societ. not. 27. num. 60.* non teneri ultra primum capitale, sed potius in vim ipsius argumenti constabis, eundem usque obligari ad limites etiam secundi capitalis in renovatione societatis repetiti.

Sed si contrarium Fontanellam dixisse prætenderetur, quod scilicet socius in renovatione, sive societatis, prorogatione non intelligat in ea ponere aliud capitale, sed in ea continuare intendat cum primo tantum capitali jam penitus perempto, hoc malè ex pluribus rationibus assereretur; Et primò quia impossibile omnino est, so-
27 cietatem renovari posse absque aliquo capitali *Ansald. de Commerc. disc. 87. nu. 17. Alcimar. de nullit. contract. rubr. 1. quæst. 25. num. 47. Antonel. de temp. legal. lib. 2. cap. 47. nu. 36. vers. hæc tamen sententia, Rot. Rom. cor. Millin. decis. 86. n. 2.*

Secundò, quia pactum, quod *totum periculum, & risicum esse debeat societatis*, ridiculum profectò esset, utpotè appositum in renovatione unius societatis absque capitali institutæ.

Tertiò hujusmodi societatis renovatio esset injusta, & iniqua, quoniam socii lucrari tantum prætenderent absque risico alicujus jacturæ in nova societate.

Est quoque majoris insubsistentiæ secunda ratio per Fontanellam allegata *numer. 14.* quod scilicet, quamquam socius sciat, patiaturque ab alio consocio institore, aut complimentario, post capitalium peremptionem ejus nomen expendi, hujusmodi tamen scientia, ac patientia non sit apta eidem aliquod præjudicium inferre, nisi Institor in expendendo ejus nomen expressè rit illum velle etiam obligare in aliis suis propriis bonis; Quoniam per hanc rationem supponitur, quod socius, qui post scientiam consumptionis capitalium, & sic post scientiam solutæ jam societatis, ejus nomen ab Institore expendi permiserit, nihilominus renovare noluerit societatem cum alio simili capitali, quod quidem falsissimum est; Communiter enim Doctores nostri firmarunt, ut supra ostendimus, quod si post finitam aliquam societatem illius nomen adhuc expenditur, intelligitur alia renovata societas, & si
28 prima limitata fuit cum certis conditionibus, pactis, & capitulis, censetur & eodem modo similiter renovata secunda, ac per consequens attenta tali tacita renovatione socius ultra primum capitale jam in prima societate consumptum jure in aliis suis bonis obligabitur ad mensuram secundi capitalis non minoris primò tacitè positi in secunda societate.

Tertia denique legalis ratio à Fontanella *numer. 15.* adducta, à qua, eundem sequendo, movetur etiam *Rota Romana*, ea siquidem est, quod in rebus valdè
29 præjudicialibus scientia, & patientia non sit ex se sola sufficiens aliquod præjudicium inferre, & præsertim quando in sciente, ac patiente adest certitudo in ejus semper favorem vigere illud jus, quod sibi à lege, aut pacto præcedenter inito competit.

Sed ista conclusio; quamvis regulariter vera sit, intelligenda tamen est cum sequentibus limitationibus, & ipsis etiam verissimis.

Et primo locum non habet, quando per scientem,
30 & patientem impediri poterat actus, ab aliis in sui damnum commissus, ita per *leg. fidejussor 6. Codic. Mandat.* docent *Bartol. ad leg. quæ Dotis numer. 23. ff. solut. Matrim.* & ibi *Barbos. num. 159. Cassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 3. §. 8. vers. absque consensu, Farin. lib. 7. cap. 80. vers. fundamentum, Gratian. cap. 68. numer. 16. tom. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 99. num. 15. Mendoz. de pact. lib. 2. cap. 4. quæst. 2. num. 37. Peryer. de renovat. emphyt. quæst. 16. num. 39. Rosental. de feud. cap. 9. concl. 75. num. 7. 15. Staiban. Jun. centur. 2. resol. 180. num. 28. Sabell. in Summ. verb. tacitum sub num. 2. & 4.*

Secundò, non procedit, quando in tolerante argui 31
potest aliqua collusio, & fraus in præjudicium tertii. *Staiban. resol. 180. num. 15. tom. 2. & in addit. num. 25. Gallerat. de renunc. libr. 5. cap. 11. num. 50.* doctè; & plenè *Scopp. ad Merlin. Pignatell. cap. 58. numer. 8. centur. 2. Andreol. controv. 349. num. 6.*

Tertiò, nec etiam procedit, quando agitur de favo-
re, utilitate, ac libertate publica, *Menoch. de præ-* 32
sumpt. libr. 6. præsumpt. 99. num. 30. Staiban. Jun. in addit. ad resol. 180. num. 9. & seq. tom. 2. Mascard. de probat. conclus. 417. numer. 20. Scopp. ad Pignatell. cap. 58. num. 17. & seq. centur. 2. Gallerat. dicto loco num. 49. Andreol. controv. 349. num. 6.

Et istæ omnes, ac singulæ limitationes ad unguem profectò adaptantur ad propositum nostrum; Adaptatur prima, quia certissimum est, socios faciliter posse impedire alii consocio Institori malum usum ejus administrationis, cum etiam sola proclamata, ac circulares epistolæ sufficiant ad certiorandum Mercatores de terminatione Rationis, ac Societatis.

Similiter applicatur secunda, quia argumentum fraudis, ac collusionis socii non ignorantis terminationem Societatis, & nihilominus ejus nomen expendi non contradicentis, videtur satis abundè liquere, hoc etenim ab eo fieri potest cum intentione, ut semper in tuto sit, expectando videlicet prius exitum negotii ad effectum illud acceptandi, aut impugnandi, prout melius illius utilitas, vel damnum suadebunt, ultra collusionem, ac fraudem, quam ad hunc eundem propositum
considerat *Ansald. de Mercat. d. disc. 98. numer. 62.* 33
vers. reflectendo quod alias.

Adaptatur denique etiam tertia, quia indubitatissi-
mum est, mercaturam respicere publicam utilitatem ad 34
favorem Reipublicæ; certumque pariter est ob violationem bonæ fidei impediri libertatem commercii. *Stypman. de jur. maritim. cap. 2. num. 54. & 55. Tholosan. de Republ. libr. 4. cap. 8. numer. 8. §. Falluntur qui, Valenzuel. consf. 52. numer. 86. Bonden. collect. tom. 2. collect. 19. num. 205. Pigant. ad Statut. Ferrar. tom. 1. lib. 2. rubr. 14. numer. 1. & seq. Hevia de Commerc. terrestr. lib. 1. cap. 1. num. 24. penes fin. Borell. de Reg. Cathol. præstant. cap. 8. numer. 18. & 19. Solorzan. de Indiar. Guber. tom. 2. libr. 5. cap. 1. numer. 60. Ansald. de Mercat. disc. ultim. general.*
numer. 4. & 5. Quinimmo tantæ est publicæ utilitatis 35
commercium, ut jure nuncupetur quintum Reipublicæ, Mundique elementum, *Leoncill. decis. Ferrar. 42. numer. 12. Bonden. collect. 19. num. 205. tom. 2. Ansald. de Mercat. disc. ultim. general. numer. 4.* Unde referente *Marquard. de Jur. Mercat. cap. 3. num. 14.* Serenissimus noster Magnus Dux Etruriæ Primus, Politicorum omnium facilè Princeps, affirmare consueverat duo brachia corporis Reipublicæ utique esse commercium Terræ, ac Maris.

Firmato itaque, socios in sciendo, patiendoque eo- 36
rum nomen ab institore expendi, procul omni dubio remanere obligatos, cessat per consequens alia pars ratiocinii Fontanellæ, deducta ex regula quod scienti, ac patienti nullum oritur præjudicium, quando eum non latet adhuc suum Jus sibi durare; Dum sociis, ut supra visum fuit, non solum eorum jus non durat, sed Jus toto cœlo contrarium resultat à prædicta eorum scientia, ac patientia productum.

Subjungendum tandem est, socium etiam teneri ultra ejus capitale in casu, quo aliarum Platearum Mercatoribus societas transmisisset epistolas oblatorias, ac invitatorias ad negotium, in quibus nulla mentio facta fuisset capitalium per socios positorum, sed tantum sermo indefinitè habitus fuisset de erectione negotii, & ratio est, quia tunc Mercatores, qui ita invitati fuerunt, non tenentur aliunde investigare capitula socialia, neque qualitates, & conditiones societa-
tis; Etenim non tantum de universali Mercatorum 37
stylo, ac consuetudine attendi solummodò debent oblatoriæ epistolæ, quemadmodum testatur celeberrimus Peri in suo Negotiante *part. 4. cap. 3. delle obbligazioni de' Compagni, §. Terminata la compagnia*, „ibi „ *oltre per indursi l'obbligazione per il tutto, ed in* „ *solidum basta, che si spenda pubblicamente il No-* „ *me, nè mai ricercansi contrattarlo con loro i patti,* „ „ e con-

„ *e condizioni, che sono tra essi passate*, „ prævalente stylo prædicto ipsi juri communi, etiamsi contra-
38 rium disponeret, ut firmata per Nos in nostro Cambista Instructo *cap. 5. num. 27.* Nulla enim culpa, aut negligentia notari potest, qui juxta mercatorium stylum operatur *Fontanell. dec. 453. n. 20. & seq.* Verum
39 etiam de jure communi adhuc attendendæ sunt juxta sensum *Rocc. de Societ. num. 153. Rot. Rom. decis. 151.*
40 *num. 1. 2. & 3. & numer. 10. 17. 18. & 20. cum seq. usque in fin.* quæ est reperita apud *Salgad. Labyrint. Cred. decis. 30.* & optimè *decis. 66. num. 2. & per tot. post Torr. de pact. futur. success. & decis. 25. num 5. §. Probata autem, & num. 6. in Mantiss. ad Card. de Luca de Cred.*

Et revera Jure merito Doctores nostri fuerunt in sensu, nullam essentialem differentiam, habito respectu ad tertios, intercedere inter unam societatem ab initio indefinitè erectam, & deinde per socios circa ejus durationem, vel alio quovis modo limitatam, & aliam à principio ad certum tempus, vel cum aliis qualitatibus limitatam, in qua socii oblatorias, sive invitatorias epistolas transmisissent, quæ nil aliud notificarent, nisi indefinitam alicujus negotii erectionem inter eos sequutam. Quoniam quoad Correspondales solitos normam solummodo desumere ab oblatoriis epistolis, idem profectò est, societatem ab initio fuisse indefinitè initam; & eisdem ab initio indefinitè notificatam, etiamsi inter socios verè limitata fuisset sive ad certa capitalia sive ad certum tempus, & sicuti in primo casu indefinitæ societatis ab initio institutæ & deinceps limitatæ, socii in solidum tenentur, ultra capitale in ea positum, in aliis etiam eorum propriis bonis, nisi Correspondales certioraverint de novis pactis modificativis, ac limitativis societatis noviter in-
41 ter ipsos stipulatis, prout juxta punctualiter Ulpiani dispositionem *in l. sed etsi pupillus 11. §. De quo palam, ff. de Institor. action.* firmat *Rota Roman. in Romana Pecuniaria super reservatis 26. Junii 1709. coram Scotto. §. Pari irrelevantia, & §. seq. & §. final.* & melius *in eadem Romana Pecuniaria super reservatis 2. Martii 1714. coram Crispo. §. Quod fundamentale motivum.* Ita penitus dicendum est in secundo casu, cui punctualiter à Doctoribus applicatur eadem textualis
42 dispositio Ulpiani, prout videre est ex authoritate *Rocc. de Societ. Mercat. Notab. 73. num. 153. vers. quod limita, & num. 154. Rot. Rom. dicta decis. 151. numer. 10. & 11. usque ad 23. part. 10. recent.* confirmata ab altera *decis. 66. per tot. impress. post Torr. de pact. futur. success. & à dec. 25. num. 5. & 6. in Mantiss. ad Card. De Luc. de Credit.*

Quinimo non solum pari, sed fortiori etiam ratione similiter decidendum venit tam in secundo, quam in primo casu; In hoc enim socii sunt tantummodo negligentes in non commonendo Correspondales de novis pactis limitantibus societatem antea indefinitè contractam, & sic tantum de omissione tenentur; In secundo autem casu de vero, ac positivo actu commissionis redarguendi sunt, (quæ culpa sanè major est culpa omissionis. *Dec. cons. 241. n. 4. vers. & quia Ma-*
43 *jor videtur*) notificando videlicet per hortatorias, ac invitatorias epistolas, societatem fuisse indefinitè institutam, ex quo quemadmodum indubitatè oritur Correspondalibus justa causa ita credendi, ita eximuntur ab onere, quod cæteroquin habuissent, perquirendi societatis capitula, ut plenè adnotavi in meo *Cambista Instructo cap. 5. n. 25. & cum aliis Doctoribus superius citatis §. In quorum comprobationem, & §. Prædictis igitur.* Immo ipsi malè, & contra Mercatorum communem stylum egissent, si post receptionem hujusmodi obla-
44 toriarum epistolarum, indagare voluissent pacta, & qualitates societatis; Quoniam, quando ipsi in prædictis epistolis non fuerunt commonefacti de socialibus pactis, intelligere debent, socios hoc voluisse omittere ob aliquod justum, ac rationabile motivum, ac inter cætera, ne impediretur eorum negotii progressus, cui
45 multum nocere solet limitatio societatis ad certa capitalia, nam Mercatores ut plurimum non sunt proclives ad contrahendum cum hujusmodi limitatis societatibus, ob suspicionem possibilis consumptionis capitalium socialium, ut optimè ad hunc propositum observat expertissimus Peri in suo Negotiante loco superius citato, & *Rot. Rom. d. dec. 66. n. 4. post Torr. de pact. futur. success. & per me allegata in disc. 76. n. 5. 6. 7. & 8. de Commerc.* & in meo *Cambista Instructo c. 3. n. 31.*

Applicando modo ea omnia per me usque nunc exarata, indubiè censeo primam limitationem optimè adaptari casui, super quo requisitus fui de mea opinione; Ex Instrumento etenim societatis initæ inter D. Rosati, & DD. Comites Calvi, & Guastalla certè resultat, negotium aromatarium sub administratione D. Rosati fuisse ab ipso indefinitè erectum, & summas ab ipsis respectivè positas pro capitali hujusmodi negotii, stare consecutivè, videlicet pro inchoando, ac executioni demandando dicto negotio, & non pro illo taxando, sive limitando, ut videre est ex illis verbis „ ibi „ *titulo puro, mera, & vera societatis inter eosdem DD. Comites Guastalla, Calvi, & Rosati contracta, & inita, easque ad effectum implicandi in uno capitali vulgò di Drogheria* „ & melius ex verbis quinti capituli, „ ibi „ *che la suddetta Società dovrà durare per anni dieci già cominciati il giorno di oggi 2. Novembre 1717. e da finirsi, ec. e che non possa rompersi detta Societa, nè separare il medesimo capitale, se non in caso (che il Sig. Iddio non voglia) restasse intaccato detto capitale, che non si potesse pagare, o soddisfare i Creditori, ec.* „ ex quibus cum liquidò constet, quod hujusmodi societas, stante pacto expresso, per decennium durare deberet, reservata, ac salva facultate ab ea recedendi in casu tantum peremptionis capitalium ob exuberantiam debiti, facilè comprehenditur, eam durare debuisse etiam post consumpta capitalia, nisi expressè soluta fuisset vigore facultatis prædictæ, *Ansald. de Commerc. disc. 51. n. 16.*
& per consequens capitalia non fuisse posita ad finem 46
eam limitandi, taxandique, sed ad finem eam inchoandi, ac executioni demandandi.

Concurrente præcipuè in casu nostro observantia
prosecutionis negotii etiam post capitalium peremptio- 47
nem, utpotè sufficientissima ad Partium mentem interpretandam, ut omissis omnibus de ea generaliter loquentibus, in terminis punctualibus societatis docet *Rot. Rom. dec. 169. numer. 44. & seq. part. 17. recent. Ansald. de Commerc. disc. 51. num. 19.*

Hinc mirum in modum oritur etiam applicatio textus *in l. sed etsi pupillus. §. De quo palam, ff. de Instit. action.* de quo abundè superiùs sermonem habuimus, nam, sicuti in casu consumptionis capitalium ob nimiam debitorum molem, expressa Partium diffidicta requirebatur, quæ sequi non poterat, nisi post, in progressu scilicet ejusdem negotii, ita tenebantur socii
eam notificare Correspondalibus, ad hoc ut imposte- 48
rum cessarent negotiari cum Institore *Gomez. Var. resol. lib. 2. cap. 5. de Societ. n. 6. vers. unum tamen est,* & ibi *Aylon. Additionator Rocc. de Societ. notab. 70. n. 146. & not. 77. n. 159. vers. secus est, & in respons. 17. num. 4. & 5. lib. 1. de Marin. resol. 207. num. 5. tom. 2. De Luc. de Regal. disc. 115. num. 8.*

Quo verò ad secundam limitationem deductam à negligentia, sive scientia, ac patientia sociorum in permittendo post consumpta capitalia eorum nomen expendi, de ea loqui prætermittam, eo quia mihi, non quantum opus est, facti series innotescit, unde onus applicationis illius Dominis Advocatis relinquo, qui in loco præsentis Judicii reperiuntur.

Tertia, ac ultima limitatio procul omni dubio, ac difficultate adaptatur. Constat enim in facto de oblatoriis epistolis D. Sebastiano Thomæ Nozzoli, aliisque creditoribus, ac cæteris litis consortibus transmissis, in quibus nulla fit mentio, sive notificatio legitur qualitatis socialium Capitulorum, ex quibus frustra in præsens prætenditur societatem fuisse ab initio limitatè contractam.

In nihilum refragante responsione, prædictas epistolas fuisse conscriptas per duos menses ante erectionem societatis cum Dominis Comitibus Guastalla, & Calvi, die nempe decima Septembris anni 1717. Cum Instrumentum societatis fuerit stipulatum die 2. Novembris ejusdem anni.

Respectu enim D. Comitis Guastalla societas jam incæpta erat eadem die conscriptionis dictarum epistolarum oblatoriarum, ut constat ex libro D. Rosati Institoris, simulque participis dicti negotii in computo currenti dicti D. Comitis Guastalla, ubi in ejus creditum die prima Novembris anni 1717. pro ejus medie-

medietate adnotatæ fuerunt libræ 400. resultantes ex lucris antéactis in Bilancio facto ascendente ad summam librarum octingentarum, antequam in tertium socium admitteretur D. Comes Calvi, cujus associatio facta fuit die immediate sequenti post dictam repartitionem, & hæc sunt verba præcisa partitæ in dicto computo scriptæ.

Avere primo Novembre 1717. lir. 400. per utile ritrovato nel Bilancio in lir. 800. e ripartito a metà, prima entrasse il Signor Conte Calvi.

In cujus comprobationem reflectendum est, quod in omnibus epistolis tam oblatoriis, quam in cæteris aliis D. Rosati conscriptis duobus mensibus circiter ante dictum Instrumentum diei secundæ Novembris, in omnibus, inquam, mentio semper fit de Domino Comite Guastalla, tamquam socio dicti Negotii, in nihilum refragante, quod in eodem Instrumento legatur, societatem initam fuisse inter Rosati, ac DD. Comites Guastalla, & Calvi, quia per dictum Instrumentum non tollitur, quin prius societas fuerit contracta inter Rosati, & Comitem Guastalla; immo non propter aliam rationem dicta die secunda Novembris stipulatum fuit Instrumentum prædictum, nisi ad effectum renovandi societatem, cum tertio socio, videlicet cum D. Comite Calvi.

Sed esto etiam, quod prædictæ oblatoriæ epistolæ scriptæ fuissent ante stipulationem societatis, nihilominus cum eadem stabilita fuerit dicta die secunda Novembris inter omnes, ac singulos tres socios, ipsæ reputandæ sunt, ac si scriptæ fuissent à dicto Ro-
49 sati post societatis stipulationem; Etenim ad actum, sive contractus validitatem in jure satis est, quod ei, qui illum à principio absque facultate egit, eadem postea superveniat, ad plenissimè probata per Rotam nostram Florentinam penes *Urceolum decis. 8. nu. 6. cum pluribus seqq. Bellon. cons. 17. num. 60. & seq. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 28. num. 7.* & non minus plenè, quam doctè *Salgad. de retent. bull. par. 1. cap. 10. num. 2. usque ad 10.*

Denique non obstat, quod prædictæ literæ oblatoriæ transmissæ sint sine subscriptione D. Comitis Guastalla Consocii, idcirco præsumantur absque ejus scientia, & consensu transmissæ.

Nam sicuti pro alicujus novæ Rationis directione solitum, & necessarium est, quod usque ab initio à sociis, vel ab eorum Institore literæ oblatoriæ mittantur aliarum Platearum Mercatoribus, quò alliciantur, & invitentur cum nova Ratione, ad negotiationes
50 incundas, ut testatur *Peri in suo Negotiant. part. 4. cap. 3. in princip.* Ita cum Mercatoribus compertum fuerit prædictas literas fuisse semper per D. Rosatum sine subscriptione D. Comitis Guastalla transmissas,
51 Jure optimo prædicti Correspondsores credere potuerunt dictum Rosatum habuisse mandatum ita illas scribendi, vel saltem scriptas fuisse cum scientia D. Comitis Guastalla, qui cum verisimile non sit, quod ignoraverit id, quod pro consueta dictæ novæ Rationis directione per D. Rosatum agere tenebatur, præsumi debet in eo prædictarum literarum scientia, nam quando ignorantia alicujus rei est inverisimilis, tunc de jure scientia præsumitur, egregiè *Fontanell. dec. 304. nu. 19. & 20. Cyriac. contr. 519. n. 36. Sessi dec. 403. n. 30. cum seq. Leo dec. 142. nu. 9. cum seqq. Rocc. resp. 69. num. 6. tom. 2. & Nos plenè in discursu 63. num. 8. & 9. de Commerc.* & in puncto literæ scri-
52 ptæ ab uno socio tantum *Rot. part. 19. recent. dec. 93. num. 9. ad 12.* quod præcipuè procedit inter Mercatores, qui negotia sua diligentissimè peragunt *Fontanell. d. decis. 504. nu. 19. & 20. Santern. de assecurat. par. 3. num. 17.* & quod mandatum præsumatur, quando
53 inverisimile sit, quod quis sine mandato consocii aliquid fuerit executus *Nos in decis. 5. num. 15. post nostr. Tract. del Camb. Instr.* Et quando prædictæ literæ non fuissent etiam de Mandato Domini Comitis Guastalla transmissæ per Dominum Rosatum, dicendum nedum esset D. Comitem neglexisse id, quod diligenter fieri solet à Mercatoribus in novæ Rationis erectione, videlicet literas oblatorias transmittere; verum quod Rosatus socius dicti D. Comitis, & Institor dicti Negotii, in scribendo dictas oblatorias literas illimitatas absque scientia, vel mandato ejusdem Comitis grave commisisset delictum, quia tali pacto cum dolo se versatus fuisset erga Mercatores extraneos; nec non erga ipsummet D. Comitem Guastallam contraveniendo pactis socialibus, quod cum præsumi utique nequeat, affirmari debet Dominum Comitem id exple- 54
visse per D. Rosatum ejus Institorem, per ea quæ firmavi in *dicta mea decis. 5. num. 14.* & ad tradita in proximis terminis per *Ansald. disc. 51. num. 17. & 18.* idque fortius, cum prædictus Comes nullam aliam literam oblatoriam per se scripserit, nec ullæ ex illis, quæ fuerunt per Rosatum scriptæ, sese un- 55
quam subscripserit *Nos decis. 5. num. 16. & 17.* quin immo cum tot actus, Instrumenta, redditiones Rationum, Scripturæ, Societatis renovationes, & alia inter Rosatum, & Dominum Comitem intercesserint, 56
non tantum ex his præsumi debet in D. Comite scientia literarum per Rosatum missarum, ut in puncto literæ scriptæ ab uno tantum socio, quod in altero præsumatur illius scientia, & patientia tradit *Rot. decis. 93. num. 9. usque ad num. 13. part. 19. recent.* & faciunt tradita per *Capyc. Latr. consult. 105. num. 18. cum seq.* quin etiam fuisse per eum mandatum injunctum D. Rosato, ita eas absque ejus subscriptione transmittendi, per ea quæ firmavimus in *d. dec. 5. ex num. 10. cum seq.*

Ex his igitur inquam cum Mercatores, qui fuere per dictas Literas Oblatorias illimitatas per Rosatum 57
scriptas invitati ad contrahendum cum ejus nova Ratione, vel Negotio credere potuerint fuisse dictas literas aut de mandato, aut cum scientia D. Comitis missas, hæc eorum credulitas efficax est ad effectum habendi sibi prædictum Comitem obligatum, ut testatur *Torr. de Pact. futur. success. lib. 3. cap. 10. nu. 58. per l. fin. ff. de exercit. act. & Nos in Tract. del Cambist. Instruit. cap. 5. num. 24. & seqq.*

At quando etiam D. Rosatus dictas Literas Obla- 58
torias illimitatas absque certi capitalis expressione sine mandato, & scientia dicti D. Comitis scripsisset, nihilominus dictus D. Comes teneretur erga Mercatores pro culpa Domini Rosati ejus Institoris, & Administratoris à se propositi *l. sed etsi Pupillus §. Proscriptum ff. de Instit. action. Bart. in l. 1. §. Familiæ ff. de Publicanis, & cons. 79. nu. 3. Giovagnon. resp. cons. 43. num. 48. Rot. Gen. de Mercat. decis. 14. num. 16. & 17.* quam cum aliis sequitur *Bruneman. in l. cujuscumque 5. §. 8. ff. de Instit. action. Berlich. decis. 252. nu. 1. 2. & 3. Felic. de Societ. cap. 31. num. 25. Rocc. de* 59
Navibus num. 32. & seqq. 36. & 37. & num. 44. 45. Marquard. de Mercat. lib. 1. cap. 8. num. 19. 20. 21. Cyriac. contr. 459. num. 30. plenissime *Giurb. dec. 88.* 60
per tot. Salgad. Labyr. Credit. part. 1. cap. 9. num. 88. quod absque dubio procedit quando culpa, & dolus ab Institore committitur præcipue circa Negotium, cui præpositus fuit, aut si socii præponentes aliquid utilitatis ex culpa Institoris perciperent, aut si culpa commissa fuerit ab Institore sciente, & patiente Præponente *Hermosil. ad ll. partit. l. 7. gloss. 2. tit. 1. nu. 9. 10. & 11. Gratian. dec. 36. num. 19. Ansald. disc. 29. num. 2.* quæ omnia etiam adaptantur casui nostro, tum quia Rosatus vere deliquit circa officium suum, scribendo literas oblatorias contra pacta socialia, tum quia D. Comes Guastalla utilitatem percepit ex Negotio, cum quo sine dictis Literis oblatoriis non contraxissent Mercatores forenses, tum quia illæ Literæ fuerunt scriptæ cum illius scientia, & patientia, ut superius probatum fuit.

In vim etiam alterius irrefragabilis fundamenti D. Nozzoli competit jus agendi contra DD. Comites Guastalla, & Calvi pro solutione ejus crediti, quod habet cum dicto Rosati. Cum etenim in casu nostro ob deficientiam socialium librorum, & præcipuè libri introitus, & exitus, ab ipso Rosati clam exportatorum, liquere non possit de statu dictæ societatis, minusque per consequens utrum Capitalia ejusdem ob aliquod infortunium fatale perierint, aut in totum, vel in aliqua parte adhuc existant, sive prodigè dilapidata fuerint, aut arbitrariè in alios usus conversa à dicto Rosati Institore, supervacanea penitus, ac inutilis est quæstio, an scilicet socii teneantur ultra eorum capitale respective in societate positum; Quoniam, cum verissimum sit, quod, occultante Institore libros, ac renuente rationem reddere suæ administrationis, præsumi non solum debeat, capitalia adhuc

exi-

61 existere, aut in mercibus, aut in pecunia, aut in no-
minibus debitorum *Cardin. De Luca de Tutor. disc.6. num. 17. & disc. 17. num. 9. Rot.Gen. de Mercat. dec. 124. num. 2. & decis. 173. num.* 11. vetium etiam Institorem usurpare ea, ac furari voluisse Creditoribus *Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 3. disp. 7. nu. 13. Mennoc. Escobar. de ratiocin. cap. 21. num. 25. Giurb. dec. 15. num. 10. in fin. Ansald. de Commerc. disc. 37. nu.* 13. & melius *num.* 22. necessariò proindè inferendum est, quod, cum socii de jure obligentur ob culpam,
62 dolum, ac fraudem eorum Institoris per textus, & Doctores mox supra citatos sub *num.* 58. ideo DD. Comites Guastalla, & Calvi non solum teneantur ad
63 mensuram capitalium adhuc existentium, sive furatorum, ac dilapidatorum à dicto eorum institore Rosati, solvere omne damnum inde resultans singulis Creditoribus societatis, & negotii *l. sed etsi pupillus §. De quo palam, & §. Proscriptum ff. de instit. action. & l. Procuratorio in princ. ff. de instit. action. punctualiter Rot. Gen. de Mercat. d. decis. 14. num. 17. vers. & dolus institoris*, verum ad mensuram etiam lucrorum, quæ similiter præsumuntur ob non exhibitionem li-
64 brorum, & ob non redditionem rationis administrationis Negotii, *Rot. Gen. decis. 173. numer. 11. Rocc. respons. 35. num. 6. & seq. tom. 1. & de Societ. notab. 94. num. 196. Felic. de Societ. cap. 20. num. 12. & cap. 24. num. 33. & capit. 31. nu. 66.* & quidem in ea quan-
65 titate, in qua solent proficere alii Mercatores similia negotia exercentes *Jo: de Hevia de Commerc. terrestr. lib. 1. cap. 3. numer. 16.* Vel saltem ad rationem octo
66 pro singulo centenario *Cyriac. controv. 395. num. 25. & 26.* quæ tamen taxatio non est facienda per Judi-
67 cem in casu quo ageretur de initio alicujus negotiationis, seu Tabernæ, ex quo Mercatores, vel socii sub illius initio solent minus lucrari, ut advertit idem *Cyriac. d. controv. 395. num. 19.*

ARGUMENTUM.

Si Socius post dissolutionem Societatis permiserit ejus nomen expendi, & continuari ab aliis Consociis, tenetur etiam ipse pro omnibus negotiis, & Contractibus ab illis post solutam societatem cum Mercatoribus initis.

Quod procedit etiam in Hæredibus Socii Defuncti, etsi Pupillis, & Minoribus habentibus tamen Tutores, vel Curatores, qui si permiserunt imposterum nomen Defuncti à Consociis superstitibus expendi, ultra Patrimonium Defuncti, ipsi quoque obligati remanent erga omnes, qui cum dictis Consociis superstitibus contraxerunt.

Socii, si ab initio oblatorias circulares literas Mercatoribus miserunt, finita societate tenentur per similes literas Mercatoribus solutionem Societatis denunciare.

SUMMARIUM.

1 Socius, si post solutam societatem permisit nomen suum expendi, sibi præjudicat.

2 Limita in casu, quo societas soluta fuerit ob lapsum temporis à Sociis ab initio præfixi.

Sed hæc limitatio tantum procedit, quando is, cujus nomen expensum fuit, potest allegare aliquam justam causam, propter quam ignorabat nomen suum expendi num. 3.

4 Heres socii Defuncti, si non habet notitiam de expensione Nominis defuncti per Socios superstites facta, non obligatur, & num. 10.

Secus verò si Heres habebat scientiam, quod nomen socii defuncti expenderetur à Consociis, tunc enim obligatur num. 5. & num. 26. & de Ratione num. 27.

Quod procedit, licet Hæredes essent Pupilli, vel minores, si habuerunt Tutores, vel Curatores num. 9. & num. 30.

6 Sola credulitas Mercatorum, quod nomen alicujus expendatur à Sociis de illius consensu, sufficit ad excusandos Mercatores, qui cum Sociis contraxerunt, licet verè non adesset Societas, vel esset soluta.

7 Sola scientia, & patientia Mercatoris in permittendo nomen suum expendi in aliqua negotiatione post societatem dissolutam sibi præjudicat.

Imo sufficit, quod ipse aliquod motivum dederit Mercatoribus forensibus, quod ea adhuc duraret num. 8.

11 Respublica absque commercii utilitate sustineri nequit, & num. 43.

12 Socius, si post finitam societatem permittit nomen suum expendi in nova Societate, censetur in eadem cum aliis sociis perseverare; Eoque magis si concurrit aliquis actus positivus, ex quo tacita illius voluntas habeatur.

13 Heres socii defuncti tenetur notificare dissolutionem Societatis, si Societas ab initio, & Literæ oblatoriæ fuerunt illimitatæ, & num. 14.

Minusque sufficiunt actus privati, vel secretò gesti inter socios, ex quibus constaret fuisse ab eis Societatem dissolutam n. 15. & num. 44.

Neque sufficit notificatio facta uni tantum Mercatori, quia debet fieri omnibus num. 32.

Nequidem expressa disdicta Societatis, etsi judicialiter à Sociis sibi invicem intimata numer. 34.

Neque sufficit conventionale fideicommissum à Sociis inter eos clam constituti num. 42.

Et hæc procedunt, tam quoad Mercatores præsentes, quam absentes, circa quos requiritur intimatio in scriptis, vel per Literas, secus quoad ipsos Socios num. 34.

16 Denunciatio dissoluta Societatis per mortem Socii debet fieri omnibus Mercatoribus, etiam modernis, licet ab initio initæ Societatis non fuerint istis transmissæ Literæ oblatoriæ, & num. 17. & 35.

18 Ex particis extractis à Libris Mercatorum, eorumque literis creditum probatur.

19 Causæ Mercatorum de Jure sunt summariissimæ, & Judicium executivum pro eis tentari potest.

20 Societas per mortem socii solvitur, neque ad Heredes transit, nisi de eorum consensu iterum instauretur.

21 Presbyteri de Jure Canonico Mercaturam exercere prohibentur.

Limita in Presbyteris hæredibus, qui negotium defuncti continuant alterius ministerio num. 29.

22 Minores sine solemnitatibus societatem inire nequeunt.

Limita num. 27.

23 Societatis renovatio non præsumitur, nec non plures actus hic recensentur, ex quibus ea excluditur, & num. 24.

30 Renovatio primæ societatis inducitur, statim ac Socii permittunt post dissolutam Societatem eorum nomen expendi, vel continuari in negotiis.

Et procul dubio, quando concurrunt aliqui positivi actus, hic recensiti novam Societatem inducentes num. 31.

36 Contractus, vel negotiationes ab uno ex Sociis extra sferam socialis negotii gesta alios Consocios non obligant.

37 Mandatum, quod de Jure habent socii ad invicem, intelligitur quoad ea dumtaxat, quæ ad ipsam Societatem pertinent.

38 *Verba* il Negozio sia rinnovato con il nome di N. con governo, e facoltà di dar recapito a qualsivoglia negozio *in literis oblatoriis solita apponi per Mercatores ineuntes aliquam Societatem, adeo lata sunt, ut nullum negotium excludant.*

39 Generi negotiorum antea expresso, per speciem subsequentem additam, non derogatur.

Et de Ratione ibidem.

40 Renovatio negotii præsumitur facta cum omnibus qualitatibus antiqui.

Secus si ex literis oblatoriis contrarium appareret numer. 41.

Massi-

Massiliensis Societatis,

DISCURSUS CXLV.

Vigebat olim Liburni quædam societas, seu Ratio erecta sub nomine, vel nominibus DD. Joanois Soussini, & Cæsaris Baini, quæ de anno 1687. ob mortem dicti Domini Joannis dissoluta fuit, eodemque tamen tempore altera per q. Dominum Joannem Baptistam Soussioum fratrem, ac hæredem dicti D. Joannis sub eodem nomine Joannis Soussini, & sociorum fuit renovata, cui finis impositus fuit anno 1694. & rursus altera sub eodemmet nomine Joannis Soussini per dictum D. Jo: Baptistam, & Hieronymom ejus filium emancipatum, nec non D. Joaonem Expellii instaurata fuit, quæ de anno 1697. terminavit, illiusque tamen reliquiarum absolutio, vulgò *stralcio*, continuavit ad annum usque 1699.

Sub eodem anno 1697. altera pariter creata fuit societas sub eodem nomine per dictum D. Hieronymum Soussinum filium ac hæredem d. quondam Joannis Baptistæ, & DD. Aloysium Gargianum, nec non Joannem Expellii, quæ finem habuit de anno 1699. cui successit altera erecta die prima Januarii anni 1700. sub eodemmet pariter nomine Jo: Soussini, & sociorum, per dictum D. Hieronymum Soossinum, & DD. Joachim, & Joannem Baptistam ejus germanos Fratres, nec non Alexandrum Expelli, & Aloysium Gargianum, quæ terminavit anno 1705. sub cujus fine sub nempe die 1. Januarii 1706. iterum altera instaurata fuit sub iisdemmet quoque nominibus per dictos DD. Joachimum, & Joanoem Baptistam fratres de Soussinis & Aloysium Gargianum, quæ doravit osque ad diem 5. Augusti anni 1727. quo tempore per decoctionem defecit.

Post hujus decoctionis casum statim iosurrexerunt Creditores hujus ultimæ decoctæ Rationis prætendentes dictum D. Hierooymum, ejusque totum Patrimonium sibi fuisse, & esse de jure obligatum.

Super qua prætensione pro veritate consultus ad eorum favorem respondendum fore existimo; Nam perpensis eorum rationibus infra deducendis jus illis oppido assistere compertè deprehendi.

Etenim cùm appareat ex præmisso facto dictum Dominum Hieronymum Soussinum in aliis præcedentibus societatibus fuisse Socium, & in qualibet earum expendisse nomen Joannis Soussini à se electum pro nomine, & signo proprio omnium Societatum per eum respectivè erectarum, tenebatur de tempore ultimæ Societatis modo decoctæ, quæ idem nomen semper usque in finem cantare continuavit, denunciare exteris Mercatoribus dissolutionem præcedentis, vel præcedentium Societatum, ut eis innotesceret, quod per dissolutionem præcedentium societatum ille non remanebat amplius Socius ultimæ Societatis per alios renovatæ sub eodem nomine, & ideo cum id omiserit patiendo semper idem nomen, quo ipse utebatur, ab aliis Sociis expendi, tenetur de proprio, ac si conti-
1 nuasset in ultima Societate erga Mercatores, qui sub fide ejusdem nominis contraxerunt *Rocc. de Societ. not. 9. num. 25. 26. & 27. Rota Januen. decis. 97. num. 1. & num. 13. in fin. Ansald. disc. 98. n. 60. 61. & 62. 68. & 69. Rot. Rom. par. 10. rec. dec. 151. num. 2. nu. 18. 19. & 20.* repetita post *Salgad. dec. 30. nu. 2. & 3. & n. 18. 19. & 20. & post Torn. de Pact. futur. success. dec. 66. nu. 10. & 11. & Rota Romana in Romana Pecuniaria, seu Transactionis 17. Junii 1701. §. At non sic erat cor. Ansald. & 15. Decembris 1702. §. Et nihilominus, coram Scotto, & in Bononien. pecuniaria, seu cautela Angeli 28. Junii 1719. §. Verum, & §. Non attentis, coram Corio; & Rot. Roman. in Romana Societatis 19. Junii 1645. §. Nam quicquid sit cum seq. coram Ghislerio* quæ est impressa penes *Marin. in resol. cap. 207. lib. 2. num. 10. 11. & num. 12.* præsertim *in fin.* confirmata per aliam decisionem in eadem causa edita sub die 2. *Martii 1646. coram eodem Ghislerio*, quarum decisionum meminit *Ansald. d. disc. 98. num. 68.* & Nos latè in *Parmensis Societatis seu Pecuniaria §. In quorum Comprobationem cum seq. num. 8. & seqq. disc. 145.* huic præcedenti.

Nec relevat, quod ex apoca sociali diei primæ Januarii anni 1700. appareat pactum quod societas contracta per dictum D. Hieronymum cum aliis consociis durare tantum deberet per annos tres, & per alios tres anoos in casu quo per quatuor menses ante finem primi triennii per aliquem ex sociis non fuerit facta ejusdem societatis disdicta ad notitiam sociorum, cumque etiam in fine anni 1705. ea dissoluta fuerit per consensum sociorum, & altera sub die prima Januarii 1706. erecta fuerit, io qua dictus D. Hieronymus Soussinus noluit amplius continuare, ut constat ex dictis novis capitulis dictæ Societatis anni 1706. ideo dictus Hieronymus nullatenus obligatus remanere poterat ex negotiis, & contractibus initis ex nova societate, in qua noluit amplius remanere, nil penitus attento, quod ipse non denunciaverit Mercatoribos dissolutionem præcedentis societatis, quia cum ista fuerit inita à principio cum limitatione temporis, non tenebatur illius dissolutionem notificare, nam Mercatores cum ea contrahentes investigare tenebantur ejusdem conditiones, & qualitates, cum quibus illa inita fuit, præsertim in casu nostro, ubi nullæ fuerunt missæ Mercatoribus forensibus literæ oblato- 2
riæ juxta deducta per *Castrens. cons. 104. libr. 1. per tot. per Rot. Roman. part. 10. decis. 151. numer. 5. & seq. & num. 12. cum seq. & Marin. in resol. cap. 207. num. 5. lib. 2.* latè *Rocc. de Societ. numer. 146. cum seq. & num. 151. 152. 153.* & latè *Ansald. disc. 46. num. 33. cum plurib. seqq.* & Nos *disc. 39. in addit. num. 18. de Commerc.*

Objectum namque procedere posset, in casu, quo ille, cujus nomen etiam expensum fuit post dissolutam societatem, scire oon potuisset suum nomen in renovatione alterius societatis expendi, & sic minimè notari de illius patientia, aut permissione quod illud expenderetur à nova Societate, ut *exempli gratia*, in 3
eo qui esset absens, vel in remotas mundi partes se contulisset ut considerat *Rot. Januen. decis. 97. num. 12. vers. non obstat*, eò magis, si demens, aut fatuus evasisset, ita ut ei innotescere non potuisset continuatio societatis post tempus præfixum, vel aliquo alio modo allegare posset ignorantiam sui nominis ab aliis Sociis novæ Rationis expensi, vel si ageretur de aliquo socio Institore, vel complimentario, aut administratore alicujus Tabernæ, vel negotii cantantis sub suo nomine, & non nomine sociorum, qui socius institor, & complimentarius post dissolutam societatem continuasset idem nomen suum expendere, vel ageretur de hærede illius, cujus etiam nomen postea expensum fuit ab aliis consociis superstitibus, & hæres nullam haberet scientiam de societate sui Au- 4
thoris defuncti, ut est casus, in quo scripsit *Castrens. dicto cons.* 104. vel in hærede pupillo, vel minore, non habente Tutorem, vel Curatorem.

Secus in casu nostro, ubi constat, quod D. Hieronymus verè sciebat, & patiebatur, quod idem nomen Joannis Soussini, cujus erat hæres, per se jugiter expensum in omnibus præcedentibus societatibus, continuaretur imposterum per socios ultimæ societatis renovatæ de anno 1706. usque ad annum 1727. Neque de tali scientia, & patientia dicti Hierooymi dubitari valet, tum quia erat notoria apud omnes talis nominis expensi continuatio, tum, quia dictus Dominus Hieronymus quamplurimas epistolas sub eodem nomine à dictis sociis recepit, & ad eos scripsit, & misit totidem responsorias literas sub eodem nomine, & erat frater sociorum novæ societatis, nec non in ipsa habebat interesse, ut optimè, & punctualiter 5
considerat *Rota Romana in dicta Romana Societatis de Rotinis 19. Junii 1645. coram Ghislerio post Marin. resol. 207. num. 11. & seqq. lib. 2.* confirmata ex altera decisione edita in eadem causa sub die 2. *Martii 1646. coram eodem Ghislerio*. Socius enim, ut dicebam, qui post dissolutam societatem, sive per lapsum temporis in apoca sociali præfixi, sive per aliam quamlibet causam, permittit nomen suum ab aliis palam expendi, & continuari, semper adstrictus remanet erga Mercatores, qui contraxerunt cum eo, qui eorum nomen expendit juxta veriorem, & communiorem Doctorum sententiam supra relatorum §§. *Etenim*, qui secundum duplicis sequentis casus diversitatem ex diversa ratione in quolibet eorum militante moventur.

Nam si versaremur in casu, quo ex facti circumstan-

stantiis verè appareat, quod Socius noluerit amplius
post præfixum tempus societatis finitum in societate ma-
nere, & verè ab ea se subtraxit, tunc si oscitanter
permisit suum nomen expendi, tenebitur ob rationem
tantum suæ culpæ, vel negligentiæ, ob quam non
debet aliquid præjudicii inferri mercatoribus, quia
cum potuerint credere ex continuatione talis nominis
palam expensi absque ulla contradictione, aut denun-
ciatione illius, cujus nomen expendebatur, quod Socie-
tas fuerit per eum post finitum tempus denuo instau-
rata, non debent sub tali fide, & credulitate adeò
fundata, utpotè procedente à facto illius, cujus no-
men palam expendi passus fuit, defraudari, & jactu-
ram rerum suarum contra æquitatem publici commer-
6 cii pati, ut punctim tradunt Rot. Jan. de Mercat. de-
cis. 97. num. 1. & n. fin. vers. secus Vero Rocc. de societ.
not. 9. num. 25. 26. & 27. & not. 79. numer. 163. &
omnes relati per Rot. dec. 151. num. 2. & 3. & num.
20. vers. vel prabuerunt, & numer. 23. & sub eodem
n. §. Minus relevant part. 10. rec. & Rot. post Marin.
resol. cap. 207. num. 12. vers. & in omnem eventum, &
ibi De Luc. Add. numer. 3. Card. De Luc. disc. 75.
num. 11. de credit. & De Luc. de plural. homin. capit.
42. num. 3. Ansald. de commercio disc. 98. numer. 68.
& §. Nec ea, vers. tum quia & Rota Romana in Ro-
mana pecuniaria, seu transactionis 17. Junii 1701. §.
At non sic erat & §. Eoque libentius, coram Ansal-
do, confirmata die 15. Decembris 1702. §. Et nihilo-
minus coram Scotto, & in Bononien. pecuniaria seu cau-
tela Angeli 28. Junii 1719. §. Non attenta, coram
Corio, & Nos latè in dicta Parmensis Societatis §.
Tertia ratio num. 29. cum plurib. seqq. ubi quod sola
7 scientia, & patientia Mercatoris in permittendo nomen
suum expendi in aliqua negotiatione etiam post dissolu-
tam Societatem ei præjudicat, quo loci etiam refelli-
mus Fontanill. decis. 508. libr. 2. contrarium tenen-
tem, & singulis illius rationibus abundè respondimus,
8 & quod sufficiat ad obligandum socium, licet dissolu-
ta fuerit societas, quod ipse aliquod motivum dede-
rit Mercatoribus forensibus credendi, quod ea adhuc
duraret, vel renovata fuerit, tradit Torr. de pact.
fut. success. lib. 3. cap. 10. n. 58. & Nos latè in d. Parmen-
sis Societatis §. In quorum comprobationem cum plur. seqq.
Et hæc procedunt, etiam quando hæredes socii de-
functi cum scientia, & patientia permiserunt expen-
di illius nomen in societate jam dissoluta, & licet
hæredes essent minores, vel pupilli, dummodo inter-
9 veniat scientia, & patientia eorum Tutorum, vel Cu-
ratorum, ut punctualiter decisum fuit in dicta Roma-
na Pecuniaria, seu transactionis 17. Junii 1701. coram
Ansaldo, & confirmata in altera 15. Decembris 1701.
coram Scotto, & egregiè in Bononien. Pecuniaria, seu
Cautela Angeli 28. Junii 1719. coram Corio, & ad
tradita per De Luc. de alienat. disc. 34. numer. 10. &
de Credit. disc. 75. num. 6. & alter De Luc. ad Ma-
rin. resol. cap. 207. num. 2. 3. lib. 2.
Neque prædictis obstat Castrens. cons. 104. libr. 1.
10 ubi sustinet, quod hæredes socii defuncti non tene-
antur de contractibus gestis post dissolutam societa-
tem, quia ipse loquitur quando hæres ignoravit per
defunctum fuisse initam societatem, ut se bene expli-
càt sub num. 3. & alibi, & in his terminis loquuntur
alii, vel intelligi debent, si qui allegari possunt Do-
ctores in contrarium firmantes, alias loquerentur con-
tra communem Doctorum opinionem, & contra æ-
quitatem, & utilitatem publici Commercii, sine qua
11 Respublica sustineri nequit ut ponderat d. Decisio Ro-
man. in d. Bononien. Pecuniaria, seu Cautela Angeli
28. Junii 1719. §. Final. cor Corio.
In casu verò, quo post dissolutam societatem, si-
ve per lapsum temporis præfixi, sive per aliam cau-
sam, non appareret in socio expressa voluntas non
renovandi societatem, vel se ab ea extrahendi, tunc
si ille permisisset nomen suum expendi in nova socie-
tate, tunc intelligi debet illam voluisse eam renova-
re, ac in eadem cum aliis sociis perseverare, eoque
magis, si actus aliquos egerit, ex quibus conjecturari
12 melius possit hæc tacita illius voluntas, Bruneman. in
l. si quis Mancipiis §. 2. & 3. ff. de instit. action. latè
Marin. resol. lib. 2. cap. 207. num. 6. & ibi Rota Ro-
man. num. 10. & 11. Card. De Luc. disc. 75. num. 7.
Ansald. de Commerc. disc. 98. num. fin. Rot. Rom. de-
cis. 169. num. 42. part. 17. & post Torr. de pact. futur.
success. dec. 66. numer. 10. & 11. & alii Doctores, &
decisiones supra laudatæ in §. Etenim cum appareat &
Nos latè in Parmensis Societatis.
Fortius hæc omnia quinimo absque dubio procedunt
in casu nostro, ubi usque a principio, ut ex præmis-
so facto constat, Societas cæpta fuit, & illimitata abs-
que temporis præfixione à D. Joanne Soussino sub
ejus proprio nomine, quo mortuo renovata, & in-
staurata fuit anno 1687. per Dominum Joannem Bapti-
stam Soussinum illius fratrem, & dictum Hieronymum
filium dicti Joannis Baptistæ sub eodem primo nomine
Joannis Soussini cum literis oblatoriis generaliter con-
ceptis quovis mercantilium Platearum transmissis, in
quibus præsertim nulla aderat temporis limitatio, quæ
societas rursus de anno 1694. fuit simpliciter absque
ullis literis oblatoriis renovata ab iisdem DD. Joann.
Baptista, & Hieronymo adjuncto D. Jo: Expellii, ite-
rumque simili modo de anno 1697. per dictum D. Hie-
ronymum adjuncto altero Socio Loditio Gargiano sub
eodem nomine Joannis Soussini.
Quo posito indubitatè sequitur, quod patrimonia
tum Joannis, tum Joannis Baptistæ ejus fratris, tum
D. Hieronymi filii ejusdem Joannis Baptistæ sunt obli-
gata omnibus Creditoribus, qui contraxerunt cum di-
ctis societatibus; Quoad enim Patrimonium Joannis,
ex ea ratione, quia Joannes Baptista ejus frater, &
hæres, nec non Dominus Hieronymus ejus nepos,
& pariter hæres dicti Joannis mediante persona di-
cti Joannis Baptistæ renovaverunt, & semper conti-
nuaverunt Societatem sub eodem nomine Joannis defun-
cti. Etenim si in casu, quo hæredes socii defuncti per-
mittunt, ac patiuntur veterem Societatem continuari
sub eodem nomine defuncti, tunc patrimonium, vel
hæreditas defuncti etiam obligata remanet erga credito-
res, qui post mortem socii contraxerant, ut ex au-
thoritatibus supra allegatis firmatum fuit, eo magis in
casu nostro, quo ipsimet hæredes renovaverunt, &
continuaverunt sub eodem nomine defuncti Societa-
tem; Quo verò ad patrimonia eorumdem hæredum,
qui continuaverunt dictas societates, res est plana,
ideoque non indiget comprobatione.
Eoque magis id procedit attento, quia usque à
principio Societas Joannis Soussini fuit illimitata, ea-
que postea renovata post illius mortem per Joannem
Baptistam, & Hieronymum sub eodem nomine Joan-
nis pariter fuit illimitata, & cum literis oblatoriis abs-
que ulla temporis præfixione omnibus Mercatoribus cu-
juscumque mercatorii Fori denunciata, quare si in aliis
societatibus de anno 1700. & 1706. per dictum Hiero-
nymum privatim postea renovatis, & nemini extero
Mercatori notificatis tenebatur ipse per literas circula-
res omnibus Plateis Mercantilibus præconizare, & no-
tificare dissolutionem præcedentium Societatum, & no-
varum erectionem, ne sub fide illarum cantantium sem-
per sub antiquo nomine Joannis, Mercatores contra- 13
hentes decipi valerent, ut advertunt de Marin. d. cap.
207. num. 5. in med. Rocc. de Societ. nu. 159. in med.
De Luc. de plural. homin. cap. 42. num. 3. Rota Rom.
post Card. De Luc. de credit. in Manuss. dec. 30. num.
15. & latè Nos in dicta Parmensis Societatis, & pun-
ctualiter in terminis Societatis licet limitatæ, vel cum
aliis novis pactis, & conditionibus renovatæ per hæ-
redes alicujus Socii defuncti sub continuato nomine So- 14
cii defuncti firmavit Rota Rom. in Roman. pecuniaria,
seu transactionis 17. Junii 1701. §. Eoque libentius co-
ram Ansald. & melius in altera decisione illius confir-
matoria 15. Decembris 1702. §. Et nihilominus coram
Scotto, ac egregiè, & latius in Bononien. pecuniaria
seu cautela Angeli 28. Junii 1719. §. Verum & §.
Non attenta, cum §. seq. quibus in locis per dictas de-
cisiones firmatur nequidem relevare sociis quoad Mer-
catores exteros actus judiciales, vel protestationes emis-
sas inter illos ad invicem in Civitate ubi morantur, 15
quia tales actus non possunt esse noti Mercatoribus ex-
teris, prout idem quoque comprobat Rot. Rom. post Ma-
rin. resol. cap. 207. num. 12. libr. 2. & plenè Rot. decis.
251. ferè per tot. part. 10. rec. & penes Torr. dec. 66.
similiter ferè per tot. & præsertim num. 12. cum seq.
In nihilo refragante, quod moderni Creditores ad-
versus dictum Hieronymum, vel ejus hæreditatem agen-
tes non sint illi Mercatores, vel negotiatores, seu corre-
respon-

respònsales, quibus ab initio transmissæ fuerunt prædictæ literæ oblatoriæ circulares, & proinde ipsis alias literas circulares super dissolutione præcedentium, & renovatione aliarum limitatè, & cum novis pactis inita
16 transmittere opus non fuerit; Quemadmodum enim etsi moderni Creditores modo agentes de tempore dictarum oblatoriarum literarum non adessent, aut negotiationem non exercerent, adhuc de iisdem antiquis literis oblatoriis ubique Platearum mercantilium divulgatis notitiam habuerunt, ex quo illarum scientia, per traditionem de Mercatoribus in Mercatores successivè venientes transmissa fuit, & per consequens societati sub nomine Joannis Souffini, ac aliis sequentibus sub eodem nomine privatim renovatis per Joannem Baptistam, & Hieronymum de Souffinis crediderunt, ita & iis denunciari debuit dissolutio dictarum præcedentium Societatum, & renovatio alterius per dictum Hieronymum successivè erectæ de anno 1700. necnon ultimæ renovatæ sub eodemmet nomine per alios consocios dicti Hieronymi sub anno 1706. si non per literas ipsis particulariter directas, saltem per consimiles alias generales epistolas in Plateas transmittendas, seu per edictorum affixionem in locis publicis, & Mercatorum Foris, ut contrahentes incerti dissolutionis dictarum societatum scientiam habere potuissent; prout ponctualiter respondendo tali objecto advertit *Rota Ro-*
17 *man. in dicta Bononien. pecuniaria, seu cautela Angeli 28. Junii 1719. §. Parum refragante, coram Corio.*

Sequitur decisio Rotæ Romanæ citata in præsenti Discursu.

Decisio R. P. D. Corii.

B O N O N I E N.

Pecuniaria, seu cautelæ Angeli

Lunæ 28. Junii 1719.

INter cætera, quæ exercebantur negotia à quondam Petro Maria de Landis, illud extitit nuncupatum *di Condotta*, præcisè consistens in recipiendis, transmittendisque mercibus, quæ ab uno ad alterum diriguntur Emporium, & Mercatorem, quod idem Petrus Maria moriens sub certis conditionibus jure legati reliquit Joanni Mariæ, & Hyacintho de Landis ejus Patruelibus jam publicè in Civitate Bononiæ mercaturam exercentibus. Hi autem Legatarii illud non minus renovare volentes, quam antiqua eorum negotia continuare, & dilatare cupientes, sub die 7. Octobris anni 1653. consuetam literam oblatoriam omnibus ferè Mercatoribus, & Negociatoribus Platearum Italiæ in hunc, qui sequitur modum dederunt „ *Il* „ *negozio finora continuato con nome dei Signori Pie-* „ *tro Maria, e Cesare Landi, ha avuto il suo debito fine* „ *con soddisfazione di tutti, e mediante la morte di* „ *Pietro Maria nostro Cugino, s'è rinnovato con nome* „ *di Giovan Maria, e Giacinto Landi con governo, è* „ *facultà tale di dar ricapito a qualsivoglia onorato ne-* „ *gotio, e tenendovi voi nel numero dei nostri principali* „ *Amici, ci pare bene di darvene parte, acciò potiate ad ogni vostra occorrenza prevalervi dell' opera* „ *nostra, che in particolare è di ricevere, e spedire* „ *merci con ogni vantaggio, e diligenza possibile, e* „ *per le compre, e vendite, ci contentiamo per le mez-* „ *ze risposte con la solita provvisione di due per cen-* „ *to, che ne farete nota come vi contentiate resti ta-* „ *le obbligo reciproco, come farete anco di non crede-* „ *re ad altra mano, che a quella di noi nominati.*

Ad hæc usque tempora continuavit expendi nomen mox dictæ Rationis *Giovan Maria, e Giacinto Landi*, cui Correspousales omnes, merces non minus, quam pecunias crediderunt, non obstante, quod primi Institutores jam pridem decessèrint, relictis post se filiis, & respectivè nepotibus, nempe Joanne Baptista, Joanne Maria, & Bernardino. Cum autem de anno 1715. dicta Ratio decoxerit, illius Creditores egerunt coram A. C. de Gentilibus contra bona dictæ Rationis, cumque nonnulli illorum mandata pro eorum creditis reportassent, Joannes Maria, & Bernardinus se se opposuerunt illorum executioni, allegantes cautelam Angeli in vim asserti conventionalis fideicommissi inter ipsos ordinati; Sed cum præfatus A. C. de Gentilibus eandem cautelam quoad omnes Creditores non afficere declaraverit, hinc de legata mihi per Tribunal Signaturæ Justitiæ rescribentis cum clausula *S. P. quoad portionem Joannis Baptistæ, & in reliquis S. Q. E.* ulteriori suspensiva appellatione dubium hodie proposui, *an mandata A. C. forent exequenda, seu potius obstaret cautela Angeli, cui affirmative* quoad primam partem, *& negative* quoad secundam Domini responderunt.

Quandoquidem pro eo, quod respicit primam resolutionis partem, parum immorandum erat super qualitate, & quantitate crediti Actorum, quod ex le- 18
gitimis documentis, extractionis partitarum, & epistolarum sub subscriptione Joannis Mariæ, & Hyacinthi Landi comprobatum noscebatur, ut dixit *Rota in Bononien. seu Anconitana Pecuniaria* 13. *Junii* 1704. §. *Validitas, coram bon. mem. Muto*, necnon super competentia Judicii executivi, in quo mandata 19
relaxata extiterunt, quia actioni hujusmodi locum facit favor publicorum Mercatorum, inter quos summarissimè, & levato velo procedi consuevit *ad text. in l. 1. Cod. de Naufrag. lib. 11.* & latè tradunt congesti *per Reverendiss. Ansaldum de Commerc. & Mercat. in disc. general. à num. 7. ad 12. Rot. Januen. dec. 9. num. 59.*

Quin objici valuerit, quod dimissis per Joannem Baptistam nonnullis bonis, ipsi Creditores illa administraverint, quodque ad manus Nummulariæ Rationis illorum de Mesmeris devenerit una *Balla d' Orsoglio*, de qua teneatur rationem reddere. Quod enim pertinet ad dicta bona, ultra quod ea stant sub sequestro Creditorum Instrumentariorum, placuit responsio, quod de illorum pretio habenda erit ratio in consignatione facienda inter omnes dictos Creditores. Respectu verò dictæ salmæ *d' Orsoglio*, apparuit Dominis de illius pretio retracto ex venditione sequuta in Civitate Lugduni fuisse redditam plenissimè rationem à præfatis de Mesmeris, dum de dicto anno 1715. transmissis partitis dicta Ratio de Landis eas approbavit mediante epistola, de qua *Summario Creditorum num. 11. litt. B. & C.* & de facto idem Joannes Baptista in statu Creditorum ab eo efformato descripsit dictos de Mesmeris Creditores in libris 5991. monetæ Bononiensis fere coæquantes dictum creditum *d. Summar. no. 9. litt. B.* quod sanè non egisset, quoties ratio de eadem salma non fuisset reddita.

Totum itaque momentum causæ in eo versabatur, quod credita licèt afficere valuerint Joannem Baptistam, qui etiam Complementarii munus exercebat, adhuc nullo pacto allegabilia essent contra Joannem Mariam, & Bernardinum fratres, qui hoc assumptum sustinere conabantur sub eo fundamento, quod nulla inter ipsos, & Joannem Baptistam verificaretur Societas, ob quam isti ex facto dicti Joannis Baptistæ teneri valuissent, quia Negotium, seu Ratio sub no- 20
mine Joannis Mariæ, & Hyacinthi olim cantans, ita per eorum obitum ministerio Juris expiraverit, ut nequaquam ad ejus Hæredes sine eorum novo consensu transire valuerit ad literales. *Text. in l. nemo potest, & l. adeo ff. pro Socio*, cum aliis latè reassumptis *in Romana Pecuniaria, seu Reintegrationis* 23. *Januarii* 1719. *a §. Item tertiò, & seqq.* & in ejus confirmatoria 5. *Maji ejusdem anni §. Hujusmodi autem, coram Me.*

Istorum autem novus consensus penitus in hypothesi desiderabatur, quia quidquid egerit Joannes Baptista, aliam proprio marte scribendo epistolam de anno 1696. aliquibus Mercatoribus, significando negotia complenda fuisse in posterum sub directione ejusdem Joannis Bapistæ, id nihil interfit aliis fratribus, quorum respectu æquè deficit super asserta renovatione voluntas, & potestas. Potestas quidem, quia alter 21
eorum, nempe Bernardinus, erat Sacro Presbyteratus Ordine insignitus, ideoque negotiationem exercere prohibitus ex Sacrorum Canonum censura, de qua *Fagnan. in cap. 1. num. 79. ne Cleric. vel Monach. & in cap. secundum, 'Instit. eodem tit. cum aliis per Rotam in Romana Pecuniaria 14. Martii 1712. §. Constabilita, coram R. P. D. meo Almæ Urbis Gubernatore impress. post respons. 6. Fattinel. lib. 2.* Alter nempe Joannes Maria erat in minori ætate constitutus, qui pa- 22
riter novam Societatem sine solemnitatibus inire non poterat ex firmatis per *Felic. de Societ. cap. 41. n. 14.*

Man.

Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 12. n. 1. & tit. 13.
num. 2. Rota dec. 56. num. 12. post Torr. de pact. futur.
success. Voluntatis autem defectus pariformiter desu-
23 mebatur tum ex divisione inter ipsos fratres sequuta
de anno 1699. quo negotium *di Condotta* assignatum
extitit pro portione solius Joannis Baptistæ; Tum ex
Fideicommisso conventionali præcedenti anno 1698.
inter ipsos Fratres inito; Tum ex declaratione super
hoc judicialiter emissa de anno 1701. à Joanne Ma-
ria *Summ. ipsorum n. 4.* per quos actus excludi dice-
24 batur voluntas continuandi, seu renovandi Societa-
tem, quæ cum ipsis non bene compatitur, immo ad-
versaretur, quod præsumi non debet ex generaliter de-
ductis per *Rot. in Romana Thesaurariæ Marchiæ super*
Creditis Marchionis Baldinotti 8. Martii 1717. §. Ideo-
que, coram R. P. D. meo Crispo.

Verum præfatæ omnes Theoricæ, licet in se, & in
abstracto verissimæ, inapplicabiles prorsus remanebant
præfatæ hypothesi, in qua dum, ut supra notatum
fuit, Negotium, Ratio, seu Societas renovata fuit de
anno 1653. cum literis oblatoriis datis à Joanne Ma-
ria, & Hyacintho ad quoscumque ferè Italiæ Merca-
tores, idemque nomen continuò expensum fuit etiam
post obitum dictorum Joannis Mariæ, & Hyacinthi,
qui nunquam correspondalibus notificatus extitit, in
his utique circumstantiis dissolutio Societatis, quæ per
obitum Socii ita de Jure inducitur, ut nunquam tran-
seat ad hæredes, inefficax remanet, quo minus isti
teneantur favore eorum Creditorum, qui penitus igna-
ri de Societatis dissolutione, suas pecunias Societati
sine ulla temporis constitutione ab initio notificatæ,
25 ac sub eodem nomine continuatæ crediderunt ad no-
tata per *Castrens. in l. 1. §. Non autem, numer. 3. ff.*
de exercit. act. & cons. 104. numer. 1. tom. 1. & ma-
gis in specie distinguendo dictum fuit *in dicta Roma-*
na Pecuniaria, seu Reintegrationis 23. Januarii proxi-
me præteriti, §. Final. confirmata 5. Maii, §. Jam
enim, coram Me, Nulla quippe æqui, bonique, aut
justitiæ ratio postulat, quod inscii Correspondales ge-
neralibus literis invitati, omnique culpa expertes, sub
26 bona fide publici commercii eludantur, quando om-
nis culpa imputari debet Hæredibus Sociorum, qui si
juris effectu Societatis dissolutionem per obitum Socii
operantis, gaudere voluissent, eandem dissolutionem
cæteris omnibus correspondalibus per consimiles cir-
culares epistolas denunciare tenebantur, juxta regulam
edocentem unumquodque dissolvendum esse eo modo,
quo fuit colligatum, ut solidè probant *Faber in pan-*
dect. sua legis sed si Pupillus, §. De quo palam, vers.
nemo invitus ff. de instit. act. Duaren. comment. Juris
Civil. eodem tit. cap. 2. in fine, Gomez var. resol. libr.
2. capit. 5. sub num. 6. Racc. respons. 27. sub numer. 4.
& 5. & de Societ. mercat. notab. 70. num. 146. & seq.
tom. 1. Card. De Luc. de Credit. disc. 75. num. 9. &
disc. 140. numer. 3. optimè *Rota in Romana Societatis*
de Rotignis apud Torr. de pact. futur. success. decis. 66.
num. 9. & 10. in recent. dec. 51. num. 25. part. 10. &
dec. 233. num. 8. & seq. part. 15.

Quorsum igitur voluntatis, quorsum potestatis con-
27 tinuandi inspectionem assumere, quæ in his terminis
inepta prorsus reddebatur, quia si hæredes continuare
non poterant, aut nolebant, non ideo excusabantur
negotii, & societatis terminationem denunciare ex
28 mox deductis? Et de cætero quidquid sit de potesta-
te, quæ tamen respectu Joannis Mariæ, si in eo tan-
quam minori deficiebat, non item deerat in Curato-
re, cujus consensus, sive expressus, sive tacitus in per-
mittenda negotiorum continuatione, sat fuit ad obli-
gandum illius bona, *Duard. de Societ. lib. 1. cap. 3.*
part. 1. num. 29. Rot. post Jov. de contract. minor. dec.
53. num. 16. in Romana Pecuniaria, seu Transactionis
15. Decembris 1702. §. Certum, coram Eminentissimo
29 *Scotto*, & quoad Bernardinum Clericum, nec clarè
militabat contra ipsum asserta prohibitio, dum non
agebatur de mercimonio omnino voluntario, sed ob-
veniente ex hæreditate paterna, & ministerio alterius
continuato, ut bene advertit *Card. De Luc. de usur.*
disc. 42. num. 5. vers. Secundo quia.

Certum est, quod voluntas nullo modo controver-
30 ti potest; Ea enim non tantum elicitur ex permissio-
ne, quod idem nomen negotii, seu Rationis semper
expensum fuerit, *Racc. de Societ. Mercat. notab. 79. n.*
263. tom. 1. Felic. de Societ. cap. 41. n. 1. & seqq. Mi-
chalor. de Fratrib. part. 2. cap. 41. n. 5. & seqq. Capyc.
Latr. dec. 26. n. 26. Rot. dec. 151. n. 20. par. 10. recent.
Sed clarius ex ipsis circumstantiis divisionis, & disdictæ 31
in objecto relatis. Si enim in divisione sequuta an-
no 1699. capitale Negotii cum omnibus lucris, usque
tunc factis assignatum fuit in portionem Joannis Ba-
ptistæ, & è contra Joannes Maria, ac Bernardinus
æquivalentiam in reliquis bonis obtinuerunt, id quod
importat participationem lucrorum Societatis tam ex
parte ipsius Joannis Mariæ, dum erat in ætatem an-
norum 28. quam ex parte Bernardini jam Clerici à
viginti retro annis; Ac præterea si toties dictus Jo-
annes Maria de anno 1701. Societatem, in Foro
Mercatorum disdixit, certò certiùs ex his, seposita
quacumque quæstione potestatis, voluntas continuandi
mirabiliter assurgit, ut in terminis primæ propositio-
nis tradunt *Soccin. Sen. cons. 87. num. 12. & seqq. lib.*
1. Michalor. de Fratrib. part. 2. cap. 41. nu. 11. & 36.
Jov. de contract. minor. gloss. 25. §. 3. nu. 108. & seqq.
Rot. post eumdem dec. 53. nu. 8. & seqq. & in terminis
secundæ expendunt *Felic. de Societ. cap. 39. nu. 2. Ur-*
ceol. consult. for. cap. 72. n. 2. Caren. resol. 227. nu. 6.
Ansald. de commerc. & merc. disc. 51. n. 16. Rot. dec. 410.
n. 2. cor. Priol. & dec. 233. sub n. 6. part. 15. recent.

Hinc continuationi per omnes Fratres volitæ ne- 32
quivit obesse epistola anni 1696. pariter in objecto re-
lata. Tum quia uni tantum Mercatori conscripta fuit,
& tamen quatenus novationem contineret, debuisset
omnibus Correspondalibus dirigi, ut in puncto *Rot. in*
d. dec. 151. n. 21. par. 10. recent. Tum etiam quia si
ut dictum est de anno 1699. omnes Fratres univer-
sum Negotium diviserunt, & de anno 1701. Joannes
Maria Societatem disdixit, nimium sane in terminis
implicat, quod eadem Societas per dictam unicam epi-
stolam manserit præcedenter dissoluta.

Non attenta replicatione, quod saltem à dictis an- 33
nis 1699. & 1701. debeat dici inter ipsos terminata.
Dicti enim actus, tamquam secretè, & clandestinè ge-
sti inter ipsos Fratres, nullum intulerunt præjudi-
cium Mercatoribus, etiam ex post expenso nomini
antiquæ Rationis credentibus, ut præter supra dedu-
ctos latè firmant *De Marin. libr. 2. resol. 207. nu. 12.*
tom. 2. Rot. post Salgad. labyr. credit. dec. 30. num. 2.
& 18. & in Romana Pecuniaria, seu Transactionis
17. Junii 1701. §. At non sic erat, coram Reverendis-
simo D. meo Ansaldo, & 15. Decembris 1702. §. Et
nihilominus, coram Eminentissimo Cardinali Scotto;
Nil relevante, quod disdicta fuerit judicialiter facta, 34
& in actis reproducta, nam quid sit inter Fratres, qui-
bus tantummodo facta extitit interpellatio, quantum ad
Creditores, & Correspondales, sive præsentes in Civi-
tate Bononiæ, sive absentes, & alibi commorantes, ne-
cessaria erat intimatio expressè in scriptis, & respecti-
va per literas denunciatio, ut possent de omnibus cer-
tiores fieri, ut omissis generalibus, præcisè *Rota post*
Torr. de pact. futur. success. dec. 66. num. 9.

Parum refragante, quod moderni Actores non es-
sent de illis Negociatoribus, seu Correspondalibus, 35
quibus ab initio de anno 1653. transmissæ fuerunt cir-
culares epistolæ oblatoriæ, & proinde iisdem alias su-
per dissolutione transmittere opus non fuerit. Quemad-
modum enim, & si moderni Actores de tempore con-
scriptionis literarum Nummulariam non exercerent,
adhuc per easdem literas in Plateis divulgatas notitiam
habuerunt renovatæ Societatis sub nomine Joannis
Mariæ, & Hyacinthi de Landis, cui postmodum cre-
diderunt, ita & iis denuntiari debuit dissolutionis no-
titia, si non per literas ipsis particulariter directas,
saltem per consimiles alias generales epistolas in Pla-
teis transmittendas, seu per Edictorum affixionem in
locis publicis, & Mercatorum Foris, prout fieri de-
bere ad hoc, ut contrahentes incerti scientiam disso-
lutionis Negotii habere queant, monent relati *sub §.*
Verum in fine, & bene consonant *De Marin. d. resol.*
207. n. 4. tom. 2. Rota Januen. dec. 14. num. 21.

Majorem sibi plausum non promerente altero ob-
jecto, quod Fratres de Landis convicti fortasse super
puncto mordicus allegatæ dissolutionis Societatis de-
sumpserunt ex eo, quod literæ oblatoriæ dicti anni
1653. respicerent limitatum Negotium *di Condotta*,
subinde inferendo, quod dum credita eorumdem Acto-
rum

rum originem non haberent à mercium transvectio-
ne, sed velut proficiscentia ex literis cambii, respicе-
rent mercaturam cambiariam, ideò suppositа etiam
continuatione Societatis ad commodum Creditorum cum
antiquo Negotio, seu Ratione contrahentium, adhuc
pro dictis debitis ex facto Joannis Baptistæ obligari
36 non valuerint ob passim receptam regulam, quod
contractus ab uno ex Sociis gestus extra sphæram so-
cialis Negotii, alterum Socium non afficit, de quo
Ancharan. conf. 332. *num.* 3. *& seqq. Peregrin. consil.*
158. *n.* 10. *lib.* 5. *Felic. de Societ. cap.* 14. *numer.* 45.
Torr. de pact. futur. success. lib. 3. *cap.* 10. *n.* 41. *The-
saur. quæst. for.* 30. *n.* 1. *lib.* 4. *Urceol. de transact. q.* 59.
nu. 33. *Rot. Januen. dec.* 54. *num.* 102. Mutuum enim
37 mandatum, quod Socii habere dicuntur, semper in-
telligitur, quoad ea dumtaxat, quæ ad ipsam Societa-
tem pertinent, ex adductis per *Gratian. discept.* 279. *n.*
4. *Monach. decis. Bonon.* 51. *num.* 12. *Rot. dec.* 402. *n.*
8. *& per tot. coram Dunoz. Jun. dec.* 298. *num.* 4. *&
seqq. part.* 4. *recent. & dec.* 102. *post Salgad. labyrint.
Credit. & in Romana Pecuniaria super reservatis* 26.
Junii 1709. *coram Eminentissimo Cardinali Scotto.*

Æquè enim infelix hoc secundum diffugium appa-
ruit Dominis, ejusdem insubsistentiam illicò deprehen-
dentibus ex tenore earumdem literarum oblatoriarum,
38 dum enim illæ ita conceptæ erant „ *il negozio ec. e'*
„ *e rinnovato col nome di Gio: Maria, e Giacinto*
„ *Landi con governo, e facoltà tale di dar recapito*
„ *a qualsivoglia onorato negozio* „ impossibilis evade-
bat allegata restrictio ad solum negotium *di condotta*,
quæ non bene compatitur cum generalitate verborum,
se protendentium ad quamlibet aliam honestam nego-
tiationis speciem; non minus inspecta importantia
verbi *Negozio*, quod est generale, ut tradit *Scacc. de
commerc.* §. 1. *quæst.* 1. *numer.* 6. *&* 7. *Hevia de com-
merc. Terrestr. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. quam alterius di-
ctionis *qualsivoglia*, quæ pariter est universalis, om-
nemque respuit restrictionem, ex adductis per *Barbos.
dict.* 317. *num.* 1. *& seq. & dict.* 320. *pariter num.* 1.
& seq. cum aliis per *Rot. coram Ottobon. decis.* 265.
numer. 26.

Spreta animadversione, quod renovatio Negotii præ-
sumi debeat facta secundum qualitates antiqui Negotii
exerciti à Petro Maria de Landis legante, quod restri-
ctum erat ad solam Mercium transportationem; Si-
gnanter quia eædem quoque literæ oblatoriæ assertam
generalitatem paulò inferius restringere videantur „ ibi
„ *acciò potiate ad ogni vostra occorrenza valervi dell'*
„ *opera nostra, che in particolare è di ricevere, e spe-
„ dire merci con ogni vantaggio, e diligenza possibile* „
Hæc namque postrema verba tantum abest, ut possi-
ta censeri valeant ad limitandam universalitatem ne-
gotiorum, ad quæ præcedenter Mercatores exteri in-
vitabantur, ut immo potius eandem generalitatem com-
probent ope illius accommodatissimæ interpretationis,
ac si scribentes dixissent, quod eorum opera præci-
puè versabatur in transportatione mercium, sed gene-
raliter porrigebatur ad aliam quamcumque honestam
negotiationis speciem ea perurgente regula, quod sub-
sequens qualiscumque expressio speciei, haud derogat præ-
39 cedenti generi, sed demonstrativè, & gratia majoris
declarationis apposita censetur juxta *theoricam Bartol.
in l. quæsitum*, §. *Si quis fundum*, *ff. de fund. instruct.
Rot. coram Emer. Jun. decis.* 1272. *num.* 8. & alios re-
latos *in Caurien. jurisdictionis* 26. *Junii* 1702. §. *Ete-
nim objectum. coram cl. mem. Card. Caprara.*

Indeque nil facit allegata præsumptio renovationis
negotii cum qualitatibus antiqui, quia si ea semper
40 veritati cedere debet, ut generalibus omissis in his
terminis observat *Felic. de Societat. cap.* 41. *n.* 28. *Rot.
Januen. de Mercat. dec.* 71. *num.* 2. inallegabilis rema-
net in præsenti, quo contrarium convincunt non mi-
41 nus literarum tenor ex mox animadversis, sed reliquus
quoque earum contextus, directio, & executio; Si
namque superadditum fuit „ *E per le compre, e ven-
„ dite ci contentiamo per le mezze risposte con la solita
„ provvisione di due per cento, che ne farete nota come
„ vi contentiate resti col obbligo reciproco* „ Si desuper
eædem literæ transmissæ fuerunt quampluribus Nego-
tiatoribus solam Nummulariam exercentibus, & rur-
sus si tam à conscribentibus dictas literas, quam eti-
iam ex post alia quoque negotia exercita fuerunt,

. 21

prout alter ex Reis conventis fassus fuit in supra re-
lato clandestino actu disdictæ, in quo professus fuit
disdicere *dictum Negotium, sive Rationem Bancha-
riam*, quis unquam dubitare poterit, quod laudata
præsumptio penitus profligetur, quodque ad oculum
evincatur comprehensio in literis oblatoriis plurium ne-
gotiorum, sine qua & transmissio etiam ad Campsores,
& reciproca obligatio certæ taxæ lucrorum, super-
fluæ, & ineptæ remanerent, & pro qua sola suffice-
ret subsecuta observantia, quæ fidelissima dicitur in-
terpres cujuscumque contractus, ac in eis contento-
rum, ut aliis relatis dictum fuit *in Romana Fructuum
Dotalium* 27. *Martii proxime præteriti*, §. *Neve ul-
la, coram Me.*

Hinc descendendo ad secundam resolutionis par-
tem, qua rejecta fuit cautela Angeli à Reis conven-
tis allegata in vim conventionalis fideicommissi ab ip-
sis per contractum initi de anno 1698. per quem
Actores, cæterosque posteriores Creditores excludere co-
nabantur ad regulam *Text. in l. qui prior, C. qui pot.
in pign. hab.* basis ejusdem resolutionis solidabatur in
eis, quæ huc usque dicta sunt; Dato quippe, quod ne-
gotium commodo Mercatorum continuatum dici de-
beat ad præjudicium dictorum Fratrum Reorum con-
ventorum, quibus secreti, & clandestini actus divisio-
nis, & disdictæ suffragari nequeant contra ignaros
Creditores, ac bona fide suas pecunias negotio, seu 42
Rationi credentes ex firmatis sub §. *Non attenta*,
statim quoque consequebatur, quod minus juvari pos-
sint asserto conventionali fideicommisso, quia illud ean-
dem rationem privatæ pactionis retinet, & ideo haud
aptum est obesse Negotiatoribus, qui publica commer-
cii libertate freti, & ante fideicommissi constitutio-
nem invitati contraxerunt, ut egregiè ratiocinatur
Faber in pandect. sua leg. si quis Mancipiis, §. *si im-
pub. vers. deciditur*, *ff. de instit. act.* & in puncto fi-
deicommissi conventionalis *Castald. consult.* 119. *n.* 4.
& seqq. Rota coram Reverendissimo Ansaldo decis. 43.
num. 20. *& coram Priol. dec.* 465. *num.* 7. *in recent.
dec.* 3. *n.* 6. *& seq. & decis.* 426. *n.* 1. *& seq. part.* 13.
recent. Actum alias esset de publica utilitate commer- 43
cii, sine quo Respublica sustineri nequit ad *text. in l.
prima*, *ff. de exercit. act. & leg. si quis Mancipiis*, §.
Si impub. ibique Faber verb. Pupilli ff. de instit. act. si
facilè permitteretur, ut secretis hisce conventionibus
Creditores publica fide ducti ad exponendum eorum 44
pecunias supplantarentur, ut præter latè superius con-
gestos, ponderat *Rot. coram Benincasa decis.* 185. *nu.*
17. & monuit citata *decis. Reverendiss. Ansaldi* 43.
sub nu. 14. id quod ultro superabundat ad destructio-
nem allegati tituli, sine quo cautela Angeli servari
non valet, ut passim respondit *Rota*, & signanter *in
Viterbien. Dotis, & Cautela Angeli* 11. *Februarii* 1718.
§. *Final. coram R. P. D. meo Herrera.*

Eadem coram Eodem.

QUOAD JOANNEM BAPTISTAM.

Lunæ 26. *Junii* 1719.

RESCRIBENTE juxta facti seriem in altera mea hujus
diei Decisione recensitam, Tribunali Signaturæ
Justitiæ adversus decreta ab A. C. edita relaxationis
mandatorum ad instantiam Creditorum Rationis jam
cantantis sub nomine Joannis Mariæ, & Hyacinthi
de Landis, necnon moderationis Cautelæ Angeli à
Fratribus de Landis reis conventis allegatæ, in devo-
lutivo tantum quoad portionem Joannis Baptistæ,
oportuit contemporaneè Dominorum sensum exquire-
re sub alio opportuno dubio, *an constaret de re judi-
cata, seu potius obstaret Cautela Angeli*, cui *affirmati-
vè* quoad primam partem, *& negativè* quoad secundam
respondere non hæsitarunt.

Omnia namque rationum momenta, quæ penes ip-
sos Dominos suaserunt justitiam præcedentis Judicati
contra Joannem Mariam, & Bernardinum Fratres
de Landis, ut in dicta contemporanea Decisione,
fortiùs magis magisque perurgent contra Joannem Ba-
ptistam, qui indubitanter administrationem socialis
negotii gessit, ejusque nomen expendit, ac proprium
debitum occasione dimissionis bonorum apertè fassus
fuit; Ut proinde aliquo non concurrente læsionis mo-
tivo, quod locum facere potuisset restitutioni in in-
tegrum,

tegrum, meritò constare dicerentur de re judicata, ut sæpius dixit *Rota*, & signanter *decis.* 81. *num.* 1. *& seqq. coram Reverendissimo Ansaldo, & in Romana Spolii* 3. *Junii* 1718. §. *Quandoquidem coram Me.*

A R G U M E N T U M.

Societas per mortem unius ex Sociis dissolvitur, non obstante pacto, etiam jurato, inter Socios inito, quod deberet continuari societas post mortem.

Continuatio societatis post mortem Socii dicitur nova Societas, etiamsi adesset præceptum Socii defuncti de continuanda societate, quod procedit, tam si Hæredes præcepto Testatoris obtemperare tenerentur, quam si in eorum voluntate esset illud non acceptare; Ideoque Hypotheca Creditorum, qui contraxerunt cum hac societate post mortem continuata, non possunt metiri eorum Jus Hypothecæ ab initio antiquæ societatis, sed à die modernæ, qua post mortem Socii per Hæredes illius cæpta fuit continuatio Societatis.

Hæres quando tenetur obtemperare præcepto Testatoris de continuanda Societate non obligat bona propria, sed ea tantum, quæ fuerunt Testatoris; Secus si non tenetur Jussum Testatoris observare, nam tunc si continuet societatem, non tantum bona Testatoris, sed etiam propria illius remanent obligata.

Declaratio, quæ fit per Hæredes alicujus Socii continuandi societatem Defuncti, non retrotrahitur ad tempus antiquæ societatis, quia ista declaratio dicitur nova societas, & hoc procedit, non obstante pacto in prima societate apposito per socios, quod volentibus Hæredibus alicujus Socii Defuncti, debeat continuari Societas.

Dissoluta societate illa adhuc durat pro complendis Negotiis jam cæptis, quod vulgo dicitur continuatio societatis *per lo stralcio*, sed fieri non possunt amplius nova negotia.

Discedere à Societate, an, & quando unicuique Socio permissum sit.

S U M M A R I U M.

1 *Societas morte unius ex Sociis dissolvitur, nec transit ad Heredes.*

Non obstante pacto etiam jurato, quod transire debeat ad Heredes num. 2. 3. 33. *&* 50.

4 *Secus vero si conventum sit, quod societas per mortem alicujus ex Sociis durare debeat, quoad alios Socios superstites, & num.* 49.

5 *Societas per Testatoris preceptum ab Heredibus continuanda, non dicitur eadem societas, sed nova, & num.* 28. 34. *&* 46.

Quod procedit tam si Heredes non tenerentur preceptum Testatoris observare num. 9.

Quam si deberent illud acceptare num. 10.

Vel si Heres fuisset minor, vel Pupillus, &. de ratione num. 11. *&* 12.

6 *Ideoque pro contractibus per Heredes initis, non virtute antique, sed nove societatis agendum est.*

7 *Actio, & Jus agendi, & Hypotheca incipit à die renovationis societatis, & non ab initio prime societatis, & num.* 29. *&* 47.

8 *Heres potest renuntiare precepto Testatoris de continuanda societate, quando est in sui favorem.*

11 *Jussus, seu mandatum Testatoris de continuanda societate censetur à Testatore collatum etiam aliis Sociis superstitibus.*

13 *Heres quando non tenetur adimplere preceptum Testatoris de continuanda societate, si continuet societatem, non tantum bona Testatoris, sed etiam propria obligat.*

Secus si tenetur observare preceptum Testatoris, nam tunc non bona Heredis, sed Testatoris tantum remanent obligata num. 14. *& num.* 15.

Quod tamen procedit si adiverit hereditatem cum Beneficio Legis, & Inventarii, & se declaraverit continuare societatem in vim tantum precepti Testatoris num. 16.

17 *Ex quibus Causis societas dissolvatur.*

18 *Socius recedens ante tempus, vel sine justa causa, à societate, alios Socios à se liberat, non tamen ipse ab aliis Consociis remanet liberatus, & tenetur subire omne damnum, quod post societatem ab eo illegitimè dissolutam supervenerit.*

Quod tamen procedit si damnum superveniat ex novis Negotiis, secus verò si illud processerit, à Negotiis jam ceptis ante dissolutam illegitime societatem num. 19.

20 *Socius ex quibus causis legitime possit à societate discedere, & num.* 21. *&* 22. *&* 25.

23 *Creditor si agere velit contra Debitorem sui Debitoris prius ostendere debet Creditum Debitoris sui Debitoris esse clarum.*

24 *Debitum, & Creditum per contrapositionem partitarum extinguitur, que non sint* Passadore, *& num* 57.

26 *Decisiones juxta stilum Rota supponende sunt, & num.* 52.

27 *Restrictio facultatis Complimentarii non prejudicat Correspansalibus cum eo contrahentibus, & ignorantibus restrictionem, sed talis restrictio attenditur inter Complimentarium, & Socios.*

30 *Hypotheca purificata conditione retretrahitur ad tempus apposita Conditionis.*

Declara si conditio esset casualis, secus si voluntaria, & potestativa num. 35.

31 *Societas non dissolvitur per mortem Socii, sed durat quousque dimissis Creditoribus fieri possit Capitalium, & lucrorum divisio.*

Intellige quoad negotia cepta, seu ut vulgo dicitur Stralcio, *secus pro novis num.* 37.

32 *Societas quomodo post mortem Socii dicatur durare, quando iste Socius defunctus mandaverit per heredes suos continuari.*

36 *Nova Societas, & non continuatio prima Societatis arguitur ex nova forma, & scriptura facta à Sociis, & num.* 51.

Item ex novo Complimentario, & aliis num. 38.

39 *Dissoluta Societate Capitalia ipso jure dividuntur in Socios, & Creditores particulares cujuslibet Socii statim acquirunt super portionibus divisis jus hypotheca, non amplius resolubilis, licet ipsi Socii cum iisdem Capitalibus novam Societatem inirent, & num.* 40. 48. *&* 55.

41 *Negotium alicujus Mensa nummularia, seu Taberna, tanquam Corpus universale, non immutatur, neque dissolvitur per mutationem personarum, & ideo ad heredes etiam transit.*

Intellige vel ubi agitur de Societate publicorum Vectigalium num. 42.

Vel circa negotia jam cepta, seu preterita, quorum commodum, & incommodum heredes effugere nequeunt num. 43.

Vel quando quis alium Socium admittit, vel subrogat in locum alterius Socii num. 44.

Vel tandem procedit ad favorem corresponsalium Forensium ignorantium persona mutationem, vel mortem socii ob non denuntiatam eis dissolutionem Societatis, vel negotii ob mortem alicujus Socii, vel mutationem persona num. 45.

53 *Societas quomodo differat à negotio nummulario.*

54 *Creditores unius negotii, vel Societatis separantur à Creditoribus alterius negotii, vel Societatis, & unusquisque satisfieri debet in illo negotio cum prelatione aliis Creditoribus alterius negotii, etiam anterioribus.*

56 *Pecunia soluta uni Creditori sub cautione de restituendo anterioribus, ac potioribus habetur ac si extaret.*

58 *Compensatio crediti, & debiti ad sistendum cursum usurarum solo ministerio legis inducitur.*

59 *Cum aliquid prohibetur, omnia prohibentur, que sequuntur ex illo.*

Nullius Societatis.

DISCURSUS CXLVI.

1 PRo comperto apud Doctores omnes habetur, quod
Societas non est ad hæredes transitoria, sed mor-
te etiam unius ex pluribus sociis finitur, ut per *text.*
in l. actione, §. morte, ff. pro Socio, §. solvitur,
Instit. de Societate, aliosque connexos firmant *Rimi-*
nald. Jun. cons. 52. num. 114. Gratian. cap. 852. nu-
mer. 1. & 2. & seq. & ibi De Luc. Add. Giurb.
ad consuetud. Messan. cap. 5. gloss. 3. num. 5. Esco-
bar. de ratiocin. cap. 6. num. 59. Capyc. Latr. decis.
189. num. 10. & 17. & ibi Manfrell. Add. num.
3. 4. 5. & seq. Olea de cess. Jur. & action. tit. 3.
quæst. 5. num. 5. Francisc. Palm. consult. 27. num. 1.
& Rot. Roman. decis. 56. num. 1. & seq. post Torr.
de pact. futur. success. Felic. de Societ. cap. 32. n. 1.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 29. num. 12.
Mastrill. decis. 235. nu. 26. Marin. resol. cap. 207.
num. 2. & 3. lib. 2. & ibi in fin. rem. num. 9. &
De Luca Addens, & latè præ cæteris *Torre de pact.*
futur. success. lib. 3. cap. 10. numer. 1. & seq. & in
var. Jur. quæst. tom. 2. tit. 11. de Mercatur. quæst. 5.
2 *n. 9. fol. mihi 358.* licet inter Socios adsit pactum,
ut ad hæredes transeat, quia tale pactum est de jure in-
validum, *Capyc. Latr. d. decis. 189. num. 18. &*
ibi Manfrell. add. numer. 6. & latè *Torr. de pact.*
futur. success. dict. cap. 10. numer. 41. & seq. & d.
3 *quæst. 5. numer. 25. & 26.* quamvis esset juramento
munitum, *Torr. d. cap. 10. num. 17. & seq. & d.*
quæst. 5. num. 36. Manfrell. ad Capyc. Latr. decis.
4 *189. num. 7.* Secus verò si pactum diceret, quod se-
cuta morte alicujus Socii illa durare debeat quoad
alios Socios superstites *Trombett. de Societ. cap. 6.*
numer. 16. Torr. de pact. futur. success. d. cap. 10.
n. 12. vers. fin. Felic. de Societ. cap. 32. n. 16.

5 Ex quo Juris principio etiam sequitur, quod si Te-
stator mandavit Societatem per hæredes suos conti-
nuari, adhuc per acceptationem hæreditatis non di-
ceretur continuata prima Societas Testatoris, sed no-
va per hæredes instaurata, *Rocc. de Societ. not. 92.*
numer. 192. & 193. latè *Felic. de Societ. cap. 32.*
num. 32. cum plurib. seqq. Mantic. de tacit. & am-
big. lib. 6. tit. 24. numer. 29. & 30. Capyc. Latr.
decis. 189. num. 17. & seq. & ibi Manfrell. Add.
num. 18. & 19. Francisc. Palma consult. 27. num. 3.
& 4. Gratian. cap. 852. num. 16. & 17. Noal. de
transf. cap. 58. num. 3. vers. fin. plenè *Torr. de pact.*
futur. success. lib. 3. cap. 10. num. 13. & 14. & in
var. Jur. quæst. tom. 2. tit. 11. de Mercat. quæst. 5.
num. 28. fol. mihi 359. & pluribus citatis. Altimar.
de nullit. contract. rubr. 1. part. 2. quæst. 25. n. 604.
6 Itaut ob contractus initos, sive negotia cœpta per hæ-
redes post mortem Socii defuncti non virtute antiquæ
sed novæ Societatis ab hæredibus in vim præcepti Te-
statoris contractæ agendum sit *Gratian. cap. 852. nu-*
mer. 16. & cap. 962. num. 52. Rot. part. 17. decis.
169. num. 43. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 189.
7 *num. 18. & 19.* & ab ipso tantum renovationis die
Hypothecæ sumunt initium *Manfrell. loc. citat. n. 19.*
& plenè Rot. Rom. in Rom. pecuniaria 23. Januarii 1719.
coram Corio, & in illius confirmatoria 5. Maji ejus-
dem anni cor. eodem.

Et quamquam prædicta procedere tantum videan-
8 tur in casu, quo jussus Testatoris de continuanda So-
cietate per hæredes factus fuisset in favorem tantum
hæredum, ut in dubio præsumitur; Nam sicuti tali
casu hæredes possunt ei renunciare *Gregor. Lopez ad*
ll. Hisp. partid. 5. tit. 10. l. 9. gloss. per la muerte vers.
secundo limita. Dec. cons. 441. n. 3. & cons. 442. n. 25.
& 26. Felic. de Societ. cap. 32. n. 38. Jo. de Hevia de com-
merc. Terrestr. lib. 1. cap. 3. n. 3. Riminal. Jun. cons. 636.
n. 6. Rot. cor. Cerro dec. 755. n. 4. & 5. Michalor. de fra-
tribus cap. 43 n. 31. Ita continuatio societatis per eos ac-
9 ceptata, tanquam proveniens à libera eorum voluntate,
& assensu, qui eam acceptare non poterant, verè dici
non valet continuatio Societatis, sed illius renovatio, ut
apertè tradit *Felic. de Societ. cap. 32. n. 38.* & ad latè fir-
mata per *Rot. Rom. in Rom. pecuniaria 23. Januarii 1719.*
cor. Corio, & in illius confirmatoria 5. Maji 1719. cor. eod.
& Rot. par. 17. dec. 169. n. 32. §. Sed dict. n. 41. 42. & 43.

Nihilominus eadem procedent in casu, quo hæredes te-
nerentur acceptare, & exeutioni demandare præceptum
Testatoris de continuanda societate, ut in casu, quo tale 10
præceptum non fuisset in hæredum favorem, sed in favo-
rem sui fideicommissi, vel Consociorum, vel alterius
tertiæ personæ à Testatore scriptum, ut in casu, quo Te-
stator filios suos præsertim Pupillos, vel minores instituis-
set, ex quo filii tenentur semper de jure obtemperare præ-
ceptis Patris defuncti, & ratio est, quia sicuti ad conti-
nuationem antiquæ societatis, novus exigitur aliorum so-
ciorum superstitum consensus, ita impossibile est, quod
à Testatore fieri possit, quod societas antiqua post mor-
tem suam continuetur cum Sociis, ut optimè notat in
puncto *Felic. de Societate cap. 32. num. 37.*

Verum si post mortem Testatoris fuerit per Socios su-
perstites continuata antiqua Societas, & per hæredes adi-
ta fuerit illius hæreditas, tunc sine dubio dici deberet re-
novatam fuisse Societatem, quia hæredes cum ipso actu
aditionis jussum Testatoris de continuanda Societate; cui
contravenire non possunt, dicuntur acceptasse, & sic
consensum pro renovatione societatis aliis Sociis præsti-
tisse, & id similiter procedit non adita hæreditate, vel
illegimè, aut nulliter adita, tum quia sicuti jussus, seu
mandatum Testatoris de continuanda societate censetur
à Testatore collatum etiam aliis sociis superstitibus post
ejus mortem, ita iidem Socii continuando post mortem 11
Socii defuncti antiquam Societatem tanquam illius man-
datarii cum se ipsis dictam societatem renovasse censen-
tur, ut mirè tradit *Soccin. Sen. cons. 72. n. 12. & 13. lib. 3.*
Alex. cons. 215. num. 4. & 5. lib. 6. Michalor. de fra-
tribus part. 2. cap. 15. num. 46. Tum quia per aditionem
hæreditatis postea quocumque tempore supervenientem
consensus hæredum pro renovatione antiquæ societatis
intelligitur præstitus ab initio usque mortis Testatoris,
ex quo aditio hæreditatis semper retrotrahitur ad tem-
pus mortis Testatoris.

Quare attentis his rationibus antiqua societas per socios
superstites accedente tali Testatoris jussu semper dici de- 12
bet ritè, & rectè per viam renovationis continuata, ac
etiam in casu quo hæredes Testatoris essent Pupilli, vel
minores licet incapaces ad præstandum consensum pro
renovatione societatis, quia Socii superstites continuan-
tes societatem ex mandato sibi injuncto à Testatore de illa
continuanda post illius mortem, nullo indigent consen-
su Pupillorum, vel minorum, neque illorum Tutorum,
aut Curatorum, dum sufficit consensus, quem ipsi Socii
tanquam mandatarii post mortem à Testatore relicti pro
Pupillis, vel minoribus, præstant, ut egregiè subdit
Alex. d. cons. 215. num. 5. lib. 6. & ita in puncto firma-
runt *Decian. respons. 22. num. 12. & seq. lib. 3. Riminald.*
Jun. cons. 636. num. 4. 5. & 6. Dec. cons. 441. num. 3. 4.
& 5. & cons. 442. num. 25. & 26. Michalor. part. 2.
cap. 40. num. 45. Noal. de transmiss. cas. 58. num. 3.
& Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 10. num. 13.
& 14. & reprobato Felicio contrarium tenente idem fir-
mavit, licet quodammodo involutè, aut non adeo bene
explicata materia, *Rot. Rom. part. 17. recent. decis. 569.*
num. 31. & 32. decis. 212. num. 1. 2. & 3. usque ad num.
8. & decis. 303. num. 6. 7. & 8. part. 9. decis. 284. num.
26. & part. 12. decis. 91. num. 38. & 39. & in Roma-
na pecuniaria, seu transactionis 17. Junii 1701. §. Pa-
rumque coram Scotto confirmata ex altera decis. edita
in ead. causa cor. eod. & in Romana pecuniaria 23. Janua-
rii 1719. §. Objecto namque coram Corio.

Notanda tamen est potissima differentia quæ versa-
tur inter casum, quo hæredes non tenentur observa-
re præceptum Testatoris de continuanda Societate, &
alterum quo tenentur adimplere; Primo enim casu si 13
hæredes continuant societatem pro debitis, & contra-
ctibus ab eis initis, non remanent obligata bona in
quibus fuit per Testatorem institutum Fideicommissum,
sed tantum bona propria ipsorum hæredum, vel Te-
statoris, quæ in hæredes libera transierunt, & ideo
omnia lucra, & damna negotii ad ipsos hæredes per-
tinent, *Rot. Rom. dec. 169. a num. 31. usque in fin.*
part. 17. rec. In secundo verò casu hæredes non obligant 14
bona propria, sed tantum Testatoris, & etiam bona ab
eo per Fideicommissum relicta *Rot. coram Emerix Sen.*
decis. 23. & decis. 24. per tot. & part. 13. rec. dec. 320. &
part. 18. decis. 212. & decis. 303. & cor. Cerr. decis. 755.
& propterea tali casu omnia lucra, vel damna à nego- 15
tio, vel societate provenientia spectant ad hæreditatem

Testa-

Testatoris, eamque augeant, vel diminuunt, *Rot. Rom. dec. 67. num. 3. & seq. post Torr. de pact. futur. success. & cor. Cerr. dec. 755. num. 1. & part. 13. recent. decis. 320. num. 1. & 2. & part. 18. decis. 212. & decis. 303. per tot.*

16 Quod tamen intelligendum est, dummodo hæredes adiverint hæreditatem cum beneficio Legis, & Inventarii, & se declaraverint continuare Societatem in vim tantum præcepti Testatoris, secus verò si ultra qualitatem hæreditariam, proprias suas personas etiam adstrinxerint, vel simpliciter hæreditatem Testatoris adiverint, quia tunc tenerentur etiam de proprio erga Creditores societatis pro debitis, & contractibus per eos initis post mortem Testatoris *Rot. Rom. cor. Emerix Sen. decis. 23. num. 4. & decis. 34. num. 3. & seqq. & par. 13. rec. dec. 320. n. 12. & seqq. & cor. Cerr. dec. 755. num. 8. & part. 18. dec. 212. num. 9. & 10. & dec. 303. num. 9. & 10. Manfrel. ad Capyc. Latr. dec. 189. num. 20. & 21.* & ad latè tradita per *Michalor. de Fratribus part. 2. cap. 15. num. 40. cum seqq.*

17 Quamplura alia circa dissolutionem Societatis tam ex causa mortis, quam ex aliis causis addi possunt, verum quia hæc materia frequenter à DD. acta est, tæder animam meam illa transcribere, & ideo me remitto inter alios ad *Felic. de societ. cap. 32. 33. & 34. Trombett. eod. tract. cap. 6. Rocc. eod. tract. not. 90. cum seq. Jo. de Hevia de commerc. lib. 1. cap. 3. per tot.* latissimè *Michalor. de fratribus part. 2. cap. 38. 39. & 40.*

Hoc unum tanquam magis opportunum advertere censeo, quod nempe si socius illegitimè, vel ante tempus à Sociis conventum absque aliqua justa causa, societatem dissolvit, vel ab ea recedit, alios Socios à se liberat, non tamen ipse ab aliis consociis
18 remanet liberatus, ideoque omne damnum, quod post Societatem ab eo illegitimè dissolutam supervenerit, ipse solus in odium, & pœnam suæ transgressionis subire debebit, & non alii Socii, licet lucrum erit inter omnes commune *Molin. de contract. disp. 414. num. 15.* & plenè *Rot. Rom. decis. 123. num. 4. part. 13. rec. & decis. 372. num. 7. part. 15. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 37. num. 17. & 18.*

19 Declara tamen id procedere, quando damnum obvenerit ex novis contractibus, seu negotiis, secus verò si illud processerit à negotiis jam cæptis ante illegitimam Socii dissolutionem, vel à causa eam præcedente *Rot. Roman. part. 19. recent. decis. 93. numer. 19. & 20.*

20 Plures legitimæ causæ dantur in Jure, per quas potest Socius à societate recedere, de quibus agunt *Felic. de Societ. cap. 33. & 34. Jo. de Hevia lib. 1. cap. 3. à num. 34. cum seqq. Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 37. per tot. Rocc. de societat. not. 90. num. 182. & seqq. Trombett. de societ. cap. 6.* & alii de materia
21 agentes, ad quos pariter me remitto; Unam tamen magis speciali animadversione dignam subjicio, vidlicet cum in aliqua societate, vel negotio adest jactura, absque eo quod ulla spes lucri supersit, quinimo ita res redacta sit ad statum, quo major immineat jactura, *Michalor. de fratrib. part. 2. cap. 37. num. 20.* & melius *cap. 43. n. 29. & 30.* & per ea quæ tradit *Felic. de societ. cap. 35. num. 31. & Trombett. eodem tract.*
22 *cap. 6. num. 59.* ubi firmant, si res ad statum sterilitatis redderetur, societas dissolvi potest *Paulut. dissert. 97. num. 119.* ubi dicit, quod Tutores, vel Curatores tenentur deserere negotia Testatoris, quando vident in illis adesse jacturam, licet Testator mandaverit illa post mortem suam continuari debere.

Sequuntur decisiones S. Rota Romana pluries citata in præsenti meo Discursu.

R. P. D. CORIO.

ROMANA

Pecuniaria, seu Reintegrationis.

Luna 23. Januarii 1719.

SAtisfactionem crediti, quod vigore Rei judicatæ Rotalis canonizari obtinuerat contra Rationem Bancariam olim, & de anno 1671. erectam sub nominibus Benedicti Candulphi, & Caroli de Rubeis sub Accommandita Ducis Baldinotti ex causa sortis Cambiorum creatorum ex pecuniis, quas Marchio Baldinuccius de anno 1693. uti Complementarius dictæ Bancariæ à semetipso ad Cambium receperat, ut latius videre est *ex dec. in Rom. Cambiorum diei 15. Maji, & 3. Julii 1705. cor. bon. mem. Muto.* Reportare satagens idem Marchio Baldinuccius, qui bona, & capitalia præfatæ nummulariæ haud facile huc usque repetierat, eo mentis aciem vertit, ut sub obtentu, quod Dux Baldinottus peccaverit contra legem in erectione Bancariæ præstitutam de non extrahenda ex capsa sociali aliqua capitalia portione, peteret ex Juribus Bancariæ suæ Debitricis ejus reintegrationem adversus eumdem Ducem, ejusque Patrimonium, prout de facto ab A.C. obtinuit pro summa sc. 17065. Quo circa ad reclamationem Ducis, ejusque Creditorum delegata per Signaturam Justitiæ appellationis commissione cum clausula *de appellatione:* dubium in hodierna Audientia proposui „ *An, & à quo tempore, & in qua summa competat reintegratio Mensæ Nummulariæ Bancariæ, de qua agitur, itaut sit relaxandum mandatum,* quod negativè *in omnibus fuit resolutum.* "

Et quidem pluribus decidendi ratio visa est funda- 23
mentis; Primo enim in salutaribus penitus deficere videbatur Baldinuccius, qui ad effectum agendi contra Debitorem suæ Debitricis, clarissimè præ cæteris docere obstringebatur de credito Bancariæ contra Ducem Baldinottum ad *text. in l. 2. C. quando Fisc. vel Privatus* cum aliis late adductis *in Romana Pecuniaria 16. Decembris 1712. §. Tertiam coram Eminentissimo Card. Scotto, & 22. Junii 1714. §. Et quamvis coram R. P. D. meo Falconerio, & 8. Aprilis 1715. §. Et merito cor. R. P. D. meo Crispo, & in Romana Dotis 9. Decembris 1715. §. Frustra demum coram Eminentissimo Scotto:* Et tamen licet illud justificare contendisset ex quo contra capitula societatis præfatus Dux extraxerit è capsa sociali ingentes pecuniarum summas, & signanter de anno 1678. scut. 10865. & de annis 1694. & 1695. duas alias partitas alteram scut. 12. mil. alteram scut. 5. mil. nihilominus in his nequaquam Ducem Baldinottum peccasse contra legem societatis, quæ ita explicata fuerat „ *Che durante il Negozio nessuno degl' Interessati possa levar porzione alcuna del Capitale, ma ciò debba esser fatto finito che sarà il Negozio, dandosi però facoltà al detto Signor Carlo Rossi di potersi valere ogni anno di scudi 300. moneta in conto degli Utili, se ve ne saranno, e non essendovene, debba in fine della Ragione bonificare quel tanto, che per tal conto restasse debitore, e se gli anni utilitosi verranno anche gli altri Interessati prender qualche rata degli utili fatti, possano farlo, e d'accordo tutti tre prendere di tali utili porzioni uguali* " aperte convincebatur, dum loquendo de prima partita scut. 10865. hæc neutiquam excorporata fuit intuitu Capitalis, sed imo dictam summam Dux Baldinottus, uti tertia, & privata persona sub nundinalibus usuris ad Cambium à dicta Bancaria recepit, ut inter Partes non controvertebatur.

Quemadmodum igitur ex his ob non verificabilem spretum Legis, seu prædicti Capituli societatis, nulla Bancariæ competere poterat reintegratio adversus Ducem, ita, & creditum ejusdem nummulariæ verificari nequit ratione contracti Cambii, quia istud una cum fructibus decursis contrapositum legitur in Libris Bancariæ aliis partitis in creditum Ducis descriptis, per quam sanè contrapositionem penitus ex- 24
tinctum remansit, juxta Doctrinam *Imol. in l. 1. ff. de solut.* cum qua pertranseunt *Soccin. Sen. cons. 65. sub numer. 5. vol. 4. Menoch. cons. 121. numer. 43. Consal. dec. Lucens. 11. num. 26. Rot. coram Caval. decis. 165. num. 1. & decis. 272. num. 27. par. 17. recent.* non obstante responsione, quod id factum censeri debeat ad peræquationem Scripturæ, & ut dicitur „ *per via di Partite passatore* " nam dum ex fide Scripturalis habetur, quod pro hac rata diminutum remansit creditum Ducis, quoad capitalia, id utique penitus excludit objectum, & veram probat extinctionem, ut præter mox deducta tradit *Card. De Luc. de Regal. disc. 115. num. 14.*

Sermonem autem dirigendo ad duas alias partitas ab eodem Duce de annis 1694. & 1695. extractas, hæ multominus excorporatæ dici valent contra legem Societatis, ad effectum saltem, ut creditum Bancariæ constituere valeant, dum etsi receptæ fuissent à Baldinotto ,, *In conto de i suoi Capitali, ed utili* " adhuc, & aliæ quamplures partitæ similiter in hanc causam receptæ noscuntur ab aliis Consociis; Unde in necessariam consequentiam promanabat, quod vel nullatenus peccatum fuerit contra capitula socialia, quia constito, quod verè tunc temporis adessent utilia, ut *Summario Marchionis Vidonis num.* 9. extractio licet promiscuis verbis adscripta substinebatur ex causa utilium, quæ ex lege Socialis conventionis superius transcriptæ, ita permissa legitur; Vel saltem dum omnes Socii suas portiones receperunt, inefficax remaneret pactum in Capitulis socialibus appositum ad hoc, ut nomine Bancariæ, quæ hodie ab aliis consociis repræsentatur, conveniri non valeat Dux pro reportatione pecuniarum, ad quam alias pari jure
25 tenerentur omnes Socii, qui idcirco de communi consensu à pacto prædicto recedere valuerunt, ut generalibus omissis responsum fuit *in dicta Romana Cambiorum inter has Partes. edita* 15. *Maji* 1705. §. *Pariter cor. bon. mem. Muto*.

Obversabatur secundo actioni per Baldinuccium promotæ, quod quatenus creditum aliquod Bancariæ contra Ducem verificari valuisset, adhuc ipse hoc jure Bancariæ uti non valeret, ex ea perstringentissima facti circumstantia, quod (ut supra innuebatur) originarium, ac directum ejus creditum derivat à Cambio à se ut complimentario Bancariæ cum semetipso contracto de anno 1696. cum autem in datione hujus complementi expressa prohibitio, seu conditio apposita fuerit, ne per quemcumque Contractum obligare posset personam, & bona Ducis Baldinotti; Facta etiam expressione illorum Regni Neapolis, quæ ab ipsamet societate præcedenter excorporata extiterant, nefas est dubitare quod Baldinuccius per acceptationem complementi eidem conditioni, seu prohibitioni se subjecerit, itaut pro ejus credito persequi non valeat effectus præcedenter ad datum complementum excorporatos, quibus omnino congruebat acceptata prohibitio, quam servandam fore à Baldinuccio de statu Nummulariæ non ignaro, quique facultatis sibi concessæ terminos transilire non poterat latissimè probat *decis. inter has Partes edita in d. Rom. Cambiorum* 15. *Maji* 1705. *cor. bon. mem. Muto*, quæ
26 licet à Sententia postmodum promulgata appellatum fuerit, de stylo tamen supponenda venit, ut passim in similibus Causis respondit *Rot. cor. Dunozet. Jun. decis.* 124. *num.* 2. *cor. Richio dec.* 53. *num.* 3. & aliis congestis in *decis.* 77. *numer.* 66. *coram R. P. D. meo Devoto*.

In nihilo officiente, quod Baldinuccius in præsenti non ageret directè, & Jure proprio contra Ducem, ejusque patrimonium, sed Juribus Rationis Bancariæ ejus Debitricis, cui mox allata exceptio opponi non valeret; Quandoquidem cum idem Baldinuccius bene noverit suas limitatas facultates eo directas, ne ab ipso alii effectus obligari possent, quam actu existentes in Mensa Nummularia, ut bene indicat exceptio Bonorum Neapolis, quæ à Bancaria derivabant, simulque perspicuè sciverit extractionem partitarum, de quibus agitur longe ante secutam in causam Capitalium, & utilium, per quam pecuniæ extractæ effectæ fuerant de patrimonio Ducis. Unique in his circumstantiis recipiendo tanquam complimentarius Bancariæ
27 pecunias ad Cambium à semetipso eas recepisse dici debet, non intuitu capitalium jam præcedenter à Bancaria excorporatorum, sed contemplatione dumtaxat eorum, quæ actu in mensa Nummularia existebant de tempora accepti complementi, ut distinguendo casum, ubi actum fuerit cum Correspondentibus hæc omnia ignorantibus, solide adversus *Rot. in d. Rom. Cambiorum* §. *Pariter non obstat cor. bon. mem. Muto*. Et proinde pro credito sic contracto nequaquam ipse exaudiri potest, allegando, quod ad sui præjudicium excorporatio, sive appropriatio fieri non poterat, ne alias indirectè consequatur, quod sibi directè interdicebatur contra regulam *Text. in l. fructe oportet.* §. *Si mater*, *ff. de Tutor. & curat.*

Et tertiò demum æquè validè obsistebat quod ubi etiam creditum Bancariæ non defecisset, neque inexercibilitas actionis contra personam, & bona Ducis concurreret ex toot animadversis, causam adhuc Creditorum Ducis modo comparentium in tuto posuisset anterioritas temporis, quam pro eorum creditis obtinerent adversus Baldinuccium, qui nedum cæteris posterior esset inspecto contractu cambii anno 1696. stipulato, sed quatenus etiam uti potuisset juribus Bancariæ utique desumere non valuisset (ut sibi blandiebatur) anterioritatem ab anno 1671. quo Bancaria erecta extitit, sed ab anno dumtaxat 1682. quo per obitum alterius ex sociis, nempe Caroli de Rubeis, dissoluta prima Societate, se- 28
cunda inter ejus hæredes, & Baldinottum renovata extitit: Cum enim absolutissimum in jure sit, quod per obitum socii expiret, & terminetur societas, quodque si inter defuncti hæredes, cæterosque superstites continuetur, eadem adhuc nova reputetur, ut in terminis primæ propositionis sunt *Textus expressi in* §. *Solvitur Instit. de societ. l. Socium* 61. *l. Actione*, §. *morte*, *ff. pro Socio. Michalor. de fratribus part.* 2. *cap.* 40. *in principio. Rot. in Interamnen. Cambiorum* 16. *Maji* 1710. §. *Totius controversiæ*, *coram R. P. D. meo Falconerio*, & in terminis secundæ est *text. in l. adeo* 60. *ff. pro Socio. Franc. Rocc. de societ. notab.* 91. *num.* 188. *& seqq. Mantic. de tacit. lib.* 1. *tit.* 24. *num.* 29. *Capon. disc.* 36. *nu.* 16. *& seq. tom.* 5. *Torr. de pact. fut. success. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 11. *Card. De Luc. de Regal. disc.* 90. *num.* 6. *Rot. coram Cels. decis.* 345. *num.* 5. *& seqq.*

Inde manifestè deducitur, quod Baldinuccius, qui 29
secundæ credidit societati nequaquam ullum titulum ab antiqua, cum qua non contraxit, mutuare valet, sed duntaxat agere, & jus desumere à die renovationis ejusdem, ut in puncto docent *Grat. disc.* 212. *numer.* 16. *& disc.* 852. *num.* 16. *&* 17. *Manfred. observ. ad Capyc. Latr. decis.* 189. *num.* 18. *Rot. decis.* 169. *num.* 41. *& seq. part.* 17. *rec. & post Rodriquez de concursu Credit. decis.* 33. *à num.* 2. *& seqq.*

Quin adversus hæc elementaria juris principia, quibus expresè quoque famulabatur specificum pactum in Instrumento societatis appositum ,, ibi ,, *Che in caso, che venisse a morte prima del suddetto tempo alcuna di esse Parti, in tal caso s'intenda, e sia ipso facto finita, e disdetta questa Compagnia senza alcuna dichiarazione* " insurgere juverit ex subsequentibus verbis mox citati capituli ,, ibi ,, *Se però fra essi Eredi del Defunto, e gli altri Interessati viventi non si stabilisca diversamente con dichiararlo espressamente in scritto sotto li presenti Capitoli, o con altra Scrittura* " Inde arguendo, quod attenta spontanea voluntate hæredum Caroli, continuata dici debeat eadem societas, quæ certo certius ex Juris dispositione ita terminatur, ut hæredes defuncti cogi nequeant ad continuandum, nulla autem Juris dispositio prohibeat, quod ipsismet hæredibus volentibus continuari non possit: Secutaque hæredum defuncti declaratione hypotheca ad commodum Creditorum successivè contrahentium usque ab initio erectæ societatis desumatur, quia eveniente conditione, quod scilicet hæredes defuncti declaraverint, re- 30
trotrahatur eorum declaratio ad tempus appositæ conditionis ad *text. in l. potior*, *ff. qui potior. in pign. habeant*, *Rot. cor. Cavaler. decis.* 342. *num.* 2.

Eo vel maximè, ubi pro continuatione ejusdem societatis urgeret præcisa necessitas, quæ in casu probari contendebatur ex eo, quod licet tunc temporis in Bancaria existerent ingentia nomina Debitorum, erat adhuc non exiguo ære alieno subjecta, quod impedimento esse videbatur omnimodæ dissolutioni societatis, quæ etiam post mortem Socii durare debet, 31
donec dimissis Creditoribus negotii, fieri possit Capitalium, atque lucrorum divisio ad *text. in l. hæres Socii ff pro Socio. Grat. disc.* 276. *num.* 41. *Rota decis.* 269. *num.* 26. *& seqq. part.* 16. *& dec.* 212. *num.* 4. *part.* 18. *rec.*

Objecto namque præventivè satisfactum fuit sub §. *Et tertio*, iterumque clarius respondetur, quod certo certius jura haud denegant facultatem hæredibus Socii prædefuncti continuandi societatem per ejus obitum dissolutam, sed momentum residet, an hæc eadem facultas ex parte hæredum ita se teneat, ut omni-

ut omnimodam importet continuationem antiquæ,
seu potius renovationem modernæ Societatis, & in
hoc themate quidquid sit in terminis præcepti de
32 continuanda Societate injuncti à Socio moriente hæ-
redibus, qui eo casu, haud dicuntur directè, & ex
persona propria succedere Societati, sed tamquam re-
præsentantes personam defuncti, ut sub hac distinctione
perbellè procedunt DD. congesti *decis.* 212. *n.* 3. & 4.
& dec. 303. *n.* 6. *& seq. part.* 18. *tom.* 1. *rec.* In reliquis
33 utique casibus certum videtur, quod facultas ab hæ-
redibus etiam in vim pacti initio Societatis appositi,
quibuscumque verbis explicata importare semper dicitur
novam Societatem, ob eam vivissimam rationem, quod
quemadmodum pactum quodcumque super continua-
tione Societatis inter Socios initum, licèt superstites
Socios afficere valeat; infirmum adhuc improbum, &
inefficax reputatur respectu hæredum Socii prædefun-
cti, ut in specie viriliter sustinent *Bald. cons.* 448.
num. 1. *&* 2. *lib.* 4. *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 26.
num. 12. *Torre de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 10.
num. 12. *Grivel. decis. Dolan.* 8. *num.* 16. *Rot. cor.
Cels. d. decis.* 345. *num.* 3. *& seqq.* & in ejus confir-
matoria apud *Torr. decis.* 56. *num.* 2.

Ita & dum explicatio hujusmodi facultatis volun-
taria omnino consideratur quoad hæredes, quorum
nullum factum, aut declaratio requiritur ad effectum
inducendi extinctionem, seu dissolutionem Societatis,
34 quæ per mortem Socii non obstante quolibet pacto
operante dissolvitur, pernecesse concludi debet, quod
eadem facultas, quatenus explicetur importet novum
consensum hæredum, à quo eorum obligatio inesse
deducitur, & per consequens substantiet novam, di-
versamque Societatem, ut præter deductas sub §. *Et
tertio demum* bene prosequitur *Rot. d. decis.* 169. *nu-
mer.* 41. *& seqq. part.* 17. *recent.*

Neque enim ullo pacto sustineri potest quod con-
sensus ab hæredibus postmodum præstitus ad initium
35 primæ Societatis retrotrahatur; Retrotractio quippe tunc
demum admittitur quoties agatur de obligatione sub
conditione casuali; quæ donec ea purificetur, nun-
quam expirat, sed suspensa manere dicitur, prout lo-
quuntur auctoritates in objectio allegatæ; Secus au-
tem ubi primæva obligatio ministerio Juris ex post
extincta remanet, & simul agitur de conditione po-
testativa, ac dependente, ut in casu à libito, & vo-
luntario consensu hæredum, qui operativus dumtaxat
dicitur ex nunc, & à momento, quo præstatur, non
autem aptus esse valet ad operandum signanter in ter-
tii præjudicium revivisccentiam Societatis non suspen-
sæ, sed penitus extinctæ, prout explicando *text. in l.
Potior, ff. qui potior. in pign. habean.* tradit *Negusan.
de pignor. membr.* 2. *quintæ partis num.* 9. *&* 10. *vers.
sextodecimo*, amplissimè, & communiter distinguunt
De Pont. cons. 134. *num.* 6. *& seqq. lib.* 3. *Merlin. de
pign. & hypothec. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 22. *num.* 3. *& seq.
Cost. de retrotract. cap.* 8. *cas.* 50. *num.* 6. *part.* 400. *&
cas.* 19. *num.* 18. *part.* 410. *Pacion. de locat. cap.* 14.
§. 2. *num.* 9. *&* 10. *Card. De Luc. de dote discurs.* 79.
num. 4. *Rot. coram Dunoz. Jun. decis.* 169. *num.* 4. *&* 5.
& decis. 467. *num.* 6. *&* 7. *& decis.* 715. *num.* 9. *&*
10. *part.* 18. *tom.* 2. *recent.*

Quid verò ad convincendam extinctionem primæ,
& renovationem secundæ Societatis ulteriora quæve
argumenta? quando de cætero, nedum litera pacti
inter Socios initi præsto esset, ea quippe tantum non
loquens de continuatione, sed diversum stabilimen-
tum, novamque requirens scripturam „ ibi „ *Si sta-
„ bilisca diversamente con dichiararlo espressamente in
„ scritto sotto li presenti capitoli, o con altra Scrittu-
„ ra a parte* „ opus non est, ut ex sensu juris de-
36 flectat in renovationem, quam de se clarissimè indi-
gitat; ut dixit *Rot. decis.* 233. *numer.* 2. *& seqq. part.*
15. *recent.* Sed imo ex hac, aliisque rationibus in
puncto hujus Societatis pro renovatione aliàs respon-
dit optimum Tribunal in *Romana hæreditatis* 17. *Junii*
1695. §. *Justo etiam*, *cor. clar. mem. Card. Thauru-
sio*, & 11. *Martii* 1697 §. *Præmissa & seqq. coram
Eminentiss. Priolo*, & 18. *Junii* 1700. à §. *Nec rele-
vare*, *coram eodem*.

Quæ sanè decisiones ita supponendæ veniant, ut
locum fortasse non facerent responsioni postremæ par-
tis objecti, erga ex quadam necessitate continuandi
negotium, seu Bancariam; Et tamen ista necessitas,
vel omnino deficit, ex quo de tempore obitus Caro-
li credita Bancariæ longè superabant ejus debitum,
vel quatenus ex causa exactionis Creditorum concur-
reret aliqua necessitas continuandi per *stralcio*, hujus-
modi continuatio, pro qua tempus sex mensium in 37
capitalis præscriptum fuerat, verificari potest dumta-
xat, quoad negotia cœpta, quæ tam activè, quam
passivè transeunt in hæredes Socii prædefuncti, dum
eorum intuitu, non attenditur, quo tempore actus
consumetur, sed inspicitur tantum, quo tempore fue-
rit inchoatus, juxta sensum auctoritatum in objectio
allegatarum & inter has partes firmavit *Rot. in Rom.
Thesauraria Marchiæ super Creditis March. Baldinucci*
8. *Martii* 1717. §. *Tum verò*, *cor. R. P. D. meo Crispo*;
Secus autem pro novis negociis instaurandis, quibus
mox adducta ratio non congruit, ut in specie hujus
Societatis respondit *Rota in d. Roman. hæreditatis* 11.
Martii 1697. §. *Non relevante*, *coram Eminentiss.
Card. Priolo*. Quocirca cum Socii de anno 1684.
unum ex Consociis dimiserint, novum Complemen-
tarium deputaverint, ac per successivum spatium quin-
decim circiter annorum nova fuerint inita negotia,
novaque cambia activa, & passiva contracta, ine- 38
ptum sanè videtur in his terminis allegare continua-
tionem per *stralcio*, sed imo clarissimè renovatio So-
cietatis educitur ex congestis per *Reverendiss. Ansald.
de Commerc. & Mercat. disc.* 51, *num.* 7.

Magis non refragante, quod supposita extinctione
primæ Societatis, adhuc dum secunda renovata ex-
titit cum iisdem capitalibus, ratione hujusmodi trans-
fusionis rectè Baldinuccius pro credito dicto secundo
tempore acquisito contra Bancariam experiri posset
jura suæ debitricis, & agere pro reintegratione. Præ-
ter quod enim objectum procederet respectu dumta-
xat primæ assertæ extractionis scut. 10865. non au-
tem respectu aliarum, quæ secutæ fuerunt post dis-
solutam primam Societatem, nihilominus undique ces-
sat, quia assumptum renovationis Societatis cum iis-
dem capitalibus deficere videtur, nedum ex aperta fa-
cti circumstantia, quod scilicet Minerva de Rubeis
hæres ex parte Caroli Socii prædefuncti suum capi-
talé detraxit, sed ex Juris quoque dispositione, quæ 39
velut suo Ministerio inducens dissolutionem Societa-
tis per obitum Socii ab eo momento prævia com-
pensatione cujuscumque debiti, præsumit intellectua-
lem quamdam divisionem capitalium, & utilium in-
ter Socios, *ut per text. in l. ea quæ, C. famil.
Ercis.* probant *Cravet. cons.* 159. *numer.* 8. *lib.* 1.
Magon. decis. Lucens. 3. *numer.* 35. *Rot. decis.* 280.
num. 5. *&* 6. *coram. Rembold.* per quam ita super
portione intellectualiter divisa quæritur Jus, & hy-
potheca Creditoribus indifferentibus socii, ut ad eo-
rum præjuditium considerari amplius nequeat identi-
tas Capitalium, neque ulla posterior obligatio sit re- 40
trotrahibilis, sed ad omnes effectus semper nova re-
putetur societas, juxta optimum *text. in l. sed quod,
§. Si Servus, ff. pro Socio. Mantic. de tacit. lib.* 6.
tit. 26. *num.* 12. *Capyc. Latr. decis.* 189. *num.* 18.
& in specie fuit dictum *in d. Romana hæreditatis*,
§. *Non relevante*, *coram Eminentiss. Priolo*.

Atque hinc iterum non urget, quod Societas sit 41
quid distinctum e mensa nummularia, quæ reputa-
tur tanquam corpus universale, & per mutationem
personarum non immutatur, sed imò hæredes socii
succedunt tamquam participes commodi, & incom-
modi ad *text. in l. verum* 74. §. *in heredem, ff. pro
Socio*, & promiscuè tradunt *Card. De Luc. de credit.
disc.* 75. *num.* 7. *Rot. coram Bich. decis.* 144. *num.* 8.
decis. 15. *num.* 9. *part.* 19. *recent.* Conclusio quippè
procedere utique valet, aut ubi agitur de societate
publicorum vectigalium, quæ de ejus speciali natura 42
est transitoria ad hæredes, juxta latè firmata per *Mantic.
de tacitur. libr.* 6. *tit.* 26. *à numer.* 8. *& plurib.
seqq.*

Aut si de societate privatorum agatur, ubi vel 43
res sit de negotiis cœptis, quorum respectu hæredes
socii commodum, vel incommodum effugere nequeunt,
prout signanter est *text. in l. Verum, ff. pro Socio*, &
loquitur *decis.* 269. *num.* 27. *part.* 16. *recent.* vel
ubi quis in locum unius Socii voluntarie recedentis sub- 44
rogat, vel demum ubi res esset cum Creditore antero

fidem habente de nomine Bancariæ ei ob non denuntiatam mortem Præponentis, seu ejus dissolutionem, 45 quo sanè casu expendens idem nomen Bancariæ objicere non valet extinctionem ejusdem, ut est casus *dec. 151. num. 24. part. 10. recent.* Cæterum præcisivè ab his circumstantiis locum habere nequit uti prout in præsenti hypothesi agitur de negotiis noviter instauratis, & quidem cum Baldinuccio plenissimè informato de obitu Caroli de Rubeis, & de novis contractibus inter Socios, & hæredes gestis; in quibus terminis sustineri nequaquam potest identitas Bancariæ, sed sicut nova dicitur contracta Societas, nova etiam dici debet Bancaria, præsertim quia quæstio non est de nomine expenso, seu de solo præjudicio expendentis, sed agitur de præjudicio tertii, quam posterior suscepta obligatio apta esse nequit subjicere periculo vacationis pecuniarum ex superius firmatis.

Et ita ex motivo deficientiæ Crediti inexercibilitatis actionis, & posterioritatis hypothecæ censuerunt DD. sub acerrimo Partium contradictorio, &c.

R. P. D. C O R I O.

R O M A N A

Pecuniaria, seu Reintegrationis.

Veneris 5. Maji 1717.

RElata ad Sacrum Auditorium controversia super reintegratione Bancariæ olim nomine Candulphi, & de Rubeis cantantis, inter Marchionem Baldinuccium assertum Creditorem ejusdem Bancariæ, & Ducem Baldinottum, sive ejus Creditores, favore ipsius Marchionis primo coram A. C. definita, dubium propositi sub die 24. Januarii proximè præteriti „*An, „ & in qua summa competeret reintegratio Mensæ „ nummulariæ Bancariæ, de qua agitur, ita ut foret „ relaxandum mandatum*“ & negativum in omnibus habuit responsum ex fundamentis in successivè edita decisione deductis. Hanc autem resolutionem Partibus iterum hodierna die auditis, DD. persistendo in decisis libenter approbarunt.

Ex tribus autem fundamentis pro exclusione petitæ reintegrationis Bancariæ in eadem decisione expensis, ratione scilicet defectus crediti Bancariæ contra Ducem Baldinottum, actionis in Marchione Baldinuccio ob ejus limitatas facultates in acceptatione complementi eidem dati, & demum posterioritatis ipsius crediti, postremum hoc magis communiter DD. arrisit pro confirmatione captæ resolutionis; Cum enim creditum cambii scut. 8000. ac aliud quodcumque Baldinucci, ortum non habuerit nisi de anno 1694. & sic postquam societas primò inita de anno 46 1671. per obitum unius ex Sociis, nempe Caroli de Rubeis, fuerat penitus dissoluta, *l. actione, §. Morte, ff. pro Socio. Felic. de Societ. cap. 32. num. 1. & seqq. Gratian. disc. 852. num. 2. Donat. Anton. de Marin. quotid. contr. cap. 207. num. 2. & 3. Rot. post Torr. de pact. futur. success. decis. 56. numer. 1. & seqq.* cum aliis in decisione, quæ revidetur §. *Ex ratio*, in planum consequens descendebat, quod idem Baldinuccius, qui secundæ credidit Societati, obliga- 47 re non valet Ducem Baldinottum, sive ejus anteriores Creditores ad reintegrationem primæ, à qua jus non oritur, ut prosequitur *Gratian. dicto disc. 852. num. 16. & 17.* & punctualibus auctoritatibus probat prima decisio §. *Inde manifestè.*

Eaque est vivissima rationis ratio, quia dissoluta semel Societate, illico pernecesse inter Socios sine ullo eorum positivo facto inducta dicitur portionum divisio, quælibetque portio sic intellectualiter etiam divisa incidit, & subjecta remanet hypothecis Creditorum cujuslibet Socii juxta temporis seriem, & eorum 48 potioritatem, ad quorum idcircò præjudicium quælibet subsecuta renovatio societatis inefficax remanet, quia hypotheca semel acquisita sine consensu acquirentis auferri non potest ex notis principiis, de quibus *Pacific. de Salvian. interdict. inspect. 3. cap. 5. num. 13.* & alibi passim.

Hujusmodi autem rationum momenta simul ducunt ad ostendendum, quod nequaquam procedi possit cum supposito per defensores Baldinucci insinuato; quod in præsenti non sit facienda distinctio primæ, & secundæ societatis, ex quo hæredes Caroli Socii defuncti, & si de jure dissolutionem Societatis allegare valuissent, adhuc illam non allegantes, si societati stare magis proficuum putaverunt, inde dici debeat, quod non fuerit inita nova Societas, sed quidem antiqua continuata; Præsertim, quia status Bancariæ de tempore obitus Socii, hoc ipsum exigere vi- 49 deretur. Si namque per obitum Socii, ita lege operante, expirat Societas, ut hæredes Socii prædefuncti, neque ex particulari pacto in primordio initæ Societatis apposito ad ejus continuationem adstringantur ex clara dispositione *text. in l. nemo potest, & l. si fratres §. Idem respondit. il primo*, ibique *gloss. in verb. ideò, ff. pro Socio*, idque procedit et- 50 iamsi pactum fuerit in juramento firmatum, ut reprobando singularem opinionem *Fabri §. Solvitur, instit. de societ.* tradunt *Aym. cons. 875. num. 2. ad fin. Surd. cons. 20. num. 67. Joseph Ludov. conclus. 53. vers. Sed hæc fallentia*, cum aliis adductis in decisione, quæ revidetur §. *Objectio namque*, jam clarè patet, quod cum iisdem hæredibus Socii prædefuncti societas perfici nequit, nisi eorum accedente novo consensu, qui dum æquè præstari, ac non præstari valet, non impedita interim legis operatione, quoad dissolutionem primæ ejusque consecutivos effectus, operativus esse non valet nisi à die, quo præstari contingat, & per consequens nonnisi novam societatem constituat, ut latè prosequitur eadem prima decisio §. *Ita, & seqq.* & signanter §. *Quæ sanè*, ubi obviatur assertæ necessitati erutæ ex statu Bancariæ, quæ utique attendi valet pro perfectione negotiorum cæptorum, secùs autem pro novis, ut hic instaurandis.

Et in specie his omnibus occurrendo pro renova- 51 tione hujusmet societatis resolvit *Rot. in Romana hereditatis 17. Junii 1695. §. Justè etiam, coram clar. mem. Card. Taurusio, & 11. Maji 1697. §. Præmissa, & seqq. coram Eminent. Priolo, & 18. Junii. 1700. §. Nec relevare, coram eodem*, quæ qui- 52 dem decisiones nedum de stylo supponendæ sunt, ut frequenter respondit *Rot. dec. 315. num. 6. part. 16. rec. & in Romana Cambii 7. Aprilis 1710. §. Ex utraque, coram Reverendiss. Aldrovando*, sed velut optimis rationibus innixæ, ac per subsecutam causæ expeditionem, & superventam rem judicatam plenariæ executioni demandatæ, non finunt, ut locus esse possit earum expetitæ revisioni, ne aliàs lis jam extincta restauretur, quod nonnisi cum speciali commissione restitutionis in integrum fieri valet, ut dixit *Rot. in Romana fideicommissi de Palazzolis 18. Aprilis 1704. §. Nec quidquam, coram bon. mem. Muto.*

Majoris proinde momenti non erat, quod societas 53 reputetur quid distinctum à negotio sociali, seu nummularia, quæ nomen juris est, consistens in universitate nominum Creditorum, ac Debitorum, ad tradita per *Bartol. in l. Cum Pater, §. Mensa num. 9.* ibique *Castren. num. 3. ff. de legat. 2. Reverendiss. Ansald. de commerc. & mercat. disc. 98. num. 39. in fin.* Unde inferebatur, quod dissoluta licet per obitum Caroli societate, solutum non manserit sociale negocium, cujus effectus, & capitalia in renova- 54 tam societatem transierint, & proinde si negotium continuavit, eique Marchio Baldinuccius pecunias credidit, super bonis, ac capitalibus ejusdem Negotii, præferendus sit quibuslibet etiam anterioribus Ducis Baldinotti indifferentibus Creditoribus, qui ipsi, & non nummulariæ crediderunt, per ea, quæ juxta *text. in l. Procuratores, §. Si plures, ff. de tribut. act.* tradiderunt *Rot. de decoll. Mercat. not. 8. num. 258. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 1. quæst. 41. ex num. 23. & seq. Card. De Luc. de credit. disc. 11. num. 8. Rot. coram Emerix Jun. dec. 663. n. 9. & in Romana Pecuniaria 27. Junii 1712. §. Sive in casu, coram R. P. D. meo Almæ Urbis Gubernatore.*

Jam enim in decisione, quæ revidetur, casum à casu distinguendo præventivè animadversum fuit, quod continuatio socialis negotii juxta distinctionem in objecto propositam pro duplici tantum effectu considerari valet in societatibus privatorum, vel scilicet ad hoc, ut hæredes defuncti Socii comparticipes remaneant commodi, & incommodi quoad negotia jam cæpta; Vel

ubi

ubi agatur cum extero Creditore de Societatis dissolutione penitus ignaro, qui proinde si Bancariæ sub eodem nomine continuatæ credidit, æqui bonique ratio non postulat, ut deceptus remaneat juxta terminos auctoritatum in id allegatarum, latiusque explicatarum in dicta decisione §. *final.* Cæterum præcisivè ab his circumstantiis, & ubi, prout hic, res sit non minùs cum creditore de Societatis dissolutione optimè informato, quam pro negotiis de novo in-
55 stauratis, ineptum remanet, quod dissoluta legitimè societate, & jam inde secuta intellectuali saltem divisione portionum inter Socios, sociale negotium in abstracto consideratum perseveret adhuc in secundam Societatem transfusum, exemptumque ab hypothecis, quas creditores etiam indifferentes ab ipso momento dissolutæ Societatis acquirere valuerunt, ut ad rem ponderant *Merlin. de pignor. lib. 1. quæst. 13. per tot.* & signanter *num. 4. Rot. decis. 347. numeri 2. & 3. post Canc. de censib. & in Romana, seu Spoletana indemnitatis 18. Junii 1706. §. Nihil, coram bon. mem. Caffarella*, quibusvè subsequens Sociorum factum in continuatione, seu renovatione societatis obesse nequivit; ut ponderatum fuit superiori §. *Hujusmodi.*

Nec pro destruenda efficacia hypothecæ quæsitæ Creditoribus indifferentibus Ducis Baldinotti super effectibus primæ Societatis juvit recurrere ad observantiam inde erutam, quod ipsi permiserint jura, & effectus Bancariæ consignari illis Creditoribus, qui eam contraxerunt post obitum Caroli; Vel enim, ut bene consideranti patet, hujusmodi allegata permissio ad ignorantiam Creditorum initio convocati concursus hæc omnia non bene callentium, eorumque oscitantiam ad summum trahi valuisset, potius quam recipi in linea observantiæ pro impediendo juris effectu, quoad acquisitionem hypothecæ, à dissolutione Societatis resultante, ut mox probatum extitit; Vel desuper in casu nullum præjudicium parere apta verificatur permissio, eo ipso quod *omnes* consignationes pecuniarum retractarum factæ noscuntur sub obli-
56 gatione, & cautione restituendi prioribus, & potioribus, per quam pecuniæ consignatæ pro evitando quocumque præjudicio Creditorum, existere adhuc dicuntur penes Bancum Judicis, ex regula de qua *Castren. cons. 385. numer. 1. lib. 1. Card. de Luc. de credit. disc. 52. numer. 5. Fontanell. de pact. nupt. gloss. 8. part. 6. num. 42. Rot. coram Merlin. decis. 514. num. 4.* cum aliis *in Romana Status Zagaroli 27. Martii 1705. §. Quod autem, coram bon. mem. Muto.*

Constabilita itaque ex hoc absorbenti motivo posterioritatis crediti persistentia in decisis, non ideo tamen aliqui ex Doctoribus neglexerunt reliqua fundamenta in prima decisione deducta, putantes adhuc quod nec verificetur creditum Bancariæ contra Ducem Baldinottum, nec jure subsistat actio à Baldinuccio intentata pro reintegratione; Dum enim reintegratio Bancariæ exposcebatur contra Ducem Baldinottum consideratum in linea Debitoris ob eam legem in capitulis socialibus appositam, de non extrahendo capitalia, cui contraventum asserebatur, ex quo præfatus Dux de anno 1678. extraxerit e capsa sociali scut. 10865. & de annis 1694. & 1695. alteram summam simul constantem scut. 17. mil. abunde jam constare videbatur, quod nulla ex assertis extractionibus facta dici poterat contra formam dictæ legis socialis, eo ipso quod prima facta noscitur à Duce non tanquam Consocio, sed veluti tertia persona ad cambium recipiente, & aliæ processerunt ex causa utilium, quorum excorporatio cum nulla conventionali lege vetita reperiretur, aliique etiam socii similes portiones receperint, fundare multo minus poterat allegatam controventionem, cui nititur actio Baldinuccii pro reintegratione, ut ponderatum fuit in præcedenti decisione à §. *Et quidem cum seqq.*

Responsione non attenta, quod respectu primæ extractionis scutorum 10865. esto quod facta dici debeat à Duce tamquam tertia persona pecunias ad cambium recipiente, effectus tamen rediret in idem, quia præfatus Dux debitor remaneret erga Bancariam pro cambio, quod nequaquam extinctum dici valet juxta sensum decisionis, quæ revidetur per contrapositionem partitarum factam de anno 1686. cum partitis utilium, eo ipso quod neque tunc utilia tanquam illiquida erant compensabilia, & quod magis est Dux Baldinottus etiam post assertam contrapositionem cambiorum decursorum Debitor inscriptus legitur usque ad annum 1693. unde arguebatur, quod contrapositio de anno 1686. facta fuerit dumtaxat pro scripturæ commodo, & ut dicitur „ *per via di partite passatore* “ nec ideo importet veram compensationem, & debiti extinctionem; Respectu verò aliarum extractionum pecuniarum à capsa sociali non verificatur, quod alii Socii similes fecerint excorporationes in causam utilium, quando & ipsi pro aliquibus pecuniis excorporatis debitores sub cambio constitui apparent.

Præter quod enim ad primam objecti partem respondeti valuisset, quod debitum cambii (quatenus adhuc vigeret) non fundaret actionem intentatam pro reintegratione ratione contraventionis legi sociali. Nihilominus dicendum videbatur, quod verè debitum 57
cambii manserit extinctum per dictam contrapositionem factam de anno 1686. juxta ejus consuetam efficaciam, de qua sub §. *primæ decisionis, quemadmodum*, & nuper *Rota in Melevitana pecuniaria 10. Martii currentis anni, §. finali, coram Me*, cui obesse non poterat, nec ea facti circumstantia, quod etiam ex post supefatus Dux debitor inscriptus reperiatur in libris pro fructibus dicti cambii, dum de hac erronea calculatione constet ex ipsismet libris, in quibus dictæ partitæ contrasignatæ leguntur sub verbis „ *Per storno* “ Nec altera juris ponderatio, quod veram compensationem cum debito claro, & liquido cambii impedire debuisset illiquiditas partitarum contrapositarum pro utilibus; Vel enim hæc asserta illiquiditas cessabat, ex quo dicta contrapositio facta fuit, nedum scientibus Sociis, sed quidem tempore opportuno, quo proximè fuerunt liquidata utilia spectantia ad Minervam de Rubeis, ex cujus rata facilè resultare valuit utilium portio ad alios spectans; Vel etiam constito, 58
quod in genere adessent utilia, sola illiquiditas, quoad quantitatem, apta non fuisset præpedire compensationem, quæ in casu ad sistendum cursum usurarum solo ministerio legis inducta extitisset, ut optimè advertit *Card. de Luc. de credit. disc. 46. n. 22. Gonzal. dec. Lucens. 11. num. 58. & 59. Rot. post Merlin. de pignor. dec. 74. num. 21. & sequen. & coram Emerix Jun. dec. 540. num. 3. & seq. & in Avenionen. concursus 6. Junii 1707. §. Reservato, & §. Non obstat*, ubi quod compensatio inducitur etiam ad præjudicium Creditorum anteriorum coram Eminent. Cardinali Priolo.

Ad secundam verò objecti partem urgebat semper, quod sociali lege utilium extractio non interdicebatur, & tamen quod alii quoque Socii similes utilium portiones receperint, innegabile evadebat, ex quo exactionibus indubitanter ab eisdem factis, non aliæ leguntur contrapositæ partitæ, quam promiscuè pro capitali, & utilibus, cui idcirco causæ referendæ sunt; Quod si aliquis ex Sociis, nempe Tarpignetus pro summa scut. 3600. se debitorem constituerit sub cambio limitato, id evenisse dicendum est, quia tunc agnitum fuerit, quod ad eum tanta utilium portio non spectaverit.

Et denique iidem DD. autumabant æquè subsistere aliud fundamentum, quod Marchio Baldinuccius pro suo credito cambii sc. 8000. velut cum se ipso contracto de tempore, quo erat complementarius, agere nequeat contra bona Neapolis, & alia Ducis Baldinotti, ob limitatas facultates eadem bona non obligandi in dicto complemento datas, & respectivè acceptatas, ut innuit præcedens decisio à §. *Obversabatur.* Parum attento, quod idem Baldinuccius in præsenti non agat contra bona Neapolis, aut contra bona propria Ducis, sed contra Bancariam, & istius nomine contra eundem Ducem; Si namque iste cir- 59
cuitus admitteretur, jam patet quod ipse indirectè consequeretur omne id, à quo directè consequendo per pactum expressum à semetipso cum Duce stipulatum arceri debet, quod non est permittendum, ad regulam *text. in cap. tamen de Procurat. & cap. cum quid de regul. Jur. in sexto.*

A R G U M E N T U M.

Socio, aut participi Socii alicujus Rationis, qualis contra eandem Rationem actio competat.

Quando Socii unius Rationis, iidem sunt alterius Rationis, inter eos admittitur compensatio debiti, & crediti procedentis tam ab una, quam ab altera Ratione, quamvis diversis.

Mutuans Socio alicujus Societatis, an habeat actionem contra Societatem, præcipuè quando Socius eandem pecuniam sibi mutuatam, Societati tradidit.

S U M M A R I U M.

1 *Facti expositio.*

2 *Socius, aut particeps Socii alicujus Societatis non habet actionem contra Societatem.*

3 *Sed solum agere potest actione, quæ competit Socio principali adversus alios Rationis Consocios, & num. 11.*

4 *Et in hoc casu poterunt Consocii contra talem Socium, & participem eorum negotii, omnes illas exceptiones objicere, quas contra ipsum eorum Consocium habent.*

Ratio affertur num. 5.

5 *Quando quis alieno nomine agit, plus Juris habere non potest, quam habent ille, cujus personam repræsentat.*

6 *Socii unius Rationis quando eadem persona sunt alterius Societatis, inter dictas duas Societates, aut Socios utriusque Rationis admitti debet compensatio.*

7 *Debitum, quod unus ex Sociis habet nomine proprio cum Ratione finita Societate, compensatur cum ejus credito Sociali.*

8 *Creditores alicujus Societatis non habent actionem contra portionem positam in Societate ab aliquo novo Socio adjuncto Societati.*

9 *Socius finita Societate, nil aliud prætendere potest, quam id, quod liquidatis rationibus cum Sociis mediante compensatione, ac computorum exæquatione, superest & num. 10.*

12 *Compensatio ipso jure inter Mercatores inducitur, Compensatio ipso jure fit, quando periculum adest creditum amittendi, num. 13.*

14 *Talisque compensatio locum habet etiam in præjudicium Creditorum anteriorum.*

15 *Mutuans Socio alicujus Rationis aliquam pecuniæ quantitatem, non habet actionem contra Societatem, quamvis Socius eandem pecuniam dederit Societati.*

16 *Mutatio partitarum in Libris Mercatorum solutionem importat.*

17 *Actio* de in rem verso *non competit Mutuanti alicujus Rationis Socio, quando partita descripta est in Libris in Creditum Socii, sed non mutuantis.*

18 *Nec prædicta actio locum habet, quando qui pecuniam recepit, nullum lucrum ex ea percipit, Ampliatur num. 19.*

Florentina Pecuniaria.

DECISIO AUTHORIS, *ET* DISCURSUS CXLVII.

1 GEminæ Liburni erectæ fuerunt Societates, quarum una sub die 13. Junii 1698. sub nomine Raphaelis Vernacciæ, & Andreæ Antonii Davanzati, in qua pro majori parte Corporum participabant D. Marchio Bartholomæus Corsini; & fratres, ac D. Joannes Baptista Orlandini, quamvis in illa eorum nomen minime expenderetur: Altera vero de anno 1704. Kalendis Januarii sub nomine eorumdem Vernacciæ, & Davanzati, atque Dominici Petræ Sanctæ, in qua pariter prædictus D. Marchio Corsini, ac Orlandini participabant, injuncta cuilibet eorum obligatione reponendi intra trium mensium spatium eorum respectivè Capitalia, juxta ratas inter eos conventas. Verum cum D. Vernaccia Contractum Societatis exequi non posset, summam petiarum 5000. quam importabat rata sui Capitalis ab eo in dicta Societate præstanda, à D. Francisco Perio requisivit. Cum vero D. Perius prædictas petias ei remittere cunctaretur, interea dictus D. Vernaccia in libris Socialibus prædictam summam petiarum 5000. inscribere fecit ad suæ ratæ creditum, & ad debitum in suo computo currenti.

Composita igitur tali modo Scriptura D. Perius aliquam partitam dicto Vernacciæ remisit, atque ita usque ad complendam promissam petiarum summam prosecutus est, quarum majori parte suum computum currens extinxit, illarumque residuum penes se retinuit, & successivè in calce apochæ socialis cum antedata appositione declaravit super prædictis petiis 5000. sibi remissis participem dictum D. Perium pro summa petiarum 3000. aliasque vero petias 2000. se ab eo in mutuum recepisse in sui proprium computum cum interesse trium cum dimidio pro 100. ad effectum complendi integram suam Corporum ratam in prædicta Societate.

Finita tandem, ac expleta secunda Ratione Vernacciæ, & Davanzati, & Petræ Sanctæ propter disdictam factam post triennium à Participantibus, ac per Scrasticum continuata, insurrexit dictus D. Peri, qui prædictos DD. Davanzatum, & Petram Sanctam convenit, ut ab eis dictarum sibi petiarum 5000. summa persolveretur, sibique de perceptis fructibus ratio redderetur, & favorabilem à D. Auditore Bonfinio Sententiam consecutus est, quæ deinde per DD. tres Auditores secundarum appellationum fuit revocata, hac potissimum ex Causa, quod D. Perius, neque creditor, neque Socius erat Societatis, sed solum Socius dicti Vernacciæ unius ex Sociis ejusdem Societatis.

Verum prædicti tres D. Judices in ipsa eorum Sententia prædictos Davanzatum, & Petram Sanctam tanquam dictæ Societatis Administratores, & Complementarios condemnarunt ad reddendam omnium Capitalium 12 Societatis Rationem D. Perio intra trium mensium spatium pro omni ejus interesse, ut Rationis statu liquidato, quidquid dicto Perio de Jure competeret, traderetur.

In dictæ autem Sententiæ executionem canctis tam primæ, quam secundæ Societatis revisis Libris, compertum est ex Bilancio ex eis composito residuum omne, quod ex corporibus dictæ secundæ Societatis Davanzati, Vernacciæ, & Petræ Sanctæ supererat, consistebat in uno tantum credito petiarum 18213. 4. 6. quod ipsa secunda Ratio habebat adversus primam Rationem, super qua summa D. Perius instituit, ut secundæ Societatis participes cogerentur sibi ratam persolvere, quæ ad illum pro dictis petiis 5000. per Vernacciam pro sua Capitalium portione in secunda Societate implicatis, pertineret.

Verum cum prædictus Vernaccia ingentis summæ ratione Cambiorum, aliarumque rerum debitor primæ Societatis remanserit, ac tanquam primæ Rationis Socius teneatur pro rata suorum Capitalium prædicto petiarum 18213. 4. 6. debito contribuere erga novam Societatem, cujus pariter socius erat, præter alterum debitum, quod habet in computo currenti in secunda, seu nova Societate, ideoque prædicti D. Socii, ac participes secundæ, seu novæ Rationis, qui primæ pariter Societatis socii erant, vel participes, nullam portionem super prædictis petiis 18213. 4. 6. aut veriori quantitate prædicto D. Perio competere opinati sunt, sed tantum super residuo corporum, quod post omnes debiti, & crediti Vernacciæ, tum in veteri, quam in nova Societate supputatas rationes, ac post etiam hinc inde debiti, & crediti factam compensationem, ad dictum Vernacciam adhuc pertinere apparebit.

Commissa proinde hujus Causæ Decisione Dominis Cosmo del Sera, & Sinibaldo Corbuli Nobilibus hujus Civitatis viris, atque in iis, quæ ad Mercaturam spectant, apprimè versatis, mihique pariter illis addito, quoad ea, tantum quæ ad Juris articulos pertinentia ex utraque parte excitari possent: Unanimis nobis arrisit opinio dictos Socios, vel participes prædictæ Societatis à petiis per D. Perium absolvendi.

Quo-

1 Quoniam cum in casu nostro evidenter constaret Do-
minum Perium ob dictas petias 5000. positas à Vernaccia
pro suorum Capitalium rata, neque Socium, neque
creditorem secundæ Rationis fuisse, quia cum ipsa non
contraxerat, sed deprehenderetur fuisse in parte, vide-
licet pro petiis 3000. Socium dicti Vernacciæ unius
ex Sociis dictæ secundæ Rationis, in altera vero par-
te, pro aliis nempe petiis 2000. creditorem ejusdem
Vernacciæ ratione similis partitæ ei mutuatæ, ut per
Sententiam Dominorum trium Judicum secundarum
appellationum declaratum fuit: Ex hoc sane consequi-
2 tur nullum Jus illi directe, nullamque actionem con-
tra dictam secundam Societatem, ac consequenter con-
tra Socios Vernacciæ competere ad textum *in l. qui
admittitur cum seq. ff. pro Socio Rot. dec. 205. part.
1. recent. & Rota Florentina in Florentina præsensa
Societatis 30. Augusti 1709. §. Atque ex his, coram
Farsetto, Ansald. de Commerc. disc. 80. numer. 3. &
5. Marin. resol. 230. num. 5. & seq. lib. 1. Capyc.
Latr. consult. 93. num. 9. & seq. Ottobon. decis. 40.
num. 46. & dec. 94. num. 18. Rocca Episcopus cap.
100. num. 1. & seq. & Rot. cor. Rembold. dec. 280.*
3 *num. 1.* sed solum adversus dictum Vernacciam, aut
eam tantum actionem, quæ ipsi Vernacciæ adversus
alios suos Socios prædictæ secundæ Rationis esset com-
petitura per textum *in l. ex contrario 22. ff. pro So-
cio Rota Florentina in dicta Florentina Societatis 30.
Augusti 1709. cor. Farsetto Rot. Romana coram San-
ctissimo Alexandro Octavo decis. 94. & decis. 205.
par. 1. recent.*

Cum ergo D. Peri indirectè contra secundam Ra-
4 tionem, seu illius Socios agere debeat ex persona Ver-
nacciæ, idcirco omnibus illis exceptionibus subjicitur,
quæ contra prædictum Vernacciam militant, punctua-
liter *Rot. Rom. cor. Ottobon. decis. 94. num. 20. cum
seq. & Rot. part. 1. recent. dicta dec. 205. numer. 4.
Olea de Cess. tit. 4. quæst. 4. num. 15. & tit. 6. qu.
11. num. 2. & seq. & Rot. nostra Florentina in di-
cta Florentina præsensa Societatis 30. Augusti 1709.
cor. Dom. Audit. Farsetto ex Lib. Mot. 138. à c.
687. §. Et quamvis.* Ea adstipulante ratione, quia
5 qui alieno nomine agit, minime plus Juris habere po-
test, quam habeat ille, cujus persona per eum repræ-
sentatur *Gratian. discept. 70. num. 15. Rot. dec. 205.
num. 4. part. 1. recent. & coram Bichio decis. 511.
num. 18. Rocc. Episcop. cap. 100. num. 9. §. Quini-
mo, Guttierez de compensat. libr. 3. quæst. 17. numer.
21.* & nos plenè *in discurs. 5. num. 60. usque ad 63.
de Commerc.*

Et quemadmodum contra Vernacciam, si ipse pe-
tias 5000. repetere vellet, compensatio summarum,
quarum tam in prima, quam in secunda Ratione de-
bitor est, à D. Sociis, ac Participibus posset opponi,
sic eadem compensatio, omnisque alia exceptio æque
poterit adversus D. Perium opponi.

6 Idque etiam procedit, quamvis creditum Sociorum,
ac participum secundæ Rationis sit adversus Vernac-
ciam tanquam unum ex Sociis primæ, non autem
secundæ Societatis, has geminas ob Causas, seu quia
in casu nostro debitum Vernacciæ, tanquam Socii
primæ Rationis, commodum totius secundæ Rationis,
ac utilitatem respicit, in qua idem Vernaccia Socius
est, cum absonum penitus ac irrationabile videatur,
quod ille tanquam Socius secundæ Rationis à Sociis
primæ Societatis pecunias exigat, ut Sociis secundæ
persolvat, qui iidem primæ sunt, cum per viam com-
pensationis de facili quilibet Sociorum debitum, & cre-
ditum, quod respective inter primam, & secundam
intercedit Societatem, valeat in se extinguere, ut do-
ctè docet *Bersan. de Compensat. cap. 3. quæst. 9. nu-
mer. 5. & melius num. 21. & 22. Guttierez. eodem
tract. lib. 1. quæst. 3. num. 47. Altimar. de Nullita-
te Contract. rubr. 1. part. 2. quæst. 25. numer. 152.*
7 *& num. 163. vers. secus quoties,* seu quia finita, &
dissoluta Societate debitum, pro quo unus ex Sociis
proprio nomine tenetur, cum suo Sociali credito, sem-
per est compensandum, *Bersan. de Compensat. cap. 3.
quæst. 9. num. 7. Consal. dec. Luc. 11. nu. 79. Gut-
tierez de Compensat. lib. 1. quæst. 30. num. 48. Alti-
mar. de Nullitat. Contract. rubr. 1. part. 2. quæst. 25.
num. 147. & 159.*

8 Nil penitus refragante quod à DD. pro Perio in-
formantibus objiciebatur, videlicet, quod cum dicto
Vernacciæ petias 5000. pro suorum corporum rata
dictæ secundæ Societati contribuenda ille suppeditave-
rit, rationi valde consonum sit, quod illa finita, &
dissoluta, super residuo, quod, persolutis Creditoribus
Socialibus, superest Vernacciæ, Dominus Perius omni
alio creditori Vernacciæ præferatur, nam cum dicta-
rum petiarum 5000. Capitale finita secunda Societate
ad suum principium redire debeat, considerandum est
tanquam propria pecunia Peri, super qua profectò nul-
la actio Creditoribus Vernacciæ competit, per dedu-
cta per *Castrens. consil. 345. num. 2. vers. præfatus
ergo lib. 2. Rot. Romana dec. 91. num. 12. & seq.
part. 19. & coram Rembold. dec. 380. num. 2.* cum
aliis per me relatis *discurs. 18. numer. 4. & 19. de
Commerc.*

Pro convenienti hujus objecti resolutione animad- 9
vertendum est, quod dictus Vernaccia, tanquam So-
cius secundæ Rationis nullum residuum sui Capita-
lis, etiam finita Societate, nisi post discussas cum
Consociis rationes, consequi valet *Rot. d. dec. 205. par.
1. rec. Ansald. de Commerc. disc. 37. num. 20. & disc.
98. num. 27.* & latè *Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 5.
quæst. 195. Rot. dec. 534. num. 4. rec. par. 13. Burats.
dec. 58. num. 3. & dec. 595. num. 2. & dec. 633. num.
12. Giurb. dec. 15. numer. 3. Dom. meus de Comitibus
decis. Flor. 10. num. 25. & 28.* Idcirco si nihil post
computorum, ac rationum exæquationem, Vernacciæ
superest, objectum prædictum nullius sanè roboris est,
ac momenti.

Tota igitur difficultas ex computorum directione 10
dependet, ut potius uno modo, quam altero in favo-
rem Sociorum residuum, vel bilancium respondeat,
& præcipue in casu nostro, in quo agitur, an in in-
eundis rationibus, omnia etiam currentia computa in-
ter eosdem Socios transacta consideranda sint; Nam
difficultas de facili solvitur, animadvertendo; Quod
in supputandis rationibus, minime inter Socios cujus-
vis computorum generis prohibetur compensatio, quan-
do Societas est dissoluta, aut quando rationum suppu-
tatio semper eorumnet Sociorum interesse respicit, ac
utilitatem, & quod hæc compensatio, aut quælibet a-
lia exceptio, quæ Socio obstaret, si ipse contra suum
Rationis Consocium ageret, eodem modo obstat Socii
creditori, cum ipse creditor contra consocium Ratio-
nis agere non possit, nisi *ex Persona Socii*, ut supe- 11
rius ostensum fuit, & punctualiter *Rot. cor. Seraphin.
dec. 1214. vers. & hoc dixerunt, & cor. Ottobon.
dec. 94. num. 20. 21.* & melius *Rot. nostra Florenti-
na in d. Florentina præsensa Societatis coram Farset-
to.* Quinimo eo ipso, quod finita fuit Societas, cre-
ditum, quod Vernaccia habere poterat, *ipso jure sine* 12
facto hominis cum debito, pro quo postea primæ, &
secundæ rationis Sociis tenebatur, compensatum fuit;
Non modo, quia inter Mercatores in favorem Com-
mercii compensatio ipso Jure inducitur *Nos in disc.
21. num. 20. vers. & licet & disc. 76. numer. 9. &
15. de Commerc.* Sed etiam, quia alii Socii, ac par- 13
ticipes subjacebant periculo ne amplius proprii crediti
satisfactionem à Vernaccia consequerentur *Guttierez
de Compensat. lib. 4. quæst. 22. numer. 52. Rot. post
Salgad. dec. 149. num. 8. & seq. Gob. cons. 130. n.
14.* & *Nos in disc. 21. num. 14. de Commercio*, quæ 14
compensatio in præjudicium etiam anteriorum credito-
rum procedit. *Nos plene in d. disc. 21. num. 13. &
numer. 20. §. Et licet versicul. major tamen contro-
versia.*

Omne dubium ulterius removetur in facto obser-
vando, quod petiæ 5000. à Perio subministratæ, ces-
sere in extinctionem computi currentis dicti Vernac-
ciæ, videlicet debiti Cambiarii cum Societate contra-
cti, non vero in implicationem Corporum in Socie-
tate, propterea quidquid ei finita Societate supererat,
ad illum tantum; non ad Perium pertinebat, ut in
iisdem terminis animadvertunt *Buratt. dec. 514. nu.
5. & sequenti Gratian. capit. 964. numer. 6. & se-
quenti relat. per Roccam Episcop. cap. 100. numer.
11. & 12.*

Et quamvis opponeretur, quod cum Vernaccia in
libris Socialibus petias 5000. pro sua Corporum rata 15
ad sui Creditum conscripserit, aliamque similem quan-
titatem in computo currenti ad sui debitum describere

fecerit,

fuerit, quod postea cum petiis 5000. à Perio suppeditatis extinctum fuit; nihil aliud id fuerit, quam fictio, sive solum Scripturæ simplex directio, quum revera petiæ 5000. postea Vernacciæ à D. Peri remissæ implicatæ fuerint per Vernacciam in Societate; Id tamen parum opitulatur, cum hæc fictio, seu Scripturæ directio veræ solutionis vim habeat, proinde ac si Vernaccia prædictas petias 5000. in Societate implicasset, easdemque mutuas, aut ad Cambium à Societate recepisset, ut punctualiter probat *Scacc. de Commerc. §. 2. glos. 5. num. 55. Card. de Luca de Regal. disc. 115. num. 14. Rot. Genuen. de Mercat. decis. 2. num. 5.* & optimè *Buratt. dec. 514. numer. 6. vers. & fuerunt adnotata Rocc. cap. 100. num. 12. & per ea quæ tradunt Bald. cons. 190. lib. 2. Ansald. de Commerc. discurs. 2. num. 36. & dec. 68. in addit. numer. 46.*

16 Neque demum prodest petias 5000. non solum Vernacciæ à Domino Peri remissas fuisse ad effectum præcisum eas in Societate implicandi partim in computum illius participationis, partim vero in computum ejusdem D. Peri, verum etiam eas fuisse revera in Societate positas, & sic in utilitatem ejusdem Rationis versas; Quapropter videtur erga Domino Peri saltem per actionem *de in rem verso* eandem Rationem teneri.

17 Primò quia verum non est illas fuisse in Societate collatas, quia cum ipsis debitum currens D. Vernacciæ extinctum fuit, ut optime ad rem nostram ratiocinatur *Rocca Episcopus capit. 100. numero 11., & 12.*

Secundo, quia quando obligatio, aut contractus deficit, prout in casu nostro, dum petiæ 5000. ad Societatem nullatenus pervenere propter aliquem contractum inter ipsam, & Perium celebratum, tunc omnis alia actio, quæ sine contractu, & ex sola legis æquitate conceditur, ut ea *de in rem verso* aut *negotiorum gestorum*, vel ex lege *si me, & Titium ff. si certum petatur*, aut alia similis, locum non habet, quando qui pecuniam, seu res alienas recepit, non fuit

18 factus locupletior cum alterius jactura *Card. de Luca de Credit. disc. 72. num. 7. & disc. 73. num. 4. & de Dote disc. 156. num. 5. Ansald. de Commerc. discurs. 44. à num. 9. usque ad num. 19. & disc. 45. num. 26. usque in fin.* Nos *in disc. 36. num. 56. & 57.* plenè *Rota nostra in Liburnen. pretii 30. Martii 1722. coram Me.*

Si igitur in casu nostro alii Socii, ac participes Vernacciæ non fuerunt ex pecunia Peri locupletiores effecti, vel quia illa pro majori parte ob infelicem Societatis exitum perierit, pro altera vero parte inservierit, aut servire debeat una cum altera pecunia aliorum Sociorum pro dimittendis, ac satisfaciendis Creditoribus communibus primæ Rationis, vel demum quia, tamquam effecta propria dictæ secundæ Rationis, subjecta remanserit compensationi faciendæ cum altera quantitate pecuniarum, de qua Vernaccia aderat debitor erga alios Socios, & participes, tam primæ, quam secundæ Rationis; Idcirco D. Perio nulla contra secundam Rationem, aut Socios ejusdem, actio

19 æquitativa competere valet. Prout in punctualibus terminis objectio satisfaciunt *Ansald. disc. 45. n. 26. in fin. Rot. cor. Sanctiss. Alex. VIII. dec. 94. num. 18. & 19. & seq. Rocc. Ep. d. capit. 100. num. 8. & Rota nostra in d. Florentina prætensæ Societatis coram Farsetto.*

A R G U M E N T U M.

Pactum computandi etiam solitas Provisiones ad favorem Creditoris appositum in Contractibus Cambiariis, qui Florentiæ fiunt, defenditur ab Usuraria pravitate: Qua occasione explicatur per totum Formula Apodixiæ Cambialis ad usum Florentinum.

S U M M A R I U M.

1 *Intelligentia Scripturarum Cambialium magis dependet à consuetudine Platearum, in quibus exarantur, quam ab Jure.*

2 *Cambiorum species distinguuntur.*

3 *Debitor si non adimplet cambiandi onus, quod in se assumpsit, tenetur ad Cambia, solum ratione lucri cessantis, & damni emergentis, & num. 30.*

4 *Nec tenetur præstare provisiones, secus si onus cambiandi injunctum sit creditori, & num. 15. & num. 31. & 33.*

5 *Creditor in Cambio limitato majus interesse consequi non potest, quam sit illi per debitorem conventum.*

6 *Pactum, quod in calculandis Cambiis ex Nundinis productis comprehendi debeant Provisiones, validum est, & rationabile, & numer. seqq.*

7 *Creditor Cambii potest prætendere totum illud Cambium, quod producitur ex Nundinis.*

8 *Certi lucri, seu interesse, aut Cambii taxatio fieri potest in Cambio, quando Creditor Debitori remittit totum id, quod super taxatum Cambium Nundinæ responderent. Impugnatur* Ansald. disc. 65. num. 37. & 38. *& explicatur* Card. De Luc. disc. 17. nu. 2. de Camb. *num. 20. vers. nè puntu può.*

9 *Contractus, & Pacta dicuntur inter se Correspectiva, quando sunt in eadem Scriptura.*

Et quando unum immediatè alterum sequitur, & sunt inter se connexa n. 10.

Et quando pars utilis scindi nequit à parte præjudiciali num. 11.

12 *Cambium cum limitato interesse non dicitur Usurarium, si adsit Correspectiva lucri remissio facta per contrahentes.*

13 *Mutuum ob intermixtionem alterius Pacti, aut Contractus extrinseci, modo sit Justus, & æqualis, non redditur Usurarium.*

14 *Contractus quando æqualiter, & lucrum, & damnum afferre potest Contrahentibus, semper dicitur justus, & rationabilis.*

16 *Bona fides non patitur, ut bis pro eodem debito solvatur, & num. 32.*

17 *Verba, Scriptura, & Littera Mercatorum intelligi debent, prout ab ipsis intelliguntur.*

18 *In omnibus actibus attendi debet substantia Voluntatis, non autem Cortex, & figura verborum.*

19 *Provisiones de Jure spectant ad Creditorem, nisi pactum fuisset in contrarium.*

20 *Cambium certum ab initio taxari nequit.*

21 *In Cambio reali nullum dari potest lucrum certum, quia Creditor potest esse in damno, & debitor in lucro.*

22 *Explicatur Bulla Pii V.*

23 *Conventio de certo futuro lucro, vel interesse valet, dummodo æquale sit contrahentium periculum, & num. 24.*

25 *Consuetudo facit Contractum licitum, quod esset illicitus.*

26 *Cum in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti voluntaris quæstio.*

27 *Bulla Pii V. observari debet in materia Cambiorum.*

28 *Cambium limitatum an differat à currenti.*

29 *Qui potest plus, potest etiam quod est minus.*

34 *Contrahentes non prohibentur sibi donare, & firmare pacto, quod alias de se esset injustum.*

35 *Pactum in Cambiis limitatis, ut si currentia cambia importent minus, adhuc Creditori debeatur summa conventa, est Usurarium.*

36 *Et tanquam non attingens substantiam Contractus vitiatur, & non vitiat, & reducitur ad purum Cambium Nundinarum.*

37 *Pactum, quod creditor lucretur Provisiones, non obstante onere Cambiandi imposito Debitori, non sustinetur.*

38 *Expressum, quod non reperitur, habetur pro consulto omisso.*

39 *Ad Judicem pertinet decidere an & quomodo pactum appositum per Contrahentes intelligendum veniat, & de Jure sustineatur.*

40 *Indebitè solutum per Debitorem Creditori computatur in Sortem.*

41 *Creditor, cui in aliquo excessu fuerunt persoluta* Cam-

Cambia à suo Debitore, non tenetur superso-lutum ultra Justam Cambiorum quantitatem, in Sortem imputare, ne minutatim patiatur sua Sortis extinctionem contrarium n. 43.

42 *Debitor non potest impugnare Causam, in quam cesserunt solutiones ab illo factæ.*

43 *Interesse solutum indebitè ipso Jure imputatur in Sortem, vel est restituendum.*

44 *Creditor exigens, & consumens bona fide fructus excessivos non tenetur ad eorumdem restitutionem.*

Contrarium num. seq.

45 *Bona fides non excusat à restitutione Cambiorum illegitimè perceptorum.*

46 *Identitas rationis ubi concurrit, non debet admitti diversa Juris dispositio.*

47 *Regula, vel modus calculandi Cambia limitata per Peritos Calculatores, latè traditur.*

Florentina Cambiorum.

DECISIO AUTHORIS.

ET

DISCURSUS CXLVIII.

COstumandosi per lo più in questa Città di Firenze le Scritte Cambiali col peso al Debitore di Cambiare, o di mandare in Fiera la somma datagli à Cambio, e col Cambio limitato con queste precise parole.

Con condizione, che l'interesse non ecceda più di 5. per cento a capo d'anno comprese le Provvisioni di Fiera, e di qui al solito di un terzo per 100. per ogni luogo, e facendo meno del sopraddetto interesse sia a pro del Debitore, e facendo da vantaggio delli 5. per 100. a capo di Anno, così accordato, non li debba pagare.

Fu altre volte sopra tal formula di contrattare fortemente disputato nella Causa degli Eredi del q. Sig. Cosimo Vergelli, e Signor Mattia Rosselli, se il Creditore possa, o nò godere le Provvisioni in aumento del cambio sino alli 5. per 100. nel caso, che le Fiere avessero prodotto meno delli 5. per 100. e finalmente fu giudicato per l'oppinione negativa, come si scorge dalla Sentenza di questo Magistrato della Mercanzia fatta a Relazione delli Signori Auditori Vieri, e Nobili, da cui furono inoltre dati fuora i motivi di questo loro sentimento, come si vede dalla loro decisione in *Florent. Cambiorum 16. Martii 1708. §. Quo vero cum seq.*

Avea questa decisione turbate, ed illaqueate le coscienze di molti Creditori, e particolarmente di coloro, che gia aveano rimborsato l'interesse, o il cambio ragguagliato coll'aumento di dette Provvisioni, e risvegliate molte Liti, e maggiori ancora erano per muoversi in danno non poco del commercio, e della quiete tanto pregievole tra i Cittadini.

In questo mentre fui eletto per Arbitro, e Arbitratore di alcune differenze vertenti tra il Sig. Marchese Ottavio Guadagni, ed il Signor Cancelliere Spagni, fralle quali essendo stata promossa questa medesima disputa, ebbi occasione, anzi necessità di esaminare esattamente la suddetta decisione, ma, non derogando punto all'alta stima, che debbo avere, e che meritano quei celebri, e riguardevoli Signori Auditori non meno per la dottrina, che per la loro integrità, siccome non mi è parsa al mio debole intendere su buone ragioni fondata, così ho dovuto nell'accennata Causa compromessami dalla suddetta decisione recedere, e diversamente giudicare.

E perchè la vera risoluzione di questo punto dipende più dalla vera intelligenza di queste Scritte Cambiali, quali generalmente si sogliono in tal forma praticare, che dall'articolo legale, alle quale difficilmente si può giungere senza qualche notizia più particolare della Piazza, e di simili Negozj, come avvisa il
1 *Card. de Luc. in un suo discorso volgare* 33. *de Camb.*
perciò fa di bisogno dichiarare primieramente qual contratto, o contratti fare intendano in esse Scritte le Parti.

Sappiasi per tanto, che per tal formula di contrattare il Cambio, che in dette Scritte si legge, altro non intende chi dà il danaro a Cambio ad un altro, che di prestargielo, acciò se ne vaglia a' suoi bisogni, e fin qui non è Cambio, ma un semplice, e puro mutuo; Ma perche il Mutuante non intende tener ozioso sotto mutuo quel suo danaro, però il Mutuatario per rimborso, e indennità del Mutuante gli dà mandato, e facultà di pigliare da altri, e anche da se medesimo l'equivalente somma, e questa negoziare, e rigirare sopra i Cambj per le Fiere, o Piazze, finchè il Mutuante venga rimborsato del suo credito, secondo il prodotto dal traffico del danaro sopra le Fiere, o Piazze, o pure lo stesso debitore [come nel caso nostro] a tal'effetto assume in se il peso di tal negozio, *Rot. Rom. penes Spad. cons. 267. num. 24. tom. 2.* e quando poi ciò venga, o dal Mutuante, o Mutuatario veramente eseguito, sarà un vero contratto di Cambio, o vera negoziazione su Cambj, perchè o nell'una, o nell'altra maniera si rigira, e traffica veramente sopra i Cambj l'equivalente somma, così magistralmente il *Card. de Luc. nel disc. 27. §.*
La maniera obliqua colli seguenti de Camb. a cui fa 2
ecco l'altro *De Luc. nel tratt. de plural. homin. cap. 92. num. 2.* e noi nel *disc. 27. num. 15. de Commerc.* ma se non sarà effettuata questa negoziazione dal Mutuatario, quando ne ha preso sopra di se il peso, all'ora, benchè in vero non vi sia intervenuto alcun contratto di Cambio, sarà egli tenuto nulladimeno a tutto quello, che hanno prodotto le Fiere, o Piazze verso del Mutuante non come Cambio, ma come danno, e lucro cessante, conforme ho fermato ne' miei
disc. 27. & 28. de Commerc. e se l'obbligo di Cam- 3
biare sarà stato assunto dal Mutuante, e non sarà stato da lui adempito, in tal caso entra la quistione, se sia dovuto almeno l'interesse del danno, o lucro cessante in luogo de' Cambj, la quale è stata da me trattata pienamente in varj discorsi del mio trattato *de Commerc.* a cui mi rimetto per non dilungarmi intorno a ciò, che non fa a proposito della presente controversia.

Avvertasi inoltre, che se le Scritte di questo Cambio non contenessero altro che il suddetto mutuo, ed il patto di cambiare l'equivalente somma per le Fiere, o Piazze, il Debitore dovrebbe pagare tutto il Cambio corrente delle Fiere, o Piazze, cioè tutto che quelle avessero prodotto con di più le Provvisioni, quando però il peso di Cambiare fosse stato imposto al Creditore, altrimenti se il peso sarà stato incaricato al Debitore, allora questi sarà del tutto li-
bero dal pagamento delle suddette Provvisioni *Card.* 4
de Luca de Camb. discurs. 10. numer. 8. & disc. 17. num. 3. e 4. & disc. Vulg. 27. §. La materia obliqua in fin. l'altro *De Luca de pluralit. homin. cap. 92. num. 6. verso in fin.* e come pienamente ha fermato la nostra Ruota Fiorentina *in dicta Florentina Cambiorum 16. Martii 1708. §. Quo vero ad Provisiones, & seq. coram Auditore Vieri, & in Florentina Cambiorum 21. Martii 1710. §. final. cor. eod.*

Ma se nelle Scritte di Cambio vi è il patto limitato a favore del Debitore, cioè, che l'interesse non ecceda più di 5. per 100. a capo d'anno, all'ora non può indubitatamente il Creditore dimandare più di
detti 5. per 100. benchè le Fiere avessero prodotto di 5
vantaggio *Card. de Luc. de Camb. disc. 6. numer. 13. & disc. 17. num. 2. & seqq. Mazzi compend. de Cambii cap. 28. §. Finalmente par. 3.* Noi nel *disc. 26. in fin.* E perchè la Bolla di San Pio V. sopra li Cambj espressamente dispone, che non si possa da principio fermare stalle Parti un certo interesse, perciò dopo tal patto per maggior cautela si suole aggiungere, *che facendo meno le Fiere di 5. per 100. sia a prò del Debitore.*

Premesso tuttociò, tornando ora al nostro speciale patto, che si costuma in Firenze da me litteralmente riportato sul principio di questo mio decisivo discorso, per ispiegarne la sua sostanza: altro non importa se non che in conteggiare, o ragguagliare il prodotto dalle Fiere, o Piazze, si debbano comprendere, e calculare le solite Provvisioni di un terzo per cento, dimanieracchè se le Fiere senza le Provvisioni avessero prodotto il Cambio meno di cinque per cento, si debba aumentare il Cambio sino alli 5. per 100. alla

rata

rata di quelle Provvisioni, che vi vorrà per arrivare fino a' detti cinque per cento come per modo di esempio, se le Fiere avranno prodotto 4. e mezz. percento si dovrà aggiungere alli detti 4. e mezzo un altro mezzo per 100. per far arrivare il conto alli 5. per 100. e così si dovrà fare, se avessero prodotto meno, aggiungendo sempre quello, che mancasse alli 5. per
6 100. purchè non strapassi mai l'importare delle Provvisioni, il quale è stato posto dalli Contraenti per limite a tale aumento.

Ora questo patto è stato da me stimato per valido, giusto, e ragionevole, e non usurario, ed eccone le prove incontrastabili.

Egli è certo, e certissimo, che il Creditore dando a Cambio il suo danaro può giustamente pretendere
7 tutto quel Cambio, che producono le Fiere senza ristringersi a un Cambio minore di quello, che faranno le Fiere, come ammette la suddetta decisione in *Florentina Cambiorum* 16. *Martii* 1708. §. *Quo vero ad provisiones, & seq. coram D. Auditore Vieri*, e nell'altra *Florentina Cambiorum* 21. *Martii* 1710. *coram eodem*, e perciò facendo le Fiere senza le Provvisioni sei, o sette, e più per 100. sarebbe certamente obbligato il Debitore a pagarlo, mentre dunque il Creditore si induca a rilassare al Debitore tutto quel più, che sopra li cinque facessero le Fiere, può giustamente in corrispettività di questa remissione, la quale è senza dubbio apprezziabile, pattuire da principio
8 qualche ricompensa verisimile, e congrua, come puntualmente ferma il dottissimo *Leotard. de usur. quaest.* 90. *numer.* 41. quantunque zelantissimo flagellatore delle usure, & *Rot. coram Coccin. dec.* 70. *nu.* 3. *e* 4. in simili termini *Rot. cor. Millin. decis.* 186. *num.* 6. & *decis.* 201. *num.* 1. & *coram Ubald. dec.* 118. *num.* 10. *Card. de Luc. de usur. disc.* 2. *n.* 5. & *disc.* 3. *numer.* 4. noi *discurs.* 14. *numer.* 12. *vers. verum quia de Commerc.*

Che la remissione suddetta del più, che sopra li 5. per cento producessero le Fiere, sia correspettiva al patto dell'aumento suddetto a' limiti delle Provvisioni,
9 non se ne puo nel caso nostro dubitare, non solo perchè li detti patti sono nella medesima Scritta *Urceol. de transact. quaest.* 97. *num.* 26. ma perchè uno seguita immediatamente all'altro, e sono tra di loro connessi, ed uniti *Altograd. cons.* 44. *num.* 25. *lib.* 2. *Rota dec.* 341. *par.* 4. & *dec.* 344. *num.* 3. *e* 4. *par.* 19. & *Rot. inter recoll. a D. Palm. Nep. dec.* 143. *num.*
10 99. e molto più, perchè siccome il patto della remissione del soprappiù è pregiudiciale al Creditore, così l'altro dell'aumento a lui utile dee riputarsi correspettivo alla detta remissione, cioè, che il Creditore abbia in tanto rilassato il sopra più de' 5. per cento, in quanto gli è stato accordato dal Debitore per ri-
11 compensa in detto aumento, *Urceol. de transact. quaest.* 97. *num.* 21. & *Rot. Lucan. inter recoll. a Palm. Nep. dec.* 143. *num.* 60. *tom.* 2.

Ma senza dubbio nel caso nostro, perchè prendendosi l'aumento suddetto come correspettivo alla detta remissione del Creditore, il nostro contratto è giusto,
12 e validissimo, altrimenti sarebbe senza tale correspettività usurario, puntualmente la *Rot. Rom. dec.* 304. *num.* 6. & *dec.* 556. *numer.* 5. *in fin. part.* 2. *recent.* & *cor. Millin. dec.* 186. *num.* 1. 2. *e* 3.

Io Gio: Battista Pini concorro nel parere, che per i Conti cambiarj ad interesse limitato di un tanto per cento a ragione di anno, dovendogli mandare per le Fiere d'Italia per riconoscere se dette Fiere abbiano reso, o rendino tale limitato interesse, devansi considerare i Cambj, e Ricambj in ciascheduna delle quattro Fiere, che compongono l'anno; e li deduco dal rigiro, ed effetto, che fanno tali conti per esse Fiere, come gli spacci, che si danno per l'andata, a ritorno, e come in prova chiaramente si può riconoscere, ed in fede mano propria.

Io Gio: Luigi Landini Calcolatore, e Fierardo, concorro pienamente nel sentimento del Signor Alessandro Ricciardi, ed in fede mano propria.

Io Adriano Assi Calcolatore, concorro nel suddetto parere del Signor Alessandro Ricciardi mano propria.

Io Tommaso del qu. Anton Cammillo del Riccio Calcolatore, concorro nel suddetto parere del Signor Ricciardi mano propria.

Io Nicolo del qu. Andrea Bandini Calcolatore, concorro nel suddetto parere del Signor Alessandro Ricciardi, il quale con le salde ragioni, giustifica pienamente l'uso, che asserisce ed anche da me praticato, ed accordatomi da altri Periti Calcolatori in una quantità di conteggi fatti ne' casi divisati, ed in fede mano propria.

Io P. Mariano Bellini Calcolatore, concorro nel parere de' sopradetti Periti, ed in fede mano propria.

Io Gio: Angelo del q. Andrea Bandini sono del suddetto parere in quella guisa appunto, che ha così chiaramente dimostrato il Signor Alessandro Ricciardi, ed in fede mano propria.

Io Agostino Rappe concorro nel suddetto parere del Signor Alessandro Ricciardi, ed in fede mano propria.

ARGUMENTUM.

Magistraliter explicatur natura Cambiorum Florentiæ vulgò *Martorelli*, & alibi colla *Ricorsa*, & in quo verè consistat realitas Cambiorum, ac demonstratur nihil ad realitatem Cambii pertinere Literas itus, & reditus vulgo *d'andata, e di ritorno*.

Similiter magistraliter ostenditur, an, & quando *Scartafaccia* Feriarum probent realitatem Cambii.

Realitas Cambii potest etiam probari per Conjecturas, & quæ sint, latissimè referuntur.

SUMMARIUM.

1 *Realitas sive essentia Cambii in eo consistit, quod Cambium verè factum sit pro alio loco distanti cum sincera intentione, quod ibi sequatur solutio.*

2 *Recambium legitimè celebratur cum intervenit vera, & realis extinctio prioris Cambii, & realiter novum Cambium contrahitur.*

3 *Litera itus, & reditus, sivè spatia vulgo* dell'andata, e del ritorno *non sunt de substantia Cambii, sed de perfectione, & executione illius & faciliori illius probatione.*

4 *Cambium, seu recambium potest absque Literis per alia quacumque media exequi.*

5 *Cambii realitas probari debet per literas missivas, & responsivas vulgo* dell'andata, e del ritorno.

Contrarium verius, cum justificari possit per alia, æquipollentia documenta, & conjecturas, num. 6. 8. 9. 10. & 31.

Referuntur Conjecturæ pro realitate Cambii Justificanda numer. 11. 17. 18. 20. 23. 24. & sequenti.

7 *Constitutio Pii V. de Cambiis non damnat Cambia tanquam sicca illa, in quibus literæ absolute non conficiuntur, sed illa in quibus literæ non conficiuntur, & pecunia repetitur cum lucro in loco, ubi data fuit.*

11 *Liberculus, vulgo* scartafaccio, *probat realitatem Cambii, quando fuit conscriptus, ac missus ad nundinas a Campsoribus, & in eo continentur Negocia, & Cambia ad alias personas spectantia, & in nundinis inter alios Mercatores, seu Campsores tractata, & conclusa, & num. 12. & 38.*

13 *Liber, vulgo* scartafaccio, *non probat realitatem Cambiorum per Creditorem cum se ipso celebratorum, que vocantur vulgo* Martorelli *seu* colla ricorsa.

Et de ratione ibid. num. 14. & 39.

Contrarium, quando hæc Cambia remanent aliunde comprobata numer. 15. 20. 21. 22. & 40.

16 *Falsitas non præsumitur, quando nulla adesse potuit Causa, vel utilitas in eam committendo & numer. 19.*

Item excluditur ex inverisimilitudine, quod plures personæ in illam conspirare voluerint numer. 18. & 25.

17 *Cambii realitas justificatur ex Computis transmissis ad nundinas, si recipiens non contradixit.*

Item ex partitarum multiplicitate attenta præsertim illarum distinctione in singulas ferias cum anno-

tatio-

tatione temporum, & subordinata annotatione num. 24.

Item ex solutione aliorum Debitorum num. 26.

23 *Scriptura mortui habet præsumptionem veritatis, cum nemo præsumatur immemor salutis æternæ.*

27 *Ex fructibus prius deduci debent expensa facta pro ipsis fructibus consequendis.*

Item expensa pro cultura, & Custodia, seu conservatione dictorum fructuum facta, numer. 28.

Item expensa litis facta pro defensione bonorum numer. 29.

32 *Testis contra inducentem plenè probat.*

33 *Testis contra detrectantem dare interrogatoria plenè probat.*

34 *Repetitio Testium dari solet expensis petentis, si omiserit in termino sibi per Judicem assignato exhibere Interrogatoria.*

Contrarium verius, quando intervenit longa, ac geminata contumacia repetere volentis numer. 35.

36 *Ad salvandam Depositionem Testium deponentium de tempore cum dictione in circa imminuitur aliquid de tempore.*

37 *In Literis Cambii an sufficiat, quod nomina Debitorum exprimantur in eis in Cista.*

41 *Nullitas non debet induci, quando à lege non fuit inducta.*

42 *Actus præsumitur gestus cum omnibus solemnitatibus, donec contrarium probetur ab eo, qui illum impugnat.*

43 *Maximè quando res est de solemnitatibus extrinsecis, & sumus in extrajudicialibus.*

44 *Præsumptio implementi, & diligentiæ pro aliis temporibus locum habet, quando docetur pro parte temporis implementum secutum fuisse.*

45 *Lex ubi aperte non disponit in præteritum, non censetur habere oculos retro, sed tantum determinare Casus futuros & num. 46.*

47 *Onus cambiandi quando impositum fuit Debitori, si ipse non cambiat, tenetur ad damna, & interesse Creditori, non tamen tenetur præstare provisiones, quas idem Creditor passus non fuit.*

Secus si onus cambiandi injunctum fuit Creditori, nam tunc Creditor lucratur provisiones conventas, quamvis invenerit Mercatorem benevolum, qui illas ei, vel in totum, vel in partem remiserit num. 49. & 50.

48 *Onus cambiandi residet de jure penes Creditorem, quando aliud in contrarium non appareat.*

Florentina Cambiorum.

Vulgò *Martorelli*, seu *colla Ricorsa*

DECISIO AUTHORIS, *ET* DISCURSUS CXLIX.

DUdum coram Nobis agitata Causa inter DD. Saminiatos, & Guasconos, & Dom. Philippum Eschini uti hæredem quond. D. Joannis Philippi Boscoli mediante Persona D. Albertæ ejus Matris, & hæredis immediatæ quondam ejusdem Boscoli occasione cujusdam Cambii in sorte unciarum 215. 27. 4. monetæ Panormitanæ, de quo idem D. Boscoli de anno 1652. 7. Aprilis se constituerat debitorem erga Rationem Bancariam olim cantantem Panormi sub nomine dictorum DD. de Saminiatis, & Guasconis, per Nos denique declarata fuit eadem Ratio Bancaria Creditrix nedum de dicto capitali unciarum 215. 27. 4. verum etiam de omnibus cambiis, & recambiis à dicta die 7. Aprilis anni 1652. decursis, usque ad annum 1675. quo tempore dicta Ratio defecit, mandantes insuper in computo dictorum Cambiorum per Peritos calculatores ineundo contraponi suis respectivè temporibus nitidum fructuum retractum, quos DD. Saminiati, & Guasconi perceperunt à quibusdam bonis ad dictum Bosculum spectantibus, deducta tamen ex dicto fructuum retractu tanta summa, quantam importabant expensæ factæ à dictis DD. Saminiatis, & Guasconis occasione cujusdam litis per RR. Moniales S. Matthæi Arcetri, & S. Jacobi Viæ Ghibellinæ, & per eosdem Creditores in defendendis dictis bonis ab eis administratis acriter felicique exitu sustentæ.

Etenim, quoad primam nostræ resolutionis partem, quemadmodum ea unicè dependet ab ea inspectione, an scilicet in casu nostro satis constaret de realitate Cambiorum per DD. Defensores D. Eschini oppidò controversa. Nos itaque primum in quo verè consistat hæc cambiorum realitas ostendere necessarium ducimus, & successivè ex quibus comprobationibus illa in casu nostro abundè resultet, demonstrabimus.

Præmittimus itaque ad Cambiorum veram essentiam, seu realitatem inducendam nil aliud requiri, nisi quod cambium verè & realiter factum fuerit pro alio distanti loco, & cum sincerà intentione, ut sequatur solutio in illa Feria, vel Platea distanti, pro qua cambium contractum fuit, & sine dubio talis realitas appareret, si in loco distanti, pro quo initum fuit Cambium, de facto sequuta fuerit solutio, ut egregiè tradit Concivis, nec non ex Nobili Collegio Doctorum, & Judicum Januæ olim Collega meus doctissimus *Raphael de Turr. in celebri tractat. de Camb.* 1
disput. 1. quæst. 11. numer. 15. & Scacc. de Commerc. §. 1. quæst. 7. part. 3. limit. 5. numer. 6. & §. 6. gloss. 1. num. 76. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. quæst. 6. num. 2235. & similiter in recambiis tunc veritas, & realitas intervenisse dicitur, cum mediante solutione in nundinis, vel Plateis saltem virtuali, quæ fit per directionem scripturæ à Procuratore Creditoris plures personas ad id explendum necessario repræsentantis, 2
in illius scatafacio ad nundinas sibi transmisso exaratam, verè, & realiter debitum primi cambii extinctum fuit, ac aliud renovatum, & sic deinceps de Feria in Feriam, vel de Platea in Plateam verè hujusmodi gyrus, seu circulatio pecuniæ debitæ continuata fuit cum vera extinctione semper præcedentis cambii, & integra alterius renovatione, ut latè hanc materiam agendo tradit dictus *Turre de Cambiis disput. 3. quæst. 1. per totam & quæst. 3. numer 5. & 6. cum pluribus sequentibus & quæst. 7. num. 16. & 17. & quæstion. 8. num. 36. & Nos in disc. 26. num. 7. & 8. de Commerc.* cum pluribus ibi citatis, & ut clarius constat à praxi latè exposita per *Joannem Dominicum Peri nel suo Negoziante part. 2. cap. 11. per tot.*

Hinc statim palam fit, quod literæ cambii, nec 3
non literæ itus, & reditus, vulgo *dell' andata, e ritorno*, sive spacia non sunt de essentia cambii, neque ad substantiam Cambiorum, & recambiorum in aliquo pertinent, sed sunt tantum media, cum quibus perficitur, sive executioni demandatur Cambium, & recambium, vel illud majori facilitate probatur, ut optimè docent *Navarr. in manual. confess. cap. 17. de usur. circa cambia num. 289. & in cap. naviganti de usur. num. 21. Duard. de Camb. §. 1. quæst. 33. num. 8. & seq. & numer. 23. & seq. Scacc. de Commerc. §. 1. quæst. 5. numer. 10. & 13. & quæst. 7. part. 3. limit. 5. num. 6. & §. 6. gloss. 1. num. 76. vers. imò nec litera, Turr. de Camb. disput. 1. quæst. 11. numer. 14. 15. 16. & quæst. 17. in princip. & disput. 2. quæst. 1. numer. 5. 6. & quæst. 7. num. 23. in addit. ad dec. 33. post illius tractat. de Camb. lit. A. Saderin. respons. 20. num. 32. §. Primo loco vers. nec Litera Cambii, Du Puy de Art. Literar. Camb. cap. 5. in prin. Castan. decis. 4. num. 12. & 14. Card. De Luca de Camb. disc. 6. nu. 7.* latè *Caroell. Disquisit. Jurid. fol. 251. numer. 16. usque ad num. 52. & fol. 254. numer. 9. cum plurib. seqq. & fol. 258. num. 4. cum plurib. seqq. lib. 1.* & plene Nos supra *disc. 59. num. 10. 11. & seqq.* & adeo hoc verum 4
est, ut in arbitrio Cambistæ omnino positum sit cambium, vel recambium, aut per literas, aut per alia quæcumque media sibi melius bene visa exequi facere, ut firmavi cum authoritatibus desuper congestis in *dict. disc. 59. num. 11.*

Et quamvis hæc verissima sint, & in comperto 5
apud omnes, qui materiam hanc Cambiorum bene intelligunt, attamen fuit olim inter Doctores non modica controversia, an Literæ Cambii, aut literæ itus,

& reditus, seu specia in Cambiis sint necessaria ad justificandam seu probandam hanc realitatem Cambiorum, & recambiorum, quæ quæstio majus fomentum habuit à Bulla Sancti Pii V. in hac materia post eum edita ad effrænandas usuras, seu tollendas fraudes, quæ sub specie Cambii à Mercatoribus committi possent, per quam Bullam videtur pro justificanda hac Cambiorum, & recambiorum veritate, seu realitate requiri dictas literas, saltem reditus vulgo *del ritorno* ut videre est ex *Rot. Florent. dec.* 478, *num.* 3, penes *Palm. Nep. tom.* 5. *& Card. De Luc. de Camb. disc.* 5. *& disc.* 6. *& disc.* 12. *n.* 2. & alibi, *Rot. Rom.* penes eundem *Card. De Luc. de Cred. dec.* 1. 2. *&* 3. *Turr. de Camb. disp.* 1. *quæst.* 11. *num.* 14. *cum seq.* & alibi *Scacc. de Commerc. dict.* §. 1. *quæst.* 7. *par.* 3. *limit.* 5. *per tot.* & alibi *Rocc. Episcop. cap.* 95. *nu.* 1. *& seq. Amat. resol.* 27. *num.* 18. *& seq.*

Verum in fractione, vel sæpius iterata discussione hujus materiæ tandem apud modernos fere omnes Doctores melius de ea instructos prævaluit opinio, utpotè in jure verior, & veris innixa principiis, quod iste modus probandi transmissionem, ac circulationem pecuniæ per literas, quamvis frequentiori Sacræ Rotæ
6 Romanæ placito alias canonizatus appareat, non sit de forma substantiali, & per consequens non excludat, nec Creditori adimat potestatem, ut in cæteris materiis, hujusmodi probationem faciendi aliis æquipollentibus documentis, vel conjecturis, quibus Judex certus, aut persuasus reddatur de sincera, & reali Cambii, & recambii effectuatione in nundinis, seu Plateis, ut pluries firmavit *Rota Florentina*, & præsertim in *Florentina Cambiorum* 21. *Martii* 1710. *coram D. Auditore de Vieris*, & latius in altera *Florentina Cambiorum* 14. *Januarii* 1712. *coram D. Auditore Bonfinio*, quæ est inter *dec. Lucen. dec.* 478. *num.* 4. *tom.* 5. cum pluribus ad satietatem ibi citatis.

7 Neque verum est, quod ex verbis dictæ Constitutionis Sancti Pii V. colligatur, quod damnentur tanquam ficta illa Cambia, in quibus non fuerunt confectæ literæ, sed ea tantum damnari constat, si ultra defectum literarum reposcatur per Creditorem pecunia cum interesse in eodem loco ubi fuit ab eo Debitori soluta, ut doctè, & late respondendo dictæ Bullæ advertit *Turr. de Camb. disput.* 1. *quæst.* 11. *numer.* 15. *usque ad num.* 16. *Duard. de Camb.* §. 3. *qu.* 28. & egregiè *quæst.* 33. *& quæst.* 35. *num.* 23. *& seq. & quæst.* 37. sed etiam admisso, quod ex verbis dictæ Constitutionis Pianæ hujusmodi probationem per lite-
8 ras fieri deduci posset, attamen non ita judaice secundum materialem verborum sonum arguenda est mens illius Summi Pontificis, nam sicuti ea fuit obviandi fraudibus, ne sub specie Cambii mutuum cum usuris celebretur, ideo literas utpote modum, quem meliorem ille credidit ad probandam Cambii realitatem, in Cambiis requisivit, ita omnes alii casus, ubi de talis realitate, licet nullis confectis literis, per æquipollentes probationes satis constaret, & sic eadem mens, & finis Pontificis haberetur, per illius constitutionem exclusi censeri non debent, ut in similibus terminis alterius Bullæ ejusdem Sancti Pontificis quoad census editæ cum pluribus authoritatibus firmant *Episcop. Rocc. disput. Select. cap.* 126. *numer.* 52. *cum seq.* & punctim in nostra constitutione super Cambiis *Turr. de Camb. disput.* 1. *quæst.* 11. *num.* 15. *Scacc. de Commerc.* §. 1. *quæst.* 7. *limit.* 5. *num.* 6. *&* §. 6. *gloss.* 1. *n.* 76. *vers. Imo nec litera*, *& Card. de Luca de Camb. disc.* 2. *num.* 9. *& disc.* 6. *&* 7. & alibi passim, & latè Nos *in disc.* 59. *numer.* 12. 13. *&* 14. & generaliter in quacumque alia sanctione, Bulla, seu lege
9 *Rota dissert.* 21. *numer.* 51. *& Sadorin. respons.* 20. *numer.* 34. *& seq.* latissimè *Ansald. de Commerc. disc.* 82. *numer.* 18. cum pluribus auctoritatibus, præsertim decisionibus ab eo citatis, & *Rot. coram Falconer. tit. de fide instrum. & de edend. dec.* 4. *num.* 2. 3. *tom.* 3. *Scopp. ad Grat. dec.* 94. *num.* 23. 24. *&* 25.

10 Cum itaque ex præmissis verum certumque sit, quod pro realitate Cambii, aut recambii non exigantur necessario literæ, neque accessus, neque reditus, sed ea utique probari possit etiam per quodcumque probationis genus, ac etiam per conjecturas *Rot. nostra in d. Florentina Cambiorum, coram D. Auditore de Vieris* §. *Nihilominus*, *& in altera Florentina Cambiorum, coram D. Auditore Bonfini impress. inter dec. Lucen. dec.* 478. *num.* 4. *tom.* 5. ex quibus animus Judicis juxta illius prudens Judicium quoad veram, & realem Cambiorum circulationem certus remaneat, rectè propterea in casu præsenti licet nullæ fuerint productæ per dictos DD. Saminiatos, & Guasconos literæ sive itus, sive reditus, de realitate, ac veritate circulationis Cambiorum de Feria in Feriam per eos factæ usque ad annum 1671. ex sequentibus circumstantiis, & conjecturis arbitrio nostro admodum sufficientibus constare dijudicavimus.

Primo enim, cum in casu nostro producti fuerunt 11
libri, vulgo per mercatores *scartafacci* appellati Rationis Bancharie dictorum DD. de Saminiatis, & Guasconis continuatè singularum Feriarum cursu amplectentes totum tempus, quod à die creationis prædicti Cambii intercessit usque ad diem anni 1671. atque adamussim nomen continentes nostri Debitoris, & distinctam quantitatem illius debiti in singulis Feriis extincti, simulque ex illius quemadmodum cinere regenerati, cumque etiam de accessu, seu transmissione horum librorum ad nundinas, eorumque reditus non ambigatur, utique illi vice literarum tam itus, quam reditus funguntur, earumque efficaciam obtinent ad plene justificandam realitatem Cambiorum, quemadmodum in puncto firmant *Turr. de Camb. disput.* 2. *quæst.* 17. *numer.* 54. *Ansald. de Commerc. disc. fin. & general. num.* 163. *Cardin. de Luc. in Summ. de Camb. num.* 7. *Rot. coram Bich. dec.* 481. *n.* 1. 2. *& dec.* 557. *n.* 19. *& in recent. dec.* 304. *vers. unde satis est part.* 4. *tom.* 1. & sæpius discusso articulo firmavit *Rota nostra Florentina*, & novissime plenius *in dicta Florentina Cambiorum* 21. *Martii* 1710. *coram D. Auditore de Vieris*, & in altera *Florentina Cambiorum* 14. *Januarii* 1712. *cor. D. Auditore Bonfinio*, quæ est inter *dec. Lucen. recollect. à Palm. Nepot. dec.* 478. *num.* 5. *tom.* 5.

In nihilo refragante quod hujusmodi scartafacia 12
concludere soleant, quando in illis continentur negotia, quæ cum aliis Bancheriis in nundinis acta fuerunt, nam sicuti quoad ea quilibet Feriarum Bancherius in fine nundinarum ex negotiis contentis in suis scartafaciis tenetur extrahere Bilancium, illudque tradere in actis, & apud acta Cancellariæ Magistratus Feriarum deponere ad hunc finem, & effectum, ut per Consules, & Consiliarios ex his omnibus Bancheriorum Bilanciis insimul collatis unum postea universale Bilancium totius Feriæ efficiatur, ex quo cognosci valeat, an Bilancia singulorum Bancheriorum rectè procedant, & usquequo non inveniatur illud Bilanciare, Feria non completur ut ex *cap.* 13. ordinationum Feriæ una cum additione facta sub anno 1609. 22. Octobris per Serenissimam Rempublicam Januensem impress. post *Turr. de Camb.* ita per necessariam consequentiam dicta scartafacia, quoad dicta negotia acta ad invicem inter Bancherios, plenam fidem faciunt, quia ex correspondentia per dictum Bilancium universale comprobata indubitate habetur veritas eorum, quæ in nundinis inter omnes Bancherios, tam quoad tractas, remissas, quam Cambia, recambia, aliasque negotiationes contigerunt, alias si talis veritas non appareret, non posset fieri dictum universale Bilancium, sine quo Feriæ compleri, & claudi non possunt; ut super dicto *cap.* 13. *& addit. prædicta* discurrendo, latè advertit idem *Turr. de Camb. disp.* 2. *quæst.* 1. *num.* 18. *& quæst.* 17. *num.* 53. 54. 55. *& post eum Rot. dec.* 481. *num.* 1. 2. *&* 3. *& dec.* 501. *num.* 11. *coram Bich.*

Secus vero quando in dictis scartafaciis continen- 13
tur, ut in casu nostro, illa negotia, seu cambia, vulgo nuncupata Florentiæ *Martorelli*, & alibi *colla ricorsa* de quibus non solet, neque necesse est in nundinis dari Bilancium à Bancherio, nam quemadmodum hæc genera Cambiorum complentur cum uno tantum Bancherio ex facultate tradita à Debitoribus Creditori cambiandi etiam in se ipso, nempe per Tractas, & Remissas eidem, vel ejus Procuratori in nundinis directas, quas respective mediante reduplicatione personarum acceptando, sibique solvendo ipse extinguit primum Cambium, & in aliud renovatum remittit debitum ad locum, unde ordinata fuit Tracta, & quemadmodum etiam istæ simultaneæ

Tra-

Tractæ, & Remissæ uni., & eidem Bancherio factæ
inter se æquales esse debent; ita non est necessarium
de illis in nundinis tradi Bilancium Cancellario Ma-
gistratus Feriarum, prout in aliis negotiis ad invicem
explicatis, tractatis, & completis inter omnes Feria-
rum Bancherios requiritur, ut mox supra diximus,
juxta dictum *cap.* 13. regularum Feriæ, ob necessita-
tem formandi Bilancium universale totius Feriæ, per
quod cognosci valeat, an negotia omnia in nundinis
conclusa ad invicem ab omnibus Bancheriis exæquen-
tur, & singula singulis rectè respondeant, ut egre-
giè explicat *Turr. de Camb. disput.* 2. *quæst.* 20. *num.*
14 2. secus verò, inquam, quando in scartafaciis hæc
Cambiorum computo, vulgo *Martorelli* continen-
tur, de quibus non fuit datum Bilancium, & sic
comprobata non fuerint ex aliis nummulariorum Bi-
lanciis, neque ex dicto Bilancio universali totius Fe-
riæ, sed semper, & quandocumque etiam extra nun-
dinas de facili in dictis scartafaciis supponi, ac effin-
gi potuerunt, profectò non videtur hæc scartafacia
quoad dicta computa, seu Cambia probationem rea-
litatis sufficientem posse constituere *Turr. de Camb.
loc. citat. & Rot. Florentina in dicta Florentina Cam-
biorum, coram D. Auditore Bonsin. impress. inter decis.
Lucen. tom.* 5. *dec,* 478. *num.* 6. *&* 7.

Quandoquidem in casu nostro hujusmodi objectio
procederet, si dicta circulatio Cambiorum, & recam-
biorum in dictis scartafaciis tantum Rationis nummu-
lariæ DD. de Saminiatis, & Guasconis descripta ali-
unde non remaneret comprobata, verum quia ad il-
lius justificationem quamplura concurrunt conjectura-
rum argumenta oppido efficacia ad suadendum Judici
illius veritatem, in cujus arbitrio penitus repositum
15 est probationis pondus, ut punctualiter monet *Rot.
Florentina in dicta Florentina Cambiorum coram D.
Audit. de Vieris* §. *Nihilominus* ideo nos penitus de
iis, quæ in objecto pluries inculcata fuerunt, nullam
rationem habuimus.

Primo enim loco advertendum est, quod cum dicta
scartafacia dictæ Rationis DD. de Saminiatis, & Gua-
sconis fuerint singulis Feriis à die creati Cambii, us-
que ad annum 1671. verè transmissa ad nundinas,
ex quo continent alia computa tractata, & conclusa
in nundinis cum aliis Bancheriis, seu eorum Procu-
ratoribus ibi existentibus, quo posito prorsus incredi-
bile sit, quod eodem tempore in iisdem scartafaciis,
quæ transmissa ad nundinas fuerunt pro computis
aliorum Mercatorum, omisisset dicta Ratio Bancha-
ria de Saminiatis, & Sociorum transmittere ad eas-
dem nundinas dictum computum D. Boscoli, quia,
cum ex tali omissione transmissionis dicti computi ei-
dem Rationi nihil utilitatis resultaret, quinimò ma-
ximi præjudicii, nihilque majoris laboris, & impen-
dii in illo transmittendo illa sentiret; utique præsu-
mendum est, quòd illud quoque dicti Domini Bosco-
li, quod in singulis scartafaciis singularum Feriarum
scriptum legitur, verè ad singulas Ferias fuerit trans-
missum, aliàs præsumi deberet falsitas absque ulla in-
16 terveniente causa, aut motivo, & ubi tam de facili ea
evitari, vel absque ea obtineri potuisset per DD. Sa-
miniatos, & Guasconos illud idem, quod ab eis cupie-
batur, & ubi demum illa redundasset in præjudicium
eam committentium, quod, utpotè à recta ratione tam
alienum, non est dicendum, neque cogitandum, jux-
ta latè tradita ad propositum nostrum per *Menoch. de
præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 20. *numer.* 47. 48. *&* 49. *&
cons.* 231. *num.* 7. *Farinac. de simulat. & falsit. quæst.*
153. *num.* 203. *per tot. &* 204. *& cons.* 164. *num.* 15.
lib. 2. *Cravett. cons.* 75. *num.* 14. *Roland. cons.* 38. *nu.*
39. *lib.* 1. *Bertazol. cons.* 8. *n.* 4. *lib.* 1. *Port. Imol. cons.*
95. *n.* 14. *Rot. Roman. cor. Falconer. tit. de falsit. &
simulat. dec.* 6. *num.* 11. *tom.* 1. *& Rot. ad Card. De
Luc. de Testam. dec.* 1. *num.* 6. & in proximis terminis
Rot. coram Merlin. dec. 636. *num.* 7. *& coram Ottho-
bon. decis.* 29. *num.* 71.

Secunda, & admodum efficax elicitur conjectura ex
libris dictæ Rationis legaliter tentis, nempè ex libro
17 dictæ Rationis vulgò nuncupato *Quaderno de' Cambj*,
in quo de die in diem reperiuntur omnia dictæ Ra-
tionis negotia, & in specie hoc metipsum computum
Cambii D. Boscoli continuatum de Feria in Feriam
usque ad annum 1671. cum omnibus suis respectivè
recambiis in singulis Feriis annotatis; nec non ex al-
tero libro vulgò *maestro*, ubi similiter tale compu-
tum de Feria in Feriam per viam circulationis re-
cambiorum cum suis Tractis, & Remissis ad nundi-
nas, continuatum apparet, quam conjecturam ex hu-
jusmodi libris Creditoris deductam ad effectum admi-
niculandi Cambiorum veritatem, vel realitatem optimè
approbat *Card. De Luc. de Camb. disc.* 6. *num.* 8. *&
disc.* 13. *num.* 5. *alter De Luc. de plural. hom. cap.* 92.
nu. 5. *in fin. Rot. cor. Priol. decis.* 296. *nu.* 22. *& part.*
14. *recent. dec.* 126. *nu.* 19. *vers. tum ex libris*, egre-
giè *& coram Crisp. decis.* 121. *nu.* 4. *&* 13. *tom.* 1. ab-
sque eo quod obicem ingerant nonnullæ authoritates
allegabiles in contrarium, quia istæ tantum procedunt
ubi non concurrunt, prout hic, aliæ circumstantiæ,
vel præsumptiones veritatem, seu realitatem Cambii
suadentes, ut ingenuè fatentur *Rot. Episc. cap.* 95. *n.* 5.
& 12. *Rot. dec.* 392. *n.* 7. *par.* 16. *rec. & Rot. dec.* 126.
n. 19. *par.* 14. *Card. De Luc. de camb. disc.* 6. *n.* 8. *&
disc.* 15. *num.* 4. *& alii supra citati num.* 6.

Tertia desumitur ex ea maxima inverisimilitudine,
quod nempe tot personæ potissimum nobiles, & no-
toriæ, ac probatæ fidei dictam Rationem componen-
tes, nec non tot illius diversi de tempore in tempus
renovati Ministri, qui in libris ejusdem Rationis scri-
pserunt tum in dictis scartafaciis, tum in libro vul-
go *Quaderno Cambiorum*, tum in libro magistrali,
vulgò *maestro* ad hujusmodi falsitatem nedum semel,
sed & pluries, & pluries, & per tot annorum decur- 18
sum committendam concurrerint, egregiè *Staiban.
Jun. resol.* 34. *num.* 19. 20. 21. *&* 22. *& Resol.* 79. *nu.*
6. 7. 8. 9. *& seq. & ibi Adden. Mans. consult.* 569. *n.*
20. 22. *& num.* 23. *Becc. cons.* 102. *nu.* 27. *Surd. cons.*
132. *num.* 21. 22. *ad* 25. *Ansald. disc.* 65. *num.* 16. *&
disc.* 27. *numer.* 2. *Farinac. de falsit. & simulat. quæst.*
153. *num.* 216. *& seq. & cons.* 164. *num.* 13. *lib.* 2. &
in puncto realitatis cambiorum *Rot. coram Royas dec.*
439. *num.* 4. quod longè magis quoad ministros in- 19
verisimile est censendum, quia nullam in patrando
tali crimine utilitatem pro se consequebantur. *Fari-
nac. de falsit. & simulat. quæst.* 153. *numer.* 204. *Becc.
cons.* 102. *num.* 25. *&* 26. *Menoch. de præsumpt. lib.* 5.
præsumpt. 20. *num.* 48. *Mans. consult.* 569. *num.* 21. ac
Doctores mox supracitati §. *Primo enim loco*.

Quarta validissima, imò per se solum concludens
probatio, exurgit à stylo mercatorum Florentiæ, qui
non solent in cambiis, quæ girant cum se ipsis, spac-
cia, neque literas missivas scribere ad nundinas, sed
earundem literarum loco in suis scartafaciis, antequam
ea ad eorum Procuratorem nundinarum mittantur,
describere nomina debitorum, & quantitatem debiti, 20
seu illorum computa, ut testatur *Rota nostra Floren-
tina in dict. decis.* 478. *numer.* 25. *inter decis. Lu-
cens. recollect. à D. Palm. nepot. tom.* 5. unde dicen-
dum sequitur, quod quemadmodum quoad literas mis-
sivas, vel spaccia, licet illæ, vel ista quandocumque
de facili supponi, aut effingi possint à Creditoribus
cambiantibus cum se ipsis, usus invaluit apud omnia
Tribunalia ad effectum se aptandi ingenuæ mercato-
rum praxi, & bonæ Commercii fidei, quod de illis
ratio habenda sit tanquam de sufficienti probationis
genere ad justificandam realitatem cambiorum, & re- 21
cambiorum, ut tradunt *Rot. coram Priol. decis.* 296.
num. 20. 21. *& seq. & Rot. Rom part.* 14. *decis.* 126.
num. 17. 18. *& seq.* egregiè *Cardin. De Luc. de camb.
disc.* 1. *num.* 18. *&* 19. *& disc.* 2. *num.* 9. *& Rota no-
stra Florentina inter recollect. à Palm. nep. decis.* 478.
n. 12. *tom.* 5. *Ansald. de commerc. disc.* 65. *nu.* 13. *&*
14. ita quoque per Nos, ut hujusmodi mercatorum
Florentiæ stylo judicium accommodemus, de istis com-
putis debitorum ab eis descriptis in scartafaciis, ante-
quam mittantur ad nundinas, utpotè loco literarum
missivarum subrogatis, potissimum ex aliis libris corro-
boratis, eadem ratio haberi debet, licèt talis descriptio
computorum subjaceat alterationi, vel antidatæ suspi- 22
cioni, vel quandocunque etiam post nundinas à Cre-
ditoribus in dictis scartafaciis effingi, ac supponi possit;
ut videtur insinuare *d. decis.* 478. *num.* 11. *&* 12. &
melius ipse rationis discursus convincit, & in terminis,
quod pari omninò passu ambulare debeat, tam, id
quod de jure disponitur, quam quod ad illius simili-
tudinem, vel æquiparationem per consuetudinem Flo-

tentiæ introductum est, firmat *Magon. decis. Floren.* 35. *num.* 9. & 10.

Quinta demum, quæ omnes prædictas conjecturas summum convalidat, deducitur ex morte omnium tam Principalium, quam Ministrorum dictæ Rationis de Saminiatis, & Guasconis *Staiban. Jun. locis supra relat. num.* 18., quia per mortem scribentis, vel sociorum maxima eorum Rationum Libris fides augetur, præcipue in casu nostro, ubi mors omnium etiam Ministrorum sequuta fuit; nam summum inverisimile, immò impium ferè esset si asseri deberet, quod omnes immemores vitæ æternæ absque ulla declaratione falsitatis à se in libris commissæ in tertii præjudicium decedere voluerint ad latè optimeque tradita per *Genuam de*
23 *Scriptur. privat. lib. 4. de libr. ration. numer.* 16. *cum plurib. seqq. fol. mihi* 188. *Christin. decis.* 143. *numer.* 9. *cum seq. libr.* 1. *Soccin. Sen. consult.* 187. *numer.* 16. *vers. non parum libr.* 2. *Cravett. cons.* 275. *num.* 6. & 7. *Magon. decis. Florent.* 95. *num.* 6. *Mans. consultat.* 40. *numer.* 20. *Rot. decis.* 225. *numer.* 3. 4. & 5. *part.* 10. & *part.* 17. *decis.* 314. *num.* 6. 7. & 8. & *coram Burats. dec.* 230. *numer.* 2. 3. & *dec.* 603. *num.* 4. & *part.* 17. *rec. dec.* 132. *num.* 17. & *part.* 18. *dec.* 538. *numer.* 22. 12. 15. & *decis.* 587. *num.* 24. & 25. & in puncto Cambiorum *Rot. cor. Royas. decis.* 439. *num.* 4.

Sexta conjectura desumitur ex multiplicitate aliorum similium Cambiorum, vulgo *Martorelli* in omnibus, & singulis Feriis per dictam Rationem de Saminiatis, & Guasconis continuatorum, attenta præsertim punctuali eorum distinctione in singulas Ferias cum annotatione temporum, ac subordinata continuatione tum in dictis scartafaciis, tum in aliis eorum Libris Rationis exarata, quæ siquidem multiplicitas eo magis illorum realitatem comprobat, cum non sit verisimile, quod eadem Ratio Bancaria, illiusque ministri per continuatas vices in falsitatibus perseverare voluerint *Soccin. Sen. cons.* 187. *num.* 16. & in puncto
24 *Rot. coram Bich. dec.* 557. *num.* 20. & *dec.* 565. *num.* 11. *Card. De Luc. de Camb. disc.* 6. *num.* 8. *vers. secundo registra*, & *Rot. Rom. dec.* 126. *num.* 20. *part.* 14. *recent.* nec non impudenter se exponere periculo, quod de facili posset per aliquem ex suis Ministris illius falsitas detegi, vel per aliquem ex suis debitoribus in
25 aliqua Feria in falsitate deprehendi *Becc. cons.* 102. *numer.* 27. *Surd. cons.* 132. *num.* 20. *in fin.* & *num.* 21. 22. 23. 24. & 25. *Rot. post Merlin. de Pignor. dec.* 17. *num.* 10. & in terminis ferè punctualibus *Mans. cons.* 569. *num.* 22. & 23.

Quæ conjectura in immensum augetur ex eo, quod, quamplures alii debitores in dictis scartafaciis simili modo descripti ex causa Cambiorum, vulgo *Martorelli*, prout descriptus fuit dictus D. Boscoli, solverunt dicta Cambia absque ulla eorum contradictione, ut in
26 puncto hanc conjecturam considerat *Card. De Luc. de Camb. disc.* 6. *num.* 8. *vers. secundo registra in medio*, & *Rot. cor. Bich. decis.* 565. *numer.* 11. & Nos supra *disc.* 2. *num.* 12. *vers. item probatur*.

Quo vero ad alteram nostræ sententiæ partem, qua declaratum fuit nitidum retractum fructuum exactorum à dictis DD. de Saminiatis, & Guasconis ex bonis dicti D. Boscoli debitoris pro concurrenti quantitate compensatum fuisse cum expensis ab eis factis in defendendo dicta bona à molestia, & lite contra eadem bona promota à RR. Monialibus Sancti Matthæi, & S. Jacobi, & ideo per Peritos Calculatores in Calculo dicti Cambii ineundo ad computum dicti Cambii contraponi tantum deberi residuum dicti retractus fructuum, quod ex dicta compensatione, ut supra admissa, supererit, moti fuimus ad ita judicandum tum ex regula, quod ex fructibus semper prius
27 deduci debent expensæ factæ pro consequendis dictis fructibus. *Gall. de fructib. disput.* 2. *art.* 7. *num.* 5. & *num.* 20. *ac* 21. *Merlin. de pignorib. libr.* 5. *quæst.* 45. *num.* 27. *Bersan. de compensat. cap.* 2. *quæst.* 19. *nu.* 7. tum quia expensæ pro cultura, sive gratia fructuum, vel pro conservatione, seu custodia bonorum compen-
28 sentur cum fructibus, vel in fructus imputantur, ut tradunt *Bersan. de compensat. cap.* 2. *quæst.* 6. *num.* 48. & latiùs *cap.* 2. *quæst.* 19. *nu.* 2. *cum plurib. seqq. Guttierez de compensat. lib.* 1. *quæst.* 6. *nu.* 90. *Trentacinque de compensat. lib.* 3. *num.* 24. *vers. sexto*, *lib.* 3. *Gall. de fructib. disp.* 2. *art.* 7. *num.* 27. & 28. & in puncto
expensarum litis factarum pro defensione bonorum *Larrea decis. Granat.* 88. *num.* 11. *Garz. de expens. capit.* 29
14. *num.* 27. *Cyriac. contr.* 61. *n.* 32. *Pacion. de locat. cap.* 34. §. 1. *num.* 22. 26. & 28. & §. 3. *num.* 81. *vers.* & *multo magis Gall. de fructib. disput.* 2. *artic.* 7. *numer.* 28.

Hæc mea Decisio fuit revocata in gradu Appellationis per DD. Auditores Calderonum, & Urbanum, dissentiente tamen Domino Auditore Piccinini; Sed deinde fuit in omnibus confirmata per alios Tres Judices, nempe per Dominum Auditorem Finetti, & DD. Advocatos, Rotam, & Giojam sub *die* 28. *Martii* 1733.

Sequitur decisio Rotæ Florentinæ coram D. Auditore Hieronymo Vieri.

FLORENTINA CAMBIORUM

Sabbati 21. *Martii* 1710.

DOminus Comes Rodulphus de Bardis usque, & sub die 3. Novembris 1665. dedit ad cambium Clarissimo D. Senatori Laurentio de Corsinis summam, & quantitatem scutorum biscentum, quæ deinde ob restitutionem eidem Comiti factam scutorum centum de anno 1667. & aliorum scutorum quinquaginta de anno sequenti, stetit in solo residuo scutorum 50. Vita functo de anno 1702. præfato Domino Comite, Venerabilis Societas S. Nicolai Barensis de Terra Vernii, egit contra dictum D. Senatorem in Tribunali Mercantiæ pro dicto residuo sortis una cum cambiis usque ab initio proportionabiliter decursis, qua causa avocata per Supremum Magistratum, Nobisque ad referendum commissa, unanimes censuimus, cambia esse legitima ab anno 1675. usque ad annum 1700. in quibus propterea unà cum prædicto residuo Capitalis præfatum Dominum Senatorem condemnavimus, reservatis Juribus dictæ Ven. Societati pro aliis Cambiis annorum antecedentium, & pro augumento, quod exindè resultaret in cambiis dictorum annorum 25. sicuti & pro aliis in petitione contentis.

Quod enim attinet ad sortem residualem in scutis quinquaginta, nulla fuit inter Partes altercatio, cum ea resultaret ex dicta Apoca Cambiaria diei 3. Novembris 1665. in summa scutorum biscentum, de qua *Proc. Actricis fol.* 1. junctis in illius diminutionem præfatis solutionibus scutorum centum, & scutorum quinquaginta, sicuti nec pro parte Venerabilis Societatis prætendebantur cambia ab anno 1700. imposterum agnoscentis ingenuè sibi obstare Legem diei 31. Augusti 1693. quæ ne mole adeo excrescentium usurarum pauperes debitores opprimerentur, moderamen imposuit cambiis currentibus; atque cohibuit creditorum avaritiam intra limites septennii, prout latiùs in eadem Lege.

Tota difficultas residebat circa legitimitatem aliorum cambiorum, de qua tamen per totum dictum tempus annorum 25. ab anno scilicet 1675. usque ad annum 1700. satis constare visum fuit.

Licèt enim ad probandam actualem transmissionem pecuniarum ad nundinas regulariter exhiberi soleant saltem literæ, quas nuncupant reditus, quæ cum sint
responsivæ, & supponant literas missivas, ut vulgò 30
dicitur *dell' andata*, apud correspondales sufficientem probationem circulationis cambiorum constituunt juxta receptam opinionem, de qua *Cardin. De Luca de camb. disc.* 6. *numer.* 4. & 5. & *disc.* 15. *numer.* 3. *Ansald. de commerc. & mercat. discurs.* 65. *numer.* 6. *Casareg. pariter de commerc. discurs.* 26. *numer.* 4. *Rot. decis.* 304. *num.* 2. *part.* 4. *tom.* 1. *recent.*

Nihilominus non est adeò abbreviata manus Judicum, ut si illis constiterit per aliud genus probationum æquè benè, ac per literas de reali transmissione pecuniarum ad nundinas pro realitate cambiorum judicare non debeant, probationes namque non sunt affixæ certo modo, nec certis formulis, sed remissæ sunt religioni, & arbitrio Judicantium, qui omnibus
in statera Justitiæ diligenter appensis discernere de- 31
beant, an adsit illa præponderantia, quæ in suis respectivè casibus Partium intentionem disponentium voluntatem, vel aliquod factum concludant, ad tra-

ad tradita per *Paul. de Castr. in l. Lucius Titius num. 4. ff. de his, qui notantur infamia; & in l. admonendi num. 39. ff. de jure juran. Dec. cons. 219. versus finem lib. 1. Rot. dec. 14. nu. 10. inter impress. ad Card. De Luc. super conflict. leg. & ration. in Mantiss. & decisc. 16. num. 5. & decis. 254. num. 18. inter recollect. per Palm. Nep.* & in specie cambiorum dictum fuit *in Florentina Cambiorum 2. Januarii 1645. §. Non tamen, & seqq. cor. Mariono libr. Mot. 113. à 199. Gait. de cred. cap. 2. tit. 7. quæst. 6. num. 2235. Scacc. de commerc. §. 1. quæst. 7. par. 9. limit. 5. num. 6. Turr. de camb. disput. 2. qu. 11. num. 15.*

Quapropter eum in præsenti literæ reditus paterentur exceptionem, quod fuissent per Procuratores in nundinis in albo subscriptæ, sicuti deponit Petrus Paulus Varesius super nono, qui utpotè per dictam Vener. Societatem inductus, contra illam plenè probat,
32 ut pluribus cumulatis *Rot. decis. 11. numer. 9. coram R. P. D. Ansaldo.*

Domini non hæsitarunt concludentem probationem actualis transmissionis pecuniarum ad nundinas haurire in hoc casu ex liberculis illis, quos mercatores nuncupant *Scartafacci*, illi etenim ab anno 1675. usque ad annum 1700. fuerunt transmissi ad singulas ferias, ad personas, quas pro tempore DD. de Bonguglielmis de Florentia in suos Procuratores elegerant, absque eo quod unquam in hac diligentia cessatum fuerit, & ante missionem fuerunt in illis inscripta nomina singulorum debitorum cum suis distinctis quantitatibus, & si aliquando id non patiebatur angustia temporis, fuerunt transmissi una cum ipsis literis, seu spaciis, sicuti resultat ex depositione sex Testium, quorum unus in specie, nimirum D. Sebastianus Casini, qui, ut admittebat idem D. Senator, per plures annos versatus fuit in Banco DD. de Bonguglielmis, & signanter cum anno 1692. usque ad annum 1700. scripsit in præfatis liberculis nomina debitorum, constanter asserit, se per spatium vigintiquinque annorum vidisse in illis continuò inscriptum nomen, de quo præcisè agitur, scilicet dicti Domini Senatoris Laurentii de Corsinis sub cifra L. C. quæ utique usque ad evidentiam ostendunt, quod continuò fuerit transmissum computum ejusdem Domini Senatoris de Corsinis ad nundinas, ad Procuratores in illis constitutos per dictos DD. de Bonguglielmis pro complenda legitima circulatione cambiorum, & quod adimpletis adimplendis exindè fuerit remissum ad Civitatem Florentiæ ob non sequutam extinctionem, sive solutionem dicti D. Senatoris, quod idem solet expleri per literas missivas, & responsivas, sive, ut vulgo dicitur, *dell' andata, e del ritorno*, seu implicitè per literas reditus tantùm, sufficientes, ut supra, pro concludenti probatione legitimitatis cambiorum. His autem Testibus, quamvis examinatis dumtaxat super articulis dictæ So-
33 cietatis in contumaciam præfati Domini Senatoris interrogatoria dare detrectantis plena fides adhiberi debet, teste *Bald. in capit. per tuas num. 7. de testibus, Farinac. de testib. quæst. 63. numer. 73. Ferentill. ad Burat. dec. 100. num. 28. & 29. Rot. cor. Ludovis. dec. 351. num. 46. & 47.*

Non curato, quod idem D. Senator ex post pro repetitione eorundem Testium institerit, quamvis enim ea regulariter indulgeri soleat propriis expensis petentis, si omiserit in termino sibi per Judicem assignato
34 exhibere interrogatoria, quemadmodum advertit *Ridolphin. in prax. judiciaria part. 1. cap. 11. n. 102. Caput. pariter in prax. tom. 1. par. 2. cap. 1. n. 104.*

Quando tamen intervenit longa, ac geminata contumacia repetere volentis, prout hic, ubi D. Senator non solùm non dedit interrogatoria in solito termino sibi assignato, verum etiam, nec ullam fecit instantiam repetendi in alio termino dierum duodecim ei dato à Supremo Magistratu sub die 2. Septembris 1710. sub comminatione publicationis examinis pro utraque Parte, immò nonnisi post cœptam discussionem ejusdem examinis coram Nobis, & post plures menses, nempe sub die 23. Januarii sequentis, itaut etiam supputato tempore legitimi impedimenti Procuratoris ejusdem Domini Senatoris, longa illius assurgat contumacia, jus acquiritur alteri Parti, & non admittitur amplius talis repetitio, quæ ad evitandam tantum expeditionem reputatur
35 in his circumstantiis adinventa, sicuti pluribus relatis distinguit *Constan. ad Stat. Urb. adnot. 9. num. 62.*

Nullatenùs relevante, quod nimium criticando dicta præfatorum Testium, illis incusentur, vel de non præcisa depositione circa tempus, quo viderint scribere scartafacia, eaque transmittere, nec individuent terminum *à quo*, nec terminum *ad quem*, vel quod deponant inverisimilia, & respectivè contraria, ut D. Cæsar Ruota tertius Testis, qui examinatus de anno 1710. postquam super tertio, & quinto testatus fuerat se vidisse scartafacia D. Hylarionis de Bonguglielmis, eorumque scripturationem à quadraginta annis citrà, seu per spatium quadraginta annorum, descendit ad D. Dominicum ejus filium, & super 10. deponit se vidisse scribere ab eo scartafacia à triginta annis citra, quod implicat, cum & eodem tempore duo retinere non possent scartafacia super iisdem negociis; Et primus Testis D. Antonius Cosci deponit de punctuali scripturatione dictorum liberculorum ante transmissionem ad nundinas, quam D. Sinibaldus Corbolus dicit, quod aliquando trasmittebantur scartafacia una cum spaciis; quæ non potuerant in illis propter angustiam temporis inscribi, quæ videntur inter se contraria.

Quoniam quod attinet ad individuationem temporis, seu termini *à quo*, & termini *ad quem*, illa satis superque resultare visa fuit pro dicto tempore annorum viginti quinque ab anno scilicèt 1675. ad annum 1700. pro quo cambia diximus esse legitima, quia tam primus, quam quintus Testis deponit de hoc, & majori tempore, & secundus Testis, nempe D. Sebastianus Casini, qui scripsit in scartafaciis ut supra usque ad annum 1700. præcisè individuat super scripturatione visa, vel facta nominis D. Senatoris Laurentii Corsini per annos viginti quinque, junctis etiam mandatis Procuræ transmissis ad nundinas per dictos de Bonguglielmis ad effectum complendi circulationem cambiorum.

Quo verò ad alias exceptiones inverisimilitudinis, & impossibilitatis, & contrarietatis, incipiendo ab hac ultima, quæ dicitur intercedere inter primum, & tertium Testem, potius visa fuit quædam minus diligens distinctio respectu dicti primi Testis, cum in substantia ambo concordent, quod cum scartafaciis transmitteretur computum D. Senatoris.

Cessat autem omnis inverisimilitudo, & impossibilitas quoad depositionem D. Cæsaris Ruota, cum il-
le deponat de tempore cum dictione *in circa*, qua 36
stante ad salvandam depositionem Testium imminuitur aliquid de tempore per ea, quæ habet *August. Barbos. tract. var. dict. 154. numer. 2. 3. 4. & 5. & numer. 8. Rot. decis. 24. numer. 3. coram Bich. decis. 722. numer. 7. coram Burat. ibique adden. & decis. 52. num. 4. inter recollect. ad Card. De Luc. de jurepatr. in Mantiss.*

Minus officit, quod nomen D. Senatoris in liberculis expressum non fuerit, quia cum fortasse pro majori honestate fuerit appositum sub cifra L. C. de reliquo individuante *Laurentium Corsini* sufficienter illud inscriptum, & transmisum dici debet, & sicuti non impediebatur Dominus Senator recognoscere suum debitum, ac illud pro libitu in feriis extinguere, ita nihil detrahit hic modus legitimitati Cambiorum, quicquid dicendum esset in casu, quo omnia nomina con-
fusè, & in folle absque ullo peculiari signo fuisent 37
transmissa sicuti perbellè *Rota dec. 1901. num. 12. & dec. 2202. num. 2. cor. Coccin.* & his relatis in illa celebri *Florent. Cambiorum, coram D. bon. mem. Audit. Farsetto, seu decis. 314. num. 27. inter recollect. per Palm. Nep.*

Pariter non refragatur, quod hujusmodi scartafacia concludere soleant, quando in illis continentur negotia, quæ cum aliis in nundinis tractantur, quatenùs respectu debiti, & crediti habent relationem ad alia scartafacia, & bilancia aliorum Bancheriorum, quibus si non correspondetent, fieri non potuisset generale bilancium, sine quo nundinæ non dicuntur completæ *Ansald. de commerc. & merc. disc. gener. num. 163.
Rot. decis. 481. num. 1. 2. & 3. & dec. 501. num. 11.* 38
cor. Bich. secus verò quando continentur hujusmodi cambia, quæ nuncupant *Martorelli*, de quibus necesse non est dare bilancium, neque comprobantur ex aliorum Mercatorum bilanciis, cum quibus non tractatur, sed

Procurator in feriis mediante ricursa sibi solvit, & postea remittit debitum ad locum unde ordinata fuerat Tracta, ut propterea totum effingi possit absque vera, ac reali transmissione, ac circulatione talis, ac talis debiti contra naturam perfectæ probationis, quæ con-
39 sistit in faciendo fidem Judici rei controversæ, ut advertit *Schard. in suo Lexic. jurid. verb. probare*.

Siquidem hæc procederent, si fides adhiberi vellet præfatis liberculis utcumque, & præcisivè ab aliis circumstantiis, verùm concurrentibus prædictis circumstantiis quòd nimirùm fuerint transmissi ad singulas nundinas, & ante missionem in illis scripta nomina singulorum debitorum distinctè cum quantitate eorum debiti, & in specie nomen D. Senatoris, de quo agitur, per spatium vigintiquinque annorum, eadem scartafacia pro dicto tempore annorum vigintiquinque remanent prorsus immunia à deductis in objecto, & à quacumque umbra variationis, & consequenter non apparet cur concludentem probationem facère non debeant ex eadem ratione, quod posita invariabilitate plenissimam probationem constituunt, quoad negocia, quæ cum aliis tractantur, ut præter hic supra allegatos
40 *Turr. de Camb. disp. 2. quæst. 17. num. 54. & in dicta Florentin. Cambiorum 2. Januarii* 1645. §. *Nec mirum coram Mariono*.

Absque eo quod subjungi mereretur, quod saltem dicta scartafacia ad hoc, ut probent, debeant esse subscripta à Consule cujuslibet feriæ, seu saltem debeant apparere de illorum exhibitione coram Cancellario earumdem feriarum, ut ex quibusdam capitulis, quæ circumferebantur concordatis de anno 1622. inter Mercatores pro negociationibus Placentiæ, signanter *cap.* 9. §. *Et atteso*, reperito de anno 1685. *cap.* 10.

Quoniam quicquid sit, an subscriptio prædicta cœperit practicari à diligentibus ab anno 1685. in posterum juxtà depositionem D. Sinibaldi Corboli super 14. in præsenti aliundè probatum remanebat, atque conclusum ex supradictis scartafacia cum computo, de quo agitur, fuisse ad nundinas transmissa, ut opus non esset talem probationem deducere, vel excludere ex subscriptione, vel non subscriptione Cancellarii, sive Consulis feriarum, ad quem effectum duntaxat, quoad scartafacia Cambiorum, quæ nuncupant *Martorelli* adinventa videtur, & de cætero nullibi apparuit, quod exhiberi debeant coram Cancellario feriarum præfati liberculi, & quod in defectu talis exhibitionis indicta sit nullitas cambiorum, dum Capitulum prædictum præfefert duntaxat, quod exhiberi, & dimitti debeant coram Cancellario feriarum mandata Procuræ etiam ab illis Procuratoribus, qui non habent occasionem dandi bilancium, solùmque pariter in casu contraventionis in non dimittendo dicta mandata Procuræ indicit nullitatem per hæc formalia verba: *E* „ *che in pena della contravenzione tutti i passamenti* „ *di scrittura, che da qui avanti occorreranno farsi* „ *sotto nome d' altri senza l' effettuale dimissione del-* „ *la legittima Procura, siano invalide, e di niun* „ *valore, nè possa il Creditore astringere il Debito-* „ *re al pagamento dell' interesse de' Cambj* „ non enim
41 inducere debemus nullitatem ubi lex non induxit *ad text. in l. dissentientis, C. de repudiationibus, & in cap. illa, ne sede vacante*.

Mandata verò Procuræ hic fuisse dimissa penes Cancellarium singularum nundinarum satis superque constitit, quia agitur de actu completo, & præsumptio stat pro validitate actus, quodque fuerit gestus cum omnibus solemnitatibus donec, & quousque contrarium concludenter doceatur ab altera parte, quæ illum impu-
42 gnat, ex plenè cumulatis per *Augustin. Barbos. tractat. var. axiom. 12. num. 17. 18. & 19.*

Maximè quando res est de solemnitatibus extrinsecis,
43 & sumus in extrajudicialibus, prout hic *Rot. cor. Ubald. decis. 90. num. 12. & coram Pamphil. decis. 340. num. 6.* & quando pro parte temporis ab anno scilicet 1685. ad annum 1692. docebatur adimpletum fuisse prædictæ exhibitioni per attestationem D. Joannis Antonii Philippi Rodolfi Cancellarii substituti in nundinis Placentiæ *Proc. Societatis fol.* 80. ut propterea eò faciliùs intrare debeat illa præsumptio implementi, & diligentiæ
44 pro aliis temporibus, de qua *Rota decis. 111. num. 9. & 10. part. 17. recent. & decis. 30. num. 9. Card. De Luc. de usur.*

Ejusdem ponderis repertum fuit id, quod dicebatur, quod saltem ob nullam factam notificationem per creditorem debitori, atque illius altum silentium ab anno 1668. ad annum 1702. motæ litis non debeantur cambia, nisi per septennium stante enunciata lege diei 30. Augusti 1693. Præfata namque constitutio (ultra quod ubi demandat notificationem faciendam debitoribus, non loquitur de cambiis currentibus, prout sunt ea, de quibus agitur, sed de cambiis limitatis) quando per possibile comprehenderet ibidem hujusmodi cambia, utique quoad hæc contracta per triennium & amplius ante illius publicationem non privaret creditores non notificantes præcisam summam eorum crediti debitoribus cambii suo interesse à toto tempore, & quousque ab initio celebrationis contractus, excepto septennio, sed obligaret duntaxat eosdem creditores ad notificandum in futurum à die publicationis ejusdem legis completis singulis septenniis, & in casu non factæ notificationis elapso septennio, vel respectivè non factæ renovationis ejusdem notificationis ordinaret cessationem interesse, donec sequatur præfata notificatio, & sic respectu horum contractuum remaneret semper salvum tempus præteritum, & curreret septennium à die publicationis, quod protraheretur in præsenti ab anno 1693. ad annum 1700. prout præcisè usque ad dictum tempus petiit cambia Venerabilis Societas, ut diximus, & est etiam de regula quod ubi lex apertè non disponit in præteritum, non censeatur habere oculos retrò, sed determinare casus 45
futuros *cap. final. de constit. l. leges, Cod. de leg. Rot. decis. 22. numer. 4. inter impress. ad Cardin. de Luc. de legat. decis. 23. num. 11. ad Card. De Luca de regular.*

Non attenta replicatione, quod in alia parte lex generaliter inhibeat, quod tam qui dabit, quam etiam qui dedit ad cambium non possit tenere sub cambiis currentibus debitorem plusquam per septem annos, ut in §. *Che chi ha dato* „ ubi „ *Che chi ha dato, o darà in avvenire danaro a cambio à persone non nego-* „ *zianti, non possa tenere il debitore su' cambj correnti,* " *o come suol dirsi con la ricorsa, più che per sette an-* " *ni, quali passati, cessino gl' interessi,* " ideoque semper stat, quod in vim præfatæ constitutionis D. Senator non sit obligatus ad hujusmodi cambia inspecto toto dicto tempore plusquam per septennium, siquidem non controvertitur per Venerabilem Societatem creditricem, quod D. Senator non teneatur, nisi per septennium ab anno 1693. à die publicationis præfatæ legis ad sensum ejusdem legis, sed non exindè infertur, quod pro toto tempore à die initi contractus non teneatur nisi per septennium, & quamvis loquatur etiam de iis, quæ ante publicationem illius legis dedissent ad cambium, non per hoc septennium currere debet ante dictam publicationem, sed post ex regula, de qua allegati in §. *Ejusdem*, quibus addi potest *Rot.* 46
decis. 76. nu. 7. cor. R. P. D. Ansaldo, & in individuo solemnis res judicata Supremi Magistratus diei 27. Junii 1702. *in causa ejusdem D. Comitis Rodulphi de Bardis cum D. Laurentio della Nave ad relationem DD. Auditorum Bonaventure Neri Badia, bon. mem. Caroli de Bizzarrinis, & Alexandri de Bellutiis*.

Denique non obstat, quod in omnem eventum ex cambiis, & recambiis detrahi deberet illa rata provisionum, quam Creditor passus non fuit, dum ex quadam simplici attestatione D. Salustii Mariæ de Bonguglielmis exhibita sub die 2. Martii 1710. apparebat, quod pro tenui summa librarum quadraginta annuarum titulo provisionum transmittebantur ad nundinas nomina Debitorum, & computum D. Comitis de Bardis, quod de anno 1665. ascendebat ad summam scutorum 3429. & de anno 1698. excreverat usque ad conspicuam quantitatem scut. 47272. Etenim non versamur in casu, quo onus cambiandi impositum fuerit debitori, qui non cambiando tenetur ad damna, & interesse creditori, inter quæ non computantur pro- 47
visiones, quas idem creditor passus non fuit, neque in illis fuit damnificatus, ut latè firmatum in *Florentina Cambiorum 16. Martii* 1708. §. *Quo verò ad provisiones, coram me*, sed in alio diverso casu, quo onus prædictum residebat penes creditorem, prout de jure, alio non apparente, residere debet *Rota in Romana Cambii 8. Februarii 1691. in princ. cor. Ursino inter recollect. ad Card. de Luca de usur. dec.* 15. in his quippè 48
termi-

terminis creditor lucratur provisiones conventas, licèt non integrè omnes passus fuerit, quia fortè repererit benevolum Mercatorem, qui illas in totum, vel in partem eidem Creditori remiserit, neque debitori aliquod
49 damnum exinde oritur, cum ille uni provisiones solvere debeat, vel Mercatori, vel creditori, sicut in puncto *Card. de Luc. de Camb. disc. 8. num. 4. & disc. 10. num. 8. & disc. 17. num. 4. Rot. in Romana Cambii 5. Maji 1694. §. Parum coram Molines*, maximè quia inter Mercatores hujusmodi condonationes fieri
50 consuescunt remunerandi causa, quia in similibus contingentiis alter alteri idem, vel simile practicari soleat, ut propterea eò magis integrè deindè reperi valeat à suis debitoribus, ad tradita per *Rotam decis. 45. nu. 3. & sequentibus part. 4. tom. 2. & decis. 121. num. 17. part. 13. recent.*

ARGUMENTUM.

Administrator, hæres, seu Executor an absque Libris rationem Administrationis reddere valeant:

Et an stetur eorum Juramento quoad Librorum amissionem.

Occultatio Librorum per Hæredem quando non præsumatur.

Inventarium quando reddatur nullum ex Omissione rei non descriptæ.

SUMMARIUM.

1 *Tutor, Curator, & Administrator potest Rationem reddere sine Libris, & aliundè, quando sine ejus culpa Libri deperditi sint.*

2 *Administrator non admittitur ad Jurandum super Librorum amissione, sed debet eam concludenter probare, quando constat de precedenti Librorum existentia.*

Quod procedit etiam in ejus Herede n. 4.

Contrarium verius n. 5. & seqq.

3 *Libri Administrationis præsumuntur fuisse in hereditate, & ad heredes pervenisse.*

5 *Amissio Libri probatur juramento ejus, qui alias edere tenetur, concurrentibus Conjecturis.*

6 *Communis Opinio Doctorum, non est ea, quæ est omni Jure destituta.*

Sed quæ magis Rationibus fundatur, quàm majori Doctorum numero, num. 9.

7 *Consuetudo judicandi non inducitur ex erroneis Sententiis, vel Decisionibus.*

8 *Judex debet illam opinionem sequi, quam Doctores bene firmaverint.*

10 *Litis contestatio non inducitur ex sola Libelli oblatione, sed requiritur, ut lis etiam ventiletur.*

11 *Præsumptio, quod Libri Administrationis apud Heredes reperiantur, est præsumptio Juris, quæ per aliam præsumptionem contrariam eliditur.*

12 *Heres non præsumitur velle occultare Libros, quando ex illorum occultatione nullum Commodum, ac utilitas ei redundat, & n. 27.*

Præcipuè concurrentibus Conjecturis, quæ recensentur n. 26. & 28.

13 *Dolus excluditur ex qualitate personæ Nobilis.*

14 *Inventarium probat nil aliud fuisse in hereditate repertum, nisi quod fuit in eo descriptum, & num. 31.*

15 *Libri Administrationis comprehenduntur sub generali Descriptione Scripturarum facta in Inventario.*

16 *Nullitas Inventarii non causatur ob descriptionem Scripturarum in genere factam.*

Præcipuè si Administratores sibi reservarunt imposterum omnes Scripturas singillatim recensere, tunc enim superveniens illorum declaratio retrotrahitur ad tempus Inventarii n. 17.

18 *Inventarium dicitur nullum, si mobilia descripta fuerint absque expressione valoris, & qualitatis, ob Suspicionem, ne una res pro alia subrogetur.*

Contrarium verius ex generali consuetudine, numer. 19.

20 *Omissio alicujus Rei in Inventario non nocet, nisi evidenter probetur fuisse dolosam.*

Præcipuè si concurrant signa Dolum excludentia, num. 21.

Quin imo sufficit pro validitate Inventarii quælibet Causa, vel Credulitas, quod aliqua res non debuisset describi, num. 22.

23 *Inventarium non redditur nullum ex omissione rerum, quæ breviter consumi debent.*

Item nec ex omissione rei modici Valoris n. 25.

24 *Omissio alicujus rei non vitiat Inventarium, nisi constet de precedenti rei existentia.*

29 *Dolo, vel culpa Testatoris adscribi nequit, si Executores ab initio elegit, qui ab omnibus bonæ fidei reputabantur, si postea aliquid fraudis, vel Doli per eos committatur, sed potius adscribi debet Casui fortuito.*

30 *Restitutio in Integrum competit Causæ Piæ institutæ adversus omissum Solemne Inventarium hæreditarium.*

Florentina Redditionis Rationis.

DECISIO AUTHORIS.
ET
DISCURSUS CL.

JUxta prudentissimum Supremi Senatus placitum super præjudiciali articulo priùs decidendo Nobis commisso; An per hæredem, sive pro eos per DD. Executores quondam D. Nerii Philippi de Claro absque Libris Administrationis, quæ circa hæreditatem, vel bona qu. Dom. Capitanei Antonii de Generottis ab eodem Dom. de Claro tamquam illius post mortem Executore relicto, gesta fuit, ratio reddi valeat, affirmativè respondendum esse duximus.

Quandoquidem pro indubitato habuimus in jure,
quod ubi libri administrationis, vel quia non fuerint
confecti, vel fuerint amissi citra culpam, vel dolum 1
Tutoris, Curatoris, vel hujusmodi Administratoris, vel
eorum hæredum, exhiberi ampliùs non valeant, utique
eis etiam absque libris reddendæ rationis subsidiarius locus denegari minimè debet, ut communiter tradunt *Rota decis. 165. num. 15. part. 11. recent. Urceol. consult. 55. numer. 10. & ibi in 3. append. numer. 1. & 10. 11. & 12. Rota coram Emerix decis. 151. numer. 3. Ansald. de Commerc. disc. 37. numer. 44. & disc. 52. num. 28. Eminent. De Luc. de Tutor. disc. 6. & disc. 17. Rocc. Episc. cap. 143. num. 26. Rot. Rom. decis. 77. num. 4. 5. part. 4. tom. 2. & decis. 648. num. 9. part. 13. rec. & cor. Cerr. decis. 534. num. 9.*

Neutiquam refragante, quod ex facto appareat in casu nostro administrationis libros fuisse per dictum quondam Dominum de Claro confectos, ex quo inde emergat juris præsumptio, quod nedum prædicti Libri extiterint, ac conservati fuerint usque ad mortem dicti Domini de Claro, nisi de eorum deperditione, vel alio hu-
jusmodi fortuito casu per veras, & concludentes proba- 2
tiones, & non per juramentum eos exhibere debentis in contrarium modo doceatur, ut latè tradunt *Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 4. numer. 37. & 55. Paitell. exped. civ. 62. in adnot. numer. 5. & seq. Ab Eccles. observat. 50. numer. 2. Add. ad Buratt. decis. 278. numer. 13. Dunoz. Jun. decis. 555. numer. 7. Bertachin. vot. 8. n. 7. Rot. coram Seraphin. decis. 1224. n. 2. Bonden. collect. 42. num. 66. & 74. lib. 1. & Rot. Rom. in rec. decis. 115. num. 6. part. 17.* & plenissimè *D. Audit. Luci inter meos discurs. de Commerc. disc.*
102. num. 14. & 15. Verùm etiam quod illi remanse- 3
rint in ejus hæreditate, & ad manus hæredum pervenerint *Valenz. consil. 21. n. 76. & seq. Add. ad Greg. decis. 199. numer. 6. Paitell. dict. adnot. ad exped. 62. numer. 9. Rot. coram Cerrin. decis. 901. num. 2. & sequentibus, & D. Audit. Luci inter meos discurs. de Commerc. disc. 102. numer. 17.* Quamobrem sequitur, quod ipsimet administratoris hæredes ad eamdem Librorum exhibitionem, qua Defunctus obstringebatur, omninò teneantur, minusque sub prætextu cujuscumque
juramenti se ab eorum productione eximere valeant 4
Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 77. numer. 3. & seqq. & meliùs *lib. 6. præsumpt. 61. numer. 10. & seq. & cons. 354. per totum Excob. de ratioc. cap. 10. n. 6.*

Capyc.

Capyc. Latr. decis. 123. numer. 13. & seq. Rot. coram Cavaler. decis. 545. & penes *D. Audit. Calderon. resol. 96. num. 85. & seq. Ansald. de Commerc. disc. 66. num. 8. Ceffin. penes Mans. cons. 492. numer. 1. Bertachin. voc. 8. num. 8. Rot. decis. 387. numer. 2. & seq. part. 11. & decis. 115. num. 5. part. 17. & decis. 105. num. 2. & seq. part. 18. & decis. 197. num. 18. part. 12. Add. ad Pamphil. decis. 238. numer. 1.* cum aliis citatis *d. nost. discurs. 102. n. 17.*

5 Nam primum responsum fuit, quod hæc opinio contra hæredes non videtur in jure posse sustineri, quia contra eam stant aperti gemini Textus, nempe in *leg. alio Cod. de in lit. juran. & l. fin. §. Paulus respondit, ff. de fidejuss. & nominatorib. & hered. tutor. & curat.* de quibus nulla per Doctores, ac Decisiones in contrarium adductas mentio facta fuit, ut apprime rectè advertit *Andreol. in controv. 35. à numer. 14. usque ad fin.* ubi propterea mordicus pluribus etiam citatis contrariam sustinet Sententiam, quam pariter sequuntur, *Cyriac. controv. 344. num. 79. Rot. coram Ludovis. decis. 199. num. 2. & coram Millin. decis. 51. numer. 2. & decis. 344. num. 6. & 7. & cor. Benincasa decis. 49. num. 10. & cor. Seraphin. decis. 692. n. 10. Ab Eccl. observ. 51. num. 20. & per tot. Mans. consult. 470. numer. 20. & cons. 471. num. 18. & 19. Panimoll. decis. 163. num. 38. tom. 3. Card. de Luc. de Judic. disc. 28. num. 29. De Luc. ad Gratian. cap. 71. num. 10. vers. e contra, & num. 17.* ac plenè discusso articulo *Rota nostr. Florent. in Florentina Confirmat. Tenuta Lib. Mot. 105. a 397.* quam refert & sequitur *D. Audit. de Comit. in decis. 51. num. 13.* & denique præ cæteris latius in *Florent. Exhibit. Libror. super juram. in lit. 17. Februar. 1719. coram D. Audit. Bellutio ex numer. 44. cum pluribus sequentibus usque ad numer. 56.* quo loci, ultra ponderationes factas super Statuto nostro Florentino, quod videtur ad favorem hæredum disponere, considerat ab hac opinione, utpote in hac nostra Curia per plures res judicatas canonizata, ac prædictis punctualibus Textibus innixa, nullatenus esse recedendum, licet prior contra hæredes videatur majori Authoritatum, vel Decisionum aliorum Tribunalium numero fulcita. Nam ubi error juris, vel facti manifestè apparet, frustra quæritur de majori numero Decisionum, vel Doctorum, qui erroneam sequuti fuerint opinionem, quandoquidem eis, licet essent innumeri, nullibi permissum est sibi fingere, vel inducere communem
6 opinionem, quæ esset omni jure destituta, ut notat *Dec. in cap. si duobus de appell. paulo ante numer. 62. vers. & quia communis,* eoque longe minus contra expressam juris, seu legis dispositionem, ex traditis per *Rot. decis. 214. numer. 6. part. 16. recent. & Rot. Lucan. inter recollect. à D. Palm. Nep. tom. 1. decis. 5.*
7 *numer. 15.* ubi quod ex erroneis decisionibus, vel sententiis oriri numquam potest aliqua consuetudo judicandi in futurum, idemque præ cæteris melius comprobat *Eminentissimus* tam pro dignitate, quam in scientia legali *Cardin. de Luc. de Judic. disc. 35. num. 84. & 85.* ubi docet, quod Doctores non sunt numerandi numeratione arithmetica, sed ponderandi, ac videndi, si aberrant à juris nostri principiis, quia non licet umquam Professoribus legum ab illis deviare, & ridiculum penitus esset, si Judex cæca fide opinionem seque-
8 retur, non considerando, si illam Doctores bene firmaverint, & ante eum *Cyriac. controv. 17. numer. 7. & controv. 118. numer. 30. ac Rot. decis. 17. num. 4. & 9. part. 7. recent.* quæ recessit à communi, quam non invenit rationibus innixam; Etenim communis opinio illa dicitur, quæ melioribus rationibus fundatur, quam quæ super majori Doctorum calculo fundamen-
9 ta collocavit *Ciarlin. controv. 106. numer. 51.* Quare pro universali documento scriptum reliquit *Senec.* morum magister in *capit. 1. de vit. beat. quod nihil magis præstandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non qua eundum, sed qua itur, &c. nec ad rationem, sed ad similitudinem vivimus, aliisque perimus exemplis,* cum iis, quæ desuper latè congessit doctissimus *De Velasc. de judic. perfect. rubr. 14. annot. 1. n. 51. 52. & seq.*

Et quamvis exadverso diceretur, quod opinio Andreoli se fundantis super dicto gemino Textu, videatur procedere quando lis non fuerit contestata cum defuncto, & sic eam applicari non posse casui nostro, ubi in vita Domini de Claro fuit contra eum porrectus petitionis libellus, ex qua dumtaxat petitione vigore Statuti Florentini litis contestatio inducitur; Attamen de facili corruit objectum, advertendo in facto, quod post porrectionem Libelli nil aliud ab Actore in vita Domini de Claro actum fuit, inde ea litis contestatio, quæ in vim Statuti Florentini orta fuisset ex sola Libelli præsentatione contra Dominum de Claro, vim contestationis numquam habuit, vel statim amisit, ac
Actor post petitionem ultra non fuerit progressus, ut 10
ad interpretationem d. Statuti Florentini optimè, ac punctualiter notat *Asin. in prax. §. 17. capit. 1. vers. præcedens conclusio numer. 3. vers. præterea, & Fontanell. decis. 274. numer. 7. 8. 9. & 16. Tiraquell. de retract. lignager. §. 15. gloss. 2. sub numer. 9. vers. & idem cum pars.*

Secundo loco respondebatur, quod prædicta Doctorum opinio administratoris hæredibus contraria, locum habet dumtaxat in casibus, in quibus nulla urgeret præsumptio in contrarium ad favorem ipsorum hæredum, secus vero si aliqua pro eis militaret præsumptio, vel legalis, vel ex conjecturis in contingentia casus concurrentibus elicita, ratio quippe ea est, quod quemadmodum opinio hæredibus contraria super sola juris præsumptione fundatur, ita per aliam oppositam juris præsumptionem ea tollitur, vel saltem ita demum vires amittit, ut ab jurando se libros non habere, hæres non amplius repelli valeat, prout punctualiter colligitur ex ipsomet *Menochio* (altero ex Antesignanis contrariæ opinionis) *de præsumption. lib. 6.* 11
præsump. 61. num. 5. vers. hic casus, & melius *nu. 15. vers. præterea, & secundo respondetur,* & pleniùs ex *Cyriac. d. controv. 544. num. 79. & seq. ac Rot. nostr. Florent. in d. Florent. Exhibit. Libror. cor. D. Audit. Bellutio num. 56.*

Quæ sane limitatio optimè adaptatur casui nostro, ubi ad favorem DD. Executorum militat altera juris præsumptio, vel saltem sat superabundant conjecturalia argumenta prædictæ contrariæ juris præsumptionis exclusiva, per quæ de hac librorum non existentia penes Dominos Executores certe fundetur intellectus.

Primò enim advertendum est in facto, quod hic non agitur de hæredibus, contra quos, uti interesse habentes in hæreditate, urget præsumptio occultationis librorum, in quibus sanè terminis loquuntur omnes authoritates pro præsumpta eorum existentia penes hæredes adductæ, sed de executoribus, quorum favore aliter de jure præsumendum; Nam prorsus inverisimile videtur, quod absque ullo eorum commodo, ac utilitate velint ad alterius favorem, dolum,
vel fraudem committere, ac de mammona iniquitatis 12
animæ Testatoris hæredi institutæ suffragari, ex traditis per *Rot. cor. Merlin. dec. 757. num. 5. 6. & cor. Royas decis. 54. num. 2. & decis. 81. num. 2.* & Nos *disc. 6. num. 5. de Commerc.* ac punctualiter *Dom. Audit. de Comit. decis. 51. numer. 56. juncto numer. 60. & Cyriac. controv. 544. numer. 92. & 93.* addita ulterius qualitate personali DD. Executorum, inter quos adest Rev. Dom. Petrus Socci Sacerdos, & Prior Ecclesiæ Parochialis S. Luciæ hujus Civitatis, qui præ optimis moribus, ac probatæ vitæ integritate ad animarum curam meruit promoveri, in qua semper summa cum laude se gessit.

Inspecta igitur hujusmodi dignissima Executoris per- 13
sonali qualitate, eo minus præsumi debet, eum cum propriæ conscientiæ detrimento librum prædictum occultare, vel subtrahere voluisse, ut punctualiter docent *Rota ad De Luca de Testam. decis. 20. in 2. numer. 21. & decis. 21. num. 3. Balducc. ad Ramon. observ. 35. num. 36. & Dom. Audit. de Comit. decis. Florent. 51. n. 57.* & in similibus terminis *Rot. Florent. in d. Florent. Exhibit. Libror. cor. D. Audit. Bellutio num. 9.*

Minimeque officere visum fuit interesse, quod dicebatur habere dictus Rever. Prior Socci in dicta hæreditate ob legatum ususfructus ejus vita durante relicti de quodam Prædiolo ab hac Civitate paulum distante, quia vires Patrimonii Defuncti perquam longe exuberant creditum exadverso petitum, unde, quamvis esset ad ejus solutionem hæreditas condemnata, nullo periculo dictum legatum amittendi dictus Rever. Prior subjaceret.

Acco-

Accedente his omnibus Inventario Tutelari per dictos DD. Executores statim eadem die post mortem Testatoris condito, ex quo constat, nullam mentionem factam fuisse de libris, sed de foliis, ac scripturis tantum, quas imposterum seligere, ac distinctè describere sibi reservarunt dicti Domini Executores; Ejusmodi sanè Inventarium (quidquid sit inter hæredem, & creditores, vel legatarios) respectu tamen Tutorum, vel Executorum ad effectum reddendæ rationis abunde probat, nil aliud fuisse in hæreditate repertum, nisi quod fuit in eo descriptum, ad
14 latè tradita per *D. Audit. de comitib. in Pisana Immiss. 10. Julii 1714.* & in terminis docent *Rot. decis. 165. numer. 15. & 16. part. 11. & post Munoz. de ratiocin. decis. 9. numer. 17. Adden. ad Pamphil. decis. 97. num. 12. Urceol. consultat. capit. 55. in 3. append. numer. 4.* præsertim attenta bona fama, & probitate Tutorum *Rota d. decis. 165. num. 17. part. 11. recent.*

Neglecta penitus contraria animadversione, quod attenta descriptione scripturarum in genere, defectuosum dijudicari debeat prædictum Inventarium, vel ad minùs, cum sub appellatione scripturarum in genere etiam libri comprehendi valeant, cessare non videatur juris præsumptio, quod inter dictas scripturas in genere annotatas in Inventario, adfuerint libri administra-
15 tionis, prout ratiocinatur *Rot. post Card. De Luc. de Testam. dec. 45. num. 6. & 9.*

Etenim quoad primam objecti partem dicebatur, verum non esse, quod ob descriptionem scripturarum in
16 genere factam, aliqua nullitas Inventario de jure causetur, in puncto *Rot. Rom. decis. 256. numer. 8. part. 19. cor. Coccin. decis. 151. num. 9. & cor. Caprar. decis. 224. numer. 11. Andreol. controv. 38. numer. 10. & d. decis. 45. num. 9. post Card. De Luc. de Testam.* Quo verò ad alteram (omisso, an scripturarum appellatione comprehendi possint libri) placuit pro illius resolutionis satis convincens observatio, quod in casu nostro sibi reservarunt DD. Executores singillatim describere omnes scripturas, quas in genere in Inventario adnotarunt, cujus reservationis vigore possint ipsi quandocumque declarare etiam extrajudicialiter, quales fuerunt dictæ scripturæ, vel an ne libri inter eas aderant, & talis declarationis actus retrotrahitur ad tempus Inventarii, & habetur ac si à principio qualitas omnium, & singularum scripturarum specificata
17 fuerit *Mans. consult. 269. num. 39. Rot. post Card. De Luc. de testam. dec. 21. num. 12.* & latiùs *D. Audit. de Comit. dict. decis. Florentin. 51. n. 68. 69. 70.* Cum itaque in casu nostro Adm. Rev. Prior unus ex executoribus declaraverit nullum in hæreditate repertùsse Administrationis librum, per consequens dicendum est in vim retrotractionis dictæ declarationis ad tempus Inventarii, quod inter scripturas in eodem Inventario in genere adnotatas, nullatenus fuisse Libros Administrationis.

Neque pariter obesse valuit hujus Inventarii altera prætensa ex adverso invaliditas, cum ex eo quod fuerunt Tabulæ pictæ absque Artificis expressione descriptæ, ac cætera mobilia absque pariter expressione va-
18 loris, & qualitatis ad tollendam suspicionem, quod una res pro alia subrogari posset *Balduc. tit. 4. de Dot. dec. 28. num. 2. 6. & seq. Rot. Rom. dec. 284. num. 4. & seq. cor. Emerix Jun. & post De Luc. in Mantiss. de Testam. dec. 8. num. 2. & seq. & in Romana Pecuniaria Martii 1701. §. Quod autem cum seq. cor. Muto*, tum etiam quia omissa fuit quædam parva quantitas vini existens in doliis Villæ de Casavecchia.

Quoniam visum fuit hujusmodi objectum minus procedere nec in jure, nec ex generali consuetudine per ea, quæ latè in hac materia ad satietatem usque innumeris authoritatibus, ac decisionibus ejusdem Rotæ
19 Romanæ, aliorumque Tribunalium congessit *D. meus Audit. de Comit. dec. Florent. 51. num. 52. cum plurib. seqq. ac num. 70.* Quo verò ad vini omissionem longe minoris ponderis illud reputatum fuit, cum nemini lateat, quod omissio alicujus rei in Inventario nullatenus nocet, nisi per concludentissimas probationes doceatur eam fuisse dolosam *Rot. Rom. ad Card. De*
20 *Luc. de Testam. in Mantiss. decis. 6. numer. 9. & seq.* & plenissimè *D. Aud. de Comit. d. dec. 51. num. 55. cum plurib. seqq.* quod neutiquam probari valet in casu nostro, ubi concurrunt potiùs ea fere omnia signa manifesta dolum excludentia, quæ referuntur in suo per *D. Audit. de Comit. d. dec. 51. num. 56. & plur. seqq.* ad quem effectum sufficere, inquit, etiam quælibet causa, vel credulitas, ob quam opinari potuerunt di- 21
cti Domini Executores non esse dicti vini quantitatem in Inventario describendam, ut latè prosequitur *d. D. Auditor de Comitibus d. decis. 51. num. 44. & 45. ac* 22
seq. ac numer. 64. & ea esse potuit, quod sicuti ea vini quantitas reperta, ut dicitur, in Villa di Casavecchia, ubi filii, & hæredes Testatoris moram trahebant, erat destinata ad proprium eorum, & Familiæ usum, ita credere potuerunt, eam tamquam brevi tempore consumendam in usus prædictos, nullatenus fore, & esse in Inventario apponendam, ut in simili omissione aliquorum vestimentorum, & suppellecti- 23
lium, quia eorum pretium fuit conversum in expensis funerum, de quibus non fuit datum debitum in Inventario *Andreol. contr. 38. num. 8. vers. qui quidem.* Ultraquamquod non fuit exadverso probata in casu nostro existentia dicti vini, ut requiritur ad arguendam prædictam omissionem *Rot. decis. 6. num. 14. in Man-* 24
tiss. ad Card. De Luc. de Testam. in omnem denique casum agitur de re modici valoris, cujus omissio numquam præjudicat *Rota Roman. ad Card. De Luc. de Fideicom. decis. 91. numer. 14. Andreol. controvers.* 25
38. numer. 5. versic. & in rebus, & Rot. ad Card. De Luc. de Testamentis decis. 21. numer. 4. & decis. 91. numer. 14. de Fideicom. ibi de paucis mobilibus ruris.

Quibus adstipulatur spontanea exhibitio cujusdam Scripturæ, vel Apodixiæ facta per dictos DD. Executores, ex qua contra eos emersit probatio confectionis prædicti libri Administrationis; Etenim cum 26
ipsi produxerint dictam scripturam, ea qua convincebantur de confectione, & præterita existentia dicti libri, signum evidens, quod non habuerint intentionem illum occultandi, prout arguit *Cyriac. d. contr. 544. numer. 89.*

In nihilo refragante, quod dictæ Scripturæ, vel Apodixiæ exhibitio non fuerit spontanea, quinimmò coacta saltem causativè pro solidatione computi dictæ Administrationis.

Quia pro resolutione hujus objecti observatum fuit in facto, nullatenus verum esse, quod DD. Executores pro reddenda ratione administrationis bonorum dicti Capitanei de Generottis, & solidatione hujusmodi computi, habuerint necessitatem producendi dictam Apodixiam, qua constabat quoddam Creditum cambiarium ad favorem dicti Domini de Claro adversus d. Capitaneum de Generottis, nec non in calce ejusdem Apodixiæ gemina confessio prædicti Creditoris circa duas pecuniarum summas solutas ad computum prædicti ejus crediti. Nam etiam prædicta Apodixia in nihilo attenta, adhuc hæreditas dicti D. de Claro remansisset creditrix dictæ ingentis quantitatis. Imo magis, magisque ratio congruebat, eamdem Apodixiam occultari, quandoquidem etiam citra illam redditionis rationis calculo reformato hæreditas dicti Domini Capitanei de Claro minùs scutis 120. circiter creditrix apparebat, quàm ex calculo redditionis rationis per DD. Executores in actis exhibito, ubi computatæ fuerunt partitæ in dicta Apodixia contentæ; Propterea pro sola dicta summa scut. 120., in qua poterat augeri creditum dictæ hæreditatis de Claro, numquam intererat, dictam Apodixiam produci, ex qua constringi possent dicti DD. Executores ad exhibitionem librorum Administrationis, per quos (si verum esset quod supponebatur exadverso) hæreditas dicti Domini de Claro in crediticis locum debitrix ingentis quantitatis remansisset.

Augetur eo magis conjecturarum argumentum, nedum ex eo, quod dicti Domini Executores promptos, ac paratos sese exhibuerunt ad reddendam rationem cum probationibus, & scripturis æquipollentibus in jure rationi reddendæ cum libro administrationis, unde si verum id erit, veluti ex eo satis convinceretur, quod nullam habebant causam occultandi libros, ita credendum interim est ex tali eorum promptitudine, & oblatione, quod libros exhibuissent, si eos

habe-

haberent, quia si exitus huic eorum oblationi, vel
subterfugio non respondebit, idemmet D. D. Actori-
bus resultabit effectus, nam dicti DD. Executores non
minus damnationi ad interesse subjicientur in casu,
quo absque libris administrationis non possent cum
probationibus in jure æquipollentibus rationem redde-
re, quàm in casu, quo libros penes eos existentes
producere recusassent, ideò non est verisimile, quod
dicti D. D. Executores voluerint libros occultare, ac
simul offerre aliunde æquipollenti modo rationem red-
dere, quo certè sit, ut occultatio libri eis profutura
non fuisset, ut per similia ratiocinatur in terminis no-
stris *Cyriac. controv.* 544. *n.* 85. 86. 87. *&* 88.

27 Verùm etiam ex alia validissima ponderatione, quod
si DD. Executores quamplura argenta, ac pecunias
notabilis valoris, & quantitatis, quæ facillimè, nul-
lo conscio, subtrahi poterant, in inventario fideliter
describere non omiserunt, eo minus utique dictos ad-
ministrationis libros sub oculis totius familiæ, & a-
micorum continuò extantes, & sic difficilioris occul-
tationis, noluerint abscondere, præsertim quia de tem-
pore dicti inventarii statim eadem die post mortem
Testatoris confecti ad eorum notitiam adesse non po-
terat quid in libris contineretur, vel an creditor, aut
debitor ex eis Testator appareret. Quinimmò veluti
ipse in Testamento adeò pio se asseruit esse credito-
rem ingentis quantitatis pro computo dictæ Admini-
strationis, ita sub ejus fide, & pietate ducti dicti E-
xecutores talem eum credere debuerint; Undè inve-
risimile est, quod sub tali credulitate viventes, dum
Inventarium conficiebant, omisissent dictos libros in
eo adnotare, si verè ad eorum manus pervenissent,
quia in talibus circumstantiis, nedum tunc temporis
aderat causa aliqua eos occultandi, sed imo adeò ur-
gens motivum eos inventariandi, ad latè tradita per
28 *Cyriac. dicta controvers.* 544. *numer.* 85. *& numer.*
90. *&* 91.

Pro tertia demum responsione, quæ præ cæteris no-
strum captivavit intellectum, deductum fuit, quod li-
cèt præsumi deberet, prædictos libros à dictis D. D.
Executoribus fuisse subtractos, incongruum prorsus,
ac ab omni ratione alienum videretur si ob eorum
factum illicitum denegari deberet hæreditati, sive piæ
animæ Testatoris hæredi relictæ, via, seu modus
reddendæ rationis etiam absque libris à lege permis-
sus, ubi de aliena eorum subtractione, vel deperditio-
ne absque culpa, aut dolo ejus, qui rationem reddere
tenetur, ut supra ostensum fuit, clarè constaret.

Quod in casu nostro pia anima Testatoris hæres
instituta nullum dolum, vel culpam habeat in prædi-
cta librorum subtractione, palam est, pariterque ad-
scribi non deberet dolo, vel culpæ defuncti, si Exe-
cutores, præsertim in mortis articulo, elegisset, qui
probatæ, & integræ fidei ab omnibus reputabantur,
& adhuc in præsens, Deo dante, in eadem existima-
29 tione habentur, sed casui fortuito tantùm, ex iis quæ
in hisce terminis latè deduximus in *disc.* 36. præcipuè
à *n.* 24. *usque in fin. tom.* 1. *de Commerc. & Rot. no-
stra Florent. penes hunc nostr. tract. disc.* 115. *n.* 3. 4.
& seq. & num. 15.

In omnem denique casum pro tollenda quacumque
amaritudine, ex abundanti allegabatur competere cau-
30 sæ piæ institutæ petitam in integrum restitutionem ad-
versus omissum solemne inventarium hæreditarium,
eoque fortiùs, cum deficiant in casu nostro tantum sole-
mnia, quia per D. D. Executores illud jam conditum
fuit in forma tutelaris *De Luc. de hered. discurs.* 17.
numer. 11. *& disc.* 20. *numer.* 12. quo inventario so-
lemniter repetito procul omni dubio statim evanida
redderetur præsumptio existentiæ prædictorum librorum
penes hæredem ob aliam præsumptionem juris contra-
31 riam quæ ex eodem inventario orietur, quod nem-
pe alia bona, res, vel scripturæ ad hæredem non
pervenerint, nisi dicto Inventario descripta *Menoch.
de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 61. *numer.* 6. *Rot. penes
Cardin. de Luc. decis.* 20. *la* 2. *numer.* 24. *de testa-
ment.* cum cæteris supra laudatis in §. *Secundo loco.*

ARGUMENTUM.

Statutum concedens Fidejussoribus Hypothecam, an comprehendat Correos debendi, constitutores, vel hujusmodi principaliter pro altero obligatos, licet debitum, pro quo se obligaverunt, ad alterum spectet.

Acceptans Litteras Cambii an verè, & propriè sit scribentis fidejussor, & an frui possit privilegio *Statuti Florentini lib.* 2. *Rubr.* 33. fidejussoribus, vel accessoriè obligatis hypothecam concedentis.

Creditor an teneatur etiam contra se omnia jura, & actiones cedere nedum fidejussori, vel accessorie obligato, verum etiam correo debendi, aut cuilibet alii principaliter, & in solidum obligato.

S U M M A R I U M.

1 *Fidejussor propriè dicitur, qui alterius obligationi accedit.*

2 *Statutum concedens hypothecam fidejussoribus, non comprehendit Correos debendi, vel alios principaliter obligatos, licet debitum, pro quo se obligaverunt, spectet ad alterum.*

3 *Correi debendi, Constitutores, & hujusmodi principaliter pro altero obligati, non sunt propriè & verè Fidejussores.*

4 *Acceptans Litteras Cambii non dicitur propriè fidejussor, sed principaliter, & nomine proprio in vim propria obligationis de constituta pecunia obligatus, & n.* 6.

5 *Acceptans Litteras Cambii impropriè dicitur fidejussor, cum sit potius constitutor.*

7 *Constitutor in pluribus etiam essentialibus differt à fidejussore & num. seqq.*

8 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non datur contra Litteras Cambii & n.* 18.

9 *Stylus, & observantia mercatorum in Cambiis facit jus.*

10 *Constituens, & fidejussor in jure parificantur & numer.* 11.

Contrarium verius n. 13. *&* 14. *ubi Authoritates in contrarium declarantur.*

12 *Extensio in æquiparatis ut fiat, debet esse æquiparatio universalis.*

15 *Creditor, nedum fidejussori, vel accessoriè obligato, verum etiam Correo, aut cuilibet alii principaliter obligato, qui pro altero, ad quem verè spectat negotium, solverit, tenetur etiam contra se omnia jura, & actiones cedere, quando cessio ex necessitate, & non ex æquitate fit.*

Fallit Conclusio, si creditor cedens apud se retineat bona debitoris, nam tunc non tenetur cedere contra se ipsum, secus si bona debitoris sint apud ipsum debitorem, vel alium n. 16.

17 *Inter Creditores habentes parem titulum aut Hypothecam, præferendus est, qui in possessione reperitur.*

18 *Acceptans Litteras Cambii non potest evitare earum solutionem, opponendo exceptionem inadimplementi, & quod verè debitum ad eum non spectet, & quod Litterarum valor non fuerit persolutus.*

Florentina, seu Liburnen. Hypotheca.

DECISIO AUTHORIS, *ET* DISCURSUS CLI.

PEnsionem petiarum ducentum, quam Serenissimo D. Duci Massæ pro cujusdam agri compascui conductione jamdudum DD. Vitales singulis annis respondebant: Dominus Cosmus del Sera in computum ingentis pecuniarum summæ, de qua ejusdem D. Ducis ex plurimis mutui causis creditor erat, & usque ad illius integram extinctionem retinendam sibi per Sententiam D. Commissarii Pisarum obtinuit assignari.

Post

Post hæc cum idemmet D. de Sera in manibus pariter haberet in modum cautionis, vel assignamenti dicti ejus crediti quandam litteram Cambialem petiarum 5500. scriptam sub die 5. Novembris 1716. à prædicto Dom. Duce, nec non sub eadem die à Domino Antonio Suardo, à quo solvenda erat (vulgo inter Mercatores *Tratta in lui*) acceptatam, aliud judicium coram nobis uti Judice Quarteriorum S. Spiritus, & Sanctæ Crucis instituit adversus prædictum Dominum Suardum pro residuo dumtaxat summæ in prædicta littera contentæ, quod deductis solutionibus ad illius computum jam factis, ex calculo inter Partes incundo apparebit; Fuit primùm in hoc novo judicio acriter disceptatum super liquidatione interesse, qua tandem per nostram sententiam, ab altera D. D. Judicum appellationis confirmatam in favorem dicti Dom. de Sera, penitus absoluta, iterum coram nostro Tribunali comparuit dictus Dominus de Sera instando, quod per nos approbaretur quidam calculus per eum exhibitus, & super reliquatu ex eo resultante dictus Dominus Suardus condemnaretur. Verùm quia pro ipsius parte adversus petitionem hanc geminæ propositæ fuerunt exceptiones; Prima nempe, quod eidem Domino Suardo uti Creditori nedum chirographario dicti Ducis ex causa dictæ Tractæ per eum adimpletæ, verum etiam hypothecario in vim hujus Statuti Florentini, *libr.* 2. *rubr.* 33. concedentis fidejussoribus, vel accessoriè obligatis privilegium hypothecæ usque à die susceptæ fidejussionis, vel accessoriè obligationis prædicta assignatio annuæ pensionis petiarum ducentum à dicto Domino de Sera liberè traderetur; sin minus exceptio altera actionum cedendarum ad ratam ejusdem Tractæ solutæ, ut cum earum cessione desumentium hypothecam à posteriori publico instrumento inito inter eundem Dom. Ducem, & Dominum Cosmum de Sera, sub die prima Septembris 1718. (in quo prævia computorum solidatione inter eos facta totum creditum dicti Domini de Sera redactum fuit ad summam ducatorum 11491. 12. 6. ac novatione cumulativa in dictam instrumentariam obligationem hypotheca, aliisque clausulis munitam commutatum) valeat dictus Dominus Suardus regressum suum habere contra bona dicti Dom. Ducis ejus Principalis, & præsertim contra dictam annuam pensionem saltem pro rata in concursu ejusdem D. de Sera adhuc pro remanenti summa æqualis creditoris.

Idcircò quoad primam exceptionem multum contigit disceptari, an dictus D. Suardus pro acceptatione dictæ Tractæ seu litteræ Cambialis personam fidejussoris, vel accessoriè obligati induerit, ut ei competere possit privilegium hypothecæ fidejussoribus vel accessoriè obligatis à d. Statuto elargitum.

Post maturam demum hujus articuli discussionem per nos resolutum fuit, dictum Dominum Suardum verè, & propriè dici non posse fidejussorem, neque accessoriè obligatum, ideoque prædicta hypotheca statutaria eum nullatenus frui debere. Etenim Statutum illud loquens de fidejussoribus, vel accessoriè obligatis comprehendere non valet, nisi veros, & proprios fidejussores, vel accessoriè obligatos, quorum appellatione quemadmodum veniunt dumtaxat, qui ita accedunt alienæ obligationi, ut ab eis exigatur in defectu principalis debitoris non solventis, eoque priùs excusso, ut per textum expressum *in Auth. præsente* cum tota sua
1 materia *Cod. de fidejussor.* optimè declarat *Caball. in suo decis. consil.* 161. *numer.* 78. *Mantic. de tacit. & ambiguit. tom.* 2. *lib.* 16. *tit.* 1. *numer.* 1. *& sequentibus Maur. de fidejussor, capite* 7. Ita comprehendi numquam possunt in dicto Statuto Correi debendi, vel hujusmodi principaliter, & insolidum obligati, licet debitum, vel negotium, pro quo se obligaverunt ad alterum spectet, ut in puncto hujus Statuti nostri Florentini se funditus ex suis principiis, ac resolutione
2 objectorum discussa magistraliter firmavit tamquam Judex *Caball. in dict. suo decis. consil.* 161. *per totum*, ubi amplius refert ita Florentiæ in aliis causis bis judicatum fuisse *& Caballum sequitur Torr. ad Stat. Pap. in Civilib. rubr.* 44. *numer.* 24. *Gierospin. ad Statut. Florentin. lib.* 2. *rubr.* 33. *vers. an dictum Statutum, & Rot. Florentin. in Castinen. Salviani* 9. *Martii* 1679. *§. Minusque cum sequentibus totam Palm.* per quas quidem iteratas decisiones ita fuit inducta in hoc Tribunali judicandi consuetudo, ut ab ea recedi amplius non valeat; & generaliter, quod Correi debendi, Constitutores, vel hujusmodi principaliter pro altero obligati non sint verè, & propriè fidejussores, vel accessoriè obligati, quia non alienæ obligationi accedunt, 3
sed alienam propriam faciunt. *Bacc. cons.* 45. *num.* 49. *lib.* 1. juxta quod fuit judicatum per Senatum Montis Ferrati *Natt. cons.* 261. *numer.* 3. *lib.* 2. *Rot. Roman. coram Ludovis. decis.* 364. *num.* 23. *Holtern. ad Surd. decis.* 308. *num.* 25. optimè *Acost. de privileg. credit. regul.* 3. *ampliat. prim. num.* 52. *& sequentibus* latissimè *Fontanell. decis.* 472. *&* 473. *per totas, & Rot. Roman. part.* 11. *recent. decis.* 77. *num.* 9. *&* 10. Cum
itaque Dominus Suardus ob acceptationem dictæ litteræ Cambialis verè, & propriè dici non valeat fidejussor, vel accessoriè obligatus, sed principaliter, & nomine proprio in vim propriæ obligationis de constituta pecunia, ut pluribus citatis firmavi *in meo disc.* 53. *per totum præsertim numer.* 6. *de Commerc.* quibus addo mirum in modum loquentem *Marquard. de jur. mercator. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 49. *per tot.* ideo sub d. Statuto Florentino eum utpote non comprehensum, privilegio hypothecæ ab eo concesso minimè frui posse concludendum penitus est. 4

Et quamvis nonnulli ex Doctoribus per me allegatis *in dict. discurs.* 53. & qui pariter allegari possunt in contrarium, acceptantes hujusmodi litteras, seu Tractas ex modo eorum loquendi pro fidejussoribus habuisse videantur, attamen eos impropriè, & lato modo loquutos fuisse propter aliquos juris effectus, in 5
quibus Constitutores, sive acceptatores litterarum Cambii dissimiles non sunt fidejussoribus, appositè advertunt *Rocc. Episcop. disputat. select. cap.* 92. *numer.* 11. *Caldas Pereyr. de emption. & vendit. cap.* 32. *numer.* 6. *vers. Ex quibus, Maur. de fidejuss. cap.* 9. *numer.* 3. *&* 12. 16. *& Mant. de tacit. tom.* 2. *libr.* 16. *tit.* 1. *numer.* 40. *& tit.* 6. *numer.* 5. nam aliàs se opponerent veriori, & communiter hodie receptæ opinioni te- 6
nenti eos non esse verè fidejussores, sed Constitutores, ut præter per me plena manu allegatos in *d. meo disc.* 53. affirmant *Du Puy de Arte Litter. Camb. cap.* 8. *numer.* 1. *Franck. instit. juris Cambial. lib.* 1. *sect.* 3. *numer.* 1. *&* 17. *Joan. Phoonsen les Loix, & les coutumes du Change cap.* 10. *numer.* 26. *& sequentibus, Marquard. de jur. Mercat. lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 49. *per tot. Armenzan. decis.* 66. *numer.* 11. *& sequentibus*; quos equidem in pluribus etiam essentialibus dif- 7
ferre, vel distingui à fidejussoribus plenè docent *Episcop. Rocc. capit.* 92. *numer.* 1. *usque ad* 12. *Maur. de fidejussor. cap.* 4. *numer.* 4. *& sequentibus, Schifordeg. lib.* 2. *tractat.* 9. *quæst.* 4. *per totum*, relatus *ab Olea de Cess. tit.* 5. *quæst.* 4. *numer.* 20. *in fin. Hering. de fidejussor. capite* 27. *numer.* 84. *cum sequentibus part.* 1. *Turr. de Camb. disput.* 2. *quæst.* 16. *à numer.* 56. *usque ad* 74. *Alderis. de symbolic. contract. tit.* 4. *cap.* 8. *numer.* 12. late *Caldas Pereyra de emption. & vendit. cap.* 32. *numer.* 3. *& seq. Mant. de tacit. & ambig. lib.* 16. *tit.* 1. *num.* 4. & inter cætera, quia principaliter in vim propriæ obligationis de constituta pecunia remanent obligati erga eos, quibus se debitores constituerunt per Doctores supra citatos; quod procul omni dubio procedit in acceptationibus litterarum Cambii, quia ob præcipuam fidem, quam homines habere solent in Campsorum promissione, de stylo & consuetudine universali Mercatorum introductum est, quod ab hujusmodi Constitutoribus, per litterarum nempè Cambialium acceptationem effectis, nulla penitus exceptio opponi pos-
sit, quamvis de jure communi aliquam ad instar fide- 8
jussorum illis competere probaretur, ut communiter tradunt *Episcop. Rocc. select. disput. cap.* 92. *fere per tot. Armenzan. decis.* 66. *numer.* 18. *Turr. de Camb. disput.* 2. *quæst.* 16. *à numer.* 56. *ad* 74. *Marquard. de jur. mercat. lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 49. *Du Puy de Arte litterar. Camb. capit.* 8. *numer.* 1. *Franck. institut. jur. Cambial. lib.* 1. *sect.* 3. *numer.* 1. *&* 17. *Jo. Phoonsen. ex Hollandic. in Gallicam traductus les loix, & les coutumes du-Change cap.* 10. *numer.* 26. *& sequenti-
bus, Savary le parfaict Negociant libr.* 3. *cap.* 6. & 9
latè *Nos* cum aliis allegatis in *disc.* 53. *num.* 7. *vers. hoc multi de Commerc.* Stylus enim & consuetudo universalis Mercatorum facit jus, ut omissis generalibus sparsim per me traditis in meo tractatu *de Commercio*,

& in

& in *Cambista Instruito*, in puncto Cambiorum, cum aliis citatis affirmat *Rocc. de litter. camb. notab. 64. numer.* 175. 176. & 177.

Et quamvis per hanc universalem Mercatorum consuetudinem diversos penitus efficientem hujusmodi Constitutores à fidejussoribus, vel accessoriè obligatis omnis exulet in casu nostro disputatio, nihilominus adhuc retentis terminis juris communis in nihilo merebantur attendi, quæ more potiùs scholastico ad acuendum ingenium, quàm ad practicæ veritatis indagationem per Dominum Advocatum D. Suardi replicabantur, quod nempe illa communis DD. opinio denegans acceptatorem litteræ Cambialis esse fidejussorem, ex eodem juris principio, quo suum satagit intentum probare, expugnatur, & corruit; Quoniam admisso illius principio, vel fundamento, scilicet quod hujusmodi acceptator sit Constitutor, ex eomet ipso
10 statim percipitur illum esse fidejussorem, quia in jure Constituens, & fidejussor parificantur per textum expressum, & magnificatum *in Leg. fin. Cod. de constitut. pecun.* ex quo argumento parificationis à dicto textu deducto legem novam partitarum Hispaniæ disponentem, non posse per creditorem ex intervallo
11 cessionem fieri fidejussori, qui simpliciter solvit, locum etiam habere in Constitutoribus arbitratus fuit *Feliciat. de cens. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. quia, ut ille subdit, non est novum in jure, legem novam disponentem quoad unum ex æquiparatis locum habere in altero per textus ibi ab eo allegatos.

Quandoquidem argumentum illud à parificatione procedit, si parificatio inter fidejussores, & Constitutores de jure facta fuerit generaliter, & per modum regulæ, secus verò si facta fuerit secundum quid, scilicet ob aliquem tantum effectum, nam in casu isto falsum omnino esset, quod dispositio per novam le-
12 gem emanata quoad unum ex æquiparatis, ad alterum extendatur, ut doctè distinguunt *Crot. in leg. si constante numer.* 8. *ff. solut. matrimon. Diaz. de regul. juris regul.* 429. *vers. Tertio fallit. Mascard. de general. statut. interpret. concl.* 4. *numer.* 200. *Everard. in loc. argument. legal. loco à ratione legis numer.* 52. *Eugen. cons.* 49. *num.* 39. *lib.* 1. *Roland. à Valle cons.* 27. *numer.* 27. *lib.* 1. & cum pluribus citatis. *Barbos. axiom.* 14. *numer.* 4. Cum igitur parificatio *in d. leg. fin.* non appareat universaliter, & per modum regulæ, nova dispositio Statuti Florentini concedentis privilegium hypothecæ fidejussoribus, vel accessoriè obligatis ampliari non valet ad constitutores, præsertim in acceptatoribus litterarum Cambii, qui in pluribus essentialiter differunt à fidejussoribus, ut vidimus supra.

Quod autem dicta *l. final.* universaliter, & per modum regulæ Constitutores fidejussoribus non æquiparet, sed quoad unum tantum effectum, de facili ab ejus lectura desumitur; Nam ibi textus extendit divisionis beneficium, alias concessum ex Divi Hadriani Epistola pluribus fidejussoribus, ad plures Constitutores, quare in hoc tantum Constituens dici debet fidejussoribus æquiparatus.

Alii verò textus *in Auth. de duobus reis promit. inter novell. constitut.* 99. *alias collat.* 7. *tit.* 9. *in princip. & in Auth. de fidejuss. & mandat. §. Quod au-*
13 *tem in fin.* qui ad hoc idem ab Informantibus pro Domino Suardo allegabantur, nobis pariter visi sunt eorum intentum nullatenus comprobare, quandoquidem (omisso quod dicta novella 99. nullam mentionem facit de Constitutoribus) cum illa similiter extendat beneficium divisionis, aliàs pluribus fidejussoribus elargitum, ad duos, vel plures reos promittendi, eadem prorsus quoad illam militat responsio superius data dictæ *leg. finalis Cod. de constitut. pecun.* Alter verò textus *in Auth. de fidejussor. §. Quod autem in fin.* nihil facit ad rem, quia solùm agit de beneficio concesso debitori dandi in solutum ejus bona creditori suo, quando non potest debitum solvere in pecunia, nec non de modo à creditore servando in recipienda satisfactione sui crediti in bonis debitoris, à quo tamen beneficio, & modo excludit Argentarios, circa quos disponit servari debere rigorem aliarum legum; Et quatenus umquam dici posset quod exceptio hæc Argentariorum referri etiam deberet ad præcedentes paragraphos dictæ *Auth.* ubi loquutur de beneficio excussionis concesso fidejussoribus, mandatoribus, & aliis accessoriè obligatis, ita ut Argentarii (qui erant quidam mensarii, seu nummularii auctoritate publica creati, & ideò fidem apud omnes ad instar publici Tabellionis habentes) tamquam personæ exceptæ ab aliis mandatorum, & fidejussorum in regula inclusis, censeri deberent ejusdem naturæ, & indolis, cujus sunt fidejussores, & alii accessoriè obligati, cum exceptio debeat esse de regula ex vulgaris juribus, adhuc non perciperetur, neque percipi valet, quid ad rem nostram facere possit dictæ Authent. dispositio, quia admisso etiam, quod Argentarii tamquam excepti debeant esse de natura aliorum, qui sunt in regula, nil aliud in recto modo arguendi inferri potest, nisi quod prædictus textus loquatur de Argentariis, qui accessoriè se obligassent ad alicujus favorem, nempe in modum fidejussoris, vel mandatoris, & hujusmodi, prout de facto sic explicat ibi glossa in eadem *Authent. verbo moderno*, non verò de illis Argentariis, ut falsò ex adverso supponitur, qui se in forma constituti obligassent, & ideo optimè advertit *Rocc. Episcop. d. cap.* 92. *n.* 11. *in fin.* ex prædicto textu, & glossa non posse contrarium probari.

Ex his quamvis satis colligatur, quantum aberravit 14
Felicianus in contrarium supra laudatus, attamen non omitto allegare *Oleam de cess. tit.* 5. *quæst.* 4. *n.* 20. *in fin.* ubi adversus opinionem dicti Feliciani stare indicat Schifordegerum latè agentem de materia.

Deveniendo modo ad aliam exceptionem *cedendarum actionum* per dictum D. Suardum propositam, eam pariter utpote insubsistentem rejecimus.

Etenim licet verior, & receptior sit in jure opinio, quod creditor nedum fidejussori vel accessoriè obligato, verum etiam Correo, aut cuilibet alii principaliter, & insolidum obligato, qui pro altero, ad quem verè spectat negotium, solverit, teneatur etiam contra se om-
nia jura, & actiones cedere, quando cessio ex necessi- 15
tate, & non ex æquitate facienda est *De Franch. decis.* 260. *& ibi Addentes antiqui, & moderni, Olea de cess. tit.* 5. *quæst.* 2. *latissime Schettin. de jur. offerend. part.* 2. *capit.* 2. *per totum, Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæst.* 70. *Arias de Mesa var. lib.* 1. *cap.* 23. *Capyc. Latr. decis.* 32. *& ibi Gipsius, & Manfredi. Addit. Rot. Roman. coram Merlin. decis.* 512. *Card. de Luc. de credit. disc.* 7.

Tamen si bona debitoris reperirentur penes creditorem habentem alia jura anteriora hypothecaria, aut æqualia illis, quæ per eum cedenda sunt fidejussori, vel Correo solventi, tunc in sui præjudicium, seu contra
bona per se possessa, vel loco pignoris detenta, creditor 16
cessionem facere non tenetur, ut per textum *in l.* 2. *Cod. de fidejuss.* contrariam communem opinionem sic limitant, vel declarant *Soccin. Senior cons.* 206. *num.* 7. *vers. Septimus, & ultimus casus lib.* 1. cui communiter adhærent in hac parte, secus in aliis *De Franch. dict. decis.* 206. *numer.* 7. *vers. Et novissime Scac. de Commerc. §.* 2. *gloss.* 5. *num.* 89. *vers. Verum, & hæc extensio Romana Impressionis*; ubi post extensam obligationem creditoris ad cedendum etiam jura contra se, ita immediate subdit: *Verum & hæc extensio non modica indigeret explicatione. Nam Negusant. d. membr.* 3. *part.* 5. *sub numer.* 31. *&* 32. *quæst.* 4. *nescit adaptare Decii Consilium, & Additio ad illud Consilium, & Vincent. De Franch. decis.* 260. *num.* 1. *& seqq. videntur in ea residere distinctione, ut extensio procedat, quando bona debitoris sunt apud ipsum debitorem vel alium, secus si sint apud Creditorem cedentem. Card. de Luc. de credit. disc.* 7. *num.* 11. cujus verba transcripsit *Alter de Luc. in spicileg. cess. quæst.* 27. *numer.* 4. *&* 5. *Olea de cess. tit.* 5. *quæst.* 2. *num.* 6. *vers. Quod procedere.* Et vera ratio est, quæ deducitur ex dicto textu *in l.* 2. ex quo major pars prædictorum Doctorum notandum tradit, quod creditor non tenetur quoad bona à se possessa, vel pro pignore detenta sibi æqualem facere fidejussorem, vel Correum solventem; non quadrante altera ex suo proprio marte assignata *à Cardin. de Luc. loco citato*, ubi dicit, quòd creditor non teneatur in tali casu actionem contra se cedere, non quia tunc cesset obligatio cedendi, sed quia præsupposita etiam cessione illa operativa non remaneret quoad bona per eum possessa ratione potioritatis, quæ, data paritate causæ, competit reo, & possessori, quæ ratio quippe *Card. de Luc.* non est absolutè vera, quia juxta verio-

veriorem, ac receptiorem Doctorum Sententiam Reus, & possessor in paritate causæ procedentis ab eodem fonte, vel origine nullam habet potioritatem erga alios Creditores, vel Consocios, vel Cohæredes, & hujus-
17 modi, sed tenetur in bonis etiam à se possessis illorum concursum pati, secus si paritas conditionis, vel gradus ex diversis causis oriretur, ut late firmavi *in meo disc.* 120. *num.* 1. *& seqq. de Commerc.*

Cum itaque in casu nostro Domino de Sera ultra solutionem ad computum dictæ litteræ Cambii sibi jam factam, & alteram faciendam à dicto Domino Suardo pro omnimoda illius extinctione, adhuc pro residuo remaneat creditor cum Hypotheca in notabili summa dicti Domini Ducis, simulque possideat jura dictæ annuæ pensionis, non tenetur contra se quoad dicta jura annuæ pensionis actiones hypothecarias cedere d. Dom. Suardo, ideoque exceptionem *cedendarum* per eum propositam Jure merito rejiciendam fore arbitrati sumus.

Præterea verò ponderatum fuit, quod attenta consuetudine, & stylo universali Mercatorum, cujus supra meminimus, nulla penitus valeat per acceptatorem litteræ Cambii opponi exceptio, licet esset realis, & in
28 jure potissima, ut exceptio non numeratæ pecuniæ, seu valoris literæ cambii non soluti, aut non adimplementi, & hujusmodi, ut late firmavi *in disc.* 53. *numer.* 7. 8. 9. *de Commercio*, *& in Cambista Instruito cap.* 3. *numer.* 78. & alibi cum pluribus auctoritatibus ibi citatis, & aliis adductis supra in §. *Et quamvis vers. quia ob præcipuam*, quibus etiam addi possunt *De Marin. ad Reverter. decis.* 431. *num.* 3. *Marquard. de jur. mercat. lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 49. *per tot.* & sic eo minus exceptio *cedendarum*, quæ in jure est minoris ponderis.

ARGUMENTUM.

Acceptans tenetur irreparabiliter Litteras à se acceptatas persolvere Procuratori, qui tamen Scribentis, aut Remittentis creditor sit, absque eo quod ab Acceptante opponi possit Scribenti exceptio non numeratæ pecuniæ, aut alia quælibet; Quod procedit etiamsi post Acceptationem secuta fuerit scribentis decoctio.

Ex brevitate temporis absque aliis conjecturis, & præsumptionibus non deducitur proxima, aut occulta Mercatoris decoctio, qui decoctus, nec proximus decoctioni dici potest, quando communiter in Foro habetur pro idoneo. Traditur regula proximam, aut latentem Mercatoris decoctionem cognoscendi.

S U M M A R I U M.

1 *Litteræ Cambii acceptatæ habent executionem paratam, & num.* 31.
Neque hæc executio retardari potest exceptionibus altiorem indaginem requirentibus n. 32.
2 *Acceptans Litteras Cambii tenetur eas subito persolvere Præsentanti absque aliqua turbida exceptione, & n.* 30.
Quod tamen procedit quando Præsentans est Creditor Scribentis, aut Remittentis n. 28. 29.
3 *Acceptans præsumitur acceptasse Litteras sub tacita conditione, si scribens erit idoneus solutioni.*
4 *Mandatum datum à scribente cessat, & intelligitur revocatum, si sequatur scribentis decoctio, & num.* 5.
6 *Acceptans non tenetur Litteras persolvere, si de tempore acceptationis, aut antea, secuta fuerit scribentis decoctio, & n.* 33.
Contrarium vero procedit, quando Scribentis decoctio sequatur post litterarum acceptationem, num. 7. *&* 34.
Afferuntur rationes num. 8. *& seq.*
9. *Acceptans fit fidejussor Scribentis, quando hic non est Creditor Acceptantis.*
10 *Fidejussor non liberatur, quamvis sequatur mors naturalis, aut Civilis Debitoris principalis.*
11 *Acceptans non tenetur litteras persolvere, quando de tempore suæ acceptationis, scribens in proximo statu decoctionis reperiretur.*
12 *Decoctio ab Allegante concludenter probanda est.*
13 *Decoctio longas præparationes habere solet.*
14 *Mercator dicitur in statu proximæ aut latentis decoctionis solum in casu, quo cœperit in Foro existimationem amittere, quamvis jamdiu idoneus solutioni non esset.*
15 *Decoctio proxima non deducitur ex sola temporis brevitate, & n.* 17. *& seq. & n.* 38.
Sed requiruntur etiam conjecturæ, & facti circumstantiæ num. 16.
28 *Scribens, aut Mercator non dicitur in statu proximæ decoctionis, quando ejus Tractæ ab aliis Mercatoribus acceptantur & numer.* 20. *& numer.* 36. *&* 37.
Et si publicè, & palam negotietur 35.
Et si ei merces ab aliis Mercatoribus credantur, numer. 19.
Nam in his casibus non dicitur existimationem amisisse num. 21.
22 *Mercator non dicitur proximus decoctioni, quando in Foro reputetur ab aliquo suo Correspondali, & num.* 23. 38. 39. *&* 40.
24 *Decoctio proxima probari debet actibus percutientibus tempus, in quo talis decoctio desideratur.*
25 *Acceptans tenetur litteras persolvere, quando casus novus, & improvisus dedit causam decoctioni scribentis.*
26 *Perito electo ab Judice pro sui animi instructione, & ejus relationi fides adhibenda est.*
Præcipuè quando relatio facta est audientibus partibus, & postea non contradicentibus n. 27.
29 *Acceptans opponere non potest Præsentatori litterarum, quod illarum pretium persolutum non fuerit scribenti à remittente; nec alia qualibet exceptio per Acceptantem objici valet.*
Declara tamen hoc procedere, quando Præsentator gerit vices Tertii, videlicet quando est Creditor, aut habuit litteras ex causa, aut titulo oneroso d. num. 29. *& num.* 39.

Romana Litterarum Cambii.

Lunæ 4. Aprilis 1718.

Coram R. P. D.

ROVAULT DE GAMACHES,

E T

DISCURSUS CLII.

Litteræ Cambiales ducatorum 845. à Joanne Antonio Mazzoleno Mercatore Veneto die 27. Julii Anno 1715. scriptæ Carolo Josepho Blanchino Urbis Mercatori cum ordine illas solvendi Ignatio de Candidis pariter in Urbe Negociatori, pro totidem cambiatis cum Laurentio Grisono alio Veneto Mercatore, acceptatæ fuerunt à dicto Blanchino die 3. Mensis sequentis Augusti; Postmodum verò cedente die solutionis per lapsum temporis, quem Mercatores vocant *a uso veniente*, cum earumdem valorem ille solvere detrectaverit sub obtentu decoctionis Mazzoleni scribentis, coactus proinde fuit Ignatius in Judicium vocare præfatum Blanchinum, contra quem mandatum exequutivum ab Audit. C. de Gentilibus relaxari obtinuit, ut promissam solutionem dictorum ducatorum 845. impleret, quod inspecta illius validitate, & justitia *exequendum esse* hodie Domini responderunt.

Justitia namque dicti mandati, quæ sola impugnabatur, evidens, & aperta redditur ex eo, quod Blanchinus acceptando hujusmodi litteras, ratione publici 1
commercii paratam habentes exequutionem *Bald. cons.* 394. *numer.* 4. *lib.* 5. *Gratian. discept. forens. cap.* 569. *numer.* 23. *Scacc. de Commerc. & camb.* §. 7. *gloss.* 5. *numer.* 4. *Rot. coram Seraphin. decis.* 562. *num.* 2. *coram Emerix Jun. decis.* 664. *numer.* 1. periode est, ac si per solemnem stipulationem se se obligasset; Ideo- 2
que posthabitis exceptionibus quibuscumque altiorem indaginem requirentibus, ad illarum solutionem compellendus est, *L. quo enim primo*, ibique *glos. & Bart. ff. rem rat. haber. Ripa in L. admonendi numer.* 138, *ff. de jur. Fisc. Paris. cons.* 47. *num.* 15. *lib.* 1. *Turr. de*

de Camb. disp. 2. quæst. 16. numer. 19. Rot. post Zacch.
de obligat. Cameral. decis. 7. num. 2. coram San. mem.
Alexand. VIII. decis. 118. num. 6. & in recent. decis.
345. num. 1. part. 5.
3 Nec obesse potest decoctio Mazzoleni Scribentis,
propter quam resoluta dicebatur Blanchini obligatio,
nedum ex defectu consensus, qui in acceptatione dicta-
rum literarum ab illo præstitus non præsumitur, nisi
sub ea tacita conditione, quatenus nempe Mazzolenus
esset speratæ revelationi idoneus, qualem justa igno-
rantia deceptus credidit Franc. Rocc. respons. 10. nu-
mer. 14. lib. 1. Genua de script. privat. lib. 3. numer.
78. tit. de liter. camb. Castil. contr. jur. lib. 4. cap. 59.
num. 11. Gait. de credit. tit. 3. cap. 7. num. 2395. Rot.
4 in recent. decis. 219. num. 1. part. 15. Verum etiam ex
defectu mandati de solvendo in literis Cambii contenti
Merlin. Pignatell. contr. forens. centur. 2. cap. 11. nu-
mer. 11. Rot. decis. 18. numer. 7. ad ornat. Card. de
Luc. de usur., illud quippe per Mandantis, seu Scri-
bentis decoctionem, ipso jure sublatum censetur Car-
5 leval. de Judic. lib. 1. tit. 3. disput. 6. num. 37. Rocc.
disput. jur. Select. 94. num. 24. tom. 1. Saminiat. contr.
27. & controv. 169. utrobique num. 11.
Etenim decoctio Mazzoleni, qui literas scripsit, ef-
ficere quidem potuisset, quod Blanchinus adstringen-
6 dus non esset ad solutionem perficiendam ob deficien-
tiam ejus consensus, & mandati, si illa prior in tem-
pore fuisset acceptatione ab ipso facta, quibus termi-
7 nis procedunt auctoritates in objectione allegatæ, &
probat etiam Card. de Luc. discurs. 25. numer. 4. de
Cambiis Rot. coram Coccin. decis. 2326. numer. 2. &
seqq. At cum earumdem literarum acceptatio legatur
facta die 3. Mensis Augusti; Mazzolenus vero non-
nisi die 8. ejusdem Mensis decoxerit, aliter plane di-
cendum est, eo quod obligatio Acceptantis jam per-
fecta, & legimè contracta, dissolvi nequit ex subse-
quenti decoctione scribentis principalis debitoris, jux-
ta doctrinam Salicet. in L. final. ff. ad Consult. Ma-
cedon., quam communiter sequuntur Rocc. respons.
12. num. 5. respons. 17. numer. 1. lib. 1. Capyc. Latr.
consultat. 42. numer. 10. & seq. Scacc. de commerc.
& camb. §. 1. gloss. 5. quæst. 11. numer. 329. Amat. re-
solut. 47. numer. 20. & seqq. Card. de Luc. de camb.
disc. 20. numer. 2. & discurs. 25. numer. 6. Reveren-
diss. D. meus Ansald. Decanus de Comerc. & Mer-
catur. disc. 3. numer. 4. & disc. 4. num. 3. Franch.
decis. 303. per tot. Rota coram Emerix Jun. decis. 663.
numer 3.
8 Et jure, meritoque, tum quia illa reputatur casus
fortuitus suapte natura cedens damno acceptantis Car-
leval. de judic. lib. 1. tit. 3. disputat. 6. numer. 35. de
Marin. resolut. 258. per tot. libr. 1. Tum etiam quia
9 quoriescumque Acceptans literas Cambii, ut in præ-
senti evenit, non reperitur debitor Scribentis, illicò per
acceptationem evadit illius Fidejussor, justa Gloss. in
authent. de fidejussor. §. Final. verb. Argentariorum;
Vincent. de Franch. dicta decis. 303. numer. 3. Rot. in
10 recentior. decis. 219. num. 5. part. 15. Fidejussor autem
ab obligatione sua solutus non remanet morte, sive
naturali, sive civili principalis debitoris, qualis in
jure existimatur decoctio Auth. præsente Cod. de fide-
juss. Anna cons. 82. numer. 6. Gait. de credit. cap. 2.
tit. 7. num. 2424. & num. 2431. Rocc. respons. 4. num.
21. Reverendiss. Ansald. de commerc. & merc. disc. 3.
num. 4. Urceol. decis. 14. numer. 1. Rot. post differt. 21.
Paulut. decis. 2. num. 2.
11 Minusque officit, quod pro evitanda solutione lite-
rarum Cambii, non semper necessaria sit formalis de-
coctio scribentis, quæ præcedat illarum acceptatio-
nem, sed sufficiat decoctio etiam latens secum ferens
mutationem status personæ jam imminentem, & pro-
ximam decoctioni postmodum detectæ Castill. controv.
Jur. lib. 4. cap. 59. numer. 36. & 37. Rot. coram Du-
nozet. Jun. dec. 940. num. 3. & 4. in recent. dec. 345.
num. 5. part. 5. dec. 219. num. 11. part. 15. & in Bo-
nonien. literarum Cambii 26. Junii 1693. §. Siquidem,
coram Manuel.
12 Nam cum decoctiones, ab Allegante cæteroquin
concludenter probandæ Seracc. de Decoct. part. 2. nu-
mer. 184. Rota coram Coccin. decis. 2041. numer. 4.
coram Burat. decis. 8. num. 8. in fin. longas habere so-
13 leant præparationes Monald. cons. 109. num. 9. lib. 1.
Rot. Januen. decis. 168. num. 4. in fine, hinc non alia
latens decoctio, & deterioratio Datoris literarum ad- 14
mittitur ad effectum liberandi Acceptantem ab obliga-
tione re integra suscepta, nisi illa, quæ eidem Datori
omnem ademerit fidem in Foro aliorum Mercatorum,
& formali decoctioni æquipolleat, ne alias sub isto præ-
textu lædatur publica negociatio, & commercium, ut
observant Card. De Luc. de Camb. disc. 25. numer. 8.
Reverendiss. D. meus Ansald. d. disc. 3. numer. 5. ver-
sic. diximus in facto, & seq. Gratian. disceptat. Fo-
rens. capit. 931. numer. 19. Constantin. ad Statut. Urb.
annot. 26. art. 1. num. 29. & 30. Rot. coram Coccin. de-
cis. 41. numer. 4.
Talem autem, tantamque fuisse deteriorationem sta-
tus Mazzoleni, tempore, quo Blanchinus illius lite-
ras Cambiales acceptavit, frustra desumi contendeba- 15
tur ex brevitate temporis quatuor, vel quinque dierum,
quæ inter acceptationem, & dictam formalem illius
decoctionem intercessit, quia breve tempus decoctioni 16
proximum, tametsi junctis aliis facti circumstantiis ar-
gumentum esse possit decoctionis Scribentis prius la-
tentis, ex traditis per Rot. decis. 219. num. 1. & seqq.
part. 15. recentior. & in difficiliori casu, de undecim 17
nempè diebus Rocc. respons. legal. notab. 37. num. 11.
& seqq. post tom. 2. de quindecim diebus idem Rocc.
respons. 10. num. 18. tom. 2. de mense Card. De Luc.
de Regal. disc. 115. numer. 11. & de duobus mensibus
Tondut. resolut. civil. 72. num. 4. Illam tamen in casu
de quo agitur, minime præsefert; Res enim hæc non
ex tempore dumtaxat, sed ut dictum est, ex communi
æstimatione, quam Mercator in Foro retinet, metien-
da præcipue est, quæ tantum abest, quod latentem
hanc, & inevitabilem decoctionem Mazzoleni evincat, 18
ut potius illam penitus excludat; die namque 12. ejus-
dem mensis Julii Anni 1715. aliæ literæ cambiales
Mazzoleni in quantitate scutorum 1302. acceptatæ fue-
runt a Joanne Antonio Mattono Mercatore Januensi;
Ideoque tunc temporis pro idoneo, & integræ fidei Ne-
gotiatore ab illo reputabatur ex animadversis per Ri-
pam in L. si ventri. §. In bonis. ff. de privil. credit.
Surd. cons. 528. numer. 38. libr. 4. Seracc. in tract. de
mercat. titul. de decoct. part. 2. in princip. Gratian. dis-
cept. forens. cap. 591. num. 19. Constantin. ad Statut.
Urb. annot. 26. num. 29. & 30.
Præterea Franciscus Pater e Civitate Bergomi, ubi
Negotium Serici exercebat, die 23. & 31. dictis Men- 19
sis Julii Anni 1715. ingentem pecuniarum summam
Venetias misit eidem Mazzoleno filio solvendam per
literas nuncupatas a vista; Et denique Bernardinus
Millesius æque solers in eodem Foro negotiator, die 20
quoque ultima dicti mensis Julii, & sic triduo antequam
hic in Urbe à Blanchino acceptarentur controversæ literæ
Mazzoleni, mutuo dedit ipsi Mazzoleno scuta bismil-
le, & sexcenta monetæ Venetæ, & nihilominus quoties
illius nomen, & facultates in communi æstimatione re- 21
vera collabescere incepissent, aut adeo labefactatæ fuis-
sent, ut ope nulla ejus decoctio evitari posset, dubio
procul neque Franciscus Pater, & multo minus Mille-
sius adeo considerabiles summas eidem credidissent, per
ea quæ tradunt Scacc. in tractat. de Camb. §. 2. gloss.
5. num. 401. vers. aut decoctio, Rot. cor. Dunozet. Jun.
decis. 440. num. 4.
Ut etiam nullo numero habendæ sunt secretæ con- 22
questiones, & sermones facti a dicto Mazzoleno, &
ab ejus Patre cum Millesio, & Laurentio Rota, qui-
bus apparuerunt trepidationes decoctionis ipsius Maz-
zoleni non longè post secutæ. Quoniam si ex illis idem
Mazzolenus exclusus non fuit è publico Foro, & Cœtu
Mercatorum, imò verò ab ipso Millesio, & ab aliis
communiter pro idoneo habeatur, ut ostendunt recen-
sita facta verbis potentiora, non est profecto cur jure
decocti, aut proximè decocturi censendus foret, ut
tradit Card. de Luc. de Camb. disc. 25. num. 8. ea vali-
da ratione, quia Mercatores non semper retinent eun- 23
dem uniformem statum, ita ut si aliqua illis accidant,
ex quibus per alios melius informatos conjici, aut sus-
picari queat futura decoctio, vice autem versa in ge-
nerali opinione bonum nomen retineant, in hoc con-
flictu, ratio publici commercii non patitur, quod iidem
dicantur civiliter mortui, ut prosequitur Card. de
Luc. de Camb. cit. disc. 25. num. 8. & sequitur Reve-
rendiss. D. meus Ansald. Decanus disc. 4. num. 19. &
seqq.

seqq. de commerc. & mercat. Rot. ad ornat. Cardin. de Luca de Camb. discurs. 18. *numer.* 13. *& decis.* 19. *num.* 9.

24 Quæ cum ita sint, vis ulla fieri non potest à Blanchino in doplici instrumento protestationis contra literas Cambii Mazzoleni, aut in Epistolis ab eo scriptis quibusdam Urbis Hebræis; Primum enim ex dictis Instrumentis, utpotè factum Venetiis ante patefactam illius decoctionem, certe non officiat *Reverendiss. D. meus Ansald. de Commerc. & Mercat. discurs.* 82. *numer.* 30. Aliud vero ad rem non pertinet, cum celebratum fuerit Mediolani adversus literas Mazzoleni Patris, diversam rationem Bancariam, & in diverso loco exercentis, de cujus pariter imminenti decoctione cum loquantur nonnulli ex testibus adductis, confundi ille nequit cum Mazzoleno filio, de quo fit sermo, ad *Text. in L. Papinianus ff. de minor.* Epistolæ demum dicti Mazzoleni solum probant illius decoctionem referendam non esse ad præexistentem aliquam causam, ex qua illa inevitabiliter sequuta fuerit, sed casui prorsus inopinato tribuendam ex eo, quod Personæ, quibus illa considerat, & quarum præsidio fretus, gravibus se se subjecerat usuris, ipsius spem, fidemque fefellerant, ut in eisdem epistolis conqueritur; Quando verò casus novus, non prævisus, im-
25 mediatam causam præbuit decoctioni, tunc ea non attenta, solutio literarum Cambii ab Acceptante promissa, dubio procul implenda est, ut advertit *Card. de Luc. de Camb. dict. disc.* 25. *num.* 11.

Itaque omnia, etsi per se spectata, firmissima sint, & pro publici commercii utilitate omninò servanda, potiori jure procedunt in præsenti, quia Ignatius erat in quantitate scutorum 1340. 87. liquidus creditor
26 Grisoni, cum quo controversæ literæ Mazzoleno cambiatæ fuerunt, ut retulit Peritus negotiator ab A. C. de Gentilibus pro sui animi instructione, & veritate assequenda electus, cui proinde deferendum esse monet *Racc. respons. legal. tit. de liter. Camb. notab.* 64. *n.* 166. *Rot. coram Caccin. decis.* 2203. *numer.* 4. *coram Emerix. Jun. decis.* 29. *numer.* 1. *& decis.* 474. *numer.* 6. Maximè quia adversus illius relationem,
27 auditis pluries Partibus, editam, reclamatum non fuit, *Rota coram Merlin. decis.* 42. *num.* 3. *& coram Bonincasa decis.* 362. *num.* 7.
28 Quamobtem si dictus Ignatius considerari nequeat tanquam simplex negotiorum gestor, titulo dumtaxat ministeriali, vel lucrativo, exactionem dictarum literarum Cambii ducatorum 845. perfecturus in gratiam Mazzoleni scribentis, ut Grisoni Cambiantis pecunias, sed rem propriam, & titulo verè oneroso agere dicatur, petendo à Blanchino acceptante solutionem valoris earundem literarum, hæc in hypothesi ista, ab illo denegari nequit *Gait. de credit. capit.* 2. *tit.* 7. *numer.* 2583. *Card. de Luca de Credit. discurs.* 163. *numer.* 2. *& 7. de Camb. in supplement. part.* 2. *discurs.* 33. *numer.* 2. *&* 3. *Reverendiss. D. meus Ansald. discurs.* 5. *numer.* 26. *de Commerc. & Mercatur.*

Parvique refert Mazzolenum ex mandato Savini alterius Campsoris scripsisse præfatas literas Cambii, ut nempè statutis temporibus obtineret relevationem solutionis per ipsum faciendæ aliarum literarum ei directarum ab eodem Savino; Unde inferebatur contra formam mandati dirigere statim nequivisse Blanchino dictas literas solvendas Ignatio, ex quo nondum cesserat dies solutionis literarum Savini, illamque Mazzolenus non impleverat, nec deinde unquam implevit. Quippe
29 neutra ex his exceptionibus Blanchinus se tueri potest, quia de illis nulla mentio fit in dictis litteris; Atque etiam quia respectu Ignatii, utpotè tertii, & foventis causam onerosam, nullius essent momenti post absolutam earumdem litterarum acceptationem, juxta notata per *Bald. in l. frustra numer.* 1. *Cod. de non numer. pecun. Turr. de Camb. disput.* 2. *quæst.* 16. *numer.* 13. *Reverter. decis.* 431. *in fine* ibique *Marin. num.* 3. *Rot. post Constantin. ad Statut. Urb. decis.* 58. *numer.* 7.

Sequitur Decisio precedentis confirmatoria.

Die 17. Junii 1720.

CORAM EODEM.

COncessa Carolo Josepho Blanchino, aliisque litis Consortibus nova Audientia, adversus decisionem dici 4. Aprilis 1718. à me editam, qua firmatum fuit, literas Cambiales ducatorum 845. à Joanne Antonio Mazzoleno Mercatore Veneto die 27. Julii Anni 1715. scriptas dicto Blanchino, cum ordine illas solvendi Ignatio de Candidis hic in Urbe, pro totidem cambiatis cum Laurentio Grisono, solvendas esse ab eodem Blanchino, ex quo ab eo, die 3. Mensis sequentis Augusti acceptatæ fuerunt, prout hac de causa R. P. D. de Gentilibus A. C. Locumtenens mandatum executivum contra eundem relaxaverat in relata quantitate ducatorum 845. Postmodum Causa hæc, licet semel, atque iterum sine resolutione proposita fuerit, hodie tamen, vocatis ad suffragium præstandum quinto, & sexto ex Dominis post consuetum Turnum, responsum habui *pro jam decisis*.

Iterum enim animadversum fuit, Blanchinum per 30
acceptationem dictarum literarum Mazzoleni paratam executionem habentium, obligatum efficaciter remansisse ad illarum solutionem implendam *Salicet. in l. filius familias la* 2. *ff. ad Senat. consult. Macedon. Bart. in l. quo enim primo* ibique *gloss. ff. rem ratam haben. Ripa in l. admonendi numer.* 138. *ff. de Jur. Fisc. Paris. consult.* 47. *numer.* 15. *lib.* 1. *Scacc. de Commerc. & Camb.* §. 2. *gloss.* 9. *numer.* 7. *Carleval. de judic. libr.* 1. *tit.* 3. *disput.* 6. *num.* 35. *Ansald. de Commerc. & Mercat. discurs.* 4. *numer.* 3. *Rot. coram Emerix. Jun. dec.* 663. *numer.* 1. contra 31
quippe illas acceptantem habent executionem paratam *Bald. cons.* 394. *numer.* 4. *libr.* 5. *Turr. de Camb. disput.* 2. *quæst.* 16. *numer.* 16. *Gratian. discept. Forens. capit.* 569. *numer.* 23. minimè retardandam, ex- 32
ceptionibus requirentibus altiorem indaginem *Bart. in l. si Titius vers. & si lex de constit. pecun. Card. de Luc. de Camb. disc.* 22. *numer.* 2. *Rot. coram San. Mem. Alex. VIII. dec.* 118. *num.* 6.

Absque eo quod ipse Blanchinus se tueri possit ex-
ceptione latentis, & præparatæ decoctionis Mazzole- 33
ni trahentis dictas literas, quatriduo post illarum acceptationem sequutæ; Nam, ut sub hoc obtentu retardari possit solutio literarum Cambii jam acceptatarum, decoctio subsequuta, referenda omninò est ad præexistentem aliquam Causam; ex qua eadem inevitabiliter processerit *Ansald. de Commerc. & Mercat. disc.* 4. *num.* 17. *Card. de Luc. de Camb. disc.* 25. *n.* 8. Ali-
quin enim, si immediatæ causæ tribui queat, puta ali- 34
cui casui inopinato supervenienti, cui Negotiatores persæpè expositos esse advertunt *Gratian. discept. Forens. cap.* 391. *num.* 21. *Mans. consult.* 497. *numer.* 1. §. *Non enim*, publicum commercium penitus turbaretur ut prosequitur *Card. de Luc. disc. cit. num.* 11. Quod autem immediatam causam dederit decoctioni Mazzoleni casus inopinatus, colligitur ex eo, quod ille, ad ultimam penè usque horam, communi omnium opinione, integræ fidei; & idoneus habitus fuit, dum semper, ut amplè testantur plures Mercatores Veneti, in Foro versatus cum pluribus publicè, & palam contraxit; Ita quidem, ut Bernardinus Milesius pariter negotiator Venetus, die ultima Mensis Julii, & sic triduo antequam hic in Urbe à Blanchino acceptarentur literæ, de quibus agitur, ipsi à Mazzoleno directæ, eidem mutuo dedit ducatos bismille, & sexcentos monetæ Venetæ, & nonnisi die 8. Augusti 1715. quo Foro cessit, desiit in eo versari; Pro decocto enim, seu proximè decocturo reputari nequit ille, qui
non latitat, sed palam negotiando in Foro compareat 35
Gratian. disceptat. forens. capit. 391. *numer.* 18. *&* 19. *Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 26. *artic.* 1. *numer.* 20. *&* 30. *Rota Januen. decis.* 168. *per tot.*

Certius verò, quia in externis quoque emporiis
dicti Mazzoleni nomen, & fama vigebat; Joannes 36
namque Antonius Mantonus Mercator Januensis acceptavit die 12. Julii ejusdem anni 1715. alias cambiales literas dicti Mazzoleni scut. 1302. quo fit, ut

pro idoneo Mercatore haberetur ad tradita per *Ripam in l. si convers. §. In bonis num. 7. de privil. credit. Surd. consil. 528. num. 38. lib. 4. Stracc. in tract. de Commerc. tit. de decoct. part. 2. in princip. Gratian.*
37 *discept. cap. 591. num. 19*, cum verisimile non sit, quod, si Mazzoleni nomen, & fides diminui jam cœpissent, dictus Mercator ejus literas acceptasset *Card. de Luc. de Camb. disc. 25. numer. 7.* ut etiam Franciscus pariter è Civitate Bergomi die 23. & 31. dicti Mensis Julii ingentem pecuniarum summam Venetias misit, eidem Mazzoleno Filio solvendam, & tamen si illum certò decocturum prævidisset, nulloque pacto illum à decoctione liberare posse sensisset, dubio procul, huic infortunio proprias pecunias exponere prætermisisset, ut considerat decisio, quæ revidetur, §. *Prœterea*,

38 Frustra verò pro præexistenti, & latenti decoctione suadenda, attendebatur brevitas temporis quatuor dierum, quæ intercessit inter acceptationem literæ cambialis, & formalem decoctionem, Etenim qualis fuerit decoctio, & ex qua causa processerit, non ex temporis brevitate judicandum est; sed potiùs ex communi æstimatione, quam Mercator in Foro retinet *Mans. cons. 496. numer. 23. in princip. Card. de Luc.*
39 *de Camb. disc. 20. n. 1.* minus etiam communis æstimatio ominia, & fidei Mazzoleni excludi valeat ex
40 secretis conquæstionibus Patris cum aliis super timore decoctionis ejusdem Mazzoleni. Quoniam nullam animadversionem merentur eo ipso, quod ex illis Mazzolenus rejectus non fuit à cœtu Mercatorum *Cardin. de Luc. de Camb. tit. disc. 25. num. 8.* Idemque dicendum est de duabus protestationibus aliarum literarum ipsius Mazzoleni, Cum hac in re pro decoctione inducenda, attendi non debeat quid suspicari potuerit per aliquos melius informatos de statu Mazzoleni, quando cæteri omnes eum idoneum reputabant; Non omittendo etiam animadvertere, quod una ex dictis protestationibus evenit post patefactam jam dicti Mazzoleni decoctionem, ut dictum fuit in allegata præterita Decisione §. *ut etiam*, *& seq.* in qua præterea firmatur §. *Itaque omnia* Candidum titulo oneroso, petere solutionem valoris dictarum literarum Cambialium; Ideoque Blanchinus acceptans ad eam omnino compellendus est *Gaït. de credit. cap. 2. tit. 7. num. 2582. Card. de Luc. de credit. disc. 163. sub n. 2. & nu. 7. & de camb. disc. 33. num. 2. & 3. Ansald. disc. 2. n. 38. & disc. 5. num 16.*

ARGUMENTUM.

Probatio solutionis per Debitorem factæ ex quibus habeatur, & an sufficiat extrajudicialis Confessio Creditoris facta absente parte.

Quando constat de debito creato in scriptis, an requiratur quod solutio probetur à Debitore per publicam scripturam, ve Instrumentum, vel Testes debeant esse rogati ad audiendam Confessionem Creditoris extrajudicialiter fatentis se à Debitore aliquid recepisse.

Testis singularis, Contrarius, & inhabilis plene probat, quando aliunde adminiculatur.

SUMMARIUM.

1 *Confessio extrajudicialis, licet facta absente parte, plenum probationis gradum constituit, si tendat ad liberandum debitorem.*
2 *Singularitas testium adminiculativa etiam admittitur in Confessione extrajudiciali.*
3 *Testes singulares, si sint adminiculati, admittuntur ad probandum, & num. 7.*
4 *Possessio habita præsumitur ex titulo præambulo.*
5 *Testis, quamvis de Credulitate deponat, si tamen fulciatur alterius testis adminiculo absolutè aliquid deponentis, habetur ac si esset cum dicto Teste contestis.*
6 *Testis licet de Credulitate deponat, efficacissimum tamen semper adminiculum præbet.*
8 *Contrarietas Testium, quando versatur circa accidentalia, non adimit fidem substantiali eorum depositioni.*
9 *Paupertas non detrahit fidem Testi, quando alias sit persona honestæ vitæ.*
10 *Testis semper præsumitur honestæ vitæ, nisi in contrarium probetur.*
11 *Testis defectus suppletur ex numero majori Testium & ex adminiculis concurrentibus.*
12 *Unicus Testis plenè probat, quando est aliundè adminiculatus.*
13 *Confessio extrajudicialis facta absente parte non attenditur, quando constat de debito in scriptis, nam tunc ad probandam solutionem requiritur æquivalens scriptura Creditoris, vel Testes ad audiendam Confessionem rogati.*
Contrarium verius num. 14. & seqq.
15 *Confessio solutionis licet per Testes non rogatos probata, valida est, si adminiculis fulciatur.*
Nisi pactum sit per contrahentes, quod in debiti cancellatione, seu solutione conficiatur publica scriptura vel Instrumentum n. 16.
17 *Inverisimilitudo non attenditur, concurrentibus in contrarium concludentissimis probationibus.*
18 *Falsitas Instrumenti non arguit falsitatem contractus.*

Pisana Solutionis.

DECISIO AUTHORIS, *ET* DISCURSUS CLIII.

Super unico puncto nobis ex benignissimo Suæ Regiæ Celsitudinis Rescripto ad decidendum commisso, an nempè plenè, & legitimè constet ex Testium depositionibus ultimo loco productis per D. Equitem Priorem Franciscum Poschium de quibusdam quatuor solutionibus, quas ipse in computum ejus majoris debiti ex Cambiis contractis quondam Dom. Lucæ Bianconi creditori suo fecisse prætendebat; Nos demum post rem ad trutinam expensam affirmative in favorem dicti Dom. Prioris pronunciandum fore existimavimus.

Moti ad ita judicandum, quia per depositiones Domini Doctoris Ciansi, & Petri Antonii Masi legitime examinatorum, atque inter se contestium de loco, & tempore satis superque constat de confessione dictarum solutionum per Dom. Julium Bianconum fratrem, ac hæredem dicto quondam Lucæ coram iisdem Testibus emanata, quæ licet sit confessio extrajudicialis, absente Parte facta, tamen cum ea non
tendat ad obligandum, sed ad liberandum debitorem, 1
sive ad patefaciendam veritatem solutionum jam factarum, plenum probationis gradum in utroque casu etiam de jure civili constituit, ut pluribus citatis latissime firmant *Paul. Rub. in suis resolut. practic. capit. 23. à numer. 114. ad 118. Angel. de Confess. libr. 1. quæst. 8. limit. 5. & limit. 8. numer. 1. & seq. ac num. 20.*

Eoque magis attenta altera depositione Dom. Julii Mariæ Morronæ attestantis pariter de simili confessione alio tempore facta per dictum D. Julium Bianconum, qui Testis, licet singularis, tamen non minorem probationem facit, quam si esset contestis de loco, & tempore cum aliis duobus Testibus, nam illius singularitas non versatur super unico facto, vel actu non reiterabili, sed super confessione solutionis semper multiplicabili quocumque tempore per credi-
torem, & sic de singularitate cumulativa, & non ob- 2
stativa, ut punctualiter tradunt infiniti relati per *Angel. de Confess. libr. 1. quæst. 8. limit. 1. numer. 16. Rota decis. 87. numer. 4. part. 6. recentior. & coram Emerix. decis. 1010. numer. 3. & decis. 1061. numer. 6. & in Ravennaten. Salviani 4. Decembris 1713. §. Robur. etiam coram Crispo, & Rota coram Ubaldo decis. 189. numer. 7., part. 1.* Sin minus negari non potest, quod dicta singularitas alterius Testis cumulativa non sit forte, & validissimum
adminiculum ad corroborandam aliorum Testium de- 3
positionem *Rot. Roman. dicta decis. 87., numer. 5. par. 6.*

part. 6. *& decis.* 39. *numer.* 6. 7. *&* 8. *& decis.* 197. *numer.* 10. 11. *&* 12. *part.* 7. *recent. & coram Emerix d. dec.* 1010. *num.* 3. *&* 1061. *n.* 6. *& in d. Ravennaten. Salviani* 4. *Decemb.* loco citato.

Addito insuper pro altero convincentissimo adminiculo, quinimo suadentissimo probationis genere ipsomet facto ejusdem D. Julii Bianconi creditoris, qui ultronee, & ex proprio motu usque de anno 1710. super dicto suo credito cambiario quandam transactionem, seu compositionem sibi valde præjudicialem, & damnosam ab eo subscriptam obtulit, & mandavit dicto D. Equiti Priori Poschio, à quo fuit pariter acceptata, ex hoc enim magis convincitur, & elucescit veritas dictæ confessionis; Nam non ex alio motivo dicta ultronea transactionis oblatio adeo præjudicialis non videtur fuisse facta, nisi quia vere agnovit dictus D. Julius ex notulis, vel recordiis repertis in aliquo Libro, seu Scartafaccio D. Lucæ Testatoris ejus Fratris dictas partitas fuisse jam solutas, ut præcise de tali motivo habito per dictum D. Bianconum in oblatione prædictæ compositionis, seu transactionis deponunt dicti tres Testes, & primo idem Cianfus ad *interrog.* 7. ibi *solo posso dire, che nel mio Studio il Sig. Giulio Bianconi alla mia presenza, ed alla presenza di mio Padre, e di Piero Antonio Masi disse, e confessò, che lui avea passato la Scritta di transazione con il Signor Prior Francesche Poschi, perchè avea riconosciuto che tutti i pagamenti contenuti nella Scritta del* 1703. (inter quas solutiones erant adnotatæ etiam summæ, de quibus modo solutio contenditur) *erano quelli veri, e stati fatti dal Signor Prior Poschi; detto Sig. Bianconi disse ancora, che i detti pagamenti gli avea ricavati da fogli, e scartafacci lasciatigli da Luca Bianconi suo Fratello*, idemque melius reperit ad *interrog.* 8. *&* 11. & latius super capitulo „ ibi „ *esser la verità, come fino l' anno* 1710. *Giulio Bianconi si serviva di Procuratore della bon. mem. del Dottore Gio: Cianfi mio Padre nelle Liti, che esso avea coll' Illustrissimo Signor Priore Francesco Poschi, e fattosi nello Studio di detto mio Padre il disteso delle Capitolazioni, e della transazione seguita fra detti Collitiganti, ec. e dopo firmata il detto Giulio Bianconi disse a mio Padre alla mia presenza, che li pagamenti espressi nella Scritta del* 1703. *erano veramente tutti veri, e fatti dal detto Signor Priore, come in essa vengono enunciati, e disse detto Giulio saperlo di certo da diverse notizie, o ricordi lasciati dal fu già Luca suo fratello, ec.* „ & ibi „ *e per abbreviare tutte le dispute avea proposto al detto Signor Priore la detta transazione, il tutto il medesimo Giulio Bianconi disse in quel tempo nel mio Studio, e di mio Padre alla mia presenza, e alla presenza ancora di Piero Antonio Masi, che venne in mio Studio, assieme con il detto Sig. Bianconi.*

Idemque prorsus in substantia deponit Petrus Antonius Masi alter Testis contestis super *interrog.* 7. 8. *&* 9. & super Capitulo, nec non similiter Dom. Julius Maria Morrona testis singularis super alia consimili confessione alio tempore per Dom. Bianconum facta ad *interrog.* 5. „ ibi „ *e che mi trovai un giorno dell' anno* 1719. *in circa nello Studio del Signor Dottor Lorenzo Baccetti Procuratore in quel tempo del detto Bianconi, e mio ancora, dove era il detto Giulio Bianconi sentii, che detto Bianconi disse al Signor Dottor Lorenzo Baccetti, ed alla mia presenza, che avea proposto la transazione della Cappella al detto Signor Priore Poschi stante, che avea riconosciuto, che i pagamenti, ec. erano tutti veri, e fatti dal predetto Signor Priore Poschi*, & idem super Capitulo.

Pro altero etiam adminiculo non mediocris momenti considerabatur depositio Dom. Equitis Baylivi Angeli Amerighi Roncioni, qui attestatur, quod dictus D. Luca Bianconi ei confessus fuit habuisse quandam Margaritarum lineam appretiatam pro scutis ducentum quadraginta in computum ejus crediti, & hæc summa est una de illis modo controversis, & quamvis postea sub inferiori parte sui examinis ex quadam animi sui scrupulositate subdat, *e mi pare, che mi dicesse in pagamento per detta somma*, attamen nihil id relevat, quia sufficit, quod dictus Lucas confessus fuerit recepisse dictam lineam Margaritarum pro dicto pretio, nam sicuti aderat titulus præambulus magni
crediti Cambiarii, de jure præsumitur, quod ille di- 4
ctam lineam Margaritarum receperit in computum di-
cti ejus crediti ad latè tradita per *Rot. Roman. decis.*
19. *numer.* 2. *part.* 15. *recent. Salgad. Labyrint. cre-
dit. libr.* 3. *cap.* 2. *à numer.* 87. *usque ad* 92. *& Rota
post Posth. de manutea. decis.* 475. *numer.* 6. *&* Nos de
Commerc. disc. 31. *numer.* 7. & alibi; Attenta præser-
tim altera attestatione Petri Antonii Masii super in-
interrog. 8. 12. 13. & super Capitulo, quibus in locis
ipse pro certo deponit, quod dictus Lucas Bianconus
ei fassus fuit habuisse dictam lineam Margaritarum in
solutum pro pretio scutorum 240. ad computum dicti
ejus Crediti, ex hac enim depositione suppletur altera
D. Roncioni, licet de credulitate tantum deponeret
super hac circumstantia ità, & taliter, quod præsumi
debet, ac si esset super dicta circumstantia contestis
cum dicto Masio, ut perbelle firmat *Franc. Palm. con-* 5
sult. 82. *numer.* 16. 17. præcipue cum dicta circum-
stantia non percutiat substantiam actus receptionis di-
ctæ lineæ Margaritarum, sed tantum qualitatem, an
nempe eam receperit Dom. Bianconus in solutum, &
non solverit ipse pretium Dicto Equiti Poschio; Ul-
tra quam quod Testis licet etiam de credulitate depo-
nat, tamen efficacissimum semper præbet adminiculum
Ludovis. decis. 427. *numer.* 5. Et quatenus etiam om- 6
nes testes prædicta exceptione singularitatis laborarent,
quod negatur, attamen concurrentibus prædictis ad-
miniculis plene probarent *Rota coram Merlin. decis.* 7
376. *numer.* 6. *& Rot. par.* 6. *decis.* 87. *n.* 5. *Angel.
d. q.* 7. *lib.* 2. *num.* 37.

Neque in nihilo obstare visa fuit aliqua prætensa
varietas, seu contrarietas in testibus prædictis, quia ne-
dum ea optime conciliabatur in facto per Informan-
tes pro D. Priore Poscho, ut ex facti summario, ve-
rum etiam quia talis varietas, vel contrarietas cum
versaretur circa accidentalia tantum, nihil adimit fi-
dei eorum in substantiali depositione super meritis, &
ideo nullatenus de jure attendenda *Rot. coram Ludo-* 8
vis. dec. 351. *numer.* 29. *& decis.* 558. *numer.* 8. *& n.*
10. *& decis.* 248. *numer.* 13. *& decis.* 347. *numer.* 9.
& 10. *& coram Emerix. Jun. decis.* 1010. *num.* 4. *&
decis.* 1061. *numer.* 6. 7. *& in d. Ravennaten.* 4. *De-
cembr.* 1713. *coram Crispo.*

Minimeque pariter obicem ingerit alia exceptio per-
sonalis, quæ dabatur contra dictum Masium ex causa
summæ ejus paupertatis, quia omisso, quod illa in fa-
cto concludenter non erat probata, ea non detrahit
fidem Testi, quando alias sit persona honestæ vitæ,
Rot. Rom. dec. 101. *num.* 5. & melius, ac latius *de-* 9
cis. 175. *numer.* 14. *& seq. par.* 12. *rec.* & semper Te-
stis præsumitur honestæ vel probatæ vitæ, si de mala
illius vita, & conditione concludenter non constet, ut
prosequitur eadem *Rot. dicta decis.* 101. *numer.* 6. 7. 10
part. 12.

Cæterum hæc exceptio, vel quicunque alius defe-
ctus nihil pariter relevat, quia suppletur ex numero
majori Testium, & adminiculis supra recensitis con- 11
currentibus in casu nostro, ut advertit *d. dec.* 175. *n.*
19. *parte* 12. & plenissime *Rota nostra Florentina in
Liburnen. pecuniaria, seu mandati* 31. *Martii* 1724. §.
Primieramente, & §. in secondo luogo, coram me, *&
Rota post Zacch. quæst. medic. Legal. decis.* 76. *nu-
mer.* 17.

Et quatenus etiam in casu nostro non adesset nisi
unicus Testis omni exceptione major, tamen admini-
culatus ex aliis Testibus licet aliquam exceptionem pa-
tientis, vel ex aliis adminiculis, ac præsumptionibus
supra ponderatis, plene probaret, quod in omni ma- 12
teria procedere firmavit *Rota coram Ludovis. decis.*
247. *num.* 6. 7. *& Rot. penes Palm. Nep. dec.* 450. *n.*
22. *tom.* 5.

Absque eo quod hujusmodi propositionem veritati
obstare minime valeat distinctio per Informantes pro
D. Biancono allata, & nimium per eos magnificata,
quod nimirum confessio extrajudicialis absente Parte
facta non meretur de jure attendi, quando constat,
prout in casu nostro, de debito creato in scriptis,
quo casu ad probandam solutionem, vel requiritur æ-
quivalens scriptura creditoris, vel Testes ad audien- 13
dam dictam confessionem rogari, ut per textum *in au-
then. rogati Cod. de testibus* desumpta ex *auth. de te-
stib.* §. *Et licet* tradunt ibi scribentes, & *Mascard.*

de probat. conclus. 379. numer. 22. Farinac. de testib. quæst. 62. numer. 147. Angel. de Confess. lib. 3. quæst. 7. effec. 2. num. 29.

Quandoquidem, quicquid sit, an dicta conclusio etiam in abstracto sumpta amplius in praxi servetur, ut
14 negat etiam in re criminali *Conciol. verbo confessio reo. fol. 13. n. 14. in fin.* illa non procedit in casu nostro, tum quia nostra confessio, licet per Testes non rogatos probata, validissimis est fulcita adminiculis, ut
15 declarat idem ex adverso relatus *Angel. de Confess. d. q. 7. effec. 2. n. 37.* cum pluribus ab eo citatis, tum quia dicta conclusio intelligenda est, quando in scriptis ita fuit celebratus contractus mutui, vel Cambii, ut non solum de creatione debiti per talem scripturam appareat, verum etiam ibidem de pacto, seu conventione, quod in debiti cancellatione, seu solutione conficiatur publica scriptura, vel publicum instrumen-
16 tum, alias ad hunc effectum, de quo agitur, dici non potest constare in scriptis de debito, ut optimè in puncto declarant *Afflict. dec. 105. n. 4.* & latè cum pluribus citatis idem *Angel. de Confess. quæst. 8. limit. 8. n. 10. §. Siquidem objectum*, ideo cum de hujusmodi pacto non constet in nostris apocis cambiariis, illa non est casui nostro applicabilis.

Denique, non obstant nonnullæ inverisimilitudines ex adverso deductæ contra prædictas solutiones; & præsertim, quod appareant etiam ex quadam apoca anni 1703. subscripta à dicto q. D. Luca Biancono, quæ fuit alias tanquam de falsitate suspecta à Judice rejecta.

Nam quoad inverisimilitudines ultra satisfactorias responsiones datas in facto per DD. Informantes pro dicto D. Equite Poscho, replicatum fuit eas nullatenus esse attendendas concurrentibus in contrarium tot validioribus, imo concludentissimis probationibus per testes super veritate dictarum solutionum nuperrimè factis per dictum D. Equitem Poschum, ut supra demonstratum fuit, per quas suffocantur, & in pulverem reducuntur prædictæ siquæ sunt contrariæ inveri-
17 similitudines, ut punctualiter considerat *Rot. Rom. coram Ludovis. dec. 247. n. 1. 2. 3. & seq. & Rot. cor. Caprara dec. 713. n. 20. lib. 2.* Quo vero ad apocam anni 1703. ponderatum fuit nihil omnino referre, quod ipsa tanquam suspecta pro falsa haberi debuerit ac debeat (cujus inutile tamen coram nobis fuit examen) cum in ea contentum, nempe solutiones prædictæ, modo aliunde probatæ fuerint, ut vidimus per alias indubitatas probationes, nam simul stare potest, quod continens sit falsum, contentum vero verissimum, & reale, ut in puncto contractus licet in aliqua scriptura falsa contenti, sed postea per Testes comprobati, advertit *Roland. à Valle cons. 43. n. 14. & 15.*
18 *lib. 3.* nec non etiam in consimilibus omnino terminis late tradit *Natt. cons. 609. nu. 22. cum plurib. seqq.* & Nos ad *Stat. Januæ de Decret. à Senat. impetr. §. 3. verb. hæc omnia num. 20. fol. 55.*

ARGUMENTUM.

Stante Statuto prohibente rem communem immobilem posse alienari nisi in Consortem, an sufficiat rem fuisse alienatam in Consortem, etiam ex minima parte, itaut illa retrahi, vel avocari nequeat à Consorte ex majori parte. Declaratur Theorica *Baldi in l. 1. num. 4. C. de commun. serv. Manumiss.*

Statutum Florentinum concedens retractum vicino, vel Consorti, procedit solum in vero vicino, ac Consorti majores confines habente.

Præventio quando prælationem tribuat vicino in materia retractus.

SUMMARIUM.

1. *Jus Retractus competit vicino, vel Consorti habenti majores, ac digniores confines, & numer. 4.*

Quod procedit etiamsi Statutum concedat simpliciter Jus Retractus consorti, aut vicino num. 2. & 16.

3 *Lex una, seu Statutum declarat aliud.*

5 *Alienatio rei communis facta in minima partis Consortem impugnari nequit à Consortibus majorem partem habentibus, & n. 6.*

Declara tamen hoc procedere, quando Statutum simpliciter prohibet alienationem fieri non posse extra Consortes; Secus vero si Statutum ulterius disponat, quod ante alienationem requiratur vicinus, vel Consors, eique retractum concedat, tunc appellatione consortis, vel vicini venit, qui pro majori parte cohæret numer. 7.

Affertur ratio disparitatis inter unum, & alterum Casum num. 8.

9 *Prohibitio simplex alienandi extra familiam non impedit, quin alienatio fieri valeat etiam in remotiorem de familia.*

Secus vero si ultra prohibitionem appareat de vocatione alicujus generis personarum, tunc solum admittendi sunt cæteri de familia secundum ordinem proximioritatis num. 10.

11 *Statutum Florentinum concedens retractum vicino, aut Consorti intelligitur de Vicino, ac Consorti per majores, ac latiores confines.*

12 *Communis opinio non dicitur illa, quæ est omni Jure destituta, licet eam sequuti fuerint innumeri Doctores.*

13 *Consuetudo judicandi non inducitur ex Sententiis, & decisionibus erroneis.*

14 *Judex sequi debet illam opinionem, quam Doctores bene firmaverint.*

15 *Communis opinio illa dicitur, quæ melioribus rationibus fundatur, quam majori numero Doctorum.*

17 *Alienatio rei communis fieri potest in minimæ partis consortem, quando iste Consors est per participationem Dominii, & n. 18.*

Hoc tamen non procedit in terminis Statuti retractum concedentis vicinis ob murorum cohærentiam num. 19.

20 *Consors etiam in minima parte potest retrahere.*

21 *Ratio dispositionis principaliter attendi debet, & sub ipsa omnes Casus ipsi adaptabiles intelliguntur comprehensi.*

22 *Vinculum gradus Materni est irrelevans in casu Statuti vocantis ad Successionem Fratres, vel Agnatos.*

23 *Retractus de Jure non datur ratione consortii etiam proprii.*

24 *In Æquiparatis idem Judicium servandum est.*

25 *Statutum affirmativè quando disponit, quod retractus competat vicino, vel Consorti, semper præferendus est, qui ex majori parte Consors, vel vicinus apparet.*

26 *Præventio prælationem tribuit Vicino in materia retractus, si Jura concurrentium sint paria, non vero quando qui prævenit est de Jure inferior, ac minores confines habet, tunc enim præventio nihil operatur, & num. 27.*

28 *Creditori censuario nulla præventio, aut gratificatio opitulatur in præjudicium Consortis, seu vicini ad retractum primo loco vocati.*

Florentina Retractus.

DISCURSUS CLIV.

IN Causa Retractus cujusdam domus per DD. de Scarlattis adversus D. Abbatem de Nero intentati, DD. meis Auditoribus de Comitibus, & de Viviis, & mihi ad eam decidendam commissa, per DD. unanimes resolutum fuit dictis DD. de Scarlattis jus retrahendi dictam domum, à dicto Domino Abb. de Nero emptam, competere. Verum quia non fuit super dicta Causa extensa decisio, sæpiusque à pluribus Curialibus de hujus nostræ resolutionis ratione pluribus per alios DD. Auditores antea judicatis contrariæ requisitus fui, ideo solidissima fundamenta, ex quibus modo censuerunt DD. aliter judicare toti Curiæ in præsenti Discursu palam facere proposui.

Quem-

Quemadmodum enim in concursu majoris Consortis, aut vicini, etsi agatur de retractu intentato post venditionem rei immobilis factam alicui minus vicino, vel consorti, ille semper præferendus est, adeout minus vicinus, vel consors in concursu viciniotis, vel magis consortis tamquam extraneus intelligi debeat per Statutum exclusus; Ita, cum in casu nostro Domum DD. de Scarlattis longe majorem, ac latiorem murorum ex pluribus etiam lateribus cohærentiam cum domo retrahenda habere constaret, quàm alteram domum D. Abbatis de Nero, iisdem DD. de Scarlattis jus ad dictam domum à dicto Abbate de Nero retrahendam satis compertum est competiisse, & competere, ut concorditer firmant *Gratian. cap. 526. num. 2. cap. 546.*
1 *n. 4. & cap. 745. num. 19. & cap. 874. n. 20. Constant. ad Stat. Urb. adnot. 24. nu. 206. & 377. & seq. Castald. consult. 267. n. 1. & seq. Corradin. de Jur. Prælat. q. 14. n. 25. & seq. Ep. Rocc. disp. 161. n. 1. & 2. & disp. 162. n. 1. Caball. cons. 127. n. 3. lib. 1. Sabel. resol. 68. num. 18. & seq. Cyroch. discept. 29. n. 18. & 24. Zaul. ad Stat. Favent. lib. 6. rubr. 15. numer. 45. Balduc. tit. de Prælat. dec. 6. num. 36. & in Calcesana Retract. 26. Januarii 1718. n. 9. & seq. cor. D. Audit. Calderono Peregr. dec. 24. n. 4. & 13. vers. sed contra*, & optime *Rot. Januen. in Janu. Retract. 28. Januar. 1704. §. Ultraquam quod cor. Nozio.*

Quæ sanè juris conclusio locum sibi etiam vindicat
2 ad terminos nostri Statuti Florentini concedentis simpliciter Jus Retractus consorti, aut vicino, & ratio est, quia cum Statutum passivam interpretationem recipiat à jure, intelligi debet, ut in concursu semper præferatur ille, qui majorem murorum cohærentiam habet *Rot. nostr. Lib. motivor. 25. à 259. §. Et primo, §. Et ideo, & lib. 106. à 215.* & recentius *Lib. 121. à 247. §. Attamen cor. bon. mem. Farsetto Jun.* & nupertime *in Calcesana retractus 26. Januar. 1718. cor. D. Auditore Calderono n. 5. cum seq.* quod ipsum prius confirmavit *Rot. penes Monac. dec. Flor. 24. n. 30. & seq.* eamque hoc themate concursus recento sequuti sunt *Constant. ad Stat. Urb. adnot. 24. n. 204. Raudens. var. cap. 21. n. 5. & seq.* coquerelato *Molfes. ad consuet. Neapol. par. 12. q. 6. n. 13.* Nec non in longe durioribus terminis retractus coactivi ad ornatum Urbis concessi per legem Ducalem, vulgò *del comodo* editam de anno 1550. eadem *Rota cor. Acaris. dec. 79. per tot.* quæ quidem lex, licet
3 non disponat in nostro casu præcisu, attamen ea inservit ad interpretationem dicti Statuti juxta regulam, quod una lex, seu Statutum aliud declarat *Mascard. de general. statut. interpret. conclus. 2. num. 116. Grat. capit. 536. num. 10. tom. 3.* & in similibus omnino terminis *Card. de Luc. de Testam. discurs. 30. numer. 17.*

Fortius in casu præsenti ex duplici utraque solidissima ponderatione; Altera quia dictis DD. de Scarlattis adstipulatur multiplex parietum communio in qualibet domus parte nobiliori, magisque principali, scilicet in toto prospectu, & contignatione utriusque domus à summo ad imum colligatæ, eadem murorum structura, quæ inde prosequitur in omnibus solariis, atque mansionibus magis decentibus per totum tractum interiorem juncto quoque atrio, seu curte DD. de Scarlattis, ubi adsunt plura ostia, nec non arcus incepti, & secundum artis peritiam perficiendi in domo retrahenda. Tot igitur, & magis qualificati confines indubiam suppeditant prælationem exclusive ad alium consortem ex unica tantum parte laterali, & cum domucula longe minus decenti, cujus maxima pars inservit pro usu Remissæ, vel ad decentem habitationis usum
4 minus apta *Rot. nostra penes Venturin. decis. 3. numer. 3. & seq. & apud Monac. dec. 24. num. 28. & seq. & lib. motiv. 71. à 264. & lib. 121. & 247. §. attamen, cor. bon. mem. Auditore Farsetto Jun. Sabell. res. 68. n. 21. & seq. Constant. ad Stat. Urb. adnot. 24. n. 292. & seq. Card. de Luc. de servit. disc. 74. n. 18. disc. 96. ex n. 10. Episc. Rocc. disp. 161. n. 11. & disp. 162. n. 29. & seq.*

Neque prædictis adversari visum fuit theoricam *Bald. in l. 1. num. 4. C. de comm. serv. manumiss.* firmantis alienationem rei communis factam in minimæ partis consortem neutiquam posse impugnari ab aliis con-
sortibus majorem partem habentibus, quæ sane Theo- 5
rica nedum recepta videtur ut ex *Beniell. cons. 76. n. 2.* & plenè *cons. 78. & cons. 79. fere per tot. Dec. respons. 15. numer. 17. & seq. lib. 4. Fenzon. ad Stat. Urb. cap. 110. Venturin. decis. 3. num. 38. & numer. 41. §. diversum, & Rota Bonon. divers. decis. 113. numer. 3. & seq. Fattinell. resp. 108. numer. 1. & 4. Rocc. Isolan. cap. 162. numer. 34. & seq. Rot. coram Pan. decis. 1114. numer. 2. Constantin. ad Stat. Urb. adnot. 24. num. 192.* Verum etiam ad speciem Statuti nostri fuit ab eodem Baldo, aliisque Doctori-
bus adaptata ut ex *Decian. d. respons. 15. numer. 11.* 6
lib. 4. Tiraquell. de retract. §. 11. gloss. 6. numer. 12. Ger. Spin. in addit. ad dict. Stat. in vers. quod si principalis cum seq. nec non pluries ex Rotæ nostræ decisionibus, *ut ex lib. motiv. 29. à 13. & lib. 33. à 116. & lib. 61. à 264. & lib. 68. à 73. & lib. 76. à 93. libr. 96. à 13. libr. 116. à 621. & apud Venturin. decis. 3. numer. 37. 57. cum seq.*

Etenim placuit DD. ea magis inter omnes solida
responsio, quod dicta *Baldi Theorica* locum sibi vin- 7.
dicet dumtaxat in Statutis prohibentibus simpliciter alienationem immobilium fieri non posse extra consortes. Cum itaque Statutum Florentinum non se contineat in his simplicibus terminis prohibitivæ alienationis extra consortes, sed ulterius expressè disponit, quod ante alienationem invitetur, & requiratur consors, aut vicinus, eique retractum absolutè concedendo, quo casu sub simplici, & indefinita appellatione consortis vel vicini certè intelliguntur à Statuto secundum juris ordinem invitati; qui pro majori parte, vel ex pluribus lateribus cohærent, exclusis aliis in eorum concursu pro minori parte adhærentibus, ut magistraliter *Rot. nostra penes Venturin. decis. 3. numer. 38. & 41. & coram Farsett. Jun. in Florentina Retractus 30. Aprilis 1700. Francisc. Palm. consult. 20. per tot.* aliique plena manu supra cumulati, & in hoc erant etiam concordes pro D. Abbate de Ne-
ro scribentes. Et ratio differentiæ, quæ inter unum, 8
& alterum casum versatur, ex eo oritur, quod in primo prohibitivæ alienationis rei extra consortes, vel vicinos Statuentes intendunt extraneos excludere, & sic respectu eorum tantum juri communi derogare; sed non respectu consortum, vel vicinorum, circa quos non intelligitur alienare volenti vulnerata libera facultas, quæ de jure ei competit alienandi, in quem de dictis consortibus, vel vicinis sibi placuerit, ubi itaque alienatio sequuta fuerit in aliquem ex consor-
tibus vel vicinis, licet ex minori parte, hujusmodi 11
Statuto satisfactum plenè videtur, ut bene notant *Ancharan. cons. 371. numer. 1. Rot. coram Pan. decis. 1114. numer. 2. & 1157. numer. 1. & Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 110. numer. 12.* quos sequitur *Constantin. ad Statut. Urb. adnot. 24. numer. 192.* Secus autem in secundo casu, quia cum Statutum non sistat in simplici prohibitione, sed ulterius progrediatur disponendo, quod consors, vel vicinus requiratur, & invitetur ad acquirendum, tunc ista subsequens expressa vocatio consortum, vel vicinorum debet intelligi secundum ordinem juris, ut nempe qui ex majori parte est consors, vel vicinus præferatur, ut per authoritates supra recensitas ostensum fuit, & in puncto Statuti nostro Florentino similis latè comprobat *Franch. Palm. consult. 20. fere per tot.* quem sequitur *Rota Januen. in Januen. Retractus 28. Januarii & 9. Februarii §. ultraquam quod coram Nozio*, & exemplo quoque prohibitionis alienandi extra familiam, quæ si simpliciter concepta fuit non impedit quin alienatio fieri valeat etiam in remotiorem de familia per *Textum in l. unum ex familia, & leg. pete §.
fratre, ff. de leg. 2.* At si ultra prohibitionem aliquo 9
modo appareret vel expresse, vel tacite de vocatione, sive fideicommisso ad favorem familiæ, vel alicujus generis personarum, sublata remanet facultas transferendi amplius bona in remotiores, sed solum admittendi sunt cæteri de familia secundum ordinem pro-
ximioritatis de jure antea vocati, *Peregrin. de Fideic.* 10
artic. 14. numer. 7. vers. at secus Fusar. de substit. quæst. 380. numer. 18. quæstio 716. numer. 5. Bellon. Jun. cons. 1. numer. 59. & sequenti de Luca de Fideicommiss. disc. 55. numer. 11. Rota nostra penes Urceol. decisio. 22. ex numer. 10. & post Turr. de

majorat. decis. 20. *num.* 48. *& seq. Rota decis.* 429. *num.* 18. *& seq. & num.* 23. *part.* 13. *& dec.* 415. *n.* 8. *vers. non obstant par.* 14. *rec.* sane proinde sequitur alienam à casu nostro eique penitus inapplicabilem esse prædictam Baldi, ac omnium illius sectatorum Theoricam.

Ex quo optime quoque colligitur quantum aberra-
11 veriot Doctores illi, ac Rotæ nostræ decisiones in objecto relatæ, quæ supponentes cum Baldo, quod Statutum Florentinum, vel aliud forte huic simile negativè tantum disponat, imo hujusmodi falsum Baldi suppositum cæca fide insequentes illius theoricam accommodari posse eidem, vel alii simili Statuto autumarunt, eosque pariter quoad nostrum Florentinum de hujusmodi manifesto errore, ac suppositi insussistentia convincunt, melius ad sensum hujus Statuti Florentini advertentes, *Randens. var. resol. cap.* 21. *n.* 5. *& seq. Molfes. ad consuetud. Neap. par.* 12. *q.* 6. *n.* 13. *Ansald. cons.* 90. *ex n.* 38. *De Luca ad Gratian. cap.* 742. *nu.* 12. *vers. vicinitas, & eadem Rot. nostra in lib. motiv.* 25. *à* 259. *sub die* 17. *Augusti* 1564. *& lib.* 98. *à* 79. *& lib.* 21. *à* 247. *in Florent. retractus* 30. *Aprilis* 1700. *cor. Farsetto Jun.* quæ decisiones omnes, & doctores uno ore affirmarunt, quod Statutum Florentinum non patitur alienari posse rem immobilem in remotiorem, vel minus confinem in concursu viciniorıs, vel magis ex pluribus lateribus confinis, sed iste admitti debeat excluso penitus remotiori, vel minori ex parte confine.

12 Ubi enim talis error juris vel facti apparet, prout in casu nostro, frustra quæritur de majori numero decisionum, vel Doctorum qui erroneam sequuti fuerunt opinionem, nam illi, licet essent innumeri, non possunt sibi fingere, sive communem opinionem inducere, quæ esset omni jure destituta, ut notat *Dec. in cap. si duobus de appellat. paulo ante n.* 62. *vers. & quia communis*, vel contra expressam juris, vel legis aut Statuti dispositionem ex traditis *per Gob. consult.* 89. *num.* 9. *Rot. dec.* 214. *n.* 6. *par.* 16. *rec. & Rot. Luc. inter recoll. à Dom. Palm. Nep. tom.* 1. *dec.* 51. *num.* 15. ubi quod ex erroneis decisionibus, vel sententiis
13 oriri non potest aliqua consuetudo judicandi in futurum. Idemque melius comprobat Eminentissimus, tam pro dignitate, quam in scientia legali *Card. de Luca de Judic. disc.* 35. *n.* 84. *&* 85. ubi docet, quod Doctores non sunt numerandi numeratione aritmetica, sed ponderandi, & videndi si aberrant à juris nostri principiis, quia non licet unquam Professoribus legum
14 ab illis deviare, & ridiculum esset si Judex opinionem sequeretur non considerando si illam Doctores bene firmaverint, & ante eum *Cyriac. controv.* 17. *numer.* 17. *& contr.* 118. *n.* 30. *& Rot. dec.* 17. *n.* 4. *& 9. par.* 7. *rec.* quæ recessit à communi etiam opinione, quam non invenit rationibus innixam, quia communis opinio illa dicitur, quæ super melioribus rationibus fundatur, quam quæ super majori numero Do-
15 ctorum fundamenta collocavit *Clarin. controv.* 106. *num.* 51. Quare pro universali documento scriptum reliquit *Seneca morum Magister in capit.* 1. *de vit. beat.* quod nihil magis præstandum est quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non qua eundum est, sed qua itur &c. nec ad rationem, sed ad similitudinem vivimus, aliisque perimus exemplis.

16 Minusque inter cæteros obstat *Beniell. in cons.* 76. 78. 79. scribens in casu Statuti Januen. ad opportunitatem causæ pro suis Clientibus, nam contra eum fuit decisum & pluries in aliis similibus causis, quæ Genuensi in curia contigerunt, *ut in Genuen. Retractus* 30. *Julii* 1696. *cor. Serapeo §. finali inter decisiones Balduccii sub titulo de prelatione dec.* 6. *n.* 36. *& in Genuen. Retractus die* 15. *&* 22. *Junii* 1700. *coram Gasdia inter dec. Baldus. sub eod. tit. & dec.* 12. *in princip.* & melius *in Januen. Retractus* 28. *Jan. & 9. Februarii* 1704. *& ultra quam quod cor. Nozio*, & pro toto tempore meæ advocationis in Patria nunquam vidi, vel audivi amplius de hoc articulo disputari, sed pacifice contra *consil. Beniell.* altera opinio semper admissa, itaut modo Genuæ nefas propemodum esset contrarium tentare.

Alia duplici responsione prædictam *Baldi Theoricam* declinare contendebant Informantes pro DD. Scarlattis; Altera nempe quod ea applicabilis tantum sit ad casum statuti disponentis de vero, & proprio Consorte, qui scilicet obtineat in re dominii partem cum aliis communem, eamque, ut dicitur, quotitativam, seu integralem totius, itaut influat in omnes, & singulas portiones seu glebas, puta tertiam, quartam vel millesimam, prout vere intra hujus casus limites se
continet idem *Bald.* & communiter aliæ auctoritates, 17
quæ in eadem specie Statuti *Baldum* referunt, aut sequuntur, & signanter *Tiraq. de detract. lignager. §.* 11. *gloss.* 6. *numer.* 11. *& seq. Venturin. dec.* 3. *nu.* 37. *Monac. d. dec.* 24. *n.* 11. *Gratian. cap.* 526. *nu.* 4. *& cap.* 842. *n.* 44. *& cap.* 874. *n.* 19. *&* 22. *Card. Corradin. de prelat. q.* 14. *n.* 27. *Dec. respons.* 15. *n.* 11. *lib.* 4. *Fattinell. resp.* 6. *n.* 3. *lib.* 1. *Rot. cor. Pen. dec.* 1114. *& dec.* 1157. *& par.* 4. *rec. dec.* 17. *n.* 12. & omnium melius hunc *Baldi* sensum aperit Rota nostra pro parte D. Abbatis de Nero allegata *in lib. motiv.* 116. *à* 621. *§. quia vers. ad effectum, & §. Pariter, & Clarius in §. nam omisso*, ubi, per hæc verba *Baldus autem in d. l.* 3. *n.* 4. *Cod. de comm. serv. manumiss. in cujus authoritate omnes alii Doctores se fundant, loquitur in illo qui habet minorem partem in eadem re, in qua alii majorem habent, quæ tamen minor pars influit in singulas partes totius rei, itaut in qualibet gleba seu latere partem suam habeat, quare Doctores Baldi doctrinam amplectentes ad illius mentem referendi sunt, quam optime declarat Molin. de contract. disp.* 371. *n.* 7. Quinimo hoc idem colligitur ex glossatione ejusdem *Baldi* sibimetipsi facta *in l. dudum n.* 7. *C. de contrah. empt.* ubi proprium dictum explicando testatur, quod intelligitur consors per participationem dominii, & id facit ad Statutum Florentinum, quo ca-
vetur, quod non liceat alienare domos extra consor- 18
teriam, illud idem comprobat *Gratian. d. cap.* 526. *n.* 2. & decidendo firmat *Rot. nostra libr. motiv.* 17. *à* 260. *lib.* 95. *à* 283. *lib.* 96. *à* 12. *vers. non etiam lib.* 109. *a... die* 17. *Julii* 1631. *& Gev. Spin. in not. ad d. Stat. rubr.* 109. *vers. consors.*

Verum casus noster cum sit valde diversus, quia non versamur in consortio, aut participatione domus retrahendæ, sed in simili communione muri lateralis sejungentis domum venditam ab altera, per quam communionem murorum vicinus lateralis, cum muro communi nullum habet in tota domo consortium, cum de illius dominio non participet in aliqua portione quotitativa, atque cum toto commixta, ideo hanc *Baldi doctrinam* loquentem de vero tantum consortio per participationem dominii in ipsamet re vendita nullatenus convenire terminis statutarii retractus
concessi vicinis ob muri intermedii, vel etiam solarii 19
cohærentiam tradiderunt *Rota coram Merlin. decis.* 386. *numer.* 33. *& sequenti* confirmata in *decis.* 411. *numer.* 5. *& seq. Add. ad Burate. decis.* 520. *num.* 14. *Venturin. decis. Flor.* 3. *numer.* 11. *&* 12. *Rot. nostra libr. motiv.* 71. *à* 264. *§. postremo, & libr. motiv.* 96. *à* 13. *§. minus obstat vers. quia respondetur, & libr.* 116. *à* 611. *§.* 2. *& melius §. quia vers. ad effectum, & libr.* 122. *à* 325. quam referendo sequitur *Urceol. decis. Flor.* 18. *numer.* 37. 40. *&* 43. quibus omnibus addendi *Cardin. de Luca de servit. discurs.* 70. *numer.* 23. *Zaul. ad Stat. Faventia lib.* 6. *rubr.* 11. *num.* 48.

Altera verò quod prædicta *Baldi Theorica* non vi-
detur decidere casum concursus inter plures socios, 20
seu consortes ex inæqualibus portionibus ad retractum venientes, sed tantum simpliciter firmare videtur, quod consors etiam in minima parte potest retrahere, quia minimum trahit ad se maximum, quod utique verificari potest non requirente alio ex majori parte consorte.

Utraque tamen postrema responsio non levem DD. pars videbatur difficultatem, ideoque super eis omisso ulteriori examine nihil fuit per DD. conclusum; Nam quoad primam dubitabatur, quod licet *Baldus* loqueretur in casu veri, & proprii consortii per dominii participationem, nihilominus illius doctrina dicto argumento ab identitate rationis procedere posset etiam in casu improprii consortii per communionem tantum murorum lateralium adhærentis domus retra-
hendæ. In jure etenim sufficit quod eadem ratio 21
dispositionis in uno casu considerata convenire valeat

alteri

alteri ab eo materialiter diverso, cum principaliter attendatur ratio, itaut sub eadem ratione omnes casus ipsi adaptabiles intelligantur comprehensi *Cravett. cons. 183. numer. 3. versic. alibi sentit, & Fusar. de substit. quaest. 678. numer. 7. Redenasc. cons. 36. numer. 35. & 56. Rota coram Buratt. decis. 253. à numer. 4. ad numer. 9. Marc. de success. leg. part. 3. quaest. 4. artic. 5. numer. 33. & 34. Mascard. de interpret. stat. conclus. 4. numer. 104. & sequenti & conclus. 5. numer. 27. & 28. Cancer var. capit. 8. numer. 13. 14. & 15. part. 1. Altegrad. Sen. cons. 58. numer. 58. & 59.* & late *in dicta Calcesana retractus 26. Januarii 1718. numer. 34. 35. 36. coram Dom. Auditore Calderono*. Etenim si Statuto disponente, quod res immobilis extra veros consortes non alienetur, verum esset, quod consors ex minima etiam parte retrahere valeat, quia non minus ipse, quam alter consors ex maxima parte comprehensus dicitur sub dispositione Statuti, ita quoque eadem ratio militare videtur in alio Statuto disponente ne illa alienetur extra vicinos laterales, quia non minus vicinus ex minima parte continetur sub dispositione hujusmodi Statuti, quam alter vicinus lateralis ex maxima parte, ut omnes Doctores in hoc sunt concordes, sola remanente quaestione, an in concursu plurium consortum, vel vicinorum praeferri debeat ex majori parte consors, aut vicinus alteri minus con-
21 sorti, aut vicino, cujus resolutio, ut vidimus, dependet à conceptione verborum, cum qua loquutum fuit Statutum, an nempe per verba prohibitiva tantum, vel per verba affirmativa, sive dispositiva ad favorem vicini.

22 Et licet in casu proprii consortii alia considerabilis possit esse ratio, quod nempe propter condominii participationem influentem in totam rem, & in singulas partes, vel glebas ejusdem rei locum habeat regula, quod minima pars maximam trahat, tamen id esset penitus irrelevans, sicuti est impertinens, vel irrelevans vinculum gradus materni in casu Statuti vocantis ad successionem fratres, vel agnatos, ut magistraliter in *Favent. successionis 3. Julii 1708. coram R. P. Dom. Aldovandro, & Rota Florentina in Florentina successionis §. ardua, & seqq. coram Domino Mariono*.

Nam aut vis hujus retractus consistit in sola qualitate consortii, itaut praecisa quacumque dispositione Statuti, ob solam participationem influentem in totam rem, retractus locum habere deberet in vim praedictae regulae, quod minima pars maximam trahit, & tunc haec specialis ratio militans in consorte vero, & proprio non haberet locum in Consorte improprio per cohaerentiam scilicet murorum; Aut vero vis sit in Statuto hujusmodi retractum concedente, prout in eo dumtaxat fieri debet, quia de jure non datur retractus
23 ratione consortii, etiam proprii, ad late tradita usque ad satietatem *per Episcop. Rocc. disput. select. cap. 160. num. 1. 2. 3. 4. & Constantin. ad Urb. Statut. adnot. 24. num. 1. & seqq. & nu. 188.* & tunc sive Statutum loquatur de Consortibus propriis, sive impropriis, nulla profecto videtur assignabilis ratio differentiae, cur in uno quam in alio casu aliud dici debeat, cum in utroque statutarius retractus jus tribuat, vel eumdem operetur effectum, ut qui minimam etiam partem, sive in Condominio, sive in cohaerentia habens maximam trahere valeat. Fortius quia in casu nostro per Statutum Florentinum Consors proprius aequiparatur improprio, seclusa tantum praelatione inter eos in concursu, qua sane aequiparatione attenta eadem prorsus in caeteris intret ratio, idemque idcirco
24 judicium inter eos servandum est, Plenè per *D. Severol. penes tom. ... dec. selectar. ad Card. de Luc. in respons. 2. edit. in celebri causa de Ricasolis numer. 222. cum seq. Giurb. ad Consuetud. Messan. cap. 12. Gloss. 3. num. 12 & 13.*

Ultra quam quod sensus omnium Doctorum, qui tradiderunt *Theoricam Baldi* procedere in casu Consortis veri, & proprii, secus in vicino, non fuit admittendi, quod illa procedat in casu Statuti affirmativè loquentis, seu concedentis retractum Consortibus, & stante tali Statuto adessent plures ex inaequali parte Consortes, sed eorum finis tantum fuit declinandi illius doctrinam, ut non ferret casum plurium vicinorum ex inaequali parte concurrentium ad retrahendam rem venditam, super quo ipsi vel scripserunt, vel deciderunt, quod utique negari non potest, ne viri adeo celebres, & docti de manifesto juris errore convincantur, cum certum in jure sit, quod ubi Statutum af- 25
firmative loquatur in concursu semper praeferendus sit, qui ex majori parte consors apparet, ut tradit *Add. ad eumdem Bald. in d. l. 1. C. de comm. serv. manumiss. lit. C. in verbo item nota casum, & Rot. nostra penes Venturin. dec. 3. num. 38. & seq. & cor. Farsetto in Florent. retractus 30. Aprilis 1700. in lib. mot. 121. à 247. Episcop. Rocc. cap. 162. num. 1.*

Quoad alteram responsionem considerabant DD. quod *Baldus* expressè figurat casum in terminis, in quibus adsint plures consortes, & postquam firmavit posse rem alienari in eum pariter qui habet minimam partem, respondet objectioni sibi factae de consorte majorem partem habente, & amplius pro singulari dicto id menti tenendum monet; Quare videtur *Baldus* loqui etiam in concursu majoris consortii, alias objectum nimis saperet insipiditatem, ejusque doctrina pro summo notabili tradita, fatua, ac ferè ridicula redderetur, cum extra concursum majoris consortii rationabiliter dubitari non poterat, quod res alienari non posset etiam in minorem consortem, quod de tantò viro, & legalis scientiae Magistro acutissimo dicere nunquam est permittendum. Idcirco Doctores omnes supra laudati intellexerunt, & quidem rectè, *Baldum* loquutum fuisse in casu concursus plurimorum ex inaequali parte consortum, licet male applicaverint ejus doctrinam procedentem in casu Statuti negativè, vel prohibitive tantum disponentis ad alia Statuta affirmative invitantia consortes, vel vicinos ad retractum.

His ita se habentibus inane prorsus apparet praeventionis refugium, ad quod recurrebant DD. informantes pro dicto Domino Abbate de Nero, tum ex praecedenti promissione de vendendo, tum pariter ex emptione postea ei facta, ex qua dicebatur rem non esse amplius integram.

Etenim omissis nonnullis aliis, quae ad elidendum hujusmodi objectum praeventionis, tum in facto, tum in jure deducebantur pro parte DD. de Scarlattis, obvia semper recurrebat, & quidem indubitabilis responsio, quod praeoccupantis, sive praevenientis conditio vel in petitione, vel in promissione rei vendendae, vel etiam in ipsa emptione, ita demum attendibilis sit, ubi caetera jura, seu privilegia concurrentium sunt paria, at secus est, quando, ut in praesenti D. Abbas de Nero consors in muro tantum praevenerit dictos DD. de Scarlattis meliores consortes, tam ob condominium in parte dictae domus retrahendae, quam ob majorem murorum, & ex pluribus lateribus cohaerentiam, quam habent cum eadem domo, ut latè probant *Gratian.* 26
cap. 745. num. 17. & seq. Cyroch. disceptat. 29. num. 25. Zaul. ad Stat. Favent. libr. 6. rubr. 11. numer. 47. Emin. Corradin. de jure praelationis quaest. 14. num. 21. Rot. decis. 475. numer. 15. part. 1. divers. Rot. Florent. penes Venturin decis. 3. num. 41. vers. quibus est, circa fin. & lib. motiv. 25. à 259. §. Neque videtur, ibi, quia praeventio, & praeoccupatio tunc videntur vindicare, quando Partes reperiuntur in eodem gradu, qui ambo attinerent ab uno, vel duobus lateribus, sed quando constaret de disparitate, prout in terminis casus propositi locum habere non potest & in dicta *Florentina Retractus 30. Aprilis 1700. cor.*
Farsett. vers. quod verò & Constantin. ad Stat. Urb. 27
adnot. 24. num. 294. & 383. & prae caeteris latiùs *Episc. Rocc. disput. 161. n. 11. & seq. & disp. 162. num. 29. & seq. & Rot. Jan. in d. Januen. Retractus 28. Jan. 1704. coram Nozio.* & in simili specie retractus super fundo censito competentis Creditori consuatio, cujus favore nulla praeventio, aut gratificatio opitulatur in praejudicium Consortis, seu vicini ad retractum statutarium primo loco vocati, tradiderunt *Conc. de cens.*
quaest. 66. num. 9. Gratian. cap. 866. n. 2. & 3. Card. 28
Corradin. de praelat. quaest. 16. num. 37. & seq. Sabell. resol. 68. num. 26. Constantin. ad Urb. Stat. adnot. 24. num. 2. 8. Rot. nostra lib. motiv. 96. à 334. & nuper in causa Terra Solis Retractus 16. Decembris 1710. cor. D. And. Bonsinio in lib. motiv. 122. & 115.

ARGUMENTUM.

An unus ex Sociis possit etiam post dissolutam vel finitam Societatem à Debitore communi non solum portionem suam, sed etiam portiones Crediti ad alios Socios spectantes exigere, discutitur, & affirmativè resolvitur cum suis tamen declarationibus ad materiam.

Et similiter an teneatur omne id quod exegerit à debitore communi aliis Sociis pro eorum ratis communicare cum suis pariter declarationibus.

Socius exigens præ suâ industria creditum Sociale difficillimæ exactionis non tenetur aliis Sociis totum communicare, sed solum valorem, quem poterat tale Creditum valere.

Creditores anteriores non avocant à posterioribus Creditum à Debitore alteri cessum, quamvis nondum exactum, quando inter debitorem cessum & Creditores posteriores secuta fuit compensatio.

Compensatione secuta non licet amplius debitum, vel Creditum semel cum aliquo Creditore, vel Debitore compensatum cum aliis Creditis vel debitis compensare.

Cessio nominum Debitoris rescinditur concurrente læsione ultra dimidiam, quæ tamen excluditur, quando Creditum, vel nomen Debitoris cessum sit difficilis exactionis, nam hoc casu nomen cessum minori pretio valet, quàm sit debiti quantitas.

SUMMARIUM.

1 *Socius potest exigere à Debitore Societatis non solum portionem suam, sed etiam portiones aliorum Sociorum.*

2 *Quod procedit etiam dissoluta, vel finita Societate, & num. 4.*

Et de ratione num. 3.

Reprobatur contraria opinio num. 6.

5 *Limita si intercesserit inter Socios pactum contrarium, vel aliquis ex Sociis contradixerit.*

7 *Socius quidquid exigit à Debitore Societatis tenetur aliis Sociis pro eorum ratis communicare, & num. 9. & de Ratione num. 10.*

8 *Reprobatur contraria opinio.*

11 *Socius exigens præ sua industria Creditum Sociale difficillimæ exactionis non tenetur aliis Sociis totum communicare, sed solum valorem, quem poterat tale creditum valere, & numer. 12. & 13.*

Vel saltem ei debetur pro tali exactione aliquod præmium num. 15.

14 *Emptor rei furatæ non tenetur in revenditione ejusdem rei restituere lucrum, quod præ sua industria fecit, sed tantum justum illius pretium.*

16 *Socii non obligantur ultra capitalia ab eis in Societate posita.*

17 *Compensatio admitti non valet, nisi ad mensuram debiti, & crediti inter easdem personas reciproce vertentis.*

18 *Socius non potest proprium debitum cum credito Sociali compensare.*

Fallit tamen si fiat compensatio dissoluta Societate.

19 *Creditores Anteriores avocant à posterioribus nomina debitorum adhuc inexacta, & n. 23.*

Fallit si inter Debitorem, & Creditores posteriores secuta fuerit compensatio num. seqq.

21 *Compensatio fit ipso jure inter Mercatores, etiam in præjudicium Creditorum anteriorum hypothecam habentium.*

Præcipuè si Creditor esset sub periculo amittendi proprium creditum num. 22.

24 *Creditores Chirographarii non possunt actionem personalem movere contra alium Creditorem, in quem transferunt bona communis debitoris pro dictis bonis avocandis.*

25 *Avocatio pecuniæ datur ex æquitate l. si tibi & Titium quando illa remaneret cum damno unius penes alterum sine causa.*

26 *Nomen Debitoris cessum avocari potest à Creditoribus anterioribus, quando non datum fuit in solutum, sed cessum ex titulo pignoris tantum, aut simplicis cessionis, nempe pro solvendo.*

27 *Creditor hypothecarius super nomine Debitoris cessi præferendus est aliis Creditoribus Chirographariis, & Hypothecariis posterioribus.*

28 *Hypotheca favore Creditoris inducitur ob solam destinationem bonorum factam à Debitore ad ejus favorem.*

29 *Pecunia soluta Procuratori Creditoris posterioris, si non sit consumpta, avocari potest à primo Creditore.*

30 *Solutio facta Creditori, postquam ab eo intentatus est Judicii universalis concursus, est nulla, nec Debitor liberatur.*

31 *Factum, & voluntas hominis cessare facit legis dispositionem.*

Præcipuè quando factum seu hominis dispositio est contraria legis dispositioni n. 32.

33 *Compensationi præcedenter secuta non potest à partibus aliquod præjudicium inferri.*

34 *Debitum semel cum aliquo Creditore, vel facto hominis, vel ipso jure compensatum, non est amplius cum aliis Creditis compensabile.*

35 *Debitor cessus non potest regulariter compensare credita, quæ ei supervenerunt post cessionem illius debiti à suo Creditore in alterum factam.*

Præsertim quando concurrit intimatio cessionis facta à Cessionario Debitori cesso n. 36.

37. *Debitores decocti non possunt propria debita cum suis creditis compensare in præjudicium aliorum Creditorum, sed venire debent in Judicio concursus.*

38 *Cessio nominum Debitorum rescindi potest ratione læsionis ultra dimidiam.*

39 *Nomen debitoris incertæ, vel difficilis exactionis multo minus eo quod communiter valet, & cedi, & emi potest.*

40 *Actiones merè personales intentari non possunt contra tertium singularem successorem, vel Possessorem, in cujus dominium res transiverunt.*

41 *Actio, quæ datur ex l. 2. C. de rescind. vendit. non competit adversus tertium rei venditæ possessorem.*

42 *Venditori non competit prælatio super re vendita, quando habuit fidem de pretio.*

Præcipuè si bona fide res transivit in tertiam aliam personam ex titulo oneroso n. 43.

Viennensis Pecuniaria.

DISCURSUS CLV.

QUatuor mihi propositis dubiis in sensu veritatis respondendo, quoad primum indubitatè censeo D. Antonium unum ex Sociis Rationis olim cantantis sub nomine Pauli nullatenus quidem teneri ad reponendam in area communi dictæ Societatis totam, & integram summam Florenorum 50000. per illum exactam à Cæsarea Camera ejusdem Rationis debitrice, sed pretium dumtaxat, quod valere poterat dictum Creditum Florenorum 50000. de tempore, quo terminata fuit Societas.

Nam licet admisso, quod de jure ritè & rectè va- 1
leat Socius à debitoribus socialibus partitas per eos debitas, nedum pro sua portione, sed etiam pro portionibus ad alios socios spectantes integrè exigere, ut firmant *Castrens. cons.* 430. *lib.* 1. *Boer. cons.* 45. *numer.* 1. *& seq. Pacion. de locat. cap.* 36. *n.* 80. *Caetan. decis.* 11. *num.* 6. *de Luc. de pluralit. hom. cap.* 49. *num.* 3. *& seq. Cancer. var. resol. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 204. *Ludovis. dec. Luc.* 25. *num.* 13. *&* 14. *Ansald. de Commerc. discurs.* 98. *numer.* 5. *Hevia de Commercio libr.* 1, *capit.* 3. *numer.* 31. *Rot. decis.* 240. *numer.* 1. *part.* 13. *rec.* & etiam dissoluta Societate secundum veriorem sententiam, tum quia mandatum a

teci-

reciprocum inter socios de Jure præsumptum durat
quoad negotia cæpta quousque exactum fuerit omne
id, quod ad Societatem pertinet *Rot. Gen. decis. 71.*
num. 7. Capyc. Latr. consult. 73. num. 10. De Luc.
de pluralit. homin. d. cap. 49. num. 4. vers. Melius
dic. Giurb. ad consuetudin. Messan. cap. 1. gloss. 6.
3 *num. 27.* tum quia sicuti socius tenetur quidquid à
Debitore communi exegerit aliis Sociis communicare
juxta eorum ratas Capitalium, ut mox probabitur,
ita necesse sequitur, quod valeat integrum, & totum
creditum exigere, aliàs nequidem posset suam portio-
nem consequi, quia impossibile est quod Socius con-
sequatur suam portionem, nisi totum, & integrum
4 creditum exigat, & sic propter istam connexitatem
tenent DD. quod valeat Socius etiam dissoluta Socie-
tate totum creditum à communi Debitore exigere, ut
videre est penes *Castrens. cons. 430. numer. 2. vers.*
item connexum, & numer. 3. vers. Tertiò sequeretur
lib. 1. Pacion. de locat. cap. 36. numer. 83. & seq.
De Luc. d. cap. 49. num. 4. & seq. Caroc. de locat.
tit. de re communi num. 46. Caroc. decis. 2. numer.
18. vers. id autem, & vers. fin. Unde si, Giurb. ad
consuet. Messan. cap. 1. gloss. 6. numer. 27. in fine
5 nisi adsit inter socios pactum in contrarium, vel so-
cius contradixerit, vel intimaverit debitori communi
ne solvat portionem suam alteri socio ad integram
crediti exactionem agenti, ut tradunt *Boer. cons. 45.*
num. 2. & seq. Joan. de Hevia d. cap. 3. num. 31.
lib. 1. Ansald. dicto disc. 98. num. 7. & 8. de com-
6 *merc.* quidquid dixerint *Magon. decis. 106. num. 5.*
& seq. Felic. de Societ. cap. 30. numer. 54. & 55.
Rocc. de Societ. not. 67. & n. 140. & 141. Cost. de
Jur. & fact. ignorant. Centur. 1. distinct. 52. nu. 12.
Ansald. d. disc. 98. num. 6. qui autumarunt, quod
solum durante Societate socius possit exigere totum
creditum à debitoribus, secus verò ea dissoluta. Nec
7 non pariter admisso, quod debeat socius quidquid à
debitore exegerit aliis Sociis pro eorum ratis commu-
nicare, ut per textum expressum in *l. verum 64. §.*
Si cum tres, ff. pro Socio, & in l. si quis putans. §.
Sive autem. ff. de Comm. divid. aliosque contextus
firmant *Castrens. d. cons. 430. sub num. 2. & 3. lib. 1.*
Rodriquez de concurs. Credit. part. 2. artic. 3. num.
20. Caroc. de locat. part. 3. tit. de re communi nu-
mer. 46. & 47. & decis. 109. numer. 31. Pacion.
de locat. cap. 36. numer. 83. Franch. decis. 635.
num. 4. & 5. & post num. 6. §. prædictis non obstan-
tibus, ibique *De Luca Add. num. 2. Rot. in recent.*
decis. 221. num. 1. & ferè *per tot. part. 12. recent.*
Mans. consult. 202. num. 24. & cor. Cels. dec. 210.
num. 9. Card. De Luc. de Credit. disc. 147. num. 2.
8 Nullatenus attenta distinctione tradita per *Felic. dict.*
cap. 30. num. 54. Caroc. d. dec. 109. num. 32. Rocc.
de Societ. d. numer. 194. & 195. qui id voluerunt
procedere, quando debitor communis, à quo socius
exegit intra suam portionem, non est solvendo, se-
9 cus quando est solvendo, ex quo alter socius valeat
eodem modo suam portionem exigere, quia talis di-
stinctio non est vera, & jure merito refellitur per
Castrens. cons. 430. numer. citatis lib. 1. Pacion. de
locat. d. cap. 36. num. 84. & De Luc. de pluralit.
10 *homin. cap. 49. num. 6.* non solum per text. *in l. Si*
quis putans. §. Sive autem, ff. comm. divid. & alios
contextus adductos per *Castrens.* verum etiam ob ra-
tionem, quia mandatum inter Socios ad invicem de
jure præsumptum durat quousque omnia, & integra
Credita Socialia exacta sint, ut dixi supra per autho-
ritates ibi laudatas.

Attamen in casu nostro cum exactio dictæ nota-
bilis summæ admodum difficilis esset, & præ maxi-
ma tantum dicti Antonii industria, necnon benevo-
lentia ministrorum cum summo ejus labore, opera,
ac impendio sibi comparata, sequuta fuerit, non te-
netur dictus Antonius eam integrè consociis ad eo-
11 rum commodum in extinctionem communium debi-
torum refundere, sed illius tantum partem, quam
valere poterat dictum creditum Florenorum 50000,
in tempore dissolutæ Societatis, ut punctualiter tra-
12 dunt pluribus authoritatibus congestis *Olea de cess.*
tit. 6. quæst. 10. num. 15. & præsertim *vers. & quam-*
vis. Scacc. de commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. am-
pliat. 29. num. 82. vers. intellige hanc restrictionem,
& in similibus terminis, quod Socius excessum lucri 13
ab eo sibi partum præ sua industria & labore, nec
non suo periculo in asportandis mercibus absque or-
dine, seu scientia Consociorum ad loca longinqua,
seu infidelium non teneatur communicare aliis Sociis.
Joan. de Hevia de commerc. Terrestr. lib. 1. cap. 3.
num. 19. Rocc. de Societ. Mercat. not. 63. num. 131.
& 132. & similiter in dubitabiliori casu, quod non 14
teneatur emptor rei furatæ restituere lucrum, quod
præ sua industria fecit in revenditione ejusdem rei,
sed tantum justum illius valorem, firmavi supra *disc.*
123. numer. 9. Aut saltem dicto Antonio pro dicta 15
ejus industria, labore, & opera aliqua congrua recom-
pensatio, vel præmium arbitrio Judicis taxandum om-
nino debetur, ut advertimus in nostro *disc. 120. nu-*
mer. 16. & 17. de commerc. in cujus comprobatio-
nem modo addimus authoritatem *Manfrell. ad Capyc.*
Latr. decis. 60. num. 20.

Pro resolutione modo secundi dubii præmittendum
est, quod Paulus, sub cujus tantum nomine cantabat
Societas, tenetur in solidum erga omnes Creditores
Societatis etiam ultra capitale per eum in societate
positum, Antonius verò, & Joannes alii consocii no-
men non expendentes, licet teneantur pariter insoli- 16
dum erga eosdem Creditores, non tamen tenentur
ultra Capitalia ab eis in societate posita, ut insequen-
do magistrale *cons. 332. Anchar.* tradunt commu-
niter *Fontanell. decis. 505. num. 14. & per tot. &*
decis. 506. num. 9. cum seq. & per tot. Rot. Gen. de
mercat. decis. 14. num. 132. Osasch. decis. 150. in fin.
Thesaur. Jun. in addit. ad decis. 136. Patris sui. *Du-*
nox. Jun. decis. 402. num. 18. Rota Bononien. penes Bal-
duec. ad Ramon. tom. 4. decis. 60. Torr. var. quæst.
tom. 2. tract. 11. de mercat. quæst. 1. numer. 8. Card.
De Luca disc. 87. num. 11. de credit. Capon. discept.
361. num. 11. Merlin. de pignorib. lib. 2. quæst. 76. per
tot. De Luc. ad Gratian. cap. 279. per tot.

Quo posito, censeo absque dubio, quod quemad-
modum Antonius uti Socius non poterat remanere
debitor Titii Creditoris dictæ Societatis in summa
Florenor. 30000. vigore cessionis sibi factæ à Mevio,
nisi pro ea portione eidem Antonio tangente super
dictis Florenis 50000. unico capitali in dicta Socie-
tate superstite, ita Titius compensare non poterat to-
tum dictum ejus creditum Florenorum 30000. quod
tanquam Cessionarius habebat contra Societatem cum
Antonio Creditore in proprio ex aliis caussis dicti Ti-
tii, sed pro ea tantum rata, quæ ad Antonium uti
Socium spectare poterat super dicta summa Florenor.
30000. quoniam compensatio admitti non valet nisi 17
ad mensuram debiti, & crediti inter easdem perso-
nas reciprocè vertentis. *Bersan. de compens. cap. 1.*
quæst. 1. num. 10.

Duæ tamen circa id occurrunt objectiones, prima
est quod cum Titius uti Cessionarius Mevii sit cre-
ditor Societatis prædictæ, & è contra Antonius pro-
prio nomine creditor ejusdem Titii, nequidem locus
esse videtur dictæ compensationi pro rata dictæ sum-
mæ Florenorum 30. mille ad Antonium uti socium
spectante, qui regulariter non potest proprium debi- 18
tum cum credito sociali compensare, ut alibi in meo
tractatu de commercio firmavi.

Altera, quia cum dictum creditum Florenorum
30. mille, quod habet dictus Titius contra societa-
tem proveniat ex dicta cessione sibi à Mevio facta,
qui postea decoxit, adhuc inexactum reperiatur, potest 19
illud avocari à Creditoribus dicti Mevii, & inter eos
juxta sententiam graduatoriam in Judicio concursus
emanatam distribui facere *Card. de Luc. de cred. disc.*
10. num. 36. & Nos in Cambista Instruito cap. 4. n. 30.

Neutraque tamen ex dictis difficultatibus locum ha-
bet in præsenti casu, non utique prima, quoniam de
tempore, quo Titius debitum proprium, quod cum
Antonio habebat, compensare intendit cum credito, 20
quod ille habebat contra Antonium uti socium, So-
cietas erat jam dissoluta *Censald. decis. Luc. 11. num.*
79. Bersan. de Compensat. cap. 3. quæst. 9. num. 7. Gut-
tierez de compensat. lib. 1. quæst. 30. numer. 48. cum
aliis per Me citatis *in decis. 4. n. 7. post meum tractat.*
il Cambista Instruito.

Minusque relevat secunda, quoniam pro indubitato
præmisso, quod inter Mercatores fit ipso jure compen-
satio

satio etiam in præjudicium Creditorum anteriorem hy-
21 pothecam habentium statim ac inter eos debitum, &
creditum reciprocè dantr, ut ex *Rot. Roman. decis.*
183. *num.* 5. 6. *part.* 9. *rec. Balducc. ad Ramon. conf.*
36. *num.* 22. & Nos plenè *disc.* 21. *num.* 20. *usque in*
fin. de Commerc. & decis. 4. *numer.* 12. *post tract. no-*
strum il Cambista Instruito, & sic cum debitum, quod
Titius proprio nomine habebat cum Antonio, fuerit
ante decoctionem Mevii cedentis ipso jure compensa-
tum cum rata dicti crediti socialis Florenorum 30. mil-
le ad dictum Antonium uti unum ex Sociis spectan-
te, non potest amplius locum habere in caso nostro
objecta avocatio dicti crediti, quam prætendebant fa-
cere creditores Mevö, quia compensatio, & exactio,
quoad effectum etiam excludendi avocationem crediti
à debitore alteri cessi à pari procedunt, ut declarant
iidemmet Doctores in contrarium mox supra citati.

Et absque dubio prædicta compensatio ipso jure in
præjudicium etiam Creditorum anteriorem habentium
hypothecam à lege inducitur, cum Creditor alias re-
maneret sub periculo amittendi proprium creditum,
22 prout in casu nostro, ubi Titius absque illa compen-
satione amisisset creditum sibi cessum à Mevio, ex
quo istius creditores potuissent à dicto Titio illud
avocare, ut punctualiter advertunt *Rot. decis.* 183.
num. 8. 9. 10. *part.* 9. *rec. Cæsar. Afflict. contr. jur. cap.*
28. *numer.* 49. *cum seq. Balducc. ad Ramon. conf.* 36.
num. 22. *& seq. Gob. consult.* 130. *numer.* 14. 15. &
Nos *disc.* 21. *num.* 20. *in fin. de commerc. & decis.* 4.
num. 13. *post meum tractat. il Cambista Instruito.*

Admissa itaque compensatione quoad dictam por-
tionem tantum dictorum Florenorum 30. mille inter
dictum Antonium, & Titium, omne id per conse-
quens, quod facta dicta compensatione ex dicta sum-
ma Florenorum 30. mille superest per dictum An-
tonium restitui debet concursui Creditorum Mevii,
quibus de jure competit evocatio dicti nominis so-
23 cietatis ab eodem Mevio eorum debitore nulliter di-
cto Antonio cessi, & nondum exacti, super quo re-
siduo dictorum Florenorum 30. mille idemmet Ti-
tius uti creditor Mevii etiam concurrere poterit, ut
tradunt *Card. de Luca de credit. disc.* 10. *num.* 36.
Salgad. Labyrint. credit. part. 1. *cap.* 10. *n.* 42. *&* 47.

Id tamen cum supposito, quod inter Creditores
Mevii adsint Creditores anteriores hypothecarii dicto
Titio. Verum si omnes Creditores dicti Mevii essent
chirographarii, & ita muniti tantum actione perso-
nali, in hoc casu procedendum foret cum hac distin-
ctione, aut nomen societatis à Mevio Titio cessum
datum fuit in solutum, & tunc avocatio talis nomi-
nis nullatenus competeret Creditoribus Mevii, quia
24 Creditores Chirographarii non possunt actionem per-
sonalem movere contra alium Creditorem, in cujus
dominium transiverunt bona, vel jura, aut nomina
communis debitoris pro avocandis dictis bonis, vel
nominibus alteri Creditori in solutum datis ad pun-
ctum tradita per Nos *in disc.* 56. *numer.* 47. 48. *de*
commerc., *& per Oleam de cess. jur. tit.* 6. *quæst.* 8.
num. 39. ideoque Titius vigore dictæ cessionis nomi-
nis socialis sibi à Mevio in solutum factæ agere pos-
set contra hæredes Pauli, & Joannis, olim sociorum
Rationis cantantis sub nomine Pauli, vel contra eo-
rum bona, & præsertim contra remanentia ejusdem
Rationis bona, inter quæ adsunt portiones ad dictos
Paulum, & Joannem spectantes super dicta summa
Florenorum 30. mille exacta per dictum Antonium
alterum socium à dicta Camera Imperiali, contra
25 quem, uti eas modo indebite sine aliqua causa reti-
nentem datur actio saltem æquitativa ex *L. si me,*
& Titium. ff. si certum petatur, ut firmat *Rota Jan.*
decis. 171. *per tot. & Ansald. disc.* 5. *num.* 32. *de com-*
merc. & Nos *disc.* 25. *num.* 2. *de commerc.* & in pun-
cto nostri casus *Dec. cons.* 255. *num.* 3.

In casu vero, quo dictum nomen non fuisset à
Titio Mevio cessum ex titulo veræ dationis in solu-
tum, sed pignoris tantum causa, aut simplicis ces-
26 sionis, nempè pro solvendo, cogi tunc posset Titius
ad illud restituendum pro dictis duabus portionibus
spectantibus ad dictos Paulum, & Joannem concur-
sui Creditorum Mevii decocti, ut illis distribuatur
juxta Sententiam graduatoriam inter eos ferendam
Salgad. Labyrin. Credit. part. 1. *cap.* 10. *per tot.* in
quo tamen concursus Judicio ipse Titius; attenta il-
lius hypotheca, vel pignore super dicto nomine præ-
ferendus esset omnibus aliis Creditoribus chirographa- 27
riis, vel habentibus posteriorem hypothecam, ut de-
clarat idem *Salgad.* loco mox citato *num.* 47. *& seq.*
Ubi etiam docet, quod ob solam destinationem bo-
norum factam à debitore ad favorem creditoris indu-
citur hypotheca, quare Creditores, quibus destinata 28
fuerunt bona à debitore pro illorum satisfactione tan-
quam hypothecarios fore, & esse præferendos aliis non
hypothecariis, vel posterioribus in hypotheca, firma-
vimus Nos *disc.* 44. *num.* 52. *de Commerc.*

Insuper advertendum est, quod quemadmodum ces-
sio Florenorum 30. mille per Mevium Titio facta
plus valet credito, quod habebat Titius contra eun-
dem Mevium, ita Titius in eo suprapluri nullam
aliam induere poterat personam, quam simplicis pro-
curatoris Mevii ad exigendum, quamobrem non po-
test modò iste illud supra plus amplius exigere, quia
nedum per mortem naturalem Mevii exinde sequu-
tam extinctum fuit illius mandatum, verum etiam 29
quia ob pendentiam universalis Judicii concursus in-
ter Creditores ejusdem Mevii omnia illius bona, ju-
ra, & credita corpori bonorum, eidemque concursui
suorum creditorum restitui debent *Salgad. Labyrint.*
credit. cap. 11. *per tot.*, & Nos *in Cambista In-*
struito cap. 8. *numer.* 14., adeout si Antonius, aut
hæredes Pauli, vel Joannis post Scientiam dicti Ju-
dicii Universalis concursus solverent dicto Titio, se
subjicerent periculo iterum solvendi de proprio Cre-
ditoribus dicti Mevii, quia prima solutio, quæ facta 30
fuisset Titio, non esset de jure valida ad latè tradi-
ta per Nos *in Cambista Instruito cap.* 3. *num.* 22.

Quoad tertium quæsitum. Respondeo, quod quam-
vis Antonius pro Florenis decem mille sibi debitis à
Mevio vigore obligationis ab isto accollatæ pro Pu-
pillis hæredibus Martini, potuisset pariter allegare com-
pensationem jam factam ipso jure à Lege cum ea ra-
ta Florenorum 30. mille, de qua ipse Antonius erat
debitor Mevii uti Cessionarii immediati Sejani ob
easdem rationes supra deductas in secundo quæsito
circa alteram legalem compensationem, quam oppo-
nere potest Titius adversus Antonium. Nihilominus
cum ex facto appareat, quod Antonius voluerit sem-
per habere, & recognoscere pro suis debitoribus prin-
cipalibus ipsum Martinum, nec non ejus filios pupil-
los, & hæredes post introductum etiam, & prose-
quutum judicium concursus Creditorum dicti Mevii,
cumque id incompatibile sit, cum compensatione,
nam alias ea admissa, utpote solutionis vim haben-
te, omnis obligatio, & debitum, tum in Martino,
tum in ejus hæredibus cessasset, ideo non potest mo-
do Antonius ad ejus favorem allegare legalem com-
pensationem Florenorum 10. mille ob ejus factum seu
contrariam voluntatem impeditam. Factum enim, & 31
voluntas hominis cessare facit Legis dispositionem,
L. si Maritus. C. de procurat. Barbos. axiom. 110.
& in puncto compensationis *Surd. decis.* 191. *num.*
17. *de Luc. de credit. disc.* 46. *&* 47. & Nos su-
pra latè *in disc.* 135. *num.* 17. 18. *& seq.* quod abs- 32
que dubio procedit quando factum, seu hominis dis-
positio est contraria Legis dispositioni, ut latè pluri-
bus citatis doctissimè tradit *Sperell. decis.* 117. *num.*
42. *&* 43. & in nostris punctualibus terminis com-
pensationis *Surd. & de Luca* locis mox supracitatis,
eoque minus potest Antonius uti debitor à Mevio Ti-
tio Cessus compensare credita contra ipsum Mevium
acquisita pendente Judicio concursus introducti à Cre-
ditoribus ejusdem Mevii, tum quia Antonius non 33
valeat aliquod præjudicium inferre præcedenti com-
pensationi jam ipso jure sequutæ inter Titium, &
ipsum Antonium, antequam iste acquisivisset credita
contra Mevium *Rot. Roman. coram Ottobon. decis.* 55.
nu. 13. ex eo, quod debitum semel cum aliquo Cre-
ditore vel facto hominis vel ipso jure compensatum 34
non est amplius cum aliis creditis compensabile, *Ber-*
san. de compensat. cap. 1. *quæst.* 16. *num.* 10. 11. *&*
cap. 2. *quæst.* 2. *num.* 24. *& cap.* 3. *quæst.* 5. *num.*
17. tum quia debitor cessus non potest regulariter
compensare credita, quæ ei supervenerunt post cessio-
nem illius debiti à suo creditore in alterum factam 35
Bersan. de compensat. cap. 3. *quæst.* 6. *num.* 31. præ-
sertim

fectim quando concurrit aliquod requisitum, *L. 3. C. de Novat.* ut nempè intimatio cessionis facta à cessionario debitori cesso *Cæsar. de Afflict. contr. jur. cap. 28. num. 55. 56.* prout in casu nostro, ubi concursus
36 Judicium jam institutum à Creditoribus Mevii, in quo comparuit etiam Antonius, longe validius est, quam simplex cessionis intimatio; tum denique quia
37 quemadmodum post decoctionem debitoris, eoque magis post formatum concursus Judicium inter illius creditores amplius locum habere non valet aliqua compensatio, ita Antonius pro novis creditis postea acquisitis, vel quæ acquirere adhuc posset, ad Judicium concursus una cum aliis creditoribus dicti Mevii venire debet; in quo ipsi tantum dabitur gradus ille, qui dari debuisset illis, à quibus dicta nova credita acquisivit, & si gradus dicto Antonio per Judicem assignadus fuerit aliis Creditoribus Mevii posterior, utique ille interea tanquam debitor Mevii anterioribus creditoribus ejusdem Mevii id, quod Mevio debet, solvere tenebitur, & pro suis creditis noviter ab aliis acquisitis insolutus remanere, quatenus alia bona Mevii non superessent pro illorum satisfactione, prout latè demonstravi *disc. 75. num. 23. 24. de commerc.*

Modo ad quarti quæsiti responsionem deveniendo, licet videretur prima facie dicendum, quod cum Sejanus pro nomine cesso Florenorum 30. mille receperit à Mevio solum Florenos 14. mille, & sic cum fuerit læsus ultra dimidium pretii, agere valeat contra Mevium ad rescissionem, vigore *L. 2. C. de re-*
38 *scind. vend.*, quæ pariter procedit in cessionibus, seu venditionibus nominum debitorum, ut firmat *Olea de Cess. tit. 8. quæst. 1. num. 23.* Verum, quia creditum, seu nomen debitoris cessum, vel in solutum datum, ut plurimum minori pretio valet, quàm sit debiti quantitas, quæ ceditur attento incommodo, expensis, & periculo, vel saltem difficultate exactionis, juxta quas, vel alias circumstantias in Judicis arbitrio positum est valorem dare, seu taxare pretium
39 nominis cessi, vel in solutum dati, quod secundum majorem, aut minorem difficultatem, vel periculum exactionis modo ad tertiam, modo ad dimidiam, vel quartam summæ cessæ, & ad minorem etiam quantitatem per Judicem reduci potest, plenè *Noguerol. alleg. 37. num. 68. usque ad 76. & seq. Cancer. var. resol. part. 1. cap. 13. numer. 75. 76. Guzman. de eviction. quæst. 35. numer. 3. Giurb. decis. 117. numer. 3. Dian. part. 1. tract. 8. resol. 80. per tot. Cyriac. contr. 169. numer. 21. 22. & contr. 170. numer. 16. Salgad. Labyrint. Credit. part. 1. cap. 13. §. 2. num. 25. cum seq. Olea de Cess. tit. 6. quæst. 10. num. 5. cum seq.* ubi ad materiam plures declarationes, vel distinctiones adducit.

Ideo in casu nostro, ubi profectò præ maxima difficultate, & impendio, quod requirebatur in exigendo nomen cessum, quantitas cessa minus tertia parte valebat, dici minime potest, quod Sejanus ultra dimidiam fuerit læsus ad effectum rescindendi cessionem ad terminos dictæ *l. 2.*

40 Præterea, quemadmodum actiones merè personales nullatenus intentari possunt contra tertium singularem successorem, vel possessorem, in cujus dominium res transierunt Nos *disc. 56. numer. 47. & 48.* aliique Doctores supra citati *§. Id tamen*, & in puncto actionis competentis pro rescissione contractus in
41 vim dictæ *l. 2. C. de rescind. vendit.* firmat *Cancer var. resol. part. 1. cap. 13. num. 31.* ideo in casu nostro non potest agi contra dictum Titium pro rescissione dictæ cessionis, per quam in ejus dominium dictum nomen debitoris transivit, quamvis hæc rescissionis actio promoveri potuisset adversus Mevium immediatum cessionarium Sejani.

Multoque minus dicto Sejano pro Floren. 9000. residuo pretii nominis ab eo venditi, ac cessi competere potest aliqua prælatio, seu potioritas super eodem nomine ad exclusionem aliorum creditorum Mevii, quia cum Sejanus fidem habuerit de pretio dicti
42 nominis ab eo venditi, & sic transiverit ejus dominium in dictum Mevium Cessionarium, nulla Sejano competere potest prælatio, seu potioritas super dicto nomine, quæ alias tanquam in re sua de jure illi competere poterat, Nos supra *disc. 56. num. 53.* *& seq.* & in meo tractatu *Cambista Instruito cap. 3. num. 48. & 49.* quod eo magis procedit in hoc casu, ubi dominium dicti nominis in tertiam aliam personam, nempe de Mevio in Titium ex dicto titulo dationis in solutum transivit, quo casu, licèt dici posset, quod Sejanus erga Mevium non habuerit fidem de pretio dicti nominis, nihilominus eidem Sejano adversus Titium secundum Cessionarium, qui ex ti- 43
tulo oneroso idem nomen à Mevio bona fide acquisivit, nullum super eo competit jus, vel actio, ad latè tradita per me in *Cambista Instruito cap. 4. numer. 41. 42. & 43.*

A R G U M E N T U M.

An Dator Literarum in casu, quo veniant protestatæ, adstringi possit à remittente ad ei restituendam eandem pecuniam, quam ipse pro valore ipsarum literarum numeravit, an verò ad solvendum interesse reditus, prout commodius sit eidem remittenti.

S U M M A R I U M.

1 *Remittens non potest prætendere in casu protestationis, aut inadimplementi Literarum restitutionem ejusdem pecuniæ, sed solum interesse reditus.*

2 *Emptor solvere cogitur pretium conventum, etiamsi tempore contractus pretium rei venditæ imminutum fuerit edicto Principis, quod nondum ad notitiam contrahentium pervenerit.*

Liburnen. Literarum Cambii.

D I S C U R S U S CLVI.

PAucis ab hinc annis inter DD. Morgantem, & Giavarinum Mercatores Liburnenses nova prorsus, & obstinata Lis fuit excitata, ut apparet ex *Meis disc. 59. 60. 61. de commerc. tom. 2.* (in qua causa ego Morganti partes tuebar) Primo alteri solvere volente de more interesse reditus literarum ab ipso datarum, quæ aut non impletæ, aut protesta-
tionem passæ fuerant, Giavarino contra insistente pro 1
repetitione ejusdem pecuniæ, quam Liburni numeraverat pro valore dictarum literarum; nam ob magnam monetæ immutationem, quæ tunc temporis in Galliis facta fuerat, commodius erat Giavarino suam pecuniam redhibere, quam interesse reditus sibi solvi.

Post longam inter Partes disceptationem judicatum demum fuit à DD. Consulibus Pisanæ Civitatis favore D. Morganti; eaque Sententia Florentiæ confirmata fuit à Judicibus, ad quos causa, aut appellationis, aut revisionis jure fuit devoluta.

Jura, quibus hujusmodi Decisio nitebatur hic repetere non est necessarium, cum latè à me extensa sint in allatis discursibus meis; illud duntaxat dubium attingam, quod ultimo loco fuit excitatum, an cambium contractum validum esset, aut saltem reducendum ad rationem immutatæ monetæ, cum jam de tempore, quo literæ in contractum deductæ sunt, moneta jam esset quidem immutata, sine tamen scientia Partium.

Quod dubium, & ipsum favore Domini Morganti fuit resolutum, cambium videlicet, & literas validas extitisse maximè ob rationes, quas attuli *in dicto meo disc. 61. de commerc.* Ad quas confirmandas modo addere libet decisionem fere in puncto Regii Senatus Granatensis apud *Larream decis. 21. numer. 59.* quam refert, & sequitur de *Luca ad Gratian. discept. cap. 260. num. 4.* ubi cum disputatum esset, an emptor solvere pretium ab ipso conventum cogendus es-
set, etiam si tempore contractus, Edicto Regio non- 2
dum tamen Partibus innotescente, jam esset pretium rei venditæ imminutum, fuit unanimi consensu à Sapientissimo Senatu affirmativè resolutum, propterea quod edictum à Partibus esset ignoratum.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Fideicommissa Transversalia, Ascendentalia, tam Paterna, quam Materna, vel Avita, an, & quando, & quomodo pro Dotibus constituendis teneantur, latissimè cum suis distinctionibus, limitationibus, & declarationibus discutitur.

Patruus, Mater, aliique Ascendentes Materni tenentur tantum ad limites necessitatis, non congruitatis dotare neptem, vel aliam descendentem, quæ necessitas cessat, quando neptis, vel filia invenit virum.

Possessor Fideicommissi Ascendentalis tenetur dotare ad limites congruitatis, non necessitatis, quando ultra obligationem Ascendentis, qui si viveret, teneretur congruè dotare, concurrit etiam propria obligatio dotandi in ipso fideicommissi possessore.

Retrotractio condemnationis fructuum Dotalium ad initium usque contracti Matrimonii non procedit, quando Dos post secutum Matrimonium fuit ex æquitate aucta.

SUMMARIUM.

1 *Simplex tractatus Dotis constituendæ obligationem, & actionem non parit.*

2 *Extensio non fit in Scriptura ad personam, de qua Scriptura non loquitur.*

3 *Confessio adversus confitentem superlativam inducit probationem.*

4 *Ad firmandam Dotis congruitatem tempus dotationis attendi debet.*

5 *Filia ab initio congruè dotata non potest auctis Patris facultatibus supplementum petere.*

6 *Dos Filiæ tradita non diminuitur si Patris facultates postea diminuantur.*

7 *Fideicommissa transversalia non possunt pro Dotibus alienari.*

Nec ex eorum fructibus potest Dos constitui, quando sunt consumpti num. 8.

Et quando isti fructus habendi essent in consideratione, debet prius haberi ratio ad necessariam dotantis substentationem num. 9.

10 *Mater, & alii ascendentes materni non teneatur dotare filiam vel aliam descendentem jam nuptam.*

Et de ratione num. 11. & 12.

13 *Privilegium* Auth. res quæ *an habeat locum favore mulieris jam nuptæ, & num. 14.*

15 *Fideicommissa ascendentalia non tenentur pro constitutione Dotis Fœminarum alterius columnelli.*

Limita si possessor fideicommissi ascendentalis est obligatus ad dotandum num. 16.

17 *Patruus, & similes tenentur dotare neptem, vel aliam descendentem non congruè, sed ad limites tantum necessitatis.*

Contrarium num. 24. Intellige ut num. 26. & 27.

18 *Quæ necessitas cessat post secutas neptis nuptias, & num. 28.*

Præcipue si illius viro aliqua Dos, & licet tenuis, fuisset constituta num. 19.

20 *Refelluntur contraria authoritates tenentes patruum non ad limites necessitatis, sed congruè teneri ad dotandam neptem, & numer. 21. 29. & 30.*

22 *Causa Dotis, & Alimentorum æquiparatur.*

23 *Pro necessaria vitæ substentatione panis, & aqua sufficit.*

24 *Patruus non tenetur dotare ad limites solius necessitatis, sed congruitatis, quando est hæres Avi, vel alterius Ascendentis dotantis, qui si viveret, teneretur congruè dotare, & numer. 25.*

Declara procedere, quando obligatio dotandi Adscendentis unitur cum alia simili obligatione descendentis possessoris ejusdem fideicommissi numer. 26. & 27.

31 *Dos constituta interdum ex æquitate augetur.*

32 *Usuræ dotales non debentur pro Dote postea ex æquitate aucta, & de ratione ibid. & numer. 38.*

33 *Retrotractio fundatur in æquitate.*

34 *Æquitates duo circa idem, & eandem personam sapiunt iniquitatem.*

35 *Retrotractio ad effectum condemnationis fructuum Dotis, quando inducatur necne, & num. 36. & num. 37.*

Florentina Congruæ Dotis.

DECISIO AUCTORIS.

Veneris 13. Augusti 1723.

ET

DISCURSUS CLVII.

ADversus D. Senatorem Franciscum Gondi utpotè quondam Domini Bernardi ejus Patrui hæredem beneficiatum ante Dominorum Officialium rebus Pupillorum, Viduarumque gerendis præpositorum subsellia à D. Comite Paulo Maria de Rucellais una cum Domina Comitissa Maria Catharina ejus Uxore, prædictique quondam D. Bernardi Filia, judiciali certamine indicto, ut ille nedum ad integrum Dotis residuum, in vim assertæ cujusdam literulæ, vulgò *Biglietto* in Ducatis 8000. monetæ Venetæ, aliisque scutis bismille monetæ Florentinæ in tot præstationibus annuorum scutorum ducentum promissæ, verum etiam ad valorem mundi muliebris juxta hujus Civitatis morem debiti, sin minus ad congruum ejusdem dotis supplementum prædictis Comitibus solvendum damnaretur; Præfatum DD. Officialium Pupillorum, & Viduarum Tribunal super gemina eorum prætensione nobis de jure responsuris causam commisit; Quamobrem post accuratam illius discussionem omnes unanimi fuimus in sensu absolvendi à priori prætensione dictum Dominum Senatorem Franciscum, respectu verò congruæ Dotis taxationis subalternæ petitæ, insequentes tantum viam æquitatis, censuimus illum condemnandum esse, ultra summam scutorum mille jam per dictum quondam Dom. Bernardum de tempore matrimonii prædicti ejus filiæ solutam, ad supplementum aliorum scutorum bismille.

Etenim quoad primum nostræ Sententiæ caput multiplex fuit absolvendi ratio; prima nempè, quia memorata literula speciem præseferebat scripturæ omninò informis, pluresque patiebatur defectus, & signanter diversitatis paginæ, & atramenti inter illius partem interiorem, & exteriorem cum aliis latè ponderatis ab informantibus pro D. Senatore; Altera quia 1
non redolebat veram Dotis promissionem, sed simplicem tractatum seu oblationem Dotis constituendæ, quæ obligationem, & actionem non parit, ad tradita in puncto per *Mascard. de probation. conclus.* 568. *num.* 3. & 4. Tertia denique, quia in omnem casum non loquebatur de persona præfati Domini de Rucellais, unde meritò eidem objiciebatur vulgare Di- 2
cterium, scriptura de te non loquitur, de quo *Mart. Medic. examin.* 24. *num.* 12.

Immo id expresè excludebatur ex pluribus facti circumstantiis de quibus in processu, & signanter ex epistola sub die 15. Novembris 1698. scripta à dicto D. Bernardo Gondi præfato D. Paulo, ex qua resultabat Dominum Paulum obtulisse quoad interesse Dotis, ut vulgo dicitur *Carta bianca* „ ibi „ *e avendo tale amicabile trattato di qui all'anno goderò allora dell'offerta fattami d'avere carta bianca nella dote offerta, quale ora per allora accetto* " Signum evidens, quod antea scilicet sub die 18. Septembris 1697. quo exarata apparet dicta literula, conventa non fuerat Dos in certa summa, & quod propterea de alia persona scriptura loquebatur.

Similiter ex alia epistola præfati D. Pauli sub die 10. Aprilis 1699. directa dicto D. Bernardo, in qua fatetur interesse Dotis remissum fuisse arbitrio suæ Regiæ Celsitudinis „ ibi „ *E giacche ancora comanda le dica intorno al particolare della Dotazione della Signora sua Figliuola, io non saprei come scansarmi dall'impegno del Serenissimo Gran Duca, nel quale è rimessa la medesima* " Si enim taxatio Dotis remissa erat arbitrio suæ Regiæ Celsitudinis, pernecesse di-

ceodum

cendum venit, quod nulla inter partes constitutio præcessisset, cum tali casu superflua extitisset interpositio suæ Regiæ Celsitudinis, unde ex hoc de facili admittenda erat interpretatio, quod tenor dictæ literulæ de alia persona prædicaretur. 2

Ac denique ex comparitione exhibita à dicto Domino Paulo de anno 1703. in Judicio concursus Creditorum præfati D. Bernardi, in qua narrato matrimonio contracto cum D. Catharina Gondi absque ulla Dotis constitutione in certa quantitate, instat eandem Dotem sibi taxari Judicis arbitrio, & pro ea locum sibi de jure competentem inter Creditores præfati D. Bernardi assignari, quæ sanè confessio, quod nulla præcessisset Dotis constitutio, nullum dubitationi aditum relinquebat, quin de præfata literula nulla ratio habenda foret pro fundanda intentione ad
3 favorem præfati D. Pauli, cum adversus illum propria confessio superlativam induceret probationem *ad text. in cap. per tuas de probat. l. cum te. Cod. de transact. l. generaliter, Cod. de non numerat. pecun. Bonden. collect. 4. num. 29. lib. 1. & collect. 7. numer. 82. lib. 2.*

Quo vero ad alterum nostræ Sententiæ caput Dotium supplementi taxationem respiciens quamplurima pro parte D. Senatoris Gondi solidissima deducta fuere Juris fundamenta, ex quibus perperam, ac penitus injustam hujusmodi supplementi prætensionem per dictos DD. Conjuges promotam fuisse demonstrabatur.

Quandoquidem dicebatur primò, quoad bona libera à dicto quondam D. Bernardo Patre dictæ D. Catharinæ in ejus hæreditate relicta hujusmodi Do-
4 tium supplementum nullatenus deberi; Nam sicuti ad regulandam firmandamque Dotis congruitatem attendi debet Dotaotis status de tempore tantum Matrimonii ex traditis per *Ansald. de Commerc. disc. 71. num. 46. Antonell. de loco legal. lib. 2. cap. 17. numer. 18. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. prima, numer. 9. De Luc. de Dote disc. 144. num. 14. D. Auditor de Comitibus decis. Florent. 60. num. 13.* latè *Amat. resolut. 23. num. 3. & seq. & Mangil. de imputat. quæst. 54. num. 43. & seq. usque in fin.* (ubi declarat *Castrens. in cons. 73. lib. 1.*) *Constantin. ad Stat. Urb. adnot. 35. numer. 36. & adnot. 39. num. 262. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 12. num. 27. Mans. consult. 640. num. 20. §. Altera*, Ita cum de tempore Matrimonii dictæ D. Catharinæ, dictus D. Bernardus ejus Pater in Dotem ei dedisset scuta mille, ut ex receptis & documentis, de quibus in processu, quæ juxta vires illius liberi patrimonii à mole debitorum propemodum absorti, ut ex calculo Nobis præsentato, liquido apparebat, tunc temporis pro congrua Dote absque du-
5 bio habebantur, non poterat modo dicta D. Catharina ex bonis paternis postea auctis, aliquod supplementum petere *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 24. num. 8. Palm. nep. allegat. 313. numer. 13. Balducc. in observ. ad Ramon. cons. 1. num. 17. Menoch. de arbitr. cas. 14. num. 16. De Luc. de Dote disc. 144. numer. 14. Rota decis. 195. numer. 4. part. 2. recent. Amat. d. resol. 23. num. 5. Mangil. de Imput. d. quæst. 54. numer. 43. cum seq.* prout è
6 contrario diminutis paternis facultatibus non diminuitur Dos, jam de tempore nuptiarum constituta *Boss. de Dote d. cap. 13. sub numer. 49. vers. denique. Sabell. resol. 90. num. 27. Mans. d. consult. 640. sub num. 20. §. Alteræ, vers. sicut enim, & consult. 644. numer. 10. Calvin. de equit. lib. 2. cap. 137. num. 50. Boer. decis. 62. num. 9. Surd. cons. 488. num. 34. & seq.*

Quo verò ad bona fideicommissaria dicebatur ea, quæ apparebant supposita fideicommissis transversalibus, non posse considerari ad effectum constitutionis Dotis, nec respectu proprietatis, nec respectu fructuum;
7 Non respectu proprietatis, cum ista species fideicommissorum non subjaceat censuræ famigeratæ *Authent. res quæ, Cod. commun. de Legat. Covarr. var. resol. cap. 6. num. 6. Fusar. de substit. quæst. 531. n. 95. & seqq. & quæst. 532. numer. 38. Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 49. Boss. de Dote cap. 15. numer. 202. & seqq. De Luca de Dote disc. 45. numer. 3. & disc. 145. num. 60. Ludovic. dec. Lucen. 28. num. 90. Rot. post Merlin. de pignorib. dec. 137. num. 2. & seqq. & post Zacch. de obligat. Cameral. decis. 130. num. 4. vers. præcipuè.* Non etiam respectu fructuum, tum quia agebatur de Dote non in præsens constituenda, sed de jam constituta, cujus supplementum petebatur, & jam decesserat fideicommissi possessor, unde fructus jam erant consumpti, ac pro- 8
pterea non considerabiles, optimè ad rem *Palm. Nep. alleg. 314. num. 60. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 21. num. 17. De Luc. de Dote disc. 144. num. 19.* Tum quia ab extantibus in omnem casum facienda 9
fuisset deductio ejus, quod necessarium extitisset condecenti substentationi ejusdem Domini Bernardi dotantis *Palm. Nep. allegat. 313. num. 12. & d. allegat. 314. sub num. 60. vers. secundo quia, & vers. non valet.* Qua præmissa deductione constitutio Dotis congruæ nunquam excedere potuisset dicta scuta mille.

Alia verò, quæ subjacebant fideicommissis ascendentalibus, dicebatur non cadere in contingenti sub dispositione *d. Authen. res quæ Cod. commun. de legat.* ex quo non agebatur de muliere nubenda, sed de jam nupta.

Et sanè quoad ascendentalia materna, vel avita, qualia erat illud D. Helenæ Sommaì, res omni prorsus carere difficultate videbatur, nam sicuti præfata D. Helena si fuisset in humanis pro prætenso Dotis augmento conveniri non potuisset, cum Mater, & 10
alii ascendentes materni non teneantur dotare Filiam, vel aliam descendentem jam nuptam, ex firmatis per *Boss. de Dote, cap. 15. num. 215. in fin. & n. 225. Petr. de fideicom. quæst. 8. num. 392. Peregr. de fideicommiss. art. 42. sub num. 46. De Luc. de Dote disc. 142. num. 55. in fin.* ea ratione, quia similes 11
personæ solummodo dotare tenentur ad limites necessitatis, ut observant *Ansald. in adnot. ad decis. 94. num. 45. vers. omittendum tamen Rot. coram Cavaler. decis. 294. nu. 2. & in Mantiss. ad de Luc. tom. 16. decis. 13. numer. 12. & 13. D. Auditor Bellut. in voto edito in Florentina Dotis de Antinoris diei 25. Maji 1714. §. Etenim singillatim*, quæ 12
necessitas cessat post nuptias jam contractas, ut bene in proposito *Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 5. in fin. Michaler. de fratrib. part. 3. cap. 33. num. 23. Rota Rom. in Bononien. Bonorum 15. Martii 1697. impresf. apud Bertacchin. vot. 55. num. 27.* & in ejus confirmatoria post *De Luc. in Mantiss. d. decis. 13. num. 12. tom. 16. Rota nostra lib. mot. 29. fol. 317.* „ ibi „ *Cum jam dictæ Sorores nuptæ, dotatæ, &* “ *monacatæ respectivè fuerint, & sic positæ extra ca-* “ *sum necessitatis, a Doctoribus consideratum.*“ Ita multo minus conveniri posse videantur ejus bona fideicommisso supposita post illius obitum, quæ nullo modo distrahi valent pro debito, quod non erat in persona Defuncti, ut inferius demonstrabitur in §. *Nec subsistere videbatur cum seqq.*

Quo vero ad alia fideicommissa ascendentalia paterna, ultraquamquod possidebantur à Clarissimo D. Senatore Nicolao de Gondis Patre præfati D. Senatoris Francisci Rei conventi, qui non erat in Causa, pariter dicebatur non esse locum subsidiario remedio *dictæ Authen.*, quia licet ardua sit quæstio, an tale remedium locum sibi vindicet ad favorem mulieris jam nuptæ, in qua cessare videtur ratio privile- 13
gii, scilicet favor nuptiarum, & publica utilitas, cum pro negativa stet Antesignanus *Bart. in dicta authen. num. 6.* quem sequuntur *Corne. ibidem, & Salycet. num. 3. Alexand. cons. 33. sub num. 2. vers. fortius lib. 4. Casanat. cons. 54. num. 30. & seqq. Frideric. Scott. respons. 4. num. 10. tom. 2. lib. 1. Mans. consult. 234. num. 3. & seq. tom. 3. Peguer. decis. 116. num. 8. & 9. Rot. coram Dunozet. Jun. decis. 613. num. 10.* Pro affirmativa verò urgere videatur major turba Do- 14
ctorum, quos referunt *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. num. 72. Fusar. de substit. quæst. 531. num. 17. Ciarlin. controvers. 62. num. 1. lib. 1. Peregrin. de fideicommiss. art. 42. num. 39. De Luc. de Dote disc. 145. num. 46. Rota Lucen. inter recollect. per Palm. Nep. decis. 70. num. 34.*

Tamen cum agatur in nostro casu de fideicommisso ascendentali non possesso à Patre dotante, sed ab 15
Agnato collaterali, quod non subjacet distractioni pro Dotibus Fœminarum alterius Columnellæ, juxta verio-

veriorem sententiam, quam sequitur à *Ponte cons. 45. num. 6. lib. 1. Mans. consult. 208. num. 1. & seqq. & consult. 235. sub num. 10. Balduc. in observ. ad Ramon. cons. primo num. 92. Peregrin. de fideicommiss. art. 42. num. 55. de Luc. de Dote disc. 44. num. 13. & disc. 145. numer. 29. Rot. coram Mellin. decis. 293. num. 3. & 4. Priol. decis. 359. num. 22. & in Rom. Cauth. 25. Aprilis* 1701. *§. Prout, coram Muto*, & cui pluribus in contrarium reprobatis adhæsit *Rota Nostra, coram D. meo Auditore de Comitibus decis. Florent. 52. num. 14. & seqq.*

Quin urgeat replicatio, conclusionem procedere in transversalibus, ultra Patruum, qui ex propria persona dotare non tenentur, secus autem in Patruo, ut in casu nostro, qui sicuti ex propria persona, propriisque Bonis tenetur neptem dotare, saltem ex
16 quadam naturali non scripta æquitate, ita teneatur ex Bonis Fideicommissi ascendentalis in eum perventis, prout limitando regulam, firmat eadem *dec. 52. num. 17. coram D. meo Auditore de Comitibus*, ubi concordantes.

Siquidem obligatio Patrui, aliarumque similium personarum ex solo motivo pietatis, & non scriptæ æquitatis ad dotandum obligatarum, longè differt ab obligatione illarum, quæ tenentur ex præcisa, ac expressa legis dispositione; Primæ enim solum tenentur congruè nubere; aliæ verò congruè nubere, & congruè dotare, sed quia regulariter Matrimonia non contrahuntur sine dote, idcirco etiam illæ, quæ solum nubere tenentur, onus habent dotandi, non principaliter, sed accessoriè ad illud nubendi, & sic non quatenus exposcit solitum Familiæ, Regionis Consuetudo, & Dotantis facultates, sed quatenus exigit necessitas collocandi mulierem in Matrimonium
17 cum viro digno, seu æqualis conditionis, unde profluit conclusio, quod Patruus, & similes tenentur ad solos limites necessitatis, *Michalor. de Fratribus part. 3. cap. 3. numer. 24. & cap. 33. in fin. Mans. consult. 234. num. 24. Novar. decis. 21. & numer. 3. Ansald. in adnot. ad decis. 94. sub num. 42. Vers. omittendum tamen Rot. decis. 581. num. 2. part. 1. recem. repetit. coram Cavaler. decis. 398. & decis. 249. num. 1. part. 2. & post Constantin. ad Statut. Urb. decis. 132. num. 2. & seq. & in Mantiss. ad De Lucam tom. 16. decis. 13. numer. 13. Rota Nostra lib. motiv. 29. à 317. §. Denegavimus prope fin. & in Florentina Dotis de Antinoris 15. Maji 1714. §. Etenim, coram Bellutio.*

Hoc posito inferebatur, quod si Domina Catharina jam congruè nupta reperitur cum Viro Nobili, & æqualis conditionis, dato etiam, quod nullam consequuta fuisset Dotem, utique agere nequiret pro
18 ea consequenda adversus Patruum, quia post nuptias jam patet cessare necessitatem, ut in puncto firmant *Fontanel. de pact. nuptial. claus. 5. Gloss. 3. in fin. Michalor. de Fratrib. part. 3. dicto cap. 33. numer. 23. Rota Romana in Bononien. Bonorum 15. Maji 1697. coram Pio* penes *Bertacchin. vot. 55. numer. 17.* & in ejus confirmatoria impressa post *De Luc. in Mantiss. lib. 16. decis. 13. numer. 12. Rot. Nostra dicto lib. motiv. 29. fol. 317. §. Denegavimus*
19 *in fine*, ac per consequens multo minus agere valet postquam aliqua, licet tenuis, Dos fuit Viro constituta *Rot. coram Manzaned. d. disc. 319. numer. 15. & 16.*

Minime refragantibus auctoritatibus per Defenso-
20 res Dominæ Catharinæ in contrarium allegatis, nam in casu *decis. 30. num. 9. & seqq. part. 7. recent.* quæ loquitur in terminis Dotis, Patruus condemnatus fuit ad præstandam nepti Dotem pro Matrimonio spirituali juxta solitum Monasterii, sed ista non erat Dos congrua, habito respectu ad solitum Familiæ, Dotantis facultates, & Regionis consuetudinem, sed erat Dos merè necessaria, quia cum minori non poterat in Monialem in tali Monasterio recipi, & sic patet Patruum ibi dotasse ad limites necessitatis, non autem congruitatis.

Aliæ verò omnes loquuntur in terminis alimentorum, & licet probare videantur, Patruum teneri nepotes alere non ad meram vitæ necessitatem, sed
21 juxta honestam congruitatem, tamen vel non sunt applicabiles terminis Dotis, cum in pluribus alimenta sint ipsa Dote favorabiliora *Rota coram Ansald. decis. 2. num. 20. in recent. decis. 378. numer. 13. par. 18.* & alibi passim.

Vel supposita, etiam in hoc æquiparatione omni- 22
moda alimentorum cum causa Dotis, ut voluit *Rota dicta decis. 30. num. 19. & seqq. part. 7. recent.* ac aliæ in contrarium allegatæ, potius retorquentur, nam sicuti alimenta ordinantur ad vitæ sustentationem, ita Dos ordinatur ad nuptias, & sicuti alimenta præstari debent non pro necessaria tantum vi-
tæ sustentatione, quo casu sufficeret panis, & aqua 23
juxta dictum *Petri de Bellapertica in authen. præterea num. 5. Cod. unde Vir, & Uxor* relatum à *Rub. de testam. resolut. 25. nu. 35. Torr. var. Jur. quæst. lib. 2. tit. 7. quæst. 7. numer. 27. pag. 117. Rovit. decis. 146. num. 17. Rot. coram Cels. decis. 115. sub num. 4.* sed pro sustentatione congrua; Ita Dos præstari debet non pro mera necessitate nuptiarum, quo casu sufficeret, mulierem etiam nobilem ignobili Viro nuptui tradere, sed pro nuptiis congruis, scilicet cum Viro paris conditionis, & sic patet tam in alimentis, quàm in Dote congruitatem semper stare accessorie, vel consequutive, aut tanquam medium dumtaxat necessarium ad obtinendum respective finem sustentationis vitæ, & nuptiarum, ad quem, ea subsidiaria obligatio Patruorum, vel hujusmodi personarum à lege ordinatur, non verò tanquam principaliter debitam prout in aliis, qui tenentur congrue dotare, & congrue nubere, & ideo in casu quo quis tenetur ad congruam alimentorum præstationem ex miserationis tantum, vel æquitatis causa, vel dotem tradere ex quo teneatur tantum congruè nubere, non potest ad id compelli, quoties alendus alimenta aliunde haberet, vel congruè nubenda virum dignum, & æqualis conditionis sina dote invenisset, in altero verò casu ubi quis tenetur æque principaliter congruè dotare, & congruè nubere, non liberatur ab onere congruæ dotationis, licet nubenda Virum dignum, & æqualis conditionis sine dote, vel parva dote invenerit, & ea hac differentia inter unum, & alterum casum intercedente clarius percipitur illa conclusio per Doctores, ut supra tradita, quod Patruus, vel hujusmodi personæ ad limites tantum necessitatis dotare teneantur, ex qua nihil aliud datum fuit intelligi, quam quod Patruus non teneatur dotare neptem, nisi in quantum exigat necessitas illam collocandi in Matrimonium cum aliquo Viro paris conditionis, itaut si cum parva, aut incongrua, vel etiam nulla dote talem Virum, cum quo eam nubere posset, Patruus vel ipsa neptis invenisset, ad nihil aliud solvendum nomine dotis vel congruæ dotis ille à nepte conveniri posset; Et licet contingere possit, quod Patruus teneatur congruam dotem tradere nepti, quia aliàs Vir dignus inveniri non valeat, id tamen non destruit, sed magis confirmat regulam nostram, quod Patruus teneatur tantum ad limites necessitatis, nam obligatio in tali casu congruè dotandi neptem, ut collocetur in matrimonium cum Viro paris conditionis, non procedit ex quo ipse teneatur principaliter congruè dotare neptem, sed accessorie, ex quo necessitas ita exigat pro ea dignè nubenda, quod aliter sequi non potest, & proinde advertendum quoque est, quod si aliqui adsint DD., vel Decisiones contrarium firmantes, quod scilicet Patruus, vel hujusmodi personæ teneantur congruè dotare neptem, vel loquuntur, vel intelligi debent in his terminis, ubi nempe necessitas ita exigeret.

Nec subsistere videbatur replicatio, quod prædicta procedere possent, quatenus ageretur de Patruo dotante ex propriis bonis, secus verò ex illis provenientibus ab Avo Dotandæ, qui sicut vivens congruè dotare teneretur, non autem ad limites solius necessita-
tis, ita eodem modo teneatur hæres, in quem illius 24
bona pervenerunt, cum tali casu non videatur dotare uti Patruus, sed uti hæres, & possessor bonorum Avi, in quem onus dotandi, tanquam reale pertransivit ex sententia *Castill. contr. Jur. lib. 8. cap. 66. num. 62. de Luc. de dote disc. 142. num. 51. Rot. dec. 30. per tot. part. 7. recent.* & pluribus congestis *D. Auditor de Comitibus decis. Florent. 52. num. 12.* &
in terminis, quod neptis agere valeat contra Pa- 25
truum in vim dictæ *Authen. res quæ* pro ejus congrua

grua

gra dotatione super bonis ab Avo procedentibus, & ab ipso possessis firmat *Rot. dicta decis.* 30. *num.* 12. *& seq. part.* 7. communiter recepta, ut videre est penes *Card. de Luc. de Dote disc.* 38. *num.* 11. *vers. respectu vero ex disc.* 145. *numer.* 33. *vers. tertius autem, & Dominus Auditor de Comitibus decis. Florent.* 52. *num.* 17. cum aliis Decisionibus ab eo citatis.

26 Quoniam objectum procedit tantum in casu quo obligatio dotandi ascendentis, & Institutoris fideicommissi uniretur cum alia simili obligatione descendentis possessoris ejusdem fideicommissi, contra quem pro dotatione agitur, nempè si tam ex parte ascendentis Institutoris fideicommissi, quam ex parte possessoris eadem concurreret obligatio dotandi fœminam pro sua congrua dotatione agentem, ut ex *Curtio*, & aliis firmavit *Rota Nostra die* 20. *Martii* 1567. *ex lib. motivor.* 29. *fol.* 317. §. *Denegavimus tamen*, & doctè de more advertit *Card. de Luca de Dote disc.* 38. *num.* 11. *vers. quo verò, & disc.* 145. *numer.* 33. *vers. fortius autem*, ex quo sane principio
27 fuit communiter recepta hæc distinctio, quod si bona fideicommissi ascendentalis possidentur à descendente, qui tenetur pariter fœminam dotare, tunc intrant termini dispositionis *Authen. res quæ*, secus verò ubi hujusmodi bona possiderentur ab altero descendente, qui non teneretur ex propria persona, seu obligatione dotare talem fœminam, quia ad effectum ut habeat locum dispositio dictæ *Auth.* non sufficit, quod fideicommissum sit ascendentale, & fœmina agens de dotatione subsidiali sit descendens ab Institutore fideicommissi, sed simul exigitur, quod ille descendens à fideicommittente, adversus quem fœmina agere intendit pro ejus congrua dotatione, sit possessor ejusdem fideicommissi, & sit ex illis, quibus ex propria persona, vel obligatione onus dotandi dictam fœminam legaliter incumbat, ex traditis per *Card. de Luc. de Dote disc.* 38. ferè *per tot. & disc.* 145. *à numer.* 30. *cum seq.* & latissimè *D. meus Aud. de Comitib. decis. Florent.* 52. *à numer.* 1. & ferè *per tot. tom.* 1. Cum itaque Nos versemur in casu quo Patruus non tenebatur dictam D. Catharinam ejus neptem dotare, quia ipsa virum dignum,
28 seu paris conditionis jam invenerat, cui nubere poterat, & nupsit, ideoque dictæ Catharinæ beneficium dictæ *Auth. res quæ* contra Patruum nullatenus competere valet, ut punctualiter in terminis Patrui firmavit *Rota Nostra die* 20. *Martii* 1567. *ex lib. mot.* 29. *à* 317. §. *Denegavimus tamen*.

29 Nil refragante authoritate *Rot. Rom. d. decis.* 30. *part.* 7. *recent.* in contrarium pro punctuali allegata, quia in casu dictæ decisionis Patruus ex Causa necessitatis tenebatur dotare neptem, nam illa nullum invenerit Monasterium, neque invenire poterat, in quo spirituales nuptias absque necessaria Dote contrahere valeret.

30 Minusque proinde obstat *Card. de Luca* in locis pariter supra ex adverso laudatis, quia cum ipse loquatur dumtaxat ad terminos dictæ *decis.* 30. nusquam intelligi potest in casu quo Patruus nullam haberet obligationem erga neptem, sed in casu quo ad limites necessitatis ex propria obligatione, seu persona de jure teneretur neptem dotare, & ita intelligendi sunt omnes, qui in contrarium fortè allegari possent.

Hæc licet inspecto stricto Juris rigore suadere viderentur omnimodam, ac plenariam absolutionem ejusdem D. Senatoris à petito Dotis supplemento; Tamen DD. sequentes potius viam æquitatis, & spectata conditione, ac nobilitate Familiæ dictæ Dominæ Catharinæ, nec non dicti D. Pauli ejus Viri, & circumstantia, quod ageretur de unica filia, quodque de tempore mortis Domini Bernardi Patris remansissent in ejus hæreditate bona ascendentia ad valorem scutorum 5600. circiter, ex quibus tamen satisfaciendi erant plures Creditores, ac ulteriùs spectato arbitrio oretenus nobis præstito à dicto D. Senatore de augenda dicta Dote scutorum mille in aliqua moderata, ac discreta quantitate, censuerunt locum esse
31 augmento dictæ Dotis in scutis bis mille exemplo non dissimilis æquitatis quam in finitimis circumstantiis sequuta est *Rot. decis.* 195. *per tot. part.* 2. *rec.*

Qua stante Dotis taxatione ex sola ratione, & motivo æquitatis habuerunt DD. pro indubitato non deberi usuras dotales super dictis scutis bis mille ante tempus motæ litis, tum quia condemnatio ad fru- 32 ctus usque ab initio fieri non potuisset, nisi mediante retrotractione nostræ declarationis factæ super quantitate congruæ Dotis ad tempus Matrimonii, prout advertit *Card. De Luca de Dot. disc.* 115. *num.* 6. *& seq. & discurs.* 117. *num.* 7. *cum seqq.* quæ retrotra- 33 ctio cum fundetur in æquitate *Cost. de retrotr. cap.* 2. *num.* 1. *vers. causa vero, & cap.* 4. *per tot. Calvin. de æquit. cap.* 219. *numer.* 5. locum sibi vindicare ne- 34 quit in concursu alterius æquitatis, quæ in iniquitatem degeneraret, ad *text. in l.* 1. *C. de dot. promiss. Garz. de expens. cap.* 23. *num.* 9. *vers. igitur circa medium. Mart. Medic. decis.* 99. *num.* 23. & latè *Rota nostra in Florentina fideicommissi de Peruzzis* 13. *Septembris* 1720. §. *Pariterque nihil officit, coram Me*, tum quia cum nostra declaratio non versetur tantum circa liquidationem quantitatis Dotis usque ab initio contracti matrimonii, in genere saltem debitæ, nempe Dotis quoad obligationem certæ, & incertæ, quoad quantitatem, quo sane casu procederent ter- 35 mini retrotractionis ad effectum condemnationis fructuum ab initio usque contracti matrimonii, ut latè docet *Card. de Luc. de Dote d. disc.* 115. *&* 117. innumeris mox laudatis, sed quoque versatur circa ipsam Dotis substantiam, dum illa tantum profluit à mero Dominorum arbitrio, quibus omisso juris rigore in hac casus contingentia quandam potius prudentialem æquitatem sequi placuit, fortiùs quia hoc ipsum Dominorum arbitrium regulatum, servatumque ita fuit ob prædictas particulares circumstantias, de quibus supra mentio facta fuit, longe post matrimonium contractum superventas, ideo in præsenti intrant potius 36 termini contrarii non retrotractionis, prout punctualiter firmatum fuit per *Rot. Rom. in decis.* 413. *num.* 21. *cum seq. part.* 14. *rec.* & bene faciunt tradita ad hunc propositum per *Card. De Luca de Dote disc.* 117. *num.* 7. *& numer.* 9. §. *Quid autem, & discurs.* 128. *num.* 11. & melius per *Rot. Rom. decis.* 357. *in fine part.* 13. *recent.* & in ejus confirmatoria *diei* 3. *Maji* 1662. *in fin.* quibus in locis *Rota* ob non le- 37 ve dubium, quod vertebatur circa substantiam ipsius obligationis absolvit debitorem Dotis, seu lucri dotalis à fructibus decursis, ut etiam advertit idem *De Luc. d. disc.* 128. *numer.* 11. licet ipse non approbet decisiones quoad tempus decursum à tempore post productionem cujusdam Albarani, ex quo videbatur post talem productionem omne quæstionis dubium cessatum fuisse, & denique ipsamet *Rota Romana in d. decis.* 195. *part.* 2. *recent.* quia in similibus facti circumstantiis ex sola æquitate mota fuit ad augendam Dotem, ut constat ex principio dictæ decisionis „ ibi „ *DD. ex æquitate arbitrati fuerunt Dotem esse augendam*, & „ ibi „ *censuerunt non esse quidem a præ-* 38 *dicto arbitrio recedendum ex causis tunc consideratis*, “ condemnationem quoad usuras dotales super tali augumento omnimodo prætermisit, vel denegavit.

A R G U M E N T U M.

Statutum loci bonorum in materia Successionum attendi non debet, sed jus commune, quando tam Defunctus, quam Personæ ad successionem adspirantes non sunt subditæ Statuto, sed extraneæ, & reprobatur *D. Palma* contrarium firmans.

Statutum nostrum Januæ de *Success. ab intest.* comprehendit bona etiam extra suum Territorium sita, & ita Januæ servandum, secus in alienis Territoriis.

Quamplura ad intelligentiam Statutorum Januensium *de fœmin. dotand.* necnon *de success. ab intest. & de extrinsec. intell. probib. ac etiam de jure redden.* declarantur.

S U M M A R I U M.

1 Statutum loci bonorum in materia successionis attendi non debet, sed Jus commune, cum Defunctus, & Persona ad successionem adspirantes

tet non sunt subdita tali Statuto, sed extranea, & *num.* 10.

2 *Refertur contraria opinio,* & *reprobatur, n.*10.

3 *Bulla Summorum Pontificum in temporalibus extra Statum Ecclesiæ si non uti leges, tamen tanquam magistrales auctoritates attenduntur.*

Declaratur num. 11. 12. & 14.

4 *Statutum Januense mandat successionem regulari juxta suum Statutum* de success. ab intest. *in bonis etiam extra Territorium sitis,* & num. 5. & 19. cum seq. & num. 24. *Sed non est in alienis Territoriis Principum servandum* num. 25.

6 *Dictio* penitus, & *verba* in tota hereditate, *vel* omnia bona *nullam limitationem admittunt,* & *comprehendunt bona Defuncti ubique Terrarum sita,* & num. 8.

De differentia inter dictum verbum hæreditas, & *verba* tota hæreditas, *vel* omnia bona numer. 16. & num. 20. & seq.

7 *Hæreditas unius Defuncti in plures hæreditates nonnisi impropriè dividi potest,* & *num.* 9.

12 *Jus civile ubi in temporalibus deficit, ad Canonicum est recurrendum,* & *viceversa.*

Declaratur ibidem.

25 *Examinantur,* & *declarantur Statuta Januæ* de fœmin. dotand. *necnon* de success. ab intest. & num. 16. ac num. 23. & 24.

17 *Testator si instituit hæredes, quos vocat Statutum Patriæ sua* de success. ab intest. *tunc servari debet Statutum Defuncti,* & *non loci bonorum, secus si Testator nullo facto testamento mortuus fuerit.*

Januen. Successionis.

DISCURSUS CLVIII.

FRequenter in Januensi Civitate, ubi major pars bonorum Civium ut plurimum in locis montium extra Dominium Januense consistit, contingit dispu-
12 tari, an in bonis extra territorium statuentium sitis observari debeat Statutum Januensis defuncti, vel loci bonorum, aut jus commune; Super qua quæstione aliàs firmavi neutrum attendendum fore Statutum., non illud defuncti ex defectu potestatis, neque alterum loci bonorum ex defectu voluntatis, quia non debet præsumi, quod Statuentes loci bonorum providere voluerint familiis omnino extraneis, ut videre est ex meis commentariis *ad Stat. Januæ de success. ab intestat. in rubr. num.* 62. ubi plures Rotæ Romanæ decisiones desuper laudavi.

Verum annis præteritis in causa vertente inter D. Gherardum Spinulam, & D. Aureliam Viduam qu. D. Philippi Spinulæ coram Alma Rota Januensi, ut ex actis Jo: Stephani Steneri Notarii, idem excitatus fuit articulus, & sub die 5. Julii 1698. prodiit Sententia ad favorem dicti D. Gherardi, in qua resolutum fuit Statutum Januæ, nempe defuncti, observandum esse.

Rationes enim, ex quibus ad ita judicandum moti fuerunt DD. sunt infrascriptæ.

2 Et primò, quia autumarunt illi, veriorem saltem in jure esse alteram contrariam Doctorum opinionem indistinctè tenentem, quod sive agatur de personis omnino extraneis, sive non, semper successio regulari debet juxta Statutum loci, in quo bona reperiuntur, ut latè firmat me in specie refutato *Palm. inter decisiones Lucenses ab eo recoll. tom.* 3. *dec.* 247. quem videtur sequi *Torr. variarum quæst. tom.* 3. *in miscell. part.* 2. *tit.* 12. *quæst.* 17. *num.* 29. *tom.* 3. *fol. mihi* 114. & *Rot. Florent. pariter inter easdem Lucens. ab eodem Palm. recoll. decis.* 248. & 249.

3 Præsertim attenta Bulla Innocentii XI. registrata penes *Card. De Luc. in tract. de Statut. success.* quæ licet restricta sit ad Statum Ecclesiasticum, tamen, si non vi legis, saltem tanquam magistralis auctoritas inservire debet ad hoc, ut prævalere debeat hæc opinio alteri, quamquam ante dictam Bullam Innocentianam contraria opinio fuisset communior ad tradita per *Card. De Luc. de feud. disc.* 5. *numer.* 17. & *ibi in supplem. numer.* 21. & in puncto hujus Innocentianæ *in tract. de success. Stat.* §. 7. *num.* 8. & *D. Palm.* & *Torr. locis citatis.*

Secundo, quia nulla adest lex in corpore juris Romani super hoc aliquid positivè determinans, sed diversitas opinionum inducta fuit à conceptu diversimodo formato ex proprio Doctorum Marte, unde etiam adaptatur regula docens in materiis temporalibus, ubi lex civilis non providet, recurrendum esse ad Jus Canonicum, & viceversa, ubi Jus Canonicum non providet, ad Jus Civile *cap.* 1. *de novi oper. nunciat.*

Tertio, quia sequendo contrariam opinionem fundatam in supposito defectus potestatis statuentium respectu bonorum sitorum in alienis Territoriis de directo læderetur auctoritas, quam sibi competere autumavit Serenis. Respublica nostra Jan. etiam ad bona suorum subditorum sita extra dominium, ut colligitur expressè ex *cap. de fœmin. dotand. in princ.* ubi præcisè exclusit filias fœminas à jure succedendi, quando adsunt fratres, in bonis in quacumque mundi parte existentibus. 4

Quarto, quia Statutum *Januen. de success. ab intest.* mandavit intestato decedenti succedi in tota ejus hæreditate, excludendo penitus omnes alios in ordine successionis ut legitur ibi *in principio, juncto* §. *in omnibus verò casibus*, ex quo disponendi modo clarè habetur Statutum voluisse amplecti omnia bona defuncti, ubicumque ea existerent, tum ob verba illa *in tota hæreditate*, quæ tanquam universalia, omnia regulariter comprehendunt, & nihil excludunt, tum etiam ob dictionem *penitus*, quæ nullam limitationem admittit, idemque importat, ac *indistinctè*, & *in totum Seraphin. decis.* 447 *num.* 4. *Rot. decis.* 309. *num.* 4. *part.* 13. *rec.* & plenè *Barbos. dict.* 240. *numer.* 4. & 5. & *dict.* 249. *num.* 1. & 3. 5 6

Neque dicatur illa verba *in tota hæreditate*, dictionemque *penitus* esse restringenda ad bona existentia intra Territorium Statuti, attenta distinctione, quod bona per diversitatem Territorii separata, ut plures hæreditates, & tanquam diversa patrimonia considerari debeant.

Quia omisso, quod hæreditas impropriè & solum per fictionem dividitur in plures hæreditates, ut bene advertit *Rebuff. in l. nihil aliud* 34. *vers. aliquando, ff. de verbor. signif.* & optimè ad propositum arguit *Salycet. in l. cunctos populos num.* 14. *C. de Summ. Trinit. cum aliis relatis à Surd. cons.* 535. *num.* 18. 7

Respondetur universitatem dictorum verborum *in tota hæreditate*, ac etiam significationem dictionis *penitus* nullatenus posse restringi ad sola bona existentia intra fines Territorii statuentium, cum id expressè repugnet Statuto de *extrinsec. intellect. prohib. cap.* 16. *lib.* 1. ubi verba absque ulla restrictione, ac interpretatione debent accipi in pura materiali significatione; Certum autem est non posse verè ac propriè dici totam hæreditatem defuncti illa bona, quæ habet Januæ, quando alia bona possideret Romæ, nec etiam excluderetur penitus ab hæreditate, qui non valens succedere in bonis Januæ sitis, admitteretur tamen ad bona Romæ existentia, ut in puncto hujus Statuti admisit *Rota Romana in una Januen. success. Veneris* 6. *Aprilis* 1685. *coram Mathæjo vers. haud quidquam.* 8 9

Verum paucis ad hinc diebus eodem coram Me uti arbitratore in alia causa eodem reproposito dubio, examinanda esse duxi prædicta fundamenta.

Et quoad primum, præcisivè loquendo à Statuto nostro Januensi, non potui quippe meum captivare intellectum ad sequendam alteram contrariam opinionem, quam improbo ferè studio satagit firmare *D. Palm.* loco supra citato, unde eo magis mihi videbatur residere debere in eadem sententia per me firmata in dictis commentariis ad *Stat. Jan. de success. ab intestato cum tot. decis. Rot. Rom.* quibus addo *dec.* 245. *part.* 8. & *coram Cels. decis.* 404. *num.* 7. & *dec.* 412. *num.* 11. & 12. *part.* 16. & *decis.* 284. *num.* 4. *part.* 17. & *dec.* 753. *num.* 6. 7. & 8. *part.* 18. *tom.* 2. & *addend. ad Pamphil. dec.* 554. *nu.* 13. *Caren. resol.* 116. *num.* 6. latè *Bellon. de jur. accresc. cap.* 10. *quæst.* 3. *n.* 127. & *seq. Beniell. cons.* 58. *n.* 25. & latissimè *Gob. de Success. observ.* 3. *num.* 7. & 8. ubi longissimam Doctorum litaniam intexuit & innumeras decisiones omnium ferè Catholicæ Europæ Tribunalium 10

retu-

11 retulit, neque argumentum à Bulla Innocentiana deductum procedere censui, quia illa, tamquam emanata contra communem opinionem à Doctoribus, & tot Tribunalium decisionibus firmatam, dici debet correctoria potius Juris communis, quam doctrinalis ad punctualiter monita per *Rot. Rom. decis.* 590. *nu.* 29. *coram Dunozet. Jun.*

Quò verò ad *cap.* 1. *de Nov. Oper. nunciat.* provi-
12 dens, quod in temporalibus in defectu Juris civilis recurrendum sit ad Jus Canonicum, & viceversa deficiente Jure Canonico ad Jus civile, respondebam quod illud capitulum trahi non debet ad leges, vel canonicas, vel civiles, quæ post Jus commune canonicum existens in decretalibus Gregorii IX. Bonifacii VIII. Clementinis Constitutionibus, Extravag. Joann. XXII. & communibus, vel Jus commune civile existens in Digestis, Novellis, Constitutionibus, Institutionibus, & libris 12. Codicis ab aliquo Imperatore, seu Papa sancitæ supervenerunt, & per consequens non ad istam legem Innocentianam tunc omninò ignotam nostro Imperatori Justiniano, ad ponderata in terminis per *Cardin. de Luc. disc.* 1. *numer.* 11. *vers. & quamvis*, *& num.* 17. quo loci declarat ipse dictum *cap.* 1. *de Nov. Oper. nunc.*

13 Ultraquamquod prædicta Innocentiana, & similes à Papa editæ uti Principe temporalis Status Ecclesiastici, non sunt recipiendæ pro jure Canonico, sed pro lege municipali, seu communi tantum pro toto Statu Ecclesiastico, ut ceteræ aliæ leges Regum, & Principum, nam illud verè Jus Canonicum dicitur, quod conditum fuit à Papis, & commune postea factum fuit toto Orbi, Ecclesiæque universali, sicuti verò illud dicitur Jus civile, quod est commune pro toto Orbe, & non ceteræ leges à Principibus, seu Regibus editæ pro regimine eorum Statuum ex traditis per *Cardin. de Luc. de judic. disc.* 35. *numer.* 24. *vers. alterum est*, *& numer.* 46. *& in relationibus Curiæ Ro-*
14 *man. disc.* 2. *numer.* 12. & adeo hoc verum est, ut hujusmodi particulares leges Papæ uti Principis temporalis, aliorumque Regum, & Principum in deficientia Juris civilis communis recipiantur tantùm uti doctrinæ, vel auctoritates, non autem vi legis obligatoriæ, ut pluries insinuavit *Cardin. de Luca in locis supracitatis in vers. tota enim*, & alibi, quod quidem in nostro casu fieri non posse dicebam ex motivo, quod non deficiebat Jus commune (in quo etiam comprehenduntur omnes ampliationes, declarationes Doctorum super legibus Juris civilis ex rationibus earum interpretantium, ad firmata per *Me in tractat. de success. ab intestat.* §. 8. *vers. tam fœmina numer.* 3. *fol.* 197.) super hoc articulo expresse disponens.

15 Contra alia duo fundamenta deducta ex Statutis *De fœmin. dotand. & de success. ab intestat.* nonnullæ in contrarium urgere videbantur considerationes.

Nempe, quod Statutum *Jannen. de success. ab intestat.* semper interpretari debet non exorbitans, neque continens irrationabilitatem, quinimmò ad hoc evitandum debent restringi verba, vel impropriari non obstante Statuto nostro de *Extrinsec. intellect. prohib.* contrarium regulariter mandante per ea, quæ deduxi in meo *tractat. de success. ab intestat.* §. 11. *num.* 25. 26. & alibi pluries, ex quo resultat, quod ea verba *tota hæreditas*, quæ alias uti universalia importarent de sui natura omnia bona defuncti ubique sita, rationabiliter, & de Jure restringi debent ad bona intra dominium statuentium sita, de quibus solum disponere possunt statuentes, ut in simili Statuto, quod nem-
16 pè verba *omnia bona* restringantur ad bona tantum intra territorium statuentium sita docuit *Giurb. ad consuetud. Messan. cap.* 1. *verb. bona omnia gloss.* 2. *num.* 120. cum innumeris juxta morem allegatis *Bellon. de jur. accresc. cap.* 10. *num.* 95.

Neque officere videbatur *Rot. in dicta Jannen. success·* 6. *Aprilis* 1685. uti punctualiter objecta, quia in casu dictæ decisionis vocatio ad hæreditatem emanavit ab ipso Testatore, licet ipse vocavisset venientes ab intestato secundum formam Statuti Januæ *de success. ab intestat.* qui casus est longè diversus ab eo, in quo agitur de Statuti vocatione ad hæreditatem,
17 nam in primo casu omnia bona ubique sita, etiam extra territorium statuentium comprehenduntur in vocatione, quia dispositionis effectus provenit à sola Testatoris voluntate, in cujus potestate sunt bona, de quibus disponit, secus in secundo casu, quia vocatio provenit à Statuto, quod nullum Jus in illis bonis habet, & super quibus nihil statuere potuit juxtà latè tradita per *Giurb. ad consuetud. Messan. d. cap.* 1. *gloss.* 2. *num.* 120. *ibique in vers. priori casu*, *& numer.* 126. *Bellon. cons.* 74. *numer.* 121. *&* 127. *& Rota supra objecta in Jannen. success.* 1685. *coram Matthæjo vers. haudquidquam*, *& seq.*

In nihilo obstante altero Statuto de *fœmin. dotand.* 18
ubi expresse leguntur exclusæ filiæ à Jure succedendi in bonis nedum Januæ, sed in quacumque mundi parte existentibus, quando adsunt fratres dictarum filiarum, quia hæc dispositio prædicti Statuti *de fœmin. dotand.* procedere debebit, præsertim quando est correctoria Juris communis, dumtaxat in eo casu speciali, de quo loquitur Statutum prædictum, ad tradita punctualiter *per D. Palm. Jun. alleg.* 89. *numer.* 16. *& per me d. tract. de success. ab intestat.* §. 15. *vers. præferendum primò num.* 2. 3. *fol.* 302. *& in* §. 13. *vers. sed omnia num.* 35.

Quinimò ex ista dispositione expresse loquente in eo casu tantum de bonis extrà territorium sitis, rectè arguitur, quod non intellexerunt statuentes in cæteris aliis casibus successionis, de quibus in Statuto, noluisse bona extrà suum territorium sita comprehendere, nam sicuti in casu Statuti *de fœmin. dotan.* statuentes specialem expressionem fecerunt de bonis extra territorium sitis, ita pariter eam fecissent in alio Statuto *de success. ab intest.* si voluissent ea comprehendere, & in similibus terminis Statuti ratiocinatur *Palm. Jun. in dicta alleg.* 89. *num.* 16. & faciunt tradita à me *in resol.* 10. *num.* 16. *post meum tract. de success.*

Verum reflectendo ad veritatem, prædicta in contra- 19
rium ponderata credebam, non posse rectè applicari nostro Statuto *de success. ab intestat.* ex quo statuentes etiam bona extra territorium sita comprehendere voluisse clarè constat, ad hoc enim probandum nullatenus insistebam super eo simpliciter, quod Statutum disponit per verbum universale, & intellectuale, scilicet in Jure intellectuali consistens, nempè si invitaret ad hæreditatem, & non ad bona defuncti, quo 20
casu secundum unam opinionem Statutum extenditur ad omnia bona defuncti ubique terrarum sita, ut penes *Franc. de Ramponibus cons.* 34. *sub titul. de testament. inter consil. Calderin. Alex. cons.* 16. *num.* 1. *Circa med. volum.* 1. *& cons.* 44. *numer.* 4. *vol.* 5. *& cons.* 141. *numer.* 18. *& seq. volum.* 7. *Brun. de Statut. articul.* 8. *numer.* 129. *Campeg. in tractat. quod stant. Mascal. quæst.* 69. *in fin. numer.* 216. *& Giorg. Statt. in simili tractat. quæst.* 4. *num.* 39. *&* 57. *Purpurat. cons.* 320. *numer.* 13. *& sequ. usque ad fin. & post eos Bellon. cons.* 74. *numer.* 120. *& sequent.* quia semper mihi visa fuit altera opinio negativa verior, de qua *per Bellon. de Jur. accresc. quæst.* 2. *cap.* 10. *n.* 95. ex eo quod universalis sermo ad ea trahi non potest, in quibus deest potentia, ut in bonis extra territorium sitis *Giurb. ad consuetud. Messan. d. capit.* 1. *glos.* 2. *numer.* 120. ac cæteri omnes hanc opinionem foven- 21
tes, sed super alio quoque verbo universali *tota* adjuncto alteri verbo *hæreditas*, cujus respectu mihi, & quidem rectè, persuadebam fuisse mentem statuentium comprehendendi etiam bona extrà territorium sita, ut aliquid operetur dicta dictio universalis, & hunc intellectum super Statuto Jannen. etiam admisit *Rota Romana in dicta Jannen. success.* 1685. *coram Matthæjo vers. haudquidquam*, licet in casu suo alia, & quidem notabilis vigebat ratio decidendi, de qua supra in responsione per nos data ad dictam decisionem *sub* §. *Neque officere*.

Et hæc statuentium voluntas magis declaratur ex citato Statuto *de fœmin. dotand.* in cujus casu sicuti apparet statuentes scrupulum nullum habuisse comprehen- 22
dendi bona extra territorium sita, ita dici debet in cæteris casibus successionum, de quibus in Statuto *de success. ab intestat.* hunc eumdem scrupulum non habuisse statuentes, & sic Statutum *de fœmin. dotand.* adducitur per modum declarationis Statuti *de success. ab intest.* & non ad effectum extendendi casum ad casum, ut ex adverso objiciebatur, sed ad effectum exclarandi unum ex altero, hanc enim argumenti speciem rectè ap-

probante Doctores, de quibus fusè *in meo tract. de successab intest. §. 12. vers. & patrui defuncti n. 21. & numer. 52. Giurb. ad consuetud. Messan. capite 3. gloss. 14. num. 1.*

23 Hoc ideo non obstare respondebam ponderationem in contrarium factam super discretiva loquutione, de qua in prædictis duobus Statutis, quod nempè in uno expressè se declaraverint statuentes pro comprehensione bonorum extra territorium sitorum, secus in alio, quia satis est, quod statuentes sub vocabulo *tota hereditas* diversimodè explicaverint intentionem suam ad tradita in puncto ejusdem objecti, reprobato *D. Palma, Nos in d. tract. de success. ab intest. §. 15. vers. præferantur primo n. 17.* quibus addo *Dec. cons. 11. n. 18.*

24 His igitur pensatis judicavi Statutum Januen. omnia bona ubique sita comprehendere voluisse, & in terminis hujus Statuti Januen. post hæc scripta reperi ita consuluisse *D. Joan: Torr. var. quæst. part. 2. quæst. 57. tit. 12. n. 40. cum seq. tom. 3. fol. mihi 115.*

25 Dubium tamen remanet, an statuentes nostri potuerint ita disponere quoad bona in alienis Territoriis sita, circa quam quæstionem, si causa successionis agitari deberet in Curia Januensi ubi per aliud Statutum nostrum *de extrinseco intellectu probib. sub §. nullus Magistratus* juncto altero statuto *de jur. reddend.* prohibitum est super facultate, aut potestate statuentium quæstionem promoveri, neque opponi posse, ea omnino cessaret, si vero in locis alieni Principis, in quibus bona sita sunt, tale statutum non attenderetur ex defectu potestatis statuentium, ex latè traditis, per me supra in *Lucana concursus*, &c.

ARGUMENTUM.

Juramentum in litem non datur contra Administratorem ad effectum liquidandi statum Administrationis, quando sine dolo Inventarium, & libros non confecit. Status Administrationis quomodo in hoc casu probetur.

SUMMARIUM.

1 *Juramentum in litem non datur contra Administratorem, qui non confecit librum, & inventarium nisi probetur illius dolus.*

2 *Neque tale juramentum deferri potest ei, qui non est informatus de statu rerum, super quibus illud est deferendum.*

3 *Juramentum in litem, antequam detur, debet priùs aliqualiter Judici constare de quantitate verisimili, super qua est jurandum.*

4 *Status negotiorum, vel Administrationis liquidatur per Peritum de consensu partium electum.*

5 *Credito in genere firmato, quoad ejus quantitatem, standum est relationi Periti.*

6 *Liquidatio lucrorum Judicis arbitrio remittitur, cum sit res difficilis probationis, & in ea leviores probationes, & conjectura sufficiant.*

Florentina Redditionis Rationis.

DECISIO AUTHORIS, *ET* DISCURSUS CLIX.

NOn acquiescente Domino Doctore Antonio Francisco de Franciosini Sententiis præcedenter latis voto plurium Dominorum Auditorum, fuit ab Illustriss. Magistratu Supremo adversus eas nova in integrum restitutio per eum obtenta, nobisque desuper relaturis commissa.

In hoc enim novo restitutionis in integrum judicio ad id restricta fuit difficultas sive inspectio, in qua nempe summa debitor declarari deberet erga dictum Dominum Doctorem Antonium Franciscum D. Bartholomæus ejus frater, qui post obitum Domini Jo: Mariæ eorum communis Patris absque ulla inventarii, & librorum confectione omnia capitalia negotiorum in ejus hæreditate remansa administravit.

Et quamvis in tali casu ob impossibilitatem reddendæ rationis ex facto, & culpa dicti Domini Bartholo-
mæi administratoris procedentem dicebatur intrare illius
condemnationem ad interesse liquidandum per juramen-
tum in litem dicti Domini Doctoris Antonii Franci- 1
sci; verum reflectentes DD. nec non parte metipsæ,
quod hujusmodi juramentum non poterat dicto Domi-
mino Antonio Francisco rectè deferri, vel quia nullus 2
considerari valeret dolus in dicto Bartholomæo fratre
administratore bonorum communium cum altero fra-
tre, vel quia nullam ipse haberet certam scientiam de
quantitate capitalium, & lucrorum, seu vero statu di-
ctorum negotiorum, ut in punctualibus terminis fir- 3
mat *Rot. Roman. coram Pamphil. decis. 193. per tot.*
vel quia dicto juramento semper præcedere debeat ta-
xatio Judicis, per quam declaretur usque in quam sum-
mam illud deferendum sit, ne sub effrænato arbitrio
jurantis remaneret determinare æstimationem, seu quan-
titatem proprii interesse *Ansald. de Commerc. disc. 73.
numer. 25. Fontanell. decis. 300. num. 6. cum seq. Rot.
Roman. decis. 339. num. 11. part. 13. recent.* cum aliis
plenè deductis per *Rotam nostram in Florentina exhi-
bitionis librorum super juramento in litem 17. Februa-
rii 1719. coram D. Auditore Bellutio*, & denique quia
ponderatum fuit liquidationem dicti interesse resultare
posse ex præcedentibus Bilanciis negotiorum, & libris
confectis per Patrem defunctum, nec non aliis compu-
tis, scripturis, notitiis, ac instructionibus cor. aliquo
calculatore producendis, ideo DD. de consensu, & re-
quisitione partium ad electionem Periti calculatoris u-
trinque confidentis pro eorum animi instructione pro-
cesserunt, ut rimatis omnibus libris, bilanciis, compu-
tis, & scripturis, sumptisque opportunis informationi-
bus, tum ab ipsis partibus, tum ab aliis, & præsertim
à Mercatoribus similia negotia tractantibus, nec non
cæteris omnibus, quæ pro munere suo melius adimplen-
do videbuntur opportuna, investigatis, auditisque etiam
partibus cum earum respectivè peritis calculatoribus re-
ferret dictis DD. Judicibus usque in quam summam ve-
rè, aut verosimiliter saltem calculari valeret status di-
ctorum negotiorum, & sic debitor declarari dictus D.
Bartholomæus eorum Administrator.

Absolutis denique post biennii intercapedinem his omnibus summa cum diligentia improboque fere labore per expertissimum Dominum Joan. Baptistam Schiattum Calculatorem electum, DD. juxta illius instructiones, tum medio plurium calculorum, tum relationum, & informationum, tam oretenus, quam in scriptis eisdem communicatorum, auditoque desuper eis altero Dominorum Judice collega Domino Bartholomæo Castagni expertissimo in hac materia professore, & ad hunc finem in co-Judicem adscito, statum dictorum negotiorum mandaverunt firmandum fore, & esse
in ea summa, quæ ex calculo per DD. ordinato in
sententia resultabit; Quod autem standum sit Periro
calculatori de consensu partium electo pro liquidatione
status alicujus rei, administrationis, & negotiorum 4
pluries firmavit *Rot. Roman. decis. 526. num. 1. part. 4.
recent. & part. 7. decis. 46. num. 7. & part. 18. tom. 2.
decis. 570. numer. 9. & 10. & coram Cels. decis. 356.
numer. 3. & seq. & coram Emerix Jun. decis. 780. nu-
mer. 1. & passim*, & in puncto cæteris omissis, quod
firmato credito in genere (prout in casu nostro, ubi
creditum Domini Antonii Francisci resultat ex capitali-
bus negotiorum post mortem Patris per dictum Do-
minum Bartholomæum fratrem administratis) quoad 5
crediti liquidationem standum sit relationi Periti de com-
muni partium consensu electi, decisum fuit per *Rotam
Romanam in Romana pecuniaria de Daniis 13. Martii
1617. coram Sacrato*, quam sequuta fuit *altera decis.
706. numer. 5. coram Ubald. & Rot. decis. 526. n. 1.
part. 4. recent.*

Eoque magis id procedit, quia DD. maturè per eos
perpensis dictis instructionibus ac relationibus Periti
calculatoris, satis viderunt non posse ultradictam sum-
mam ex calculo demandato in eorum sententia resul-
tandam, quinimmò ad minorem prædictorum negotio-
rum statum ascendere, & sic abunde de illius liquida-
tione in eadem summa constare eisdem visum fuit, quod
utique in jure sufficit, nam sub Judicis arbitrio liqui- 6
dationis materia reposita est, nec non ex conjecturis,
& congruentus tantum Judex quoad eam determinan-
dam moveri potest, cum ea sit difficilis probationis, ut
firmavit *Rot. decis. 54. numer. 4. & seq. part. 11. rec.*

Maxi-

Maximè quia in casu nostro ipsemet partes per earum privatum chirographum pro bono pacis inter eas tam necessitudine sanguinis conjunctas observandæ arbitrariè decidendi, vulgo *per staglio*, *e stralcio*, Dominis amplam auctoritatem, omni etiam remissa forma, fuerunt elargitæ.

ARGUMENTUM.

Legata pia, an, & quando diminutionem patiantur, quando vires hæreditatis non sufficiunt ad integram legatorum solutionem.

Testator à quo legato censeatur adimere voluisse eam ratam, seu portionem, quam postea alteri legavit.

Actio, seu condictio indebiti quando competat, nec ne Legatariis pro repetitione illius ratæ, quæ indebitè ab aliquo Legatario exacta fuit.

Negligentia Administratorum, seu Officialium quando noceat ejs, quorum bona administrant,

SUMMARIUM.

1 *Si aliqua species, vel fundus fuerit per Testatorem pluribus legatus, si postea aliqua quota ejusdem speciei furit alteri relicta, censetur d. quota à prioribus legatariis adempta.*

Amplia procedere etiamsi de summa pecuniarum prius aliis legata aliquam illinc ratam Testator alteri legaverit num. 2.

Præcipuè si legata esset pecunia, vel quantitas de certo loco num. 3.

4 *Legatarii quoties vires hæreditatis non sufficiunt ad integram legatorum solutionem concurrere debent pro rata ad diminutionem.*

Item si fuerit ab eis per Testatorem diminuta per ademptionem alicujus portionis species legata, numer. 5.

Idemque procedit in legatis piis num. 6. Contrarium num. 7.

Declara tamen, ut num. 10.

7 *Legata pia in generali diminutione, vel ademptione non veniunt, & num. 16.*

8 *Legata pia non patiuntur diminutionem simul cum prophanis si vires hæreditatis non sufficiunt.*

Secus si legata omnia sunt pia, nam tunc omnia pro rata diminutionem patiuntur, licet adessent legata magis pia num. 10.

9 *Legatum factum Reipublicæ in exonerationem, & levamen Populorum dicitur pium.*

11 *Legatum pium relictum ad arbitrium Executorum magis attribui debet pietati Executorum, in quorum arbitrium illud reponitur, quam pietati Testatoris.*

12 *Legatum relictum dicitur ad arbitrium Heredum, si Testator usus sit verbis* si eis videbitur, *& illis non arbitrantibus, tamquam cessante conditione legatum evanescit, & n. 13.*

Amplia etiamsi legatum conditionale factum sit favore piæ Causæ, vel Ecclesiæ n. 14. & 15.

17 *Determinatio unica respiciens plura determinabilia pariformiter ea determinare debet.*

18 *Relatio ad proxima, vel remota semper fit juxta rationem, vel ad normam verisimilis mentis Testatoris, & n. 25.*

19 *In claris non est opus Conjecturis.*

20 *Verba relativa referuntur ad eam partem, in qua Testator eisdem verbis usus fuit.*

21 *Relatio non fit ad proxima, sed ad remota, quando verba dispositionis istis, & non illis conveniunt.*

22 *Testator dicitur ad totam summam respectum habuisse, quando ab eo universaliter tamquam unicum corpus nominata fuit.*

23 *Dictio* Et *connexitatem, & relationem cum præcedenti Oratione significat, quando Oratio sequens, sub cujus initio illa posita fuit, esset de per se imperfecta, secus verò si esset perfecta, & recta a suo particulari verbo, & n. 24.*

26 *Legatarius si integrum legatum fuerit consecutus ultra vires patrimonii, tenetur cæteris legatariis restituere pro rata quicquid indebitè per eum exactum fuit.*

Contrarium num. 28.

27 *Legatarius potest repetere solutum per hæredem aliis legatariis, quando hæreditas non est solvendo pro omnibus.*

28 *Negligentia Officialium, seu administratorum non valet juribus pauperum, vel cujuslibet alterius piæ Causæ præjudicare.*

Imo modernis Officialibus competit Restitutio in integrum adversus negligentiam primorum Administratorum num. 39.

30 *Negligentia Antecessoris non nocet illi, qui venit ex propria persona tamquam à Testatore vocatus.*

Januen. Legati Redditus Locorum.

DISCURSUS CLX.

SUb Columna locorum centum à q. Nobili Viro Eliano Spinula q. Carotii Januæ instituta in Cartulario B. Illustrissimæ Domus Sancti Georgii, illius Filii, & hæredes in executionem testamenti paterni conditi de anno 1472. die 16. Julii sequentem dispositionem describi fecerunt; videlicet.

Dominicus, & Georgius Spinula filii, & hæredes dicti q. Eliani volentes declarare obligationem suprascriptorum locorum centum, de quibus fit mentiò in testamento dicti q. M. Eliani, de quo infra dicetur, dicunt, & declarant, quod dicta loca cum eorum proventibus, cum locis de ipsorum proventibus emendis, ac proventibus locorum de proventibus emendorum moltiplicentur donec, & quo usque perveniant ad tantam summam locorum, quæ omni anno respondeant summam librarum quadraginta mille, & si non invenirentur tot loca ad emendum, quæ darent tantum proventum, emantur in Civitate Januæ, & intra Civitatem tot Domus, quod earum pensiones, & locorum proventus ascendant ad dictam summam librarum 40. mille, qua summa completa tunc quinque Priores Monasteriorum N. N. cum majore natu hærede, & descendente dicti q. Eliani possint, si eis videbitur (quod remittit in onere conscientiæ eorum) dare libras triginta mille dictorum proventuum Gubernatoribus Reipublicæ, quatenus velint liberare Patriam ab avariis, & pertinentiis earum, quæ donatio fiat cum hac cautela, quod pro eo anno, quo ipsæ libræ triginta mille donabuntur, non liceat partimentum, neque gravamen imponere Civibus; reliquas verò libras 10000. annuatim dispensari faciant in maritandis Puellis, in Pauperibus, tam Religiosis, quam Sæcularibus, ut eorum conscientiis videbitur, & de prædictis voces quatuor, quandò omnes non concordarent, possint disponere, sicut melius videbitur, examinatis prius, & discussis ad ballottas, seu calculos albos, & nigros inter se quantum approbare volent; sed non liceat dare pro dotibus singulæ Puellæ cum maritabitur ultra libras quinque usque in centum secundum gradum, & conditionem Puellæ.

Et quod ille, qui erit major ætate eo anno singulo, quo cum dictis Prioribus dictum officium exercebit, habeat pro sua mercede libras mille dictorum proventuum, quando erunt ad numerum librarum 40. mille, ut dictum est, dum tamen præfatis quinque Prioribus videatur idoneus, & quod dictum Officium diligenter exerceat, qui si diligenter non exerceret, cadat ab ipsa utilitate, quæ tradatur alteri in tempore, seu ætate succedenti, qui ordo in succedentibus perpetuò observetur.

A veterrimo usque tempore, quo fuit completum multiplicum prædictum, reductumque ad statum respondendi annuatim libras 40000. ad usque in præsens Domini Executores singulis annis à dicta Columna, seu Ministris eorumdem montium, vel locorum S. Georgii libras 10000. exegerunt, quarum novem mille pro maritandis Puellis, & Pauperum subventione juxta piam Testatoris mentem per eos distributæ fuere, & mille solutæ fuerunt majorinatu pro tempore ex linea masculina ejusdem Testatoris pro ejus mercede ab eodem Testatore relicta, aliæ vero triginta mille residuum dictarum librarum 40000. semper

per Serenissimam Rempublicam exactæ fuerunt, & in publicam utilitatem conversæ.

Super præmissa Testatoris dispositione, ac subsequenti Executorum facto, infrascripta dubia impræsentiarum excitata fuerunt.

Primo nempè, si legatum annuum librarum mille relictum majori natu ex descendentia masculina Testatoris pro illius mercede deduci debeat à legato librarum triginta millium Reipublicæ Januensi relicto, vel à legato decem millium Puellis, & Pauperibus distribuendarum, vel denique ab utroque pro rata.

Secundo, an posito, quod prædictum legatum librarum mille deducendum fuisset vel à solo legato librarum 30000. vel saltem ab utroque pro rata, valeant moderni Domini Executores, seu dispensatores actionem proponere pro repetitione totius illius ratæ, quæ hactenus indebitè soluta, vel exacta fuit à Serenissima Republica ad finem, & effectum illam quoque erogandi in maritationem Puellarum, & Pauperum subventionem ad mentem Testatoris.

Tertiò, an ex longa negligentia antecedentium Executorum, qui hactenus solum libras novem mille in dictas pias Causas erogarunt, aliquod præjudicium illi irrogare potuerint.

Super quibus dubitationibus Nos pro veritate consulti, prout infra respondendum fore putavimus.

Quoad primum itaque dubium dicimus legatum librarum mille pro mercede majori natu relictum singulis annis deducendum esse à summa librarum 40000. absque ulla diminutione legati librarum 10000. relicti Pauperibus, & Puellis maritandis, earumque propterea deductionem cedere debere in damnum, seu diminutionem tantum alterius legati Reipublicæ relicti.

Et quamvis adversus hanc nostram resolutionem duo in jure regulariter admissa dimicare videantur, primum nempè, quod si Testator prius aliquam speciem, vel fundum pluribus legaverit, & deinde aliquam quotam,
1 seu ratam ejusdem speciei vel fundi in favorem alterius disposuerit, intelligatur hanc ratam, seu quotam, quam postea alteri legavit, ademisse à prioribus legatariis, eamque in ultimum transtulisse, ut ex pluribus textualibus dispositionibus concludunt *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 12. tit. 2. numer. 27. & 28. Cephal. cons. 67. n. 1. & 2. De Luc. de Legat. disc. 53. numer. 6. vers. pro herede autem Camarel. de legat. lib. 4. cap. 1. cons. 2. quæst. 12. numer. 1. & seq. fol. 476. & cons. 3. quæst. 1. numer. 9. fol. 477. Bellon. de jur. accresc. cap. 5. numer. 4. quæst. 5. num. 4. &*
2 *seq.* quod procedit etiamsi de summa pecuniarum prius aliis legata aliquam illius ratam, seu quantitatem alteri legaverit Testator, ut textus est in *Leg. cum certum 9. in fin. ff. de adimend. legat.* cum aliis quos citat, & sequitur *Camarel. loc. citat. quæst. 13. num. 1. & Bellon. de jur. accresc. dict. cap. 5. quæst. 5. num. 6. Velasq. de privileg. miserab. person. part. 2. quæst. 8. numer. 287.* eoque magis immò indubitatè, si esset legata pecunia, vel quantitas de certo loco, quia sicuti in hoc casu non amplius tamquam genus, sed species talis pecunia in jure reputari non deberet, ideo tale le-
3 gatum quantitatis non distingueretur à legato fundi, vel alterius speciei, ut doctè, ac egregiè firmant *Cancer variar. libr. 3. capit. 20. de legat. numer. 268. & seq. Bellon. de jur. accresc. cap. 5. quæst. 5. num. 4. 5.* juncto *numer. 6. & 7.*

Alterum quod quoties vires Patrimonii Testatoris, vel rerum legatarum non suppeterent ad integram solutionem Legatorum, tunc omnes Legatarii pro rata concurrere debeant ad diminutionem provenientem vel ex
4 insufficientia Patrimonii, vel rei pluribus legatæ, ita ut singulis legatariis pro rata minus solvi debeat, *Salgad. Labyrint. credit. part. 2. cap. 4. n. 2. Escobar. post tract. de ratiocin. comput. 20. n. 4. & seq. Peregrin. de fideicomm. art. 4. num. 60. Gomez de legat. cap. 12. numer. 34.* & ibi *Add. Aylon. Caldas de nominat. emphyt. lib. 2. quæst. 10. num. 40. de Luc. ad Franch. decis. 236. n. 1. Rovit. dec. 87. n. 2. 3.* & ibi *Altimar. add. Mans. consult. 137. num. 13. & seq.* latè *Castill. quotid. contr. lib. 4. cap. 51. n. 20. cum seq.* & idem procedere in ca-
5 su quo per ademptionem, & translationem alicujus portionis, seu partis rei prius aliis legatæ sequuta fuerit legatorum diminutio, per textum expressum in *Leg. 2. § 1. ff. de condit. indeb.* ibique scribentes, docet *Castill. quotid. contr. lib. 4. c. 51. n. 20. §. Quarto pro hac parte*, & pariter in legatis piis *Escobar.* d. loc. *n. 8. Go- 6
mez var. tom. 1. cap. 12. n. 34. Castill.* loc. cit. *num. 23. versus fin.* & pluribus citatis *D. Ansald. decis. 66. n. 19.* quidquid sit in legato Missarum, vel alio simili, aut ubi vigerent circumstantiæ, ex quibus contraria voluntas Testatoris colligi posset.

Attamen in casu nostro contrarium est concludendum, quia cum legatum librarum 10000. sit factum expressè in subventionem Pauperum, & in collocationem Puellarum, & sic cum pium illud sit, non in-
telligitur diminutum ex ademptione dictarum librar. 7
1000. ex summa libr. 40000. postea facta per Testatorem, ut per textum singularem in *l. Libertis quos testament. §. Posth. ff. de alim. cib. leg.* firmant punctualiter *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 2. numer. 24. cum seq. Cancer. var. libr. 3. cap. 20. numer. 354. Tiraq. de privil. piæ caus. privil. 19. Leoncil. de privileg. pauper. part. 2. privileg. 213. verb. legatum 12. numer. 4.* latè *Amostaz. de caus. piis lib. 1. cap. 13. numer. 33. 34. & 35. cum aliis seq.* latissimè *de Angel. post tractat. de impens. dotal. in opuscul. de legat. piis numer. 193. cum plurib. sequentib. De Luc. ad Franch. decis. 612. numer. 17. Latr. decis. 61. numer. 45. usque in fin.* & latissimè *Rub. resolut. practic. cap. 66. num. 208. 209. & seq. Capyc. Latr. consult. 71. numer. 55. & pluribus sequentibus Rota coram Cavaler. decis. 41. num. 6. & coram Ludovis. decis. 236. numer. 12. Cancer. variar. resolut. lib. 3. cap. 20. numer. 354.*

Nec obicem ingerit, quod Doctores prædicti loquantur in legato pio in concursu non pii, vel prophani, de quo casu non videtur profectò dubitari posse, quia juxta opinionem magis veram, & communiter
receptam etiam in casu, quo non est sufficiens Testa- 8
toris patrimonium ad solutionem omnium legatorum, legata tantum prophana in contributionem veniunt, & pro rata diminutionem patiuntur, secus verò legata pia, ut testantur cum innumeris laudatis *Rub. resolut. practic. cap. 66. numer. 196. cum sequ. Leoncil. de privileg. pauper. part. 2. privileg. 213. Novar. de privileg. miser. person. privileg. 22. Velasq. eodem tractat. part. 2. quæst. 8. num. 288. 289. & seq. de Luc. ad Franch. decis. 236. numer. 4. & ad Gratian. cap. 646. numer. 7. Altimar. ad Rovit. decis. 87.* optimè *Amostaz. de caus. piis lib. 1. cap. 12. numer. 34. & seq.* latissimè *de Angel. post tractat. de impens. dotal. in opuscul. de legat. piis numer. 128.* & magistraliter doctissimus *Rev. P. De Rosso Jesuita* in quadam juris allegatione impressa penes *De Luc. ad Franch. decis. 612. à numer. 12. §. In hoc articulo, usque ad numer. 20.* & infinitis relatis, *Manfrell. add. ad Capyc. Latr. decis. 12. numer. 5. 6. & seq. Rota Romana decis. 286. numer. 13. part. 12. recent. & coram D. Ansald. decis. 66. numer. 20.* ideoque eorum opinio non possit procedere in casu nostro, ubi dictum legatum
pium concurrit cum altero legato facto Reipublicæ in 9
exonerationem, & levamen populorum, quod legatum pariter dicitur pium, juxta firmata per *Tiraquel. de privileg. piæ caus. in præfat. num. 31. 32. & 33. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. num. 22. 23. & 24. Diana resolut. moral. moral. part. 7. tract. 6. resol. 30. vers. decimo tertio, & Dian. Coordin. tom. 6. tractat. 8. resolut. 38. & Barbos. de jur. Eccles. univers. libr. 3. capit. 27. numer. 21. vers. late sumpto vocabulo. Amostaz. de caus. piis lib. 1. cap. 2. numer. 35.* & in punctualibus terminis, quod quando legata
omnia sunt pia, debeant omnia pro rata diminutionem 10
pati, licet adessent magis pia, tradunt *Valer. de different. utriusque for. verbo legatum, different. 2. numer. 2. Diana resolut. moral. part. 3. tractat. 5. resolut. 60. & Dian. Coord. part. 6. tractat. 9. resolut. 39. Amostaz. de caus. piis lib. 1. cap. 12. numer. 40. P. Noguer. Jesuita quæst. singul. disput. 2. de missis Capell. & legat. quæst. 25. §. 3. numer. 32.* excepto tantum legato Missarum, ut videre est penes *Amostaz. lib. 2. cap. 6. à num. 10. cum plurib. sequentib.* & alia penes *De Luc. ad Franch. decis. 612. numer. 15. & Ansald. decis. 66. numer. 20.* per speciales rationes in eo consideratas à d. Authoribus, & præsertim à *Piton. disceptat. Eccles. tom. 3. disceptat. 69. numer. 6. & 7. cum seq.*

Quo-

Quandoquidem hujusmodi objectum procedere posset, si legatum Reipublicæ factum esset ab initio certum, & purum, verùm quia in casu nostro legatum illud pendebat omnino à duplici conditione, ab arbitrio nempè executorum non puro, sed conditionali, ut apparet ex illis verbis conditionaliter prolatis „ ibi „ *Si „ eis videbitur (quod remitto in onere conscientiæ eo„ rum) dare libras* 30000. *dictorum proventuum Gu„ bernatoribus Reipublicæ*, “ & à voluntate eorumdem Gubernatorum, quatenus velint liberare Patriam ab avariis, & pertinentiis earum, ideo ante earumdem conditionum adimplementum legatum nullam habebat subsistentiam, neque ideo dici poterat pium, neque prophanum; quo posito non est verisimile, neque præsumendum, quod in ademptione librar. 1000. simpliciter facta voluerit Testator diminuere legatum pium, certum, & purum relictum pauperibus, & puellis maritandis in concursu alterius legati incerti, præsertim dependentis ab alieno arbitrio, & voluntate, quod imò de facili evanescere poterat ob defectum alicujus ex dictis conditionibus; quemadmodum enim ratio potissima cur legata pia non debeant pro rata in concursu prophanorum ad diminutionem contribuere, ea est, quia ex verisimili voluntate Testatoris præsumi debet, quod ipse magis affectionem habuerit ad propriam utilitatem Animæ suæ, eamque magis dilexisse, quam personas extraneas, earumque utilitatem, ita ex eadem ratione concludendum in casu præsenti, quia per dictum legatum pium pauperibus, & Puellis relictum tamquam certum, & purum, certam, & indubitatam utilitatem, vel suffragium animæ suæ comparabat, secus verò ex legato conditionali Reipublicæ facto, quia tunc suffragium animæ suæ dependebat omnimodo ab aliena voluntate, ultraquamquod meritum hujus legati, quatenus purificatum fuisset per conditionis adimplementum, magis attribui tunc deberet
11 pietati executorum, in quorum arbitrium illud reponebatur, quam pietati Testatoris, ut in simili ratiocinatur *Amostaz. de caus. piis lib. 2. cap. 6. n. 12.*

12 Quod autem dictum legatum Reipublicæ factum per supradicta verba conditionalia, *si eis videbitur*, non sit collatum in arbitrium purum, & absolutum executorum, quo casu illis non volentibus, vel non valentibus arbitrari, recurri potuisset ad arbitrium boni viri, sive ad Judicem uti bonum virum, ut ille loco executorum arbitraretur, sed in arbitrium conditionale, quo casu illis non arbitrantibus, tamquam cessante conditione legatum penitus evanescit, in pun-
13 cto firmant magistraliter *Bartol. in leg. si sic, ff. de legat. 1. & in l. 1. numer. 9. ff. de legat. 2.* aliique scribentes *Barry de success. libr. 2. tit. 5. de institut. numer. 3.* præcipuè sub *vers. certum autem est, & sequ.* juncto *numer. 4.* præsertim sub *vers. si conditionale sit*, & penes finem, *vers. item his*, ubi etiam loquitur de legato ad meram conscientiam alicujus commisso. *Peregrin. de fideicommiss. art. 33. num. 65.* juncto *numer. 69. Rota Romana coram Cavaler. decis. 374. num. 2. Graff. de Success. §. Legatum, quæst. 46. numer. 8. 9. & 10. Camarel. de legat. & fideicommiss. libr. 8. quæst. 4. numer. 8. & sequ. fol. 575.* quod procedit etiam si legatum conditionale factum
14 fuerit in piam causam, vel in favorem Ecclesiæ. *Ursaya disceptat. Eccles. tom. 1. part. 2. discept. 31. numer. 25. Mantic. de conjectur. ultim. volunt. libr. 11. tit. 16. numer. 6. vers. Immò nec. Rovit. decis. 57. numer. 4. & 5.* juncto *numer. 6. Camarel. de legat. libr. 8. quæst. 23. numer. 8. & 9. fol. 618.* latissimè *Rodulphin. allegat. 75.* ferè *per totum*, præsertim *numer. 11. vers. Testator enim, & numer. 12.* eoque magis id procederet, si fuisset tale legatum commis-
15 sum non in arbitrium, sed in meram voluntatem tertii, vel executorum, quandoquidem licet illud tamquam pium juxta veriorem, & communiorem Doctorum sententiam validum esset, tamen non erit ei locus, nisi volente tertio, vel executoribus, quia ad eorum meram voluntatem commissum fuit, ut tradunt latè *Trentacinq. lib. 1. variar. tit. de pia caus. resolut. 1. Rub. practic. resolut. de testament. & ultim. voluntat. cap. 50. numer. 51. cum seq. Cardin. de Luc. disc. 45. numer. 9. & discurs. 80. numer. 5. §. Secundo in idem de testament. Peregrin. de fideicommiss. artic. 33. numer. 66. Dian. resolut. moral. part. 7. tractat. 6. resolut. 20. Dian. Coord. tom. 6. tractat. 8. resolut. 28. & resolut. 29.* & eatenus in casu nostro non evanuit legatum, quatenus (ut nobis in facto supponitur) ab utroque tum minori, tum majori Reipublicæ Januensis consilio de illorum suprema, & plenissima potestate in hac parte dispositioni Testatoris nostri derogantibus prædictum arbitrium loco executorum usque adhuc explicatum fuit, adimplendo ulterius singulis annis per æquipollens demandatam favore Patriæ, vel Civium onerum allevationem juxta piam Testatoris mentem.

Præterea ad conjecturandum, quod noluerit Testator pium legatum libr. 1000. talem diminutionem pati, ad evidentiam usque crescit argumentum, si consideremus, quod quemadmodum in casu, quo legatum conditionale librarum 30000. ex defectu conditionis caducum remansisset, non esset utpote omnino inverisimile præsumendum, quod Testator voluerit diminui legatum pium librarum 10000. in damnum ani- 16
mæ suæ, ne scilicet sibi suffragium diminueretur, alteri verò extraneo pinguior hæreditas acquireretur, ad tradita per *Altimar. ad Rovit. dec. 87. & De Luc. ad Franch. decis. 236. num. 4. & ad decis. 612. numer. 13. 14. & 15. Olea de cess. tit. 4. quæst. 5. num. 20. Larrea decis. 61. numer. 44. & 45. Ansald. decis. 66. num. 20.* ita quoque præsumendum est in casu
præsenti, quo idem legatum librarum 30000. propter 17
adimplementum conditionum effectum suum habuit, nam sicuti uterque casus ab unica determinatione, unica nempe ademptione libr. mille facta à tota summa libr. 40000. prius inter legatarios distributa, & sub unica oratione existente determinatur, eodem modo determinari debet ex notissima juris regula, quod unica determinatio respiciens plura determinabilia pariformiter determinari debet, desumpta ex celebri textu in *l. jam hoc jure 4. §. Sed si alter pubes, ff. de vulgar. substit.* cum aliis contextibus, & Doctoribus relatis per *Vela dissert. 6. numer. 33.* & latè *Fusar. de substit. quæst. 257. num. 12. & 13.* & omnium plenissimè *Castill. quotid. contr. cap. 97. num. 1. & seq. tom. 5.* & perbellè, doctèque *Cresp. Valdaur. observat. 41. num. 40. cum plurib. seqq. part. 2.*

Nil penitus adversante prædictis famigerata regula, quod relatio fieri debeat ad proximiora, & sic quod libræ mille, quas mandavit Testator de dictis fructibus, seu locorum proventibus solvi majori natu ejus Familiæ, extrahendæ sint à dictis libris decem mille destinatis in subventionem Pauperum, & Puellarum, de quibus mentionem fecit Testator in proxima præcedenti dispositione, & non à libris 30000. remotioribus à dispositione dicti legati librarum 1000. præcipuè quia hoc legatum immediatè connectitur, ac unitur mediante particula & cum antecedenti oratione, sub qua alterum pium legatum librarum 10000. in favorem Pauperum, & Puellarum ordinatum fuit.

Quandoquidem objecta juris regula locum obtinere minimè valet in casu nostro, ubi ex pluribus argumentis, & conjecturis supra recensitis apparet diversam fuisse Testatoris voluntatem; relatio enim ad pro-
xima, vel remota semper fit pro ratione, vel ad nor- 18
mam verisimilis mentis Testatoris *Surd. cons. 200. numer. 26. & consult. 431. numer. 64. Rot. Rom. part. 3. recentior. decis. 238. numer. 4. & 5. & part. 9. decis. 469. numer. 26. Altograd. consult. 48. numer. 29. & consult. 87. numer. 39. lib. 1. Palm. Nep. allegat. 392. numer. 3.* & egregiè *Rota Florentina penes decis. Lucens. recollect. à D. Palm. Nep. tom. 3. decis. 219. numer. 19.*

Præterea ex hac fortiori consideratione objectio resolvitur, ex eo nempe, quod regula in contrarium allata locum obtinet in casu tantum, quo relatio æqui-
voca, aut dubia staret in oratione, secus omnino in 19
casu quo indicatus fuisset terminus ad quem relatio fieri deberet, quia in claris non est recurrendum ad regulares juris interpretationes, ex vulgatis juribus deductis ex *l. ille aut ille ff. de leg. 2. & Rot. part. 19. decis. 419. num. 6. & decis. 453. numer. 7. & decis. 457. num. 4. & 499. num. 20.*

In specie autem nostra evidenter constat Testatorem voluisse relationem facere ad omnes redditus, vel proventus locorum S. Georgii, nempe ad totam, & integram summam librarum 40000. universaliter sumptam,

ut clarè colligitur ex illis verbis „ *habeat pro sua mercede libras mille dictorum proventuum quando erunt ad numerum librarum quadraginta mille, ut dictum est*. Quapropter non possunt dictæ libræ mille referri ad libras decem mille partem dictarum librarum 40000.
20 ut punctualiter considerant *Rota Florentina inter decis. Rot. Lucen. recollect. à Palm. Nepot. tom. 3. decis.* 219. *numer.* 20. *& Rot. Rom. decis.* 667. *num.* 6. *coram Merlin.* & alii per eam allegati, & faciunt tradita per *Spad. conf.* 21. *numer.* 14. *libr.* 1. *& conf.* 254. *numer.* 4. *libr.* . . . . & quod non debeat fieri re-
21 latio ad próxima, sed ad remotiora, cum verba dispositionis istius, & non illis conveniant, optimè *Bairell. de ultim. volunt. decis.* 22. *numer.* 27. *Spad. cons.* 21. *numer.* 71. *lib.* 1. *& cons.* 356. *num.* 4. *lib.* 2. *& cons.* 237. *numer.* 12. *& Rot. Roman. decis.* 346. *numer.* 8. *part.* 19. *recent. & Balduct. tit.* 3. *de legatis, decis.* 23. *num.* 26.

Quod autem in casu nostro Testator relationem fecerit ad omnes proventus librarum 40000. ambigi quippe non potest, quia non simpliciter mentionem fecit de proventibus, sed cum verbis relativis denotantibus
22 totam summam proventuum nempe libras 40000. „ ibi „ *dictorum proventuum, quando erunt ad numerum libr.* 40000. „ tunc enim dicitur ad totam summam respectum habuisse Testator quando ab eo universaliter tamquam unicum corpus nominata fuit, ut perbelle de more advertit *Bellon. de jur. accresc. capit.* 5. *quæst.* 8. *numer.* 13. *Torr. var. quæst. tom.* 2. *in Miscell. part.* 1. *quæst.* 23. *titul.* 12. *numer.* 18. *fol. mihi* 529. *Cardin. de Luc. de fideicommiss. discurs.* 111. *numer.* 3. *in fin.*

Atque ex his oritur etiam responsio ad alteram objectionis partem elicitam à dictione, *&*, nedum quia ipsa attendi nullatenus debet, quando oratio per eam contexta tam ex verisimili mente Testatoris, quam per expressa verba relationem habet ad terminos remotiores, & non ad ea quæ in præcedenti proxima oratione posita sunt, ut mox demonstravimus, verum etiam quia dicta dictio, vel hujusmodi tunc operari valent connexitatem, relationem, & dependentiam cum præcedenti proxima oratione, quando oratio, vel periodus sequens, sub cujus initio illa posita fuit, esset de per se imperfecta, vel ex parte verbi, vel ex parte sup-
23 positi, vel appositi, secus autem dum periodus, vel oratio, prout in casu nostro est de per se ex omni parte perfecta, & recta à suo particulari, & dispositivo verbo, ut magistraliter tradit *Bartol. conf.* 57. *per tot. Peregrin. de fideicommiss. art.* 16. *n.* 12. *& Rota Romana decis.* 537. *num.* 8. *part.* 19. *recent. & Rota Florent. coram de Comitibus decis.* 98. *numer.* 82. & in
24 punctualibus terminis dictionis, *et*, *Rocc. Episcop. cap.* 42. *num.* 23. *& seq. Rota decis.* 453. *numer.* 14. *part.* 19. & pluribus citatis *Rota Florent. cor. D. de Comitibus decis.* 98. *num.* 82. *&* 83. *Rota penes Torr. var. quæst. tit.* 2. *de substit. & fideicommiss. decis.* 9. *num.* 3. & ipse *Torr. tit.* 4. *de legatis quæst.* 1. *n.* 14. 15. & indubitate in præsenti casu, ubi verisimilis mens Testatoris omnino suadet relationem fieri ad totam summam librarum 40000. præsertim ex majori præ-
25 dilectione, quam præsumitur ille habuisse, erga Animam suam, ut latè supra demonstravimus. *Episcop. Rocc. dicto capite* 42. *numer.* 25. 26. *& de Comitibus dicta decis. Florentin.* 98. *numer.* 84. *& Rota Romana dicta decis.* 537. *num.* 9. *part.* 19. *recent. & Torr.* locis citatis.

Quo vèro ad secundum dubium, an competat dictis Executoribus actio repetendi dictas annuas libras mille huc usque decursas, & plus debito singulis annis à Ministris Serenissimæ Reipublicæ exactas, pro reintegratione dotium puellarum, & eleemosynæ Pauperum in omnimodum mentis Testatoris adimplementum, Censeo affirmativè respondendum, cum utique certum in jure sit, quod si quis aliquis legatarius, qui pro rata ad diminutionem legati contribuere, vel totam diminutionem pati tenebatur, integrum legatum
26 exegerit, actione conditionis indebiti adstringi ille valeat ab aliis Collegatariis ad ipsis restituendum pro rata quicquid indebitè per eum exactum fuit, *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 4. *numer.* 62. *Gomez de Legat. cap.* 12. *numer.* 21. & ibi Addentes *Salgad. Labyrint. Credit. part.* 2. *cap.* 4. *numer.* 3. *Castill. quotid. contr. lib.* 4. *cap.* 51. *numer.* 21. & cum aliis citatis *Staiban. Jun. resol.* 106. *in Addit. numer.* 104. *& seq. libr.* 2. quod procedit etiamsi hujusmodi actio condictionis indebiti per hæredem, vel executores dictis collegatariis
cessa non fuerit *Bruneman. in L.* 2. *ff. de condict. in-* 27
debit. Gratian. discept. forens. cap. 646. *numer.* 15. *& de Luc. Jun. num.* 9. *in fin.* & idem *de Luc. in Labyr. Cess. jur. Via.* 139. *numer.* 3. *Capyc. Latr. decis.* 12. *num.* 3. & latè reprobato *Olea* contrarium tenente firmat pluribus aliis citatis *Staiban. Jun. resol.* 106. *in Addit. num.* 104. *cum pluribus seqq.*

Ad tertium, & ultimum denique dubium negativè respondetur, etenim indubitatum in jure est, quod
negligentia, vel ignorantia administratorum Officia- 28
lium, sive executorum non valet juribus pauperum, puellarum, vel cujuslibet alterius piæ Causæ in aliquo præjudicare, ut optimè firmat in puncto *Rota Romana decis.* 70. *num.* 11. *&* 12. *part.* 16. *recent. Rub. Add. ad decis.* 24. *part.* 3. *recent. numer.* 38. *De Luc. de*
donat. num. 3. *vers. attamen, & dist.* 15. *numer.* 8. 29
vers. sed etiam quinimmò Genuen. de Eccles. qu. 586. *numer.* 4. *Episcopus Rocc. disputat. select. cap.* 149. *numer.* 31. nedum quia pauperes, & puellæ incertæ ex caritativo subsidio Testatoris subveniendæ, vel ipsamet Defuncti Anima, pro cujus salute principaliter talis pia Causa fuit instituta, non valuerunt, neque valent age-
re, ut notant prædicti Doctores; Verum etiam quia 30
cum dicti Pauperes, Puellæque veniant ex proprio jure, tamquam ex pia Testatoris dispositione vocatæ, nihil commune habent cum facto antecessorum, & ideo ipsorum factum nihil illis præjudicii producere valet *Rot. Rom. coram Caprara decis.* 651. *num.* 16. *De Luc. de servit. disc.* 34. *nu.* 5. *Fargn. de Jurepatronat. part.* 2. *can.* 1. *&* 2. *cas.* 7. *num.* 7. 8. *Episcop. Rocc. disputat. jur. select. cap.* 149. *num.* 43. & in omnem casum adversus quodcumque præjudicium, quod ex ignorantia, aut diutina negligentia antecessorum administratorum, vel executorum huic piæ Pauperum, Puellarumque causæ irrogatum fuisse demonstraretur, semper modernis executoribus nomine ejusdem piæ causæ competeret in integrum restitutio, ut tradunt *Rot. coram Bich. decis.* 33. *numer.* 31. *& coram Caprara decis.* 667. *num.* 4. *& post Pacichell. de distant. decis.* 51. *numer.* 29. 30. *& decis.* 52. *numer.* 17. & latè pluribus citatis *Constantin. ad Statut. Urb. tom.* 2. *adnot.* 48. *art.* 1. *n.* 72. 73. *& seq. Rocc. Episc. cap.* 149. *n.* 60.

ARGUMENTUM.

Procurator, vel Mandatarius, quando constat de præcedenti mandato, censetur emere pro Mandante, licet contrahat nomine proprio, & Dominium rei emptæ transit illico in mandantem absque alia traditione, si res empta Procuratori, vel Mandatario tradatur.

Emptio quando facta censeatur pro se, vel Procuratorio tantum nomine; ubi explicatur dictio *per* N. latinè pro, & altera *a conto di* N.

In venditione rerum, quæ in numero, pondere, & mensura consistunt, ad transferendum Dominium in Emptorem, an requiratur mensuratio, numeratio, vel ponderatio, & quando prædicta tam respectu Emptoris, quam Venditoris habeantur pro secutis.

Creditor an propria authoritate rem hypothecatam possit occupare.

Creditor anterior an possit avocare pecuniam à posteriore Creditore per communem Debitorem ipsi solutam, & bona fide consumptam.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum denegari nequit Concurrentibus nullitate, & injustitia Sententiæ.*
2 *Sententia ratione incertitudinis dicitur nulla.*
3 *Litteræ missiva, & responsiva inter Mercatores probant mandatum.*
Nec non etiam illius acceptationem, & executionem numer. 4.

Et

Et vim obtinent publici Instrumenti Sententiæ, seu rei judicatæ, n. 5.

6 *Procurator censetur contrahere nomine mandantis, etiamsi id non explicet, quando constat de præcedenti mandato.*

Amplia, etiamsi Contractus esset gestus nomine proprio n. 7.

Et statim Domino acquirit, de cujus ordine, & mandato emit, n. 8. & 9. & n. 24.

Quamvis emptio nomine alieno facta sit de pecunia propria Procuratoris n. 10.

11 *Annona frumentaria Civitatis continet publicam utilitatem,*

Et habet executionem paratam n. 13.

Et fruitur privilegiis fiscalibus n. 14.

Quæ multo magis procedunt, si Annona non faciat Mercimonium, quamvis emat frumentum, modo id exequatur, quo penuria Civitatis consulatur n. 15.

12 *Dominium in beneficium Civitatis, Fisci, Ecclesiæ, vel Principis etiam absque traditione transfertur.*

16 *Princeps dicitur Reipublicæ Maritus, & Pater Subditorum, & subsidiarie obligatur tempore indigentiæ illos providere de frumento, aliisque victualibus etiam de proprio.*

17 *Populo saturo nihil latius est, nihilque seditiosius illo jejuno, ac famelico.*

18 *Transportantes frumentum, aliasque species annonarias ad Civitatem sunt exempti à Gabellis, nec possunt molestari pro debitis, etiam Cameralibus, sive in personis, sive in rebus tam in accessu, quam in recessu.*

19 *Dictio* per *latinè* pro *non semper importat contemplationem personæ, cujus intuitu actus geritur.*

Contrarium verius num. seqq.

Dictio pro *causam finalem denotat n. 20.*

Et indicat actum emptionis fuisse factum nomine illius, pro quo contrahitur n. 21.

22 *Verba* per conto di N. *important, ut ipse N. dicatur Dominus, & principalis, & omne commodum & incommodum contractus ad eum spectet.*

23 *Actus subsequens præcedentia declarat.*

24 *Mandanti quæritur actio adversus Mandatarium pro rei emptæ restitutione, quia præsumitur emisse virtute præcedentis mandati.*

25 *Emptio quando non est facta expresso nomine Mandantis ad transferendum Dominium requiritur, quod fiat consignatio Portitori approbato, vel Procaccio, Muliani, vel Naviculario.*

26 *In emptione rerum, quæ consistunt in numero, pondere, & mensura, non transfertur Dominium in emptorem, nisi sequatur numeratio, & ponderatio, & periculum interea est Venditoris.*

Mensuratio, & traditio dicitur secuta, & habetur pro facta, quando emptoris mora intercedit in recipiendo res emptas n. 29.

Idemque procedit in odium Venditoris, si per eum stetit, quominus mensuratio, & traditio sequatur num. 31.

27 *Pretium dicitur certum in venditione, si relatum sit ad illud, quod currit in publico Foro, vel loco emissæ declarationis.*

28 *Consignatio Frumenti præcedere debet antequam ad aliquid emptor teneatur.*

30 *Venditor ad hoc, ut constituatur in mora tradendi res venditas, etiam unica sufficit interpellatio.*

32 *Debitor non dicitur in mora, si post interpellationem elapsum sit tempus trium, aut decem dierum.*

33 *Traditio supplet defectum mensurationis in emptione non secuta.*

34 *Patientia habet vim traditionis possessionis, quando possidens ex parte sua adimplevit contractum.*

35 *Verisimile quod est, semper præsumi debet.*

36 *Ex Scientia, & non contradictione Actus consensus præsumitur.*

37 *Dominium rerum supponitur translatum in eum, qui obtinet licentiam expediendi, seu transmittendi res emptas.*

38 *Confessio minoris emanata ad propalandam veritatem probat sine solemnitatibus.*

39 *Creditor non potest propria authoritate rem hypothecatam occupare.*

40 *Possessio bonorum capi non potest propria authoritate, quod tamen intelligitur, si possessio per vim capiatur.*

Fallit conclusio, quando constat spoliatum nullum jus habere, vel quando invadens credebat se possidere, nam ista credulitas etiam ope exceptionis opposita, illum excusat n. 41.

42 *In furto duo copulativè concurrere debent, dolus scilicet, & animus lucrifaciendi.*

43 *Furtum non committit, qui rem aufert, cogitans Dominum id esse permissurum,*

44 *Auxilium ferens portanti rem furatam dicenti esse propriam excusatur, & tenetur dumtaxat in subsidium excussis bonis principalis furis n. 45.*

46 *Creditor anterior etiam in pecunia præferri debet adversus posteriorem Creditorem, cui aliquid traditum, & solutum fuerit à communi debitore.*

Contrarium verius, si posterior Creditor eam bona fide receperit, & consumpserit num. 47. & numer. 49.

48 *Creditor anterior quando est simul hypothecarius, & privilegiatus veluti Fiscus, potest avocare pecuniam à posteriore creditore etiam bona fide consumptam.*

Item quando Creditor posterior consecutus fuisset proprium Creditum ex causa lucrativa n. 50.

Necnon quando tempore solutionis par fuit omnium Creditorum diligentia, & tamen fuit posterior gratificatus n. 51.

Vel demum quando Creditor posterior per fraudem, & dolum suum Creditum recepisset n. 52.

53 *Frumentum ultra triennium durare non præsumitur.*

Decisio Rotæ Florentinæ in Aretina Grani.

Veneris 6. Julii 1726.

COR. AUDIT. MANILIO URBANI,

E T

DISCURSUS CLXI.

CUm D. Eques Alexander Cinus della Fioraja fidejussor in cambio scutorum quatuorcentum in sorte, creato anno 1704. à Joanne Baptista Fucci favore quond. Dom. Bartholomæi Subbiani, coactus fuerit illud solvere anno 1719. Dom. Antonio Tucciarelli, in quem uti verum, & legitimum administratorem Alexandræ ipsius Uxoris, ac filiæ, & hæredis quond. Joannis Francisci Lappoli Cessionarii præfati Domini Bartholomæi creditoris pervenerat, sibi debitam relevationem nancisci exoptans super bonis, seu hæreditate dicti qu. Joannis Baptistæ Fucci principalis debitoris, illamque debitis prægravatam, ac prorsùs decoctam reperiens in concursu Creditorum efformato à D. Alexandro Fucci filio, & hærede beneficiato ejusdem Joannis Baptistæ, judicium instruxit mense Julii 1722. cor. Supremo Senatu hujus inclytæ Civitatis contra Domin. Antonium Franciscum Mini, uti assertum spoliatorem, seu occupatorem quantitatis frumenti, & segetum existentis Anglarii in propriis horreis dicti Joannis Baptistæ tempore suæ mortis secutæ die 24. Septembris 1708. ut idem Dominus Mini, vel actione in factum ad interesse, vel condictione furtiva, vel de vi bonorum raptorum cogeretur ad reportandum frumentum, & segetes ablatas, velut ad hæreditatem dicti Joannis Baptistæ spectantes, vel ad deponendum illarum pretium, successivè distribuendum juxta dispositionem ejusdem Magistratus, qui die 11. Januarii anni 1723. Sententiam petitioni conformem protulit contra dictum Dominum Mini, videlicet illum condemnando ad reportandum in Oppidum Anglarii, infra terminum dierum triginta, totum frumentum ab eo, propria auctoritate ablatum, quod existebat anno 1708. tempore mortis Joan: Baptistæ Fucci in propriis horreis ejusdem Oppidi, sive ad deponendum pretium penes Camerarium Vener. Hospitalis S. Mariæ Novæ hujus Civitatis ad dispositionem ejusdem Magistratus, & ad effectum illud consignandi postea cui de jure, una cum omnibus damnis, & expensis liquidandis, ut latiùs ex d. Sententia *in Proc. fol. 78.*

Agnoscens præfatus Dominus Mini se à dicta Sen-

tentia, valde gravatum, exposita coram eodem Magistratu illius nullitate, & injustitia, petiit solitam restitutionem in integrum, cujus Causa Nobis tribus Judicibus secundarum appellationum commissa, sedulò rimatis juribus hinc inde deductis, necnon etiam rationibus exhibitis ex parte hæredum qu. Domini Antonii Felicis Catani, unanimiter censuimus, prævia restitutione in integrum, dict. Dominum Franciscum Mini absolvendum fore, & esse ab impetitis per dictum Dominum Equitem della Fioraja, prout absolvimus, reservatis juribus talibus qualibus Creditoribus d. Joannis Baptistæ Fucci pro consecutione Grani, seu verius pretii contra hæredes dicti olim Domini Antonii Felicis Catani, & prout de jure, ex peculiari circumstantia, quæ notatur post rationes motivas inferiùs expendendas.

1 Satis enim constitit de læsione resultante ex præcedentis sententiæ nullitate, & injustitia, quibus concurrentibus restitutio in integrum denegari non poterat, *L. 4. §. Condemnatum, ff. de re judic. Innoc. in cap. ex litteris sub n. 7. post med. vers. quia in primo casu de restitut. in integrum, Rot. cor. Emerix Jun. decis. 380. n. 2. & decis. 633. nu. 1. & in recent. decis. 676. n. 2. part. 19.*

Nullitas emergit, ex quo non petita per Dominum Equitem della Fioraja, quantitate certa frumenti, eaque nullatenus præcedenti probationi, seu liquidationi supposita, sententia condemnans ad reportandum totum frumentum in genere, seu ad deponendum illius pre-
2 tium absque relatione ad certam quantitatem, remanet nulla ratione incertitudinis contra dispositionem *Text. in leg. 1. & 2. Codic. de sentent. quæ sine cert. quantit. profer. & in §. Curare instit. de action.* prout advertunt *Castrens. cons. 424. numer. 3. lib. 1. Soccin. Jun. cons. 45. numer. 18. cum sequentibus libr. 1. Speculat. tit. de sentent. §. 7. Oynot. in dicto §. Curare numer. 21. cum sequentibus, Afyn. in prax. §. 3. cap. 29. Pax. Jordan. lucubr. canon. lib. 14. tit. 25. de sentent. numer. 62. & 63. pag. 511. Altimar. de nullit. sentent. rubr. 13. quæst. 24. sub n. 42. num. 44. & 57. Magon. decis. Lucens. 21. num. 7. Rota coram Coccin. decis. 1460. num. 10. & 11. & in recent. decis. 139. num. 3. part. 10.*

Injustitia clarior insurgit, eo quia sententia condemnat Dom. Mini ad reportandum frumentum, seu ad deponendum illius pretium, quando ipse existens Anglarii anno 1708. uti Minister Dohanæ non habuit penes se neque unum, neque aliud, solumque paruit mandatis quond. Domini Antonii Felicis Catani Ministri Annonæ hujus Civitatis, requirentis dictum frumentum emptum à Joanne Baptista Fucci uti procuratore, & cum pecuniis ejusdem Annonæ, mediante præscripta ejusdem frumenti transmissione, adhibito insuper consensu Domini Alexandri Fucci filii, & hæredis dicti Joannis Baptistæ, prout infra; Unde Domini priùs investigantes ad quem spectaret dominium dicti frumenti, adinvenerunt, illud pertinere ad Annonam, etiam intra latitudinem pecuniarum dicto Joanni Baptistæ antea solutarum, tam ex præcedentibus, quàm ex subsequentibus, adeoque de absolutoria debita eidem D. Mini non dubitarunt.

Ex præcedentibus, quia ex pluribus Epistolis exaratis à qu. Juliano Pistolesi Annonæ principali Ministro mense Augusti, & Septembris 1708. de quibus *in Proc. à fol. 129. ad fol. 135.* & directis dicto Domino Antonio Felici Catani, necnon ex quatuor testibus ejusdem, de quibus *in Proc. à fol. 143. & 145.* constat, istum dedisse ordinem, seu mandatum, & pecunias dicto Joanni Baptistæ Fucci, ut frumentum emeret pro dicta Annona, dictumque Dominum Julianum totum approbasse, immò inculcasse ejusdem ordinis permanentiam penes dictum Fucci *fol. 129.* „ ibi „ *Non Manchi &c.* „ *come pure di quello riuscirà di più effettuare al Fucci, tenendo anco con il medesimo sempre ordine libero di potere applicare a quei riscontri gli si offeriranno per i prezzi correnti* “ fol. 130. „ ibi „ *Ho inteso volentieri, &c. ed ha fatto benissimo a rinnovargli le raccomandazioni, perche impieghi tutta la sua attenzione &c. stando bene gli avesse somministrato altri scudi seicento* “ fol. 131. „ ibi „ *V. S. gli tenga sempre l'ordine libero di mettere insieme ogni quantità, che gli si offerisca fra mano* “ fol. 132. „ ibi „ *e potrà mantenere le pratiche, che fa il medesimo Fucci, col raccomandargli il prender roba buona* „ & infrà „ *tenerlo sempre più impiegato in questo esercizio, acciò ci metta assieme maggior somma, che sarà possibile* “ fol. 133. „ ibi „ *quanto alla provvista delle Segole &c. V. S. potrebbe vedere per mezzo del Fucci &c.* “ „ & infrà „ *non si scordi degli Orzi, che gli possono venire fra mano, perchè anche di questi ne abbiamo bisogno* “ „ & fol. 134. „ ibi „ *tenendo sempre fermo tal' ordine con il detto Fucci, &c. osservando ancora le pratiche fatte per le Fave, e Segale, &c.* “

Ex subsequentibus verò, quia Joannes Baptista Fucci mandatum suscepit insimul, & pecunias in summa scutorum 2700. à supradicto Antonio Felice Catani, ad effectum emendi frumentum pro Annona, *dict. Proc. fol. 49. & à fol. 143. ad 145.* immò antequam contractus emptionum concluderet, de quantitate, qualitate, ac pretio frumentorum certiorem reddebat eumdem Dominum Catani, istiusque consensum expectabat, licet emptionibus peractis, repositisque frumentis in horreis Anglarii non multum curasset de illorum transmissione ad dictum Dom. Catani juxta obligationem susceptam, ut claré colligitur ex Epistolis responsivis præfati Joannis Baptistæ Fucci dicto D. Catani mense Augusti, & Septembris dicti anni 1708. ac ex quadam sua declaratione, de quibus *in Proc. d. fol. 29. ad 32. & fol. 49.* Ex Epistola 8. Augusti „ ibi „ *Do parte a V. S. come questo giorno ho comprato nel Mercato di Anghiari circa staja dugento, ed anche ho fatto qualche partito, che a bocca dirò il tutto a V. S. mi avvisi quando io devo venire per il danaro, perche per Mercoledì ce ne sarebbe bisogno, ed anche se mi mandasse un centinajo di scudi per fare il Mercato Domenica, lo stimerei bene* “ Ex declaratione inita *die 14. ejusdem mensis Augusti*, in qua licet perperam interpserit terminus venditionis loco emptionis, adhuc rectè colligitur, dictum Joannem Baptistam Fuccium fuisse merum Procuratorem ad emendum pro Annona, & dictam declarationem emisisse ad effectum designandi frumentum emptum, seu verius emendum, & pecunias receptas in dicta summa scutorum 2700. in hanc eamdem causam *d. fol. 49. & 50.* „ ibi „ *Io Gio: Battista Fucci, &c. confesso aver venduto fino a questo giorno, &c. Dico aver fatto l' obbligo di rimettere staja tremila Grano al prezzo concordato* “ & in fine die 11. Septembris „ ibi „ *E più ho ricevuto Io Gio: Battista Fucci altri ducati trecento, dieci in contanti dal Signor Felice Catani in due volte, per l' effetto di Grani comprati per lui in conto dell' Abbondanza* “ Ex Epistola 16. Augusti *d. fol. 29. t. & 30.* „ ibi „ *Do parte a V. S. come questo dì 15. del corrente mese ho comprato nella Piazza di Anghiari staja dugento di Grano bianco a crazie 45. lo stajo, &c. sono in trattato di comprare sopra mille staja di grano dal Vescovo del Borgo di San Sepolcro, &c. pertanto ne dò parte a V. S. e mi avvisi quello, che io devo fare, &c. Starò dunque attendendo da V. S. la risposta, &c. mi trattengo qui in Anghiari, il grano obbligato* “ fol. 30. t. ex Epistola 9. Septembris „ ibi „ *Gli dò parte come ho fermato le staja seicento di grano dell' Eminent. Cardinale Martelli Padrone dell' Abbadia di S. Bartolomeo di Anghiari a crazie quarantasei* “ & fol. 31. 32. Ex Epistola 13. Septembris „ ibi „ *Dò parte, come sono in parola con gli SS. Uomini delle Monache del Borgo di comprare staja cinquecento di grano di quella qualità della mostra, che gli portai, &c. il prezzo è a lire quattro, &c. dunque starò attendendo la risposta, perchè Lunedì me lo vogliano condurre nel Granajo, e Martedì bisogna, che io venga per il danaro, &c.* “ Hujusmodi enim litteræ missivæ, seu responsivæ inter Mercatores, seu negociato- 3
res nedum probant mandatum ad emendum frumentum, & similia, *leg. si procuratorem 65. ubi gloss. & DD. ff. de Procurat. leg. prima in princ. ff. mandat. Paris. cons. 19. numer. 1. lib. 1. Mans. consult. 11. numer. 4. & 5. & seq. Gob. consult. decis. 69. num. 18. Rota coram Merlin. decis. 302. numer. 1. post Posth. de manut. decis. 402. numer. 4. & recent. decis. 197. num. 8. part. 4. & decis. 157. num. 1. & decis. 360. num. 3.*

num. 3. *part.* 12. nec non illius acceptationem, & exe-
4 quutionem, *Mans. d. consult.* 11. *sub num.* 9. *vers. unde sequitur*, *Rota dec.* 355. *num.* 5. *part.* 10. *& d. dec.* 157. *num.* 2. *part.* 12. verùm etiam vim obtinent instrumenti publici, sententiæ, seu rei judicatæ *Rocc.*
5 *respons.* 13. *n.* 2. *lib.* 1. *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 2372. *Gratian. discept. for. cap.* 500. *n.* 2. *ibique Carol. Anton. De Luca num.* 1. *Ansald. de Commerc. disc.* 61. *num.* 2. *Rota Januen. decis.* 142. *per tot. Boer. dec.* 333. *numer.* 8.

Constito autem ex præcedentibus, & subsequentibus de speciali mandato emendi frumentum pro Annona, illiusque susceptione, & exequtione prævio consensu, & approbatione dicti D. Antonii Felicis Catani per effectivam frumenti emptionem, etiam intra latitudinem dictorum scutorum 2700. ut ex calculo, de quo in Processu *fol.* 38. hæsitandum non erat, quin Joannes Baptista Fucci in hujusmodi emptione se fe-
6 cerit Procuratorem Annonæ, etiam non expresso mandato, nec nomine mandantis *Angel. & Bartol. in leg. quia in aliena* 6. §. *Si is qui putabat ff. de acquir. hered. Surd. cons.* 19. *num.* 18. 24. *& n.* 30. ubi bene distinguit inter mandatum speciale, & mandatum generale ad negotia *Altimar. de nullit. contr. rubr.* 1. *quæst.* 10. *tom.* 3. *n.* 46. ubi pariter ita bene distinguit, *& n.* 63. *&* 64. *& tom.* 5. *q.* 31. *sub n.* 490. §. *Tertius*, *Roderic. de ann. reddit. lib.* 3. *qu.* 11. *n.* 80. *cum seqq.* ubi etiam distinguit *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 7. *tit.* 18. *sub n.* 6. §. *Sed diversa cum seq. & num.* 20. *cum tribus seqq. & tit.* 19. *num.* 6. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 49. *numer.* 1. *cum seqq. Hermosill. ad Lopet. leg.* 49. *gloss.* 1. *n.* 6. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *Dominus meus Audit. Casareg. de Commerc. disc.* 43. *num.* 39. *& disc.* 56. *num.* 22. *latè Noguerol. alleg.* 20. *artic.* 2. *casu* 1. *num.* 33. *cum seqq. & cas.* 2. *per tot. & cas.* 5. *nu.* 57.
7 ubi etiamsi contractus gestus esset nomine proprio *Gob. consult. dec.* 69. *n.* 17. *&* 29. *Mans. consult.* 11. *nu.* 14. 22. *&* 23. *Hodierna ad decis.* 304. *Surd. num.* 2. *idem Surd. dec.* 323. *n.* 8. *Rota in recent. dec.* 64. *n.* 3. *&* 4. *part.* 6. *& dec.* 137. *n.* 5. *&* 6. *part.* 12.

Et per consequens proprietas, seu dominium dictorum frumentorum per Fuccium Procuratorem emptorum transivit illicò in dictam Annonam, seu dictum Dominum Antonium Felicem Catani illius Ministrum, ut in puncto emptionis, & venditionis *Fran-*
8 *cis. Rocc. respons.* 19. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *Mascard. de probat. conclus.* 611. *n.* 10. *&* 11. *Cald. de empt. & vend. cap.* 20. *nu.* 17. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 3. *Hermosill. ad Lopet.* 48. *gloss.* 5. *n.* 7. *&* 9. *tit.* 5. *par.* 5. *tom.* 2. *Salgad. labyr. Credit. par.* 2. *cap.* 23. *nu.* 31. *& cap.* 24. *n.* 42. 43. *&* 51. *cum seqq. Addend. ad Golin. de procurat. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 4. *Mans. d. consult.* 11. *n.* 14. 22. *&* 23. *Surd. dec.* 325. *n.* 7. *&* 8. *Rota Januen. dec.* 13. *n.* 17. *& Romana coram Priol. dec.* 25. *n.* 4. *repetit. in recent. dec.* 157. *part.* 12.

Indubitanter quando, prout in casu præsenti, ipsemet Jonnes Baptista Fucci, ut jam innuimus declaravit, & confessus fuit comparasse frumentum pro dicto D. Catani, & nomine Annonæ, ut in calce dictæ declarationis, *Proc. d. fol.* 50. „ ibi „ *E più ho ricevuto, ec. per effetto di grani comprati per lui a conto dell' Abbondanza, ec.* „ Etenim sicuti qui fatetur non contraxisse proprio nomine, sed alieno, dicitur emere voluisse ad illius utilitatem, ut in puncto *Noguerol. d. alleg.* 20. *art.* 2. *cas.* 6. *nu.* 49. *cum seqq.* ita constito per confessionem ementis, quòd frumenta
9 empta fuerunt procuratorio nomine Annonæ, non modo eorum possessio, sed etiam proprietas, vel dominium per traditionem factam ementi ipso jure quæsitum fuit ipsi Annonæ, *d. l. qui in aliena* §. *Si is qui putabat*, *ff. de acquir. heredit. ibique Paulus de Castro num.* 3. *vers. sed. si dixisses*, *quod meo nomine leg.* 1. §. *Per Procuratorem*, *ff. de acquir. vel amittenda possess. leg. traditio* 20. §. *ult. ff. de acquir. rer. dom. Honded. cons.* 39. *n.* 26. *tom.* 2. *Paris. cons.* 47. *num.* 16. *lib.* 1. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 7. *tit.* 18. *n.* 2. *vers. & tamen si procuratorio nomine & nu.* 18. *vers. Cæterum si dixeris*, *& tit.* 19. *nu.* 5. *Roderic. de ann. redd. lib.* 3. *qu.* 11. *nu.* 83. ubi limitat *text. in l. si res ex mandato meo*, *ff. de acquir. rer. domin. Noguerol. d. alleg.* 20. *art.* 2. *cas.* 3. *num.* 42. *&* 43. ubi conciliat jura exadverso allegata 45. *&* 46. *& cas.* 5. *n.* 51. *cum seqq.* ubi

etiam si emptio nomine alieno sit facta de pecunia 10
propria, *Rocc. lib.* 1. *tit. de mandat. nu.* 108. *& lib.* 2. *respons.* 19. *n.* 1. *& num.* 7. *Capyc. Latr. consult.* 21. *n.* 14. latè *Vela differt.* 38. *num.* 14. *vers. ut per traditionem*, ubi quod dominium absque alia traditione transfertur in mandantem, si mandatarius illius nomine acceperit, & pariter conciliat leges exadverso allegatas, & *num.* 53. *tom.* 2. *Mans. dict. consult.* 11. *num.* 12. *& numer.* 23. *Carol. Anton. De Luca ad Gratian. discept.* 5000. *num.* 7. *Rot. Januen. dec.* 13. *nu.* 17. *dec.* 127. *num.* 8. *& dec.* 237. *n.* 2. & penes *D. And. de Casareg. disc.* 5. *n.* 58. *de commerc. Rota nostra coram Urceol. dec.* 1. *nu.* 22. *& Romana coram Durano dec.* 16. *n.* 1. *& cor. Merlin. dec.* 103. *num.* 4.

Præsertim quia in beneficium Civitatis, vel Reipublicæ, cujus nervus est frumentum, seu Annona, quâ
ad vitam conservandam nihil convenientius ex *Aristot.* 11
lib. 6. *politic. cap.* 8. & in qua constituta est publica utilitas, quæ suprema lex dicitur *l.* 3. *in fin. ff. ad l. Juliam de annona*, *Pecch. de aquæduct. cap.* 7. *quæst.* 3. *lib.* 1. *n.* 17. *cum seqq. Paulut. differt.* 92. *n.* 3. necnon in
beneficium Fisci, Ecclesiæ, vel Principis, dominium 12
etiam absque traditione transfertur, *Bald. cons.* 337. *n.* 5. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 265. *nu.* 16. *Gabr. de empt. & vendit. conclus.* 2. *numer.* 16. *lib.* 3. *Noal. de transmiss. cap.* 39. *n.* 14. *Pax Jordan. lucubrat. canon. lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 275. *per tot. tom.* 3. *Less. de just. & jure lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 3. *n.* 16. *vers.* 4. *Hermosill. ad Lopet. gloss.* 3. *l.* 7. *tit.* 4. *par.* 5. *sub n.* 14. *vers. & limita pag.* 329. *Altimar. de nullit. contract. tom.* 4. *rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 25. *numer.* 312. *in fine numer.* 313. *& num.* 728. *Gratian. discept. for. cap.* 912. *n.* 11. *&* 50. *Palm. alleg.* 14. *num.* 18. *Ricc. collect. decis. collect.* 1119. *limit.* 5. *De Franch. dec.* 23. *in fin. vers. item dominium*, *Sperell. dec.* 168. *num* 27. *&* 28. *Rota in recent. dec.* 673. *num.* 4. *in fin part.* 2. *dec.* 81. *nu.* 7. *par.* 5. *& dec.* 310. *num.* 1. *part.* 9.

Unde Annonam frumentariam Civitatis habere exe- 13
quutionem paratam dixit *Rota in recent. dec.* 39. *n.* 22. *part.* 11. & gaudere privilegiis fiscalibus, contra ea, quæ scripsit *Card. De Luc. de regalib. disc.* 44. *& Episc. Rocca disput. select. cap.* 72. *n.* 38. *&* 39. magis
communiter, ac solide firmant *Zaul. ad Statut. Fa-* 14
vent. observat. ad rub. 14. *lib.* 4. *n.* 39. *cum seqq.* ubi rejicit *Card. De. Luc. & Roccam locis citatis*, *Constant. ad Statut. Urb. adnot.* 60. *art.* 3. *n.* 248. *ad* 252. ubi pariter rejicit dictos Doctores contrarium sentientes, quos etiam rejicit *Rota nostra decis.* 50. *nu.* 13. *&* 14. *coram Illustriss. D. meo Auditore de Comitibus*, ubi in puncto animadvertit, quod Annonæ, seu Abundantiæ Civitatis, & Status Florentini tributa fuerunt privilegia tacitæ hypothecæ anterioritatis, omniaque privilegia fiscalia etiam ex motu proprio Serenifs. Ferdinandi Secundi Magni Etruriæ Ducis anno 1647. *& numer.* 23. *&* 24.

Extra difficultatem quando prout in casu isto An-
nona non facit mercimonium, quamvis emat frumen- 15
tum, illudque Pistoribus distribuat certo taxato pretio, nam id facit, ut fiat panis Civibus vendendus, & ita consulatur penuriæ Civitatis, vel Reipublicæ *Altimar. ad Rovit. cons.* 73. *numer.* 4. *tom.* 2. *Moles. dec. tit. de gabell. Sbarrar.* §. 12. *quæst. unic. a numer.* 12. *ad* 14.
recent. dec. 277. *per totam*, ibique *de Marinis*, & in 16
fortioribus terminis videnda *Rota nostra d. dec.* 50. *n.* 28. cujus Princeps dicitur Maritus, & Pater Subditorum, & sic subsidiariè obligatus dicto tempore indigentiæ, illos providere de frumento, aliisque victualibus, etiam de proprio. *Card. De Luc. de regal. disc.* 45. *sub num.* 4. *& n.* 8. *& disc.* 125. *num.* 9. non prætermissa ulterius arctante alia politica ratione, quod
videlicet, nihil lætius est saturo populo, nihilque je- 17
juno, ac famelico seditiosius, *L.* 1. *C. de frument. Urb. Constantinopolit. lib.* 11. *Novar. ad pragmat. regn. rubr. de adnot. collect.* 1. *n.* 4. *Massin. de confiscat. qu.* 18. *num.* 1. *cum seq. Constant. ad Stat. Urb. adnot.* 60. *art.* 2. *nu.* 95. *cum seqq. Pecch. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 7. *quæst.* 3. *n.* 18. *Ursill. concl.* 111. *in verbo Annona n.* 47. *Paulut. dissert.* 92. *n.* 4. adeoque modum sibi conciliandi benevolentiam apud plebem exemplo docuit Augustus, penes *Tacit. libr.* 1. *in princ. sub numer.* 2. ibi „ *Militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit.* „

Ob

Ob quas rationes, transportantes frumenta, bla-
18 das, aliasque species annonarias ad Civitatem non solum de jure sunt exempti ab omni pedagio, & gabella, sed etiam non possunt molestari pro debitis etiam Cameralibus, tam in accessu, quam in recessu, sive in personis, sive in rebus, juxta *text. in l. 1. Cod. de Navicular. libr. 11. Zaul. ad Statut. Favent. observ. ad rubr. 41. lib. 4. numer. 9. cum seq. com. 1. Constant. ad Statut. Urb. annot. 60. art. 3. num. 279. Balmased de collect. cap. 79. n. 15. in medio, & num. 16. Ursill. consil. 111. verbo Annona num. 45. tom. 2.*

Non obstat, quod illa dictio *per* „ ibi „ *comprati per lui* „ latinè *pro*, non semper denotet emptionem
19 alieno nomine factam, sed importet aliquando contemplationem personæ, adeout emptio facta sit nomine proprio, ad effectum eidem revendendi *ex Ansald. de Commerc. disc. 30. n. 18. & 33.* quia non omisso, quod iste Author in suo primo casu succubuit, ut habetur *num. 2.* quodque ibi dicebatur mandatum suscipiendi pecunias ad cambium fuisse præcedenter consumptum, nec ullatenus fuisse probatum dictas pecunias fuisse receptas post dictum mandatum, & quod in secundo casu Marchionis Pallavicini non satis constabat de mandato emendi frumentum, immò quod in facto docebatur eo non indiguisse, sed solum consensisse illius transmissioni, citra ullum titulum dominii, veriùs est, quod ea dictio *pro* Catano, nedum de-
20 notet causam finalem, proximam, & immediatam, quod est id, quod dicunt auctoritates ab Ansaldo allegatæ, & signanter *Surd. cons. 445. numer. 29. Gratian. discept. forens. cap. 96. n. 26. & 27. & cap. 924. num. 24. Altograd. contr. 39. à nu. 13. Rot. cor. Bich. dec. 225. num. 1.* verum etiam rectè indicet, actum
21 emptionis fuisse peractum *nomine* ipsius Catani, ut in puncto docet *Bart. in l. 1. §. Nunciatio, num. 17. ff. de oper. nov. nunc.* „ ibi „ *sed quid si dicit, ego facio hoc* „ *pro tali respectivè, idem est dicere pro Titio, & no-* „ *mine Titii* „ *& in l. fideicommissa, §. interdum, n. 2.* „ *ff. de legat. 3.* „ ibi „ *Item nota, quod dicit pro Ti-* „ *tio, quia tantum est dicere facio pro Titio, quantum* „ *nomine Titii,* „ & sequitur *Rota in recent. dec. 154. num. 27. part. 8.*

Efficacius quia Joannes Baptista Fucci non solum usus fuit ea dictione *per lui*, idest pro Catano, sed etiam addidit ea clariora verba „ *in conto dell' Abbondanza* „ quæ nihil aliud significant, quam adhibere nomen Annonæ, nec aliud importent, quam Anno-
22 na dicatur Domina, & principalis, omneque commodum, & incommodum contractus emptionis ad ipsam pertineat, ut de his verbis punctualiter tradunt *Altimar. de nullitat. contract. rubr. 1. quæst. 10. num. 72. tom. 3. Giurb. observ. 105. sub num. 12. vers. qua nihil aliud. Hodierna contr. 39. erga finem Mans. d. consult. 11. num. 4. & num. 22. Gob. consult. decis. 69. num. 19. & 20. Saminiat. contr. 27. numer. 61. & 62. Manent. decis. 72. num. 6. Rota cor. Cerrin. decis. 1901. nn. 12. & coram Card. Caprara decis. 153. nn. 2.* late *Peri in suo Negot. par. 3. cap. 2. per tot.* egregie *Torr. de Camb. disp. 2. quæst. 1. num. 51.* ubi quod verbum *per conto* prolatum ab eo qui non habet mandatum sui correspondentis refertur ad negotii gestionem, quibus omnibus junctis dictis ordinibus libentissimè susceptis, emendi frumentum pro Annona, receptione pecuniarum ad eundem effectum, & emptionibus non expletis ante approbationem dicti D. Catani Annonæ Ministri, ut latè superius ostensum est, satis superque constat dictum Joannem Baptistam Fucci verè, & realiter dictas emptiones, non fecisse nomine proprio, sed nomine ejusdem Annonæ, & ad illius omnimodam utilitatem.

Minus turbat, quod ea verba „ *comprati per lui in conto dell' Abbondanza* „ legantur solum in fine declarationis, de qua *in Proc. fol. 49.* non autem in parte superiori, in qua adhibitus fuit titulus venditionis „ ibi „ *Confesso aver venduto sino a questo gior-* „ *no al Signor Anton Felice Catani Ministro dell'* „ *Abbondanza in questo luogo*, quia cum ex facti cir-
23 cumstantiis superius relatis clare colligatur perperam irrepsisse in dicta declaratione terminum venditionis loco emptionis pro eodem *Domino Catano*, præcedentia ejusdem declarationis juxta subjectam materiam à subsequentibus declarantur *Altograd. consult. 22. num. 26. libr. 1. & cons. 79. num. 63. lib. 2. Saminiat. contr. 94. numer. 3. 4. & 12. Mans. d. consult. 11. numer. 5. Surd. dec. 8. num. 21. Rota post Torr. de success. in major. dec. 1. num. 17. & seqq.*

Auctoritates verò exadverso allegatæ super puncto translationis dominii non percutiunt casum præsentem, ubi videlicet ex præcedentibus, & subsequentibus, immò ex ipsamet confessione procuratoris constat, emptiones segetum fuisse peractas nomine mandantis, juxta auctoritates superius adductas. §. *Indubitanter*, sed enunciant solummodo consuetudinem Mercatorum, qui quamvis emant nomine alterius, tamen in emptione non exprimunt, sed nomine proprio emunt, quo casu mandanti queritur actio adversus mandatarium pro rei emptæ restitutione, quia præsumitur virtute præcedentis mandati emisse, quemad-
modum loquitur *Paris. cons. 47. num. 26. & 27. libr.* 24
1. Capyc. Latr. consult. 21. num. 15. & 16. Gratian. discept. for. cap. 500. num. 17. De Luc. ad eum numer. 14. vers. solitum est, vers. mandatarius, qui ambo in hoc secundo casu non expressæ emptionis nomine mandantis, ajunt, quod ad transferendum dominium requiritur, quod fiat consignatio Portitori approbato, vel Procaccio, Mulioni, vel Naviculario, eisque addi potest *Cardin. De Luc. de empt. disc. 5. n. 6. & 10. & de credito disc. 23. nu. 9. & 10.*

Neque refragatur, quod frumentum non fuerit men- 25
suratum, adeoque illius dominium ante mensurationem transire non potuerit in Dominum Catani, seu Annonam, cum ea quæ consistunt in numero, pondere, & mensura donec sequatur numeratio, & mensuratio non transeant in dominium Emptoris, sed re-
maneant in dominio Venditoris, cujus interim est 26
periculum juxta *Text. in l. 1. & seq. C. de peric. & commod. rei vendit. leg. quod sæpe, §. In his, ff. de contrah. empt. Ansald. cons. 89. num. 1. & num. 15. cum seqq. Natta cons. 263. num. 2. & 3. tom. 2. Hermosill. ad Lopez leg. 24. glos. 1. numer. 1. titul. 5. part. 5. fol. 538. Petr. Barbos. in l. si mora 10. numer. 13. ff. solut. Matrim. vers. tamen Card. De Luc. de empt. & disc. 5. num. 6. & disc. 6. num. 7. de regalib. disc. 118. nu. 3. & disc. 124. sub num. 2. §. quod scilicet, & de credit. disc. 23. num. 4. Mans. consult. 5. à numer. 9. cum seqq. Ansald. de commerc. in eadem causa disc. 8. num. 13. & num. 30. & prius disc. 7. num. 2. Pacion. de locat. cap. 24. numer. 24. & 25. Altimar. de nullit. contract. tom. 6. rub. 1. part. 4. quæst. 39. num. 80. Capyc. Latr. consult. 21. num. 13. De Rosa consult. 68. num. 2. Gratian. discept. for. cap. 318. num. 1. cum seqq. ibique Carol. Anton. De Luc. num. 1. & 2. idem ad cap. 500. numer. 10. idem Gratian. decis. March. 191. ibique Carol. Anton. De Luca, & Scoppa per tot. Post. resol. 114. numer. 11. & 12. Episc. Rocca disput. select. cap. 74. sub num. 10. De Luc. ad Franch. decis. 231. n. 3. Capyc. decis. 14. numer. 6. Rota Maceraten. penes Vinciol. dec. 10. num. 1. & 3.*

Quia ultra quod facta mensuratione, & traditione Procuratori, qui gessit actum nomine mandantis ibi " *comprati per lui in conto dell' Abbondanza* " *Proc. d. fol. 49.* statim enim dicitur facta traditio, & mensuratio, ac dominium translatum in mandantem absque alia mensuratione, & traditione, juxta superius firmata in §. *Indubitanter*, respondetur etiam, quod cum Joannes Baptista Fucci sese obligaverit totam frumenti quantitatem emptam transportare ad D. Antonium Felicem Catani Annonæ Ministrum " ibi *Dico aver fatto l' obbligo rimettere staja tremilla* " *grano al prezzo concordato* " *d. fol. 49.* quod pretium erat certum, utpotè relatum ad illud tunc currens in
publico foro, vel loco emissæ declarationis *De Luc.* 27
de alien. dicto disc. 5. sub numer. 9. vers. fetus, Altimar. de nullit. contr. tom. 4. rubr. 1. part. 2. quæst. 15. num. 89. & dictus Minister partes suas adimpleverit, solvendo eidem Fucci summam scutorum 2700. utique Fuccius fuit in mora, quia tenebatur dictum frumentum mensurare, & mensuratum tradere dicto Catani Ministro, ut in fortioribus terminis venditoris est *Text. in lege ex empto 11. ff. de act. empt.* & compro-
bat *Posth. dict. resolut. 114. numer. 15. 19. & 24.* 28
cum seqq. Altimar. de nullit. contr. rubr. 1. quæst. 8. sect. 1. numer. 151. tom. 3. Rota coram Cerro decis. 42. num. 16. Rota Genuen. decis. 144. sub numer. 13.

vers.

verſ. ſecundò reſpondetur, *&* *num.* 14. adeoque quemadmodum, quando mora emptoris intercedit recipien-
29 di, & per eum ſtat, quominus menſuratio, & traditio
ſequatur, utraque habetur pro facta in odium ipſius, juxta *Text. in l. ſi emptorem* 5. *in fin. ff. de peric. & commod. rei vendit. l. Labeo* 50. *ff. de contrahend. empt. P. Barbeſ. in l. mora* 10. *ſub num.* 13. *verſ. prædicta igitur ff. ſolut. Matrimon. Card. De Luc. de regalib. diſc.* 118. *num.* 4. *& diſc.* 125. *ſub num.* 2. *§. Quod ſcilicet, verſ. niſi per illum*, *& num.* 7. *verſ. ubi enim ſtat per emptorem*, *& num.* 31. *De Roſa conſult.* 68. *num.* 12. *&* 22. *Merz. de contract. tit. de empt. & vendit. in accidental. n.* 28. *verſ. quod limita*, *Manſ. d. conſult.* 5. *n.* 26. *&* 27. *Capyc. dec.* 14. *n.* 18. *Rot. in rec. dec.* 219. *n.* 6. *&* 7. *part.* 5., ita quando non ſtetit per Domini Catani emptorem, mandantem, quominus frumentum menſuratum reciperet, cum eſſet ſemper paratus ad re-
30 cipiendum, imò pluries interpellaverit dictum Fucci ad illud transmittendum *Proc. fol.* 63. quando unica interpellatio ad hunc effectum ſufficiebat, in puncto *Rota coram Cerro d. deciſ.* 42. *num.* 1., & ipſe noluerit frumentum tranſmittere in odium ipſius non tranſmitten-
31 tis haberi debet menſuratio, & traditio pro ſecuta *l. ſi quis vina* 4. *& ibi gloſs. & l. illud* 17. *ff. de peric. & commod. rei vendit.* „ ibi „ *Sed ſi per emptorem mora* „ *fuiſſet*, *deinde cum omnia in integro eſſent*, *moram* „ *venditor adhibuerit*, *cum poſſet ſe exſolvere*, *æquum* „ *eſt poſteriorem moram venditori nocere*, „ *& l. ſi* „ *per emptorem* 53. *§. quod ſi fundum ff. de act. empt.* „ ibi „ *deinde per te ſtaret*, *quominus ſolveres*, *De Roſa d. conſult.* 68. *ſub numer.* 22. *&* 23. *Epiſc. Rocca diſp. ſelect. cap.* 74. *num.* 15. *Gomez var. reſol. tom.* 2. *cap.* 2. *de empt. num.* 32. *erga fin. verſ. ſecundò limita*, *Altimar. de nullit. contract. tom.* 6. *rubr.* 1. *part.* 4. *quæſt.* 39. *num.* 81. *Amat. deciſ. Ferrarien.* 63. *num.* 5., præcipuè cum à die emiſſæ declarationis dicti Fucci elapſum eſſet tempus pluſquam triginta dierum, non au-
32 tem modicum trium, vel decem, intra quos debitor non dicitur in mora *L. promiſſor.* 21. *§.* 1. *ff. de conſtit. pecun.* „ ibi „ *ſed modicum tempus ſtatuendum eſt non* „ *minus decem dierum*, *ut exactio celebretur*, „ *Bald.* „ *conſil.* 157. *lib.* 2. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 7. *De Roſa d. conſult.* 68. *num.* 33.

Quatenus verò novus actus menſurationis, & traditionis fuiſſet per hypotheſim neceſſarius, utique etiam iſte dici deberet expletus ex tranſmiſſione frumentorum facta ad dictum D. Catani Miniſtrum Annonæ cum conſenſu, & approbatione Alexandri Fucci filii, & hæredis præfati Joannis Baptiſtæ, nam quando etiam rei venditæ ad menſuram fuit facta vera, &
33 actualis traditio abſque menſuratione, ipſamet traditio ſupplet defectum menſuræ *Decius in l. traditionibus num.* 6. *C. de pactis Cephal. conſult.* 643. *n.* 3. *&* 5. *tom.* 5. *Anſald. d. conſ.* 89. *num.* 36. *& ſub numer.* 39. *verſ. nam prædicta*, *Pariſ. conſ.* 59. *ſub num.* 20. *lib.* 1. *verſ. ipſi loquuntur*, *Mantic. de tac. & ambig. lib.* 4. *tit.* 17. *n.* 6. *Gomez var. tit. de empt. tit.* 2. *cap.* 2. *n.* 32. *verſ. ſi vero*, *Menoch. de recup. poſſ. remed.* 17. *numer.* 19. *in fin. Hermoſill. ad Lopez. l.* 24. *gloſſ.* 1. *nu.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *fol.* 538. *Pacion. de locat. d. cap.* 24. *numer.* 26. *&* 27. *Altimar de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 1. *part.* 4. *quæſt.* 39. *num.* 80. *in fin. Gratian. diſcept. for. cap.* 318. *num.* 27. 28. *&* 30. *Carol. Ant. De Luca ad eum num.* 3. *Idem Gratian. dec. March.* 191. *num.* 7. *De Luca ad eum ſub nu.* 7. *§. venditio*, *Epiſc. Rocc. diſp. ſelect. cap.* 74. *num.* 13. *tom.* 1. *Theſaur. dec.* 197. *num.* 8. *in fin. Urſill. ad Afflict. dec.* 280. *num.* 2. *verſ. & inſuper*, *De Luc. ad Franch. dec.* 23. *numer.* 3. *in fin. Rot. coram Seraph. deciſ.* 264. *num.* 9.

De traditione, ſeu tranſmiſſione peracta frumentorum repertorum in horreis Anglari tempore mortis dicti Joannis Baptiſtæ Fucci ad dictum D. Antonium Felicem Catani ex illius ordine, ac de illorum integra ceptione ſequuta patet ex ampla confeſſione emiſſa ab hæredibus dicti Catani, de qua in *Proc. fol.* 66., de conſenſu verò, & approbatione dicti Alexandri Fucci filii, & hæredis dicti Joannis Baptiſtæ pariter conſtat ex actu ab eodem geſto die 26. Septembris 1708. de quo *in Proceſſ. fol.* 35. „ ibi „ *Io Aleſſandro di Gio: Batti-* „ *ſta Fucci*, *in virtù di queſta mia dò ampla autorità* „ *al Sign. Anton Franceſco Mini*, *che ſpediſca tutti* „ *gli grani*, *e biade*, *che Gio: Battiſta mio Padre ha* *comprato per ſervizio dell' Abbondanza*, *e quelli facci condurre al Sign. Felice Catani in Monte Varchi. Item*, *do ampla autorità a detto Sig. Mini nel modo*, *che ſopra*, *di ſpedire altri grani*, *e biade*, *che ſono fuori di dette ſtanze*, *come in mano alle Monache di Santa Chiara*, *del Borgo San Sepolchro*, *in mano ec.*, *e ad altri*, *che ſi poteſſe aver notizia*, *che foſſero ſtati incaparati*, *ò comprati da detto Fucci mio Padre*, *ec.*, cui benè concordat judicialis depoſitio D. Antonii Franciſci Mini in ejus examine ſequuto ad inſtantiam D. Equitis della Fioraja, *fol.* 22. *t. in princ.* " ibi " *E ciò ſegui con conſenſo*, *ed ordine d' Aleſſandro Fucci figliuolo di d. Gio: Battiſta*, *ec.* & confert alia fides jurata, & recognita Domini Paſqualis Montanelli tunc temporis Cancellarii, ſeu Actuarii D. Equitis Portigiani Vicarii Terræ Anglarii teſtantis, claves horreorum, in quibus aderat frumentum, de quo agitur, fuiſſe recuperatas à D. Antonio Franciſco Mini, & Petro Almini Cuſtode poſt adventum dicti Alexandri Fucci " ibi " *Furono laſciate nel mio Banco*, *come in depoſito le chiavi*, *ec. fino che non foſſe venuto il Figliuolo di detto Fucci*, *che poi venuto dopo poco tempo vennero entrambi a ripigliare le dette chiavi* " *Proc. fol.* 182.

Abſque eo quod viſum fuerit alicujus momenti, quicquid adverſus adeò liberum, & explicitum conſenſum oppoſuit D. Eques della Fioraja, quod videlicet Apoca dicti conſenſus ſit falſa, & cum antidata, carens requiſitis vulgati *Text. in l. ſcripturas C. qui potior. in pign. hab.* præcipuè cum dictus Alexander Fucci tunc eſſet minor 18. annorum, & in ejus examine formiter facto faſſus fuerit dictam Apocam fuiſſe factam poſt quatuor circiter menſes à morte Patris, & ſic cum antidata longè poſt ſequutam aſportationem frumenti, adeòque præjudicare non valeat creditoribus dicti Joannis Baptiſtæ Fucci, neque in vim recognitionis bonæ fidei, quia bona fides, & falſitas ſunt oppoſita, nec poſſunt ſimul concurrere.

Etenim omiſſo eo, quod dici poſſet, de retractatione facta poſt quindecim annos à Dicto D. Alexandro Fucci, quo ad antidatam dumtaxat ſuæ declarationis emiſſæ die 26. Septembris 1708. animadverſum fuit, quod inſimul compatiuntur, quod dictus Alexander non fuerit, ut ipſe ſupponit, requiſitus dicta die 26. Septembris de conſenſu pro dicta ſegetum tranſmiſſione, & quod fuerit requiſitus, ac conſenſum præſtiterit diebus proximè ſequentibus ante dictam tranſmiſſionem, ſaltem oretenùs, vel alio medio, licèt Dominus Mini ad meliorem cautelam curaverit, dictum conſenſum jam præſtitum poſtea redigi in ſcriptis, forſan cum aliquo errore antidatæ, nam dictus Alexander præfatum conſenſum præſtitum in ſubſtantia denegare non audet, illumque comprobat immediatè, vel paulò poſt mortem Patris, non ſolùm ejus præſentia in loco Anglari, ſcientia, ac taciturnitas, ſeu perpetua acquieſcentia, & obſervantia ſucceſſiva poſt dictam tranſmiſ- 34
ſionem, ex quibus videtur ipſummet, pretio jam ſoluto, poſſeſſionem frumenti tradidiſſe, ut in durioribus terminis venditoris firmant *Menoch. de recuper. poſſ. remed.* 17. *num.* 59. *in fin. verſ. niſi venditor*, *Gratian. diſcept. for. capitol.* 318. *numer.* 25. *&* 30. *Idem deciſ. March.* 191. *numer.* 7. *Hodiern. ad Surd. dec.* 64. *numer.* 6. *Seraphin. deciſ.* 264. *num.* 12. *Milaneſ. dec.* 4. *libr.* 2. *numer.* 92. *cum ſeqq.*, ubi quod etiamſi emptio ſit conditionalis, adhuc res data ſcienter ei, cui debetur conditionaliter, tranſit in dominium illius.

Verùm etiam mirè coadjuvant tres Epiſtolæ ab eodem Alexandro conſcriptæ dicto Antonio Felici Catani, nempe 30. Septembris, quinta, ac ſexta Octobris dicti anni 1708. de quibus *in Proc. fol.* 117. 118. *&* 119. In prima enim reſpondens eidem " ait " *circa la nota del Grano dei Magazzini d' Anghiari non gliene mando per non aver finito di miſurarle* " ex qua clarè reſultat ipſum perquiſiviſſe, & menſuraſſe quantitatem grani exiſtentem in dictis horreis ante il- 35
lius tranſmiſſionem, cum ſatis veriſimile ſit menſurationem tunc non adhuc completam ad ſuum finem perduxiſſe, *cap. quia veriſimile de præſumpt. capit. inſpicimus*, *& ibi Dinus de reg. jur. in* 6. *l. ob carmen* *§. ult. ff. de teſtib. Caſtill. quotid. controv. capit.* 63. *numer.* 1. *cum pluribus ſeqq. tom.* 5. *Rota ad ornat.*

Card.

Card. De Luc. super Conflict. in Mantissa decis. 33. *n.* 8. *decis.* 245. *num.* 22. *&* 23. *part.* 7. *& decis.* 677. *n.* 11. *part.* 19. quod magis aperit secunda Epistola exarata post alios quinque dies, ubi idem repetit sub diversa ratione, nempe „ *la nota del grano, che di presente si trova ne' Magazzini non gliene mando, perche credo, che il Signor Mini l'abbia informato del tutto* „ Cum autem D. Antonius Franciscus Mini non fuerit præsens mensurationi frumentorum, noluerit penes se consignationem, & nesciverit illorum quantitatem, ut ipse fassus fuit sub Interrogatoriis *fol.* 23. *t.*, non potuit de alio reddere certiorem Dominum Catani, nisi de consensu habito pro requisita transmissione totius frumenti, ac segetum, quarum pretium satis non erat (ut dict. Alexander prævia mensuratione rectè noverat) pro adæquatione, vel solidatione summæ scutorum 2700. receptæ a Patre, ut ex Calculo, & fide Noboli, de quibus in *Proc. d. fol.* 38. *&* 65. fortiùs, quia in eadem Epistola enixè exoravit Dominum Catani, & ab eo requisivit ordinem directum Domino Mini, ut posset recipere duodecim sextarios frumenti existentes in dictis horreis, coemptos ab ejus Patre ad effectum seminandi absque eo quod in nihilo doluerit, aut conquestus fuerit de reliquo „ ibi „ *si ritrovano ne' Magazzini staja dodici di grano seme, il quale mio Padre requiescat, l'aveva comprato per seminare a casa nostra, però la prego caldamente, che si degni di fare una polizza al Latore di questa al Signor Mini, accio io possa mandare a ripigliarlo per seminare, e di cuore la saluto* „ quod benè demonstrat ipsum agnovisse reliquum frumenti, ac segetum ve-
36 rè, ac realiter pertinuisse ad Annonam, adeòque pro illius transmissione jam consensum præstitisse, ut ultra superius relatos in §. *Etenim generaliter connotant, Mascard. de probat. concl.* 417. *numer.* 10. *Menoch. de præsumpt. libr.* 3. *præs.* 135. *numer.* 7. *Mans. consult.* 643. *num.* 24. *Rot. in rec. decis.* 388. *numer.* 8. *par.* 17. *& dec.* 274. *num.* 15. *par.* 19.

Ex tertia demum Epistola die 6. Octobris habentur infrascripta verba, videlicet „ *Gli do avviso, come, per la Dio grazia, ho ritrovato altri trentadue scudi in tanto grano, il quale se V. S. si contenta, lo vorrei spedire con le mie Bestie, siccome anche quelle sessanta di Benedetto Comanducci Agente del Tolomei di Firenze, che mi sarà molto caro* „ & infra „ *Del grano del Cardinale Martelli, se gli piace, cerchi di rimettere il denaro presto, &c.* „ & in fine „ *In oltre poi se gli fosse bisogno dei deboli ufizi della mia servitù, mi comandi alla libera, che sempre mi troverà pronto per servirla* „ ex quibus patet primo dictum Alexandrum tempore præteriti consensus, idest per decem dies ante hanc Epistolam fuisse potiùs negotiatorem, quàm pupillum, ut ipse in recognitione Apocæ dicti consensus se ostendere affectavit, & secundò, quod si tam libenter se obtulit servare Domino Catani; quinimmò si adinventa etiam alia quantitate frumenti empti à Patre, non existente in dictis horreis Anglarii, petiit à præfato Catani beneplacitum, seu licentiam pro illius expeditione seu trans-
37 missione ad eundem cum propriis animalibus, ita etiam supponendo dominium dicti grani fuisse translatum in eum, à quo dicta licentia expostulatur, & obtinetur, ex traditis per *Rot. in rec. dec.* 44. *n.* 9. *part.* 18. *& in Hortana Sylvarum* 10. *Martii* 1698. §. *Conforme, &* 25. *Febr.* 1701. §. *Si itaque coram Muto*, cum aliis, quos refert, & sequitur *Rota nostra coram Illustriss. Domino meo Auditore de Comitibus dec.* 20. *n.* 12. quomodo dubitandum erit, ipsum non dedisse consensum pro transmissione frumenti, ac segetum existentium in horreis Anglarii, quas prius recognovit mediante mensuratione, & de quibus non ausit exposcere, nisi sextarios duodecim pro semine.

Hinc parum juvit objicere, Apocam dicti consensus carentem requisitis dictæ *legis scripturas, &c.* fuisse falsam, uti confectam cum antidata, & tempore minoris ætatis dicti Alexandri, adeoque creditoribus Patris præjudicium aliquod inferre non posse, tum quia cum dicta Apoca contineat id, quod ante detectos creditores comprobavit ipsemet Alexander verbis, & facto post aliquos dies, à quo legitur exarata, & postea successivè, ut supra ostensum est, & in tota substantia fuerit ab eo libenter admissa, visa fuit expers cujusque falsitatis, quatenus etiam dici posset erronea, ob prætensam antidatam alicujus diei, tum etiam quia, cum dictus Alexander in eadem Apoca consensus præstiti fassus fuerit, frumentum, ac segetes existentes in dictis horreis Anglarii fuisse emptas à Joanne Baptista Fucci, ejus Patre ad utilitatem Annonæ ex istius pecuniis, & sic recognoverit bonam fidem in dicto actu emptionis verè præexistenti, ac de per se valido, permittendo ejusdem actus executionem, mediante traditione, seu transmissione ipsorum frumentorum, rectè valuit in declarationem veritatis dictum consensum præstare, ac confessionem emittere, etiam sine solemnitatibus,
quidquid secus dicendum esset si confessio fuisset tan- 38
tùm obligatoria de præsenti, ut benè distinguendo differuere *Altograd. cons.* 5. *n.* 7. *& seqq. lib.* 1. *Angel. de confess. tom.* 1. *lib.* 2. *qu.* 13. *n.* 80. *&* 81. *& quæst.* 23. *n.* 14. *& seq. Constant. ad Statut. Urb. annot.* 44. *art.* 5. *n.* 434. *Pignat. rubric.* 90. *n.* 25. *vers. rursus, Jovius de solemn. in contract. minor. gloss.* 16. §. 7. *n.* 382. *Rot. Lucen. inter recollect. per Palm. Nep. dec.* 381. *numer.* 14. *&* 15. *Dominus meus Auditor de Comitibus decis. Flor.* 78. *num.* 9. *in fin. Adden. ad Gregor. dec.* 188. *nu.* 11. *vers. item confessio, Rota coram Arguell. decis.* 63. *num.* 37. *&* 38. *repet. in recent. dec.* 318. *nu.* 31. *part.* 10. *& coram Caprara dec.* 158. *num.* 15.

Taliter igitur comprobato dominio frumentorum, de quibus agitur penes Annonam, nec non in claris posita illorum transmissione ad D. Catani illius Ministrum, cum consensu expresso, & tacito Alexandri Fucci filii, & hæredis dicti Joannis Baptistæ de se ruebant ea omnia, quæ pro parte D. Equitis della Fioraja, & litis, &c. contra Dominum Antonium Fran-
ciscum Mini ædificata fuere super qualibet actione ci- 39
vili, seu super conditione furtiva, vel de vi bonorum raptorum sive alia quacumque, juxta *Text. in l. si quis in tantam* 7. *seu final. C. unde vi l. extat* 13. *ff. quod metus caus. leg. creditores* 7. *ff. ad l. Juliam de vi privata l. pignoris C. de pignor. act. in* §. *ita tamen, instit. de vi bonor. raptor.* ubi Institutistæ omnes, ac juxta expensa per *Oynot. tit. de act. in princ.* §. *Actio num.* 14. *Peregr. in prax. vicar, par.* 2. *sect.* 3. *sub sect.* 3. *intersecat.* 13. *num.* 5. *fol.* 221. *ac D. meum Audit. Bonfin in Bannim. gener. cap.* 70. *num.* 11. *&* 17.

Præfati enim DD. & jura firmantia, quod possessio bonorum capi non possit propria auctoritate, intelli-
gi debent in casu, quo possessio rei per vim rapia- 40
tur, sive à creditore, sive à Domino, & in his terminis loquitur *Text. ex adv. allegat. in* §. *ita tamen, instit. de vi bonor. raptor.* „ ibi „ *sed ne dum talia excogitantur, inveniatur via, per quam raptores impune suam exerceant avaritiam, melius Divalibus Constitutionibus pro hac parte prospectum est, ut nemini liceat vi rapere, vel rem mobilem, vel se moventem licet suam eandem rem existimet, &c.* " *Mising. cod.* §. *n.* 4. *in verbo vi rapere* " ibi " *hoc est possessionem rerum apud alios constitutarum violenter invadere,* " *Oynot. ibid. numer.* 1. *& seqq. Gaspar Mans. in instit. eod.* §. *nu.* 1. 2. *&* 3. *D. meus Auditor Bonfin. in Bannim. gener. cap.* 70. *n.* 12. *&* 17. *cum seqq.* ubi concordantes, & insuper dicta jura, ultra multas limitationes, quas patiuntur, relatas per *Farinacc. de furt. q.* 175. *num.* 12. 58. *num.* 131. *&* 139. *Post. de mandat. observ.* 13. *num.* 6. *& per eund. D. Bonfin. d. cap.* 70. *num.* 26. *cum seq. & cap.* 71. *nu.* 2. *&* 3. non proce-
dunt, quando, prout hic, constat, spoliatum nullum 41
jus habere, vel quando invadens credebat se possidere, vel possessionem sibi quæsitam per Procuratorem, vel alio modo, nam tunc ista credulitas, etiam ope exceptionis opposita illum excusat, latè *Farinacc. de furt. d. quæst.* 175. *nu.* 126. 129. 131. *&* 132. *& prius quæst.* 174. *num.* 141. *&* 142. prout etiam excusat taciturnitas, & consensus possessoris permittentis de re controversa, tamquam de propria ab alio disponi, *dictus D. Auditor Bonfini d. capit.* 70. *num.* 66. *&* 67. ubi etiam quando exulat dolus.

Dominus autem Mini, ultra morem gestum D. Catani Ministro Annonæ, qui prius demandavit eidem assecurationem frumentorum, & postea illorum transmissionem, ut habetur ex depositione Antonii Mannucci, de qua in *Proc. fol.* 64. „ ibi „ *che dicesse al Sig. Anton Francesco Mini, che invigilasse, e sol-*

leci-

„ lecitasse la spedizione de' grani, e biade esistenti in
„ Anghiari, &c. visus fuit nihil mali peregisse, nam
is receptis clavibus horreorum à Petro Almini Cu-
stode, illisque depositis apud Curiam Anglarii, ac post
Adventum Alexandri Fucci, cum ejus consensu suc-
cessivè recuperatis, & restitutis dicto Almino, ut fru-
mentum pervenire faceret ad Annonam, absque eo,
quod in alio se ingesserit, ut ex examine dicti Al-
mini, Proc. fol. 22. & 23. per tot. juncta depositione
Cancellarii Anglarii, de qua in Proc. fol. 182. nullam
violentiam, nullam fraudem, nullum dolum adhibuit,
nullumque lucrum ex hoc facto reportavit, proinde-
que nec rapinam, neque furtum commisit, aut com-
mittere potuit, cum ad hunc effectum requiratur con-
trectatio fraudulenta rei alienæ, invito Domino, lu-
crifaciendi causa, seu necesse sit duo copulativè con-
42 currere, dolum scilicet, & animum lucrifaciendi, L.
1. in fin. ff. de furt. §. furtum, instit. de oblig. quæ ex
delict. nascuntur; ibique Institutistæ omnes, Farinacc.
de furt. quæst. 165. num. 5. & 6. quæst. 166. num. 31.
cum seqq. ubi de rapina violentiam involvente quæst.
168. num. 1. & quæst. 174. num. 9. Conciol. verb. fur-
tum resol. 5. num. 2. Zaul. ad Statut. Favent. observat.
ad rub. 13. lib. 4. num. 1. tom. 1. Ursaya Instit. cri-
min. libr. 2. tit. 8. num. 1. cum seqq. & num. 210. cum
duobus seqq. Angel. de delict. cap. 57. nu. 1. & 3. Dom.
meus Audit. Bonfin. in Bannim. gen. cap. 57. num. 78.
& duobus seqq. Dom. meus Auditor Piccinini in Lusa-
na pretensi furti penes eumdem cap. 54. append. 4. num.
2. & num. 15. Rota coram Coccin. dec. 1820. n. 8. cum
seqq. in recent. dec. 132. nu. 8. 9. & 10. part. 18.

Quinimmò eidem Domino Mini satis, superque erat
ex prædictis facti circumstantiis, & conjecturis pro-
43 babiliter credere in transmissione dictorum frumento-
rum, ac segetum concurrere potuisse voluntatem ejus-
dem Alexandri Fucci, ut à nimis dura, & exosa fur-
ti prætensione, ac conditione furtiva exemptus rema-
neret, juxta text. in l. inter omnes, §. Recte dictum est,
ff. de furt. ubi Ulpianus ait „ Recte dictum est, qui pu-
„ tavit se Domini voluntate rem attingere non esse
„ furem, quid enim dolo facit, qui putavit Dominum
„ concessurum fuisse, sive falso id, sive vere putet. Is
„ ergo solus fur est, qui contrectavit, quod invito Do-
„ mino se facere scivit „ l. qui vas 49. §. qui ex volun-
tate, ibique Gloss. & DD. ff. de furt. §. placuit, ubi
pariter Gloss. & DD. communiter, instit. de obligat.
quæ ex delict. nasc. iisque relatis, Farinacc. de furt. q.
174. num. 137. & 138. cum seqq. Gomez variar. tom.
3. cap. 5. in princ. Cyriac. contr. 132. num. 42. Conciol.
resol. 5. verb. furtum, n. 1. 2. & 3. & ad Statut. Eu-
gub. lib. 4. rubr. 53. num. 10. & 11. Basilic. decis. 13.
sub num. 6. d. D. meus Auditor Bonfin. d. cap. 70. num.
98. & in fortioribus terminis opem ferentis illi, qui
furto rem alicujus subtrahit, habemus, quod si opem
44 ferens ignoret, illud esse delictum excusatur, & dicta
actione furtiva non tenebitur, juxta textum clarum in
l. proinde 6. ff. de condict. furt. ubi Ulpianus ait „ Pro-
„ inde, & si ope, & consilio alicujus furtum factum sit
„ conditione non tenebitur, & si furti teneatur „ ibique
„ Gloss. in verb. tenebitur, „ ibi „ hic non pervenit
„ res ad eum, qui opem tulit „ Bartol. in l. peculium 4.
§. si opem, ff. de pecul. „ ibi „ Item debes scire, quod ferens
„ opem furto, non tenetur conditione furtiva Bertachin. „
in repert. lit. A. in verb. auxiliator ad furandum tenetur
ad pœnam furti, sed non tenetur conditione furtiva ad rei
restitutionem, nisi ad ipsum res pervenerit, Rayn observ.
crim. lib. 2. cap. 14. §. 19. num. 181. & seqq. ubi quod
45 tenetur dumtaxat in subsidium excussis bonis princi-
palium furum, Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 349. nu.
16. Farinacc. de furt. quæst. 168. part. 2. num. 53. Spe-
rell. dec. 64. num. 17.

Ex prædictis rationibus comprobantibus, dominium
frumentorum fuisse penes Annonam, seu penes D.
Catani illius Ministrum, & transmissionem eorundem
peractam fuisse cum consensu D. Alexandri Fucci,
jure merito absolutus fuit Dominus Mini, & ex eis-
dem rationibus absolvenda erat etiam Annona, si-
ve absolvendi erant hæredes dicti Catani illius Mini-
stri eam repræsentantes ad causam jam admissi, im-
mo absolvendi erant, etiamsi dictus Catani, vel An-
nona non fuisset Domina frumentorum, sed fuisset
tantum creditrix Joannis Baptistæ Fucci dictorum seg-
etorum 2700. attenta dumtaxat transmissione enun-
ciatorum frumentorum in causam extinctionis hujus-
met Crediti sequuta cum præfato consensu dicti Ale-
xandri, quatuordecim ab hinc annis à die judicii; Nam
etsi de rigore juris videretur concedendum avocatio-
nis beneficium anteriori Creditori, præsertim hypothe-
cario adversus posteriorem, cui fuisset à communi de- 46
bitore quicquam traditum, aut solutum auctoritati-
bus, & rationibus deductis per Gait. de credit. cap. 4.
quæst. 11. num. 1296. & seqq. & per Rot. Genuen. apud
Cartar dec. 19. num. 3. nihilominus ne commercium
prohibeatur, omnia sint semper in incerto, & ne li-
tibus implicetur orbis universus, contrarium dicendum
est, ut nempe quidquid solutum, cessum, seu datum
est in solutum secundo Creditori, ante inhibitionem
judicialem Creditoris anterioris, & ab eo bona fide
receptum, & consumptum fuit, prout in præsenti va- 47
lidum, firmumque maneat, nec prior Creditor illud
ullatenus avocare valeat ad celebrem decis. Sac. Cons.
Neapolis. apud Afflict. decis. 190. per tot. quam unani-
mes sequuntur Surd. cons. 4. numer. 43. & seqq. & per
tot. Pacific. de Salvian. interdict. inspect. 3. cap. 3. nu.
241. 252. 256. & 258. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst.
28. num. 13. sub num. 13. & per tot. Fontanell. de pact.
nuptial. clauf. 5. gloss. 8. par. 6. nu. 33. & 34. cum seqq.
fol. mihi 146. & part. 5. num. 22. cum seqq. nu. 54. &
63. tom. 2. fol. 152. & 156. & glos. 3. part. 7. à num.
58. cum seqq. Gait. de credit. cap. 4. quæst. 11. n. 1299.
& 1300. cum duobus seqq. n. 1319. cum seqq. & 1338.
pariter cum seqq. Pignat. ad Statut. Ferrar. rubr. 133.
num. 2. §. Declaratur, tom. 2. Costa de remed. subsid.
remed. 37. illat. 2. n. 1. Peregrin. de jure Fisci libr. 6.
tit. 6. n. 8. vers. in hoc perdifficili, Calvin. de æquit. lib.
2. cap. 135. num. 23. & seqq. & lib. 3. cap. 281. num.
7. Maur. de solut. cap. 68. num. 1. Brun. de cess. bonor.
quæst. 25. num. 1. & seqq. De Luca de credit. disc. 46.
num. 6. & n. 12. & disc. 52. n. 3. & 7. plene Ansald.
de commerc. disc. 60. num. 21. & annot. ad decis. 2. n.
15. Marescot. variar. resolut. libr. 2. cap. 36. num. 12
& 8. Gratian. discept. forens. cap. 304. nu. 1. & 2. ibi-
que De Luca num. 3. & cap. 943. num. 8. vers. quaro,
Trentacinq. var. lib. 1. tit. de jure Fisci resolut. 7. nu.
18. vers. secunda est opinio, Arias de Mesa lib. 1. cap.
39. late Andreol. contr. 351. per tot. Ronden. collect. 43.
num. 230. & 231. tom. 2. Thesaur. quæst. forens. lib. 2.
quæst. 16. n. 7. 11. & seqq. De Marin. resolut. jur. lib.
1. cap. 71. n. 2. Capyc. controv. 676. n. 3. tom. 4. Posth.
resol. 60. nu. 1. & 2. Mans. consul. 104. num. 1. & 3.
tom. 2. Mart. vot. Pisan. 48. num. 3. & seqq. Rot. Ge-
nuen. apud Cartar. decis. 19. num. 6. & Romana coram
Royas decis. 226. num. 7. in recent. decis. 211. num. 15.
decis. 95. number. 9. part. 13. & decis. 134. nu. 13. par.
19. & in Piscien. Juris redimendi 17. Decembris 1720.
§. Secus autem coram me.

Contrariis, quæ allegari possent procedentibus, vel 48
quando primus creditor hypothecarius esset quoque
privilegiatus, veluti Fiscus, & dos Peregrin. de jure
fisci tit. 6. num. 8. vers. at in creditoribus, Maur. de
solut. cap. 68. num. 12. vers. tertius, Fontanell. de pact.
nupt. clauf. 5. gloss. 8. par. 7. numer. 63. Salgad. labyr.
credit. par. 1. cap. 10. n. 83. Andreol. d. contr. 51. num.
18. & 19. Thesaur. quæst. for. libr. 2. d. quæst. 16. sub
num. 14. cujus privilegio non fruitur alius creditor 49
habens tantummodò priorem hypothecam, ut ait Af-
flict. d. decis. 190. nu. 6. vers. sed in casu, vel proce-
dentibus, quando creditor posterior consecutus fuisset
suum creditum ex causa lucrativa Fontanell. de pact. nu- 50
ptial. clauf. 5. glos. 8. par. 7. num. 54. Maur. de solut.
d. cap. 68. num. 12. vers. quartus, Ansald. de commer.
& mercatur. disc. 60. n. 60. Andreol. contr. 351. n. 29.
Rot. in rec. decis. 45. nu. 40. part. 16. vel quando tem- 51
pore solutionis par fuit omnium creditorum diligentia,
& tamen fuit posterior gratificatus, Fontanell. de pact.
nupt. clauf. 5. gloss. 8. part. 7. num. 30. & 31. Andreol.
d. controv. 351. num. 21. vel demum quando creditor 52
posterior per fraudem, & dolum, seu mala fide suum
creditum recepisset Maur. de solut. dict. cap. 68. num.
12. vers. primus est, Andreol. dict. contr. 351. n. 23.
& 24. Mart. vot. Pisan. 48. num. 4. quæ omnia à ca-
su præsenti sunt penitus remotissima.

Frumentorum autem consumptio erat extra conten-
tionem, tum quia Annona ideo illa emit, ut occurrat
instan-

instantaneæ Populi alimoniæ, tum etiam quia à tempore illorum transmissionis ad tempus moti judicii,
53 jam effluxerant, ut dictum est, quatuordecim anni; & tamen frumentum in specie regulariter non præsumitur durare ultra triennium, ut post *gloss. in l. 1. C. si adversus usucap.* individualiter farentur *Negusant. de pignor. membr. 5. part. 5. sub num. 12. Hermosill. ad Lopes gloss. 3. l. 8. tit. 1. part. 5. numer. 8. & num. 11. vers. quia ultra tom. 1. pag. 81. Zaul. ad Statut. Favent. observ. ad rubr. 41. lib. 4. num. 188. tom. 1. Pation. de locat. cap. 37. nu. 69. & 70. Samuniat. contr. 20. num. 38. Ciroc. discept. 77. num. 24. §. Sed ratio, Cyriac. controv. 226. numer. 4. tom. 2. Gratian. discept. for. cap. 24. numer. 70. cum seqq. & numer. 79. Giurb. decis. 115. sub numer. 3. §. posterior, & numer. 6. vers. cum nec ultra, Surd. decis. 81. num. 1. Hodiern. ad eum num. 3. Rot. Genuen. decis. 144. numer. 18. & Romana coram Durano decis. 346. numer. 6. coram Celso decis. 344. num. 9. & 10. coram Straph. 1252. num. 2. coram Arguell. dec. 38. num. 7. coram Coccin. dec. 1006. n. 4. dec. 1101. num. 1. dec. 1121. num. 4. & dec. 2078. nu. pariter 4. & in recent. dec. 237. num. 8, part. 4. tom. 2. & dec. 107. num. 4. & 5. part. 18.*

Ast quia in limine expeditionis Causæ fuerunt ex parte dicti D. Equitis della Fioraja productæ nonnullæ fides Testium super prætensa transmissione quantitatis frumenti, ac segetum à Mense Augusti 1708. usque ad obitum dicti Joannis Baptistæ Fucci exuberantis dictam summam per eumdem Fucci receptam ab Annona, nempè dictorum scutorum 2700. *Proc. fol. 189. & 190.* Et viceversa ex parte dictorum hæredum dicti Catani fuerunt pariter exhibitæ fides aliorum. Testium diametraliter præcedentibus oppositæ *fol. 193. & 194.* ideo Domini suspendendo dictam absolutoriam, reservarunt jura talia qualia in hoc, vel alio judicio Creditoribus q. Joannis Baptistæ Fucci contra dictos Hæredes Catani pro consecutione grani, seu veriùs pretii illius, quod in posterum servandis probaretur transmissum ad eorum Authorem supra summam debitam Annonæ dictorum scutorum 2700.

ARGUMENTUM.

Peregrinus, subtilisque materiæ casus hic discutitur, nempe si per unum fratrem vendita fuerit aliis duobus fratribus suis tertia pars bonorum subjectorum perpetuo vinculo majoratus saltuarii inter omnes descendentes masculos eorundem trium fratrum, & promissa fuerit per fratrem venditorem per se, suosque hæredes evictio dictæ suæ tertiæ partis; an evictis omnibus dictis bonis per unum majorem natum masculum descendentem ex dicto Fratre venditore, hæredes dicti Fratris venditoris teneantur erga hæredes, & descendentes masculos aliorum duorum fratrum emptorum ad evictionem pro dicta tertia parte tantùm vel pro toto, & integro valore omnium dictorum bonorum, & resolvitur dictos hæredes venditoris teneri pro toto, & integrò valore bonorum, licet evictionis promissio loquatur de tertia parte bonorum, quia in subjecta materia individua tertia pars juxta geometricam proportionem præsefert omnia, & singula dicta bona, sive totum, & integrum eorum valorem.

S U M M A R I U M.

1 *Gravamen reciproci fideicommissi inter Fratres non habetur in consideratione ob mutuam spem inter eos succedendi.*
2 *Habilis ad generandum quilibet semper præsumitur.*
3 *Casus remotus non est habendus in consideratione.*
4 *Eventus dubius non consideratur, quando verisimiliter pendet potius ad unum, quam alterum casum.*
5 *Effectus volitus à causa contrahentibus, vel disponente in quacumque dispositione, obligatione, vel contractu attendi principaliter debet.*
Et de ratione num. 6.
7 *In quolibet actu necessaria omnia intelliguntur concessa, sine quibus actus subsistere non potest.*
8 *Actus omni meliori modo substineri debet, sive directè, sive indirectè.*
9 *Verba conventionis, aut cujuslibet dispositionis semper trahi debent ad possibilem, & sanum intellectum.*
Et ita intelligi debent, ut æqualis sit contrahentium conditio num. 10.
Et juxta modum, & significationem, quam patitur subjecta materia num. 11.
12 *Interpretatio deducta ex natura rei, vel subjecta materia, dicitur necessaria.*
13 *Appellatione partis continetur totum quando dici non potest, quod magis de una parte videatur intellectum, quam de altera, ut evitetur inconveniens.*
14 *Verbum in una dispositione positum habens diversos respectus, si in uno eorum dispositio non potest verificari, nisi diverso modo, diversimode intelligi debet, ut effectum suum secundum diversos respectus sortiatur.*
Et quoties subjecta materia non patitur, quod eodem modo idem verbum accipiatur, diversimode interpretandum est, ut proportionabiliter subjecta materiæ accommodetur nu. 15.
16 *Factum subsequens Arbitratoris, vel Partium multum valet pro declaratione Laudi.*
17 *Uniformis dispositio uniformes effectus sortiri debet.*

Florentina Evictionis.

DECISIO AUTHORIS,
ET
DISCURSUS CXLII.

STrictim, vel absque divagatione ad plurima, quæ abunde in præcedenti instantia fuerunt deducta, in hac nova Audientia, seu Judicio restitutionis in integrum per nos procedentes præsens redacta fuit causa ad eum tantùm articulum, numquid evictionis obligatio per D. Octavium de Puccis assumpta in favorem DD. ejus fratrum Julii, & Alexandri restricta dici debeat ad tertiam partem tenutæ vulgo vocatæ *Monte de' Dei*, quæ individuo majoratui saltuario post mortem respectivè dictorum Fratrum incipiendo per D. olim Subdecanum Horatium de Puccis supposita fuit; assignatam cum aliis tertiis partibus aliorum bonorum stabilium à dicto D. Octavio in executionem laudi divisorii per Clar. D. Alexandrum Vectorium sub die 14. Julii 1633. prolati dictis duobus aliis suis fratribus sub correspectivo onere cujusdam annuæ, & vitalitiæ responsionis scutorum duorum mille quatuorcentum per dictos fratres eidem D. Octavio solvendæ, vel potius ad totam, & integram dictam tenutam extendenda sit, itaut dictus Dominus Octavius, vel ejus moderni hæredes nedùm de evictione dictæ tertiæ partis, verum etiam aliarum partium ejusdem tenutæ teneantur erga descendentes, & hæredes dictorum DD. Julii, ac Alexandri, super quo quidem articulo matura discussione habita ob partium hinc inde acerrimam disputationem, in eam denique devenimus sententiam, quæ D. Horatio Cerboni de Puccis totam, & integram dictam tenutam Montis Deorum in vim dictæ evictionis obtinere certanti, favorabilis est.

Pro clariori motivorum intelligentia, quæ nos ad hanc opinionem amplectendam impulerunt, nonnulla sunt præmittenda.

Et primò quod tertia pars omnium bonorum stabilium spectans ad dictum Dominum Octavium assignata per D. Victorium arbitratorem in dicto ejus Laudo divisorio dictis aliis DD. Fratribus Julio, ac Alexandro componebatur ex diverso bonorum genere, ex bonis nempe liberis, fideicommissariis, nec non ex dicta tenuta Montis Deorum majoratui saltuario inter descendentes dictorum trium Fratrum de Puccis subjecta.

Secundo, quod dictus D. Arbitrator indistinctim unicum tantum pretium, sive unicam tantum vitalitiam præstationem scutorum 2400. loco pretii favore dicti Octavii constituit pro cessione, vel assignatione perpetua dictæ tertiæ partis omnium bonorum stabilium facta dictis DD. Julio, & Alexandro Fratribus de Puccis.

Ter-

Tertiò, quod ex hujusmodi unica vitalitia responsione claré constat, quod dictus D. Arbitrator voluerit dicta bona stabilia quamvis diversæ qualitatis, & naturæ pro eodem æquali pretio æstimare.

Quartò tandem, quod non poterat ab Arbitratore tertia pars dictorum bonorum diversæ qualitatis ad uniforme pretium reduci, nisi mediante evictionis obligatione per amplissimas clausulas dicto D. Octavio indicta, quæ profectò coæquationem bonorum gravatorum cum liberis operatur, & licet hæc evictionis obligatio tanquam restricta ab Arbitratore ad factum Filiorum, & descendentium D. Octavii videatur apta tantum supplere, vel æquivalere gravamini descensivo inter descendentes D. Octavii, secus verò alteri oneri reciproci, fideicommissi inter lineas dictorum singulorum DD. Fratrum de Puccis, cui erant dicta bona pariter subjecta, tamen reflectendum est, quod ob eam æqualem spem, quam habebat unaquæque ex dictis lineis succedendi in dicto reciproco fideicommisso in alterius prædefectum, illud vinculum mutui, seu reciproci fideicommissi non habetur in consideratione, & revera tale grávamen reciprocum cum dependeat à mera even-
1 tualitate prædefectus unius alteri lineæ, æqua lance compensatur cum eadem mutua inter eas spe succedendi ex deductis per *Card. De Luc. de fideicommiss. disc. 141. num. 44. & seq. & de denat. disc. 61. num. 5. & 6. & per Rocc. Episc. cap. 14. n. 22. & 27. & D. Auditore de Comitib. dec. Flor. 53. n. 75. Odd. de restitut. in integr. part. 1. quæst. 4. artic. 6. num. 39. per text. in l. de fideicomm. C. de Transact.*

Et propterea cum hujusmodi reflexione tertia pars bonorum, quæ erant vel fideicommisso reciproco lineali, vel majoratui saltuario inter descendentes masculos majores ætate dictarum linearum supposita, non debebat, ut optimè servatum fuit à dicto Arbitratore, minori pretio æstimari.

In nihilo penitus refragante, quod dictus D. Octavius de tempore dictæ divisionis non esset adhuc uxoratus, alii verò Fratres uxorem, & Filios jam suscepissent, quia cum ille tunc esset floridissimæ ætatis, & præ cæteris Fratribus longe junior, ac in sua plena, & libera
2 facultate ducendi uxorem, ex qua Filios suscepisse de jure præsumendum erat, cum quis habilis ad generationem præsumatur ex *Sanchez de Matrimon. libr. 7. disp. 103. nu. 8. Menocch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 90. nu. 1. Rot. coram Coccin. decis. 1914. n. 1.* & præ ceteris docet *Zachias quæst. Medic. leg. libr. 1. tit. 2. quæst. 1. num. 44. & 59.* ac *Aristotel. 2. physic. text. 77.* ideo censeri minimè poterat deterioris conditionis, quam ejus cæteri fratres jam uxorati, & prolem habentes, & quamvis contingere poterat, quod filios ex Uxore ducenda non generasset, nihilominus cum hu-
3 jusmodi casus esset adeo remotus, imo remotissimus, ex quo natura, ut plurimum prona ad generationem, & propagationem contrarium suadet, non erat penitus habendus in consideratione, prout eum verè non habuit dictus D. Arbitrator vir in jure doctissimus, ut in similibus terminis tradit *Decian. cons. 1. n. 292. Rot. Rom. cor. Caprar. dec. 221. n. 11. & D. Aud. de Cæsar.* Conjudex in hac Causa *disc. 38. n. 34. de Commer. & in punct. Rota Rom. post Constantin. ad Statut. urbr. dec. 94. num. 37.* & dubius eventus non consideratur quando verosimiliter propendit potius ad unum, quam ad alterum Casum, & in similibus terminis casus nostri monet *Natt. cons. 548. num. 39. 40.* & id magis procedit in casu nostro, quia eventus ita comprobavit, nam dictus Dominus Octavius ducta postmodum Uxore, licet in ætate jam provecta, quamplures Filios, & Nepotes masculos post se reliquit.

Ex quibus ita præmissis primo inferendum quippe est, quòd quemadmodum dictus D. Octavius justum valorem recepit etiam pro tertia parte dictæ Tenutæ Montis Deorum à dictis duobus DD. ejus Fratribus Julio, ac Alexandro, nec minùs pro dicta tertia parte Tenutæ, quàm pro cæteris tertiis partibus aliorum bonorum uniformem obligationem evictionis amplissimis verbis in se assumpsit, ideò modo illius Filii, Nepotes, ac hæredes, sive pro una, sive pro altera tertia parte bonorum ad evictionem tenentur.

Et licèt prædicti hæredes D. Octavii opinentur, tali obligatione non obstante, dictas duas tertias partes dictæ Tenutæ Montis Deorum per eos evinci posse, quia relinquendo alteram tertiam partem penes Filios, ac hæredes dictorum DD. Julii, & Alexandri satis videatur adimpletam fuisse eorum obligationem evictionis restrictæ tantum juxta literalem verborum tenorem, ut dicebatur per eorum Dominos Advocatos, ad casum, quo evinceretur ea tertia pars dictæ Tenutæ, quæ ab initio, sive de tempore dicti Laudi spectabat ad dictum Dominum Octavium, & ideo non ampliandæ ad alias duas tertias partes, quæ spectabant ad DD. Julium, & Alexandrum;

Sed per DD. hujusmodi discursu intime perscrutato, licèt primo aspectu aliquam veritatis speciem videatur præseferre, penitus insustinibilis, utpote invincibili laborans æquivoco, inventus fuit; Nam in subjecta materia majoratus saltuarii ponderatum fuit per DD. nullatenus hanc tertiam partem Montis Deorum assignatam à dicto D. Octavio posse cum effectu ab Arbitratore, & contrahentibus desiderato remanere perpetuò penes successores, & hæredes DD. Julii, & Alexandri, nisi eis pariter relictis aliis duabus tertiis partibus dictæ Tenutæ, quas evincere modo prætendit D. Marchio Horatius Joseph filius, & hæres dicti D. Octavii uti major ætate inter omnes descendentes dictorum DD. trium Fratrum de Puccis.

Æquivocum enim desuper detectum in hoc residet, quod nempè dicta tertia pars Tenutæ à principio de tempore dicti Laudi, quo nondum super ea formatus, vel inceptus erat Majoratus, consistebat in tertia parte dictæ Tenutæ naturaliter, seu materialiter sumpta, nam aliæ duæ tertiæ partes ad alios duos Fratres similiter spectant, post verò majoratus inceptionem eadem tertia pars in aliam proportionis naturam commutata fuit, & ideo post illud tempus ea amplius non consistebat in tertia parte dictæ Tenutæ naturaliter sumpta, sed in proportione geometricè considerata, resultante ab illa reciproca saltuaria successione ad totam, & integram dictam Tenutam Montis Deorum, ad quam quilibet major ætate masculus ex dictis lineis masculinis dictorum trium DD. Fratrum de Puccis vocatus fuit; Quæ sanè mutua saltuaria successio, licet in tota, & integra Tenuta, unicuique tamen lineæ tantam tribuit portionem, quantam importat tertia pars tantum dictæ Tenutæ continuè, & perpetuò progressiva in qualibet linea masculina, nempè descensivè de masculo in masculum usque ad ultimum masculum cujuslibet lineæ masculinæ dictorum Fratrum.

Et ut clarius per exemplum res comprehendatur, ponamus, quod dicta Tenuta Montis Deorum valeret scuta tria millia, & sic ab initio quilibet dictorum Fratrum possideret tertiam partem valentem mille, si D. Octavius postea vendidisset aliis DD. Fratribus Julio, ac Alexandro suam portionem, in hoc casu Julius, & Alexander omni jure, ultra duas eorum portiones ad eos proprio nomine spectantes, retinere possent etiam tertiam partem à D. Octavio Fratre emptam, & sic totam, & integram Tenutam valentem scuta tria millia, eodem modo, vel idem effectus sequi debet in progressu Majoratus, quia illa scuta mille, quæ ad D. Octavium ab initio pro tertia parte dictæ tenutæ spectabant, æquivalent geometricè scutis millibus, quæ per tempora saltuariæ successionis super tota, & integra dicta Tenuta consequi possunt omnes descendentes masculi dicti D. Octavii, nam alia duo millia per æqualia tempora saltuariæ successionis spectare debent ad alios Fratres, Julium nempè, & Alexandrum; Quamobrem si dicta tertia pars dictæ Tenutæ, quæ ab initio spectabat ad dictum D. Octavium, & erat mille scutorum, debet penes alios Fratres, & ejus descendentes masculos perpetuò remanere, ita per consequens aliæ duæ tertiæ partes in omnibus casibus, in quibus per successionem saltuariam illæ devolverentur ad descendentes majores ætate D. Octavii, etiam apud eosdem ejus Fratres remanere debent, quia omnes dictæ tres partes dictæ Tenutæ computatis tantum temporibus, seu casibus saltuariæ successionis, qui favore omnium descendentium majorum ætate dicti D. Octavii dari possunt, non sunt, neque valent juxta regulam geometricæ proportionis, quam mille scuta, quæ in effectu sunt illa tertia pars dictæ Tenutæ ab initio possessa à dicto D. Octavio.

Præterea pro majori explicatione hujus nostræ ratiocinationis, licet cuilibet arithmeticam, vel geometriam bene callenti evidens sit, fingamus iterum, quod

dicta

dicta Tenuta Montis Deorum non esset saltuario ma-
joratui, sed fideicommisso tantum descensivo inter de-
scendentes masculos singulæ lineæ dictorum trium DD.
Fratrum supposita, itaut ad unamquamque ex dictis li-
neis per descensivum fideicommissum mille scuta in di-
cta Tenuta pro tertia parte spectarent, atque suam ter-
tiam portionem valentem scuta mille D. Octavius po-
stea vendidisset dictis DD. Julio, & Alexandro ejus
Fratribus, nemo enim in hoc casu dubitare poterit,
quin ad dictos DD. Julium, & Alexandrum, & eo-
rum successores, & hæredes omnes dictæ tres partes
valentes in totum scuta tria millia, perpetuo pertinere
non deberent, duo nempè millia ad eos utpotè per
propriam eorum vocationem in fideicommisso descensi-
vo succedentes, altera vero scuta millia uti singulares
successores dicti D. Octavii; Idem utique, quod in eo
casu dicitur, & per DD. etiam Advocator. D. Marchio-
nis Horatii Josephi admittebatur, in altero majoratus
saltuarii, ubi versamur, idem dicendum est, quia in-
ter eos nulla assignari potest differentia substantialis,
quinimo militat eadem ratio, reflectendo, quod milla
scuta perpetuò permanentia in una linea æquivalent tri-
bus millibus, quæ in casibus tantum successionum in
dicto majoratu saltuario pervenire possunt ad descenden-
tes majores ætate ejusdem lineæ, ut supra demonstra-
tum fuit.

Si itaque ex his clarè colligitur, quod in effectu DD.
Julius, & Alexander, vel eorum hæredes, & succes-
sores non consequerentur tertiam partem Montis Deo-
rum eis assignatam à D. Octavio, sed longè minorem,
nisi aliæ duæ tertiæ partes apud eos perpetuò remane-
rent, necessariò indè sequitur, quod per dictum D.
Marchionem Oratium Joseph Filium, & hæredem di-
cti D. Octavii evinci illæ non valeant, tum quia in
5 quacumque dispositione, obligatione, vel contractu
attendi principaliter debet effectus volitus à contrahen-
tibus, vel disponente *Surd. cons. 3. numer. 19. & 20.*
ac pluribus citatis *Barbos. axiom. 81. num. 3.* ut ille uti-
que, & non diversus effectus contra eorum voluntatem
6 sequatur. *Card. Tusc. lit. C. conclus. 48. num. 1. Scru-
der. cons. 14. nu. 13. Reiger. in suo Thesaur. Jur. verb.
effectus in fin. Ansald. cons. 16. num. 65.* tum quia in
7 quolibet actu necessaria omnia intelliguntur concessa,
sine quibus actus subsistere non valet *Barbos. axiom.
156. num. 3.* & in proximis terminis *Montan. controv.
50. num. 1.* ubi quod si voluit Testator bona non esse
penes Filios, sed sorores, necessariò velle quoque vi-
detur revocare, & tollere omnem modum, & disposi-
tionem, per quam bona esse possunt penes Filios, qui
enim vult consequens vult quoque antecedens, quod
mirum in modum applicatur casui nostro, ubi si D. Ar-
bitrator voluit dictam tertiam partem Tenutæ non esse
penes Filios, & Descendentes D. Octavii, sed perpetuò
penes alios successores, & hæredes DD. Julii, & Ale-
xandri videtur revocasse, & abstulisse omnem modum,
& dispositionem Majoratus Saltuarii, per quam dicta
tertia pars esse posset penes Filios D. Octavii, actus
8 enim omni meliori modo, quo potest, sustineri debet,
sive directè, sive indirectè ut per *Text. in l. quoties ff.
de reb. dub.* prosequitur *Montan. dicta contr. 50. num.
1. vers. Frustratoria quidem.*

At verò in strictioribus terminis rem agendo con-
siderari debet, quod cum obligatio evictionis assumpta
à D. Octavio pro tertia parte dictæ Tenutæ aliis Fra-
tribus per eum assignata duos respiciat casus, & tem-
pora diversa, unum scilicet pro facto proprio ipsius D.
Octavii, & ante efformatum majoratum saltuarium,
secundum verò post ingressionem dicti majoratus pro
facto ejus filiorum, & descendentium majorum æta-
te, qui vigore ejusdem majoratus in posterum evin-
cere vellent dictam tertiam partem Tenutæ, ideò ea-
dem tertia pars Tenutæ, super qua cadit dicta obli-
gatio evictionis D. Octavii ex dicto duplici casu ne-
cessariò determinari debet, & quemadmodum in se-
cundo casu respiciente factum Filiorum, & descenden-
tium in majoratu saltuario succedere volentium dicta
tertia pars verificari, vel intelligi non valet, nisi ac-
cipiatur in sensu, & modo dictæ proportionis geome-
tricæ, ut supra probatum fuit, nam alias dicta tertia
pars sumpta in sensu in contrarium prætenso in effe-
ctu reduceretur ad nonam partem dictæ Tenutæ, ut
edocet ars geometrica, & esset longè inæqualis pretio
per DD. Julium, & Alexandrum persoluto, ideò per
consequens in dicto sensu, vel modo proportionis
geometricæ ea accipi debet; Verba enim conventio- 9
nis, vel cujuslibet dispositionis semper trahi debent
ad possibilem, & sanum intellectum, ut docet *Man-
tic. de tacit. lib. 2. tit. 4. num. 25.* cum aliis similibus
per eum ad hunc propositum deductis, nec non ita 10
intelligi debent, ut res datæ æquivaleant acceptis,
vel magis quam fieri potest, æqualis sit conditio con-
trahentium *Mantic.* loco citato *num. 77. 82. & 83.* &
deinum juxta modum, vel significationem, quam pa- 11
titur subjecta materia *Mantic. de tacit. tom. pr. lib. 3.
tit. 11. num. 3. & 4.* ubi quod talis interpretatio de-
ducta ex natura rei vel subjectæ materiæ dicitur ne- 12
cessaria, *& tom. 2. libr. 12. tit. 25. num. 3. & num.
15.* & super omnes latissimè *Castill. quot. controv. lib.
5. cap. 87. numer. 1. 2. & seqq.* & in dubitabilioribus 13
terminis, quod appellatione partis contineatur to-
tum, quando non possumus dicere, quod magis de
una parte videatur intellectum, quam de altera, ut
evitetur inconveniens *Castrens. cons. 430. nu. 3. vers.
nam appellatione partis lib. 1.*

Neque obstat in casu nostro, quod Dominus Ar- 14
bitrator de hac tertia parte Tenutæ, ac aliorum bo-
norum per unicam dispositionem, vel orationem u-
trumque casum, vel tempora complectentem loqu-
tus fuerit, quoniam non inconvenit, neque novum
est in jure, quod idem verbum, licèt positum in ea-
dem, & unica dispositione, habens diversos respe-
ctus, si in uno eorum dispositio non potest effectum
sortiri, nisi diverso modo, diversimodè intelligi debeat,
ut effectum suum secundum diversos respectus sortia-
tur, ut punctim in terminis Laudi tradit *Cravett.
cons. 967. num. 9. 10. 11.* quem sequitur *Kloch. de con-
tribut. cap. 2. num. 133.* optimè *Cresp. Valdaur. obser-
vat. 105. num. 36.* & generaliter plura allegando ju-
ra doctè, & eleganter juxta morem *Vela dissert. 6.
num. 23. 24.* & latius *dissert. 34. num. 46.* Quoties
enim subjecta materia non patitur, quod eodem mo-
do idem verbum accipi valeat, diversimode illud in-
terpretandum est, ut proportionabiliter subjectæ mate- 15
riæ accommodetur, prout prosequitur *Vela dicta dis-
sert. 24. sub num. 24. & Rot. coram Coccin. dec. 1788.
num. 32. & seq.*

Ulterius hæc eadem D. Arbitratoris, seu potius,
ut melius dicam, contrahentium intentio, ex eo quod
vel dictum Laudum fuit à partibus postea homologa-
tum, vel quia ipsemet Arbitrator in proemio profes-
sus fuit ad omnia in ejus laudo contenta devenisse de
communi Partium consensu, ulteriùs inquam hæc Ar-
bitratoris, & contrahentium intentio ex pluribus e-
tiam sequentibus facti circumstantiis clarè deducitur.

Et primò ponderando, quod principalis eorum fi-
nis fuit, quod mediante omnium bonorum divisione
inter eos facienda quælibet discordiæ, & litis occasio
inter eos removeretur, ut ex dicto Laudo diei 14. Ju-
nii 1633. & melius ex altero postmodum lato sub die
6. Februarii anni 1637. quamobrem prorsus esset in-
verisimile, quod voluerint dicti tres fratres dictam
tantum tenutam Montis Deorum semper indivisam
in eorum filiis, & descendentibus tenere, itaut alii
modo duas tertias partes, alii verò tertiam partem il-
lius possiderent juxta contingibiles casus successionum
in dicto majoratu saltuario, quo nihil absurdius.

Secundò ex observantia, seu declaratione ejusdem
Arbitratoris, & Parium, nam ille in secundo laudo
divisorio die 6. Februarii à Partibus etiam homolo-
gato, procedendo cum supposito quod dicta tenuta
in vim primi laudi integrè remanere deberet in li-
neis, & descendentibus DD. Julii, & Alexandri, to-
tam, & integram illam assignavit D. Alexandro, suis-
que hæredibus, & successoribus in perpetuum, quod
sane non congruit, imò incompatibile esset cum al-
tera interpretatione, & intellectu in contrarium præ-
tenso, & præter alia incongruentia, vel incomposssi-
bilia potissimè considerandum est pactum illud in se-
cundo Laudo appositum, quo dicto Domino Alexan-
dro, ejusque hæredibus, ac successoribus libera facul-
tas elargitur dictam tenutam quoque meliorandi, cum
hac amplius conditione illius favore superaddita quod
si unquam dicta tenuta fuisset evicta, D. Julius,
nec non illius hæredes teneantur tali casu, præter
illius

illius damni redintegrationem, ad omnia quoque
melioramenta Dom. Alexandro, vel ejus hæredibus,
& successoribus reficiendum, licèt ob legem appositam
à majoratus Fundatore non essent repetibilia,
& quod majori nota dignum videtur, illud est,
quod medio, & opera etiam dicti Dom. Octavii di-
ctum secundum Laudum divisorium inter DD. Ale-
xandrum, & Julium emanatum fuit; Quantam au-
tem in jure efficaciam, & robur habeant ad decla-
16 randum primum laudum, subsequens factum, vel ge-
sta ipsius Arbitratoris, & Partium, latè probat D.
Eques Mercati olim de Neronis in ejus decisione,
vel motivo in hac causa edito §. *Talis autem pro-
visio cum seq.*

Tertiò, quod quemadmodum pretium omnium bo-
norum per D. Octavium aliis suis fratribus assigna-
torum fuit uniforme, ut supra in præmissis observa-
tum fuit, ita uniformis effectus quoad omnia sequi
17 debet, quare si omnia bona libera, & fideicommis-
saria tota, & integra remanere debent penes DD.
Julium, & Alexandrum, ejusque hæredes, & succes-
sores in perpetuum, ita quoque in perpetuum debet
apud eos remanere tenuta Montis Deorum. *Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 4. num. 84.* potissi-
mùm quia talis uniformis effectus fuit expresse con-
sideratus à dicto D. Arbitratore in dicto ejus laudo
§. *Et stantibus firmis, penes finem*, ubi ille professus
fuit uniforme pretium, vel annuam responsionem lo-
co pretii in dicta quantitate scutorum 2400. solven-
dam dicto D. Octavio per eum constitutam fuisse
cum supposito, quod bona omnia stabilia in perpe-
tuum penes dictos DD. Julium, ac Alexandrum es-
sent remansura.

Quartò, & ultimo, quia cum hac eadem nostra interpretatione processerunt tres sapientissimi Judices usque de anno 1688. in alia causa vertente olim inter eundem Dom. Marchionem Horatium Joseph de Puccis modo pariter litigantem, & D. Joannem Laurentium, & ejus fratres nepotes quondam Domini Alexandri de Puccis, ut ex eorum motivo apparet, de quo etiam meminit dictus D. Eques Mercati in dicto ejus citato motivo. §. *Fugat denique, cum seq.* ubi similiter ostendit quantum operativa sit pro decisione etiam præsentis causæ prior dictorum Judicum decisio, sive in vim interpretationis, sive in vim rei judicatæ super rei statu, quæ idem jus parit quoad omnes, præsertim cum fuerit dicta veterior Decisio ab eodem D. Marchione Horatio Joseph in ejus favorem obtenta.

Illud denique advertendum remanet, quod si verum esset, quod D. Arbitrator de tempore ejus Laudi non habuisset scientiam de hujusmodi majoratu saltuario super dicta tenuta Montis Deorum, quinimo eam credidisset subjectam fideicommisso dividuo, & descensivo in qualibet linea masculina dictorum DD. Fratrum Octavii, Julii, & Alexandri pro tertia respectivè eorum portione, ut rata fuit decisio, quæ revidetur §. *Verum ultra*, & §. *Certum namque*, tunc certum, indubitatumque esset quod ad descendentes, & hæredes D. Julii, & Alexandri tota, & integra dicta tenuta spectare deberet, prout firmatum fuit supra §. *Præterea*, vel si detecto hujusmodi falso supposito dicti Domini Arbitratoris admitti nunc deberet dictus D. Marchio Horatius Joseph tanquam major ætate inter omnes descendentes masculos dictorum DD. Fratrum Octavii, Julii, & Alexandri, saltem restituere teneretur D. Octavius, vel ejus hæredes dictis DD. successoribus, ac hæredibus DD. Julii, & Alexandri totum illud plus emolumenti, ac utilitatis, quod cum tali supposito consequutus fuit.

A R G U M E N T U M.

Statutum Domicilii Viri, non Uxoris attenditur, quoad lucrum dotale, quamvis in Domicilio Uxoris dotale instrumentum stipulatum sit, ibique postea Vir habitaverit, si non habuit animum domicilium acquirendi.

Lucro dotali non censetur per Maritum renuntiatum promissa dotium restitutione cum clausula *prout de Jure*.

Explicatur Statutum Januæ de *Causis executivis*.

Exceptio Lucri dotalis an opponi possit per Maritum ad formam dicti Statuti adversus instrumentum contra se executioni demandatum.

S U M M A R I U M.

1 *Statutum Domicilii Viri, non Uxoris attendendum est respectu lucri dotalis.*

Et illud domicilium tantum, quod habet de tempore contracti Matrimonii num. 2.

Quamvis postea maritus habitet in loco Uxoris n. 3.

4 *In concursu duplicis Domicilii Viri de tempore Matrimonii, illud tantum attenditur, in quo vir moratur.*

5 *Animus non acquirendi domicilium de tempore Matrimonii ex quibus colligatur.*

6 *Lucro dotali non censetur per Maritum renuntiatum, nisi constet evidenter in contrarium quamvis dotium restitutionem promiserit.*

Et absque dubio cum restitutio promissa fuit cum clausula prout de Jure *num. 7.*

Præcipue quando inter contrahentes de bonis dotalibus restituendis necne, habita fuit discretiva locutio num. 8.

9 *Casus restitutionis dotium per virum facienda non dicitur evenisse, si Uxor, viro præmoriatur, quia potius tunc dicitur evenisse casus eas lucrandi.*

10 *Exceptiones resultantes ex Visceribus Instrumenti, cujus vigore agitur, non censentur rejecta, etiam si statutum generalibus verbis omnes, & quascumque exceptiones rejiceret.*

11. *Qualitates ubi non conveniunt, neque dispositio municipalis locum sibi vindicare debet.*

12 *Instrumentum non meretur executionem, si conditio in illo apposita purificata non sit.*

13 *Exceptio lucri dotalis debitum dotale ipso jure extinguit, adeo ut dos Uxoris amplius dici non possit, neque inter bona Viri recenseatur.*

Neque rejecta intelligitur à Statuto, quamvis omnes exceptiones rejiceret num. 14.

15 *Maritus dotem lucratur quando Uxor sine liberis ei præmoritur.*

16 *Tenor Instrumenti dicitur totum id, quod ex verbis ipsius virtualiter resultat.*

17 *Lucrum dotale semper stipulatum censetur, quoties partes illud expresse non remiserint, cum contrahentes cessante contrario pacto censeantur voluisse, quod lucrum procedat ad formam Statuti.*

Januen. Lucri Dotalis.

D I S C U R S U S CLXIII.

INito Matrimonio de Anno 1716. die 10. Junii inter D. Marchionem Octavium Pallavicinum Mediolanensem, & D. Theresiam Spinulam Viduam q. Comitis Felicis de Mari Januensem conventum fuit de Dote pro ea qualitate, & quantitate, quæ de tempore primi Matrimonii dictæ Dominæ Theresiæ, jam Viduæ constituta fuerat cum his iterum pactis, ac conditionibus.

Et primo prædicta D. Theresia suo futuro Sponso proprium feudum cum omnibus Juribus, actionibus, ac bonis cujuscumque generis assignavit, quod cum omnibus bonis illic existentibus pro fundo dotali haberetur, Tradita tamen facultate prævio Cæsaris consensu illud durante Matrimonio vendendi, & alienandi cum hac tamen conditione, quod soluto Matrimonio D. Marchio Octavius ad integram pretii, aut feudi restitutionem omni exceptione, præcipuè lucri, remota teneatur, exceptis tamen necessariis, ac utilibus melioramentis, ibi per Dom. Marchionem Octavium factis, quorum eo casu habenda esset consideratio.

Insuper in computum prædictæ Dotis dicta Dom. Theresia tradidit summam scutorum 3000. adhuc pro restitutione suæ primæ dotis ab hæredibus primi viri præstandorum.

Nec non etiam capitale scutor. 7000. Neapoli exi-

stens cum facultate illud vendendi, aut alienandi ad libitum prædicti Sponsi, cum onere tamen restitutionis soluto Matrimonio dicti capitalis, aut pretii, quod ab eo exactum esset.

Similiter alterum capitale scutor. 2000. exigendorum à matre dictæ D. Theresiæ post illius mortem.

Tandemque alia bona allodialia tradidit, quæ per ipsam in altero propriis feudis possidebantur, cum pacto pariter, quod in casu mortis eadem bona, aut pretium eorum restitueretur, quod D. Marchioni Octavio alienationis occasione contigisset.

Quas inde Dotes D. Marchio Octavius earumdem restitutionis casu adveniente, his præcise verbis se redditurum promisit, *prout de Jure, & in omnibus, ut supra continetur, & interim pro quavis exactione, & alienatione, quæ forte sequeretur cautas, & securas facit super ejus bonis præsentibus, & futuris, vel super illo vel illis, prout melius dictæ D. Theresiæ, & ejus hæredibus placuerit, &c.*

Dissoluto autem sex ab hinc mensibus per mortem dictæ D. Theresiæ Matrimonio, illius hæredes ab intestato pro dicti dotalis instrumenti executione adversus D. March. Octavium insurrexerunt ad formam Statuti Januensis *de cauf. Execut.* pro summa scutorum 3000. per D. March. Octavium in computum dotis ab hæredibus primi Viri durante Matrimonio exactorum.

Restitutioni tamen prædictæ summæ D. Marchio validissimis fretus rationibus adversatur, eoquod ab Jurisdictione Januensium sit exemptus, semperque non tam antea, & de tempore initi Matrimonii, quàm etiam postea, Domicilium Mediolani habuerit, ubi natus est, idcirco prædicta scuta 3000. se lucrasse arbitratur juxta Statutariam Mediolani dispositionem, attenta dictæ D. Theresiæ Uxoris sine sobole præmorientia, quodque etiam hæc illius exceptio in Judicio quoque executivo admitti debeat ad formam Statuti Januensis intentato, in quo cavetur, quod nullæ aliæ per Reum in tali Judicio exceptiones opponi possint, quam solutionis, compensationis, satisfactionis, remissionis, & quietantiæ, modò de illis constet per publicam, aut privatam scripturam Creditoris manu signatam, aut exaratam.

Super hac igitur D. March. Octavii prætensione in sensu veritatis consultus, post maturam rerum animadversionem, rationabilem illam, ac Juri consentaneam esse dubio procul opinor.

Nam cum verè constet prædictum D. Marchionem non solum Mediolani natum fuisse, verum etiam semper ibi Domicilium usque ad Uxoris mortem habuis-
1 se, inficiari nequit, quin respectu lucri dotalis attendendum sit Statutum tantum illius Civitatis, non Januæ, ubi Instrumentum dotale stipulatum est, initumque Matrimonium, ut unanimes firmant *Altograd. Sen. cons. 28. n. 1. & 2. lib. 2. Massin. de confiscat. bonor. quæst. 31. nu. 39. Caren. resol. 116. num. 1. & 2.* & plenè *Constant. ad Statut. Urb. annot. 33. n. 175. Rot. post eum dec. 94. Contiol. ad Statut. Eugub. part. 2. rub. 46. n. 13. & Rot. Rom. part. 15. rec. dec. 98. n. 3. & post Zacch. de obligat. Camer. decis. 272. num. 1. & seqq.*

Cum ad effectum de quo agitur, sufficiat, quod D. Marchio Octavius de tempore contracti Matrimonii domicilium Mediolani habuerit, quamvis postea illud Januæ, aut alterius Civitatis acquisiverit,
2 cum ad rem nostram domicilium tantum de tempore contracti Matrimonii attendatur. *Rot. Rom. post Constantin. decis. 94. num. 20. & 25. Cyroch. discept. 48. num. 46. & seq.*

In nihilum refragante quod D. Marchio Octavius Matrimonium Januæ Patriæ tunc uxoris contraxerit, & quod à die initi Matrimonii usque ad obitum uxoris cum ea ibidem permanserit: nam sicuti quoad lucrum dotale, ut diximus, domicilium tantum viri de tempore Matrimonii, & non uxoris considerandum est, ita minimè opitulatur, quod vir matrimonio se-
3 cuto non Mediolani, sed Januæ habitaverit, ut punctualiter objecto satisfaciendo considerat *Rot. post Constant. ad Stat. Urb. d. dec. 94. & Cyroch. discept. 48. Gallus de except. part. 2. tit. 4. except. 12. num. 26. & 27. fol. mihi 329. Massin. de confiscat. bonor. quæst. 31. numer. 40. & in fin.*

Compertum autem, notumque mihi est in sensu veritatis scribenti, quod si ab hæredibus dictæ D. Theresiæ probaretur prædictum D. March. Octavium de tempore Matrimonii non tantum Mediolani, verum etiam Januæ domicilium habuisse, vel de eo usque tempore, quo uxorem duxit, animum illic permanendi, novumque Domicilium acquirendi habuisse, tunc profectò quoad Dotis restitutionem Statutum Januense, non Mediolanense fuisset attendendum, nam in concursu duplicis domicilii viri de tempore Matrimonii illud tantum, in quo vir ipse moratur, inspici- 4
tur, ut doctè docent idem *Cyroch. & d. decis. 94. & alii superius relati.*

At quemadmodum id minimè per uxoris hæredes probatum est, nec probari potest, quinimo sicuti per D. March. Octavium clarè, & evidenter in facto demonstratum est illius Genitorem, quamvis Nobilem ab origine Januensem, Patriam reliquisse, seque Mediolanum tulisse, ibique semper usque ad obitum habitasse; quibus omnibus ulterius ex parte D. March. Octavii addebatur se ibidem ortum fuisse, ac enutritum, semperque ibi domicilium (prout in præsenti) habuisse, adeo ut illic notoriè, non forensis, sed tanquam Civis, & Domiciliaris à Magistratibus publicis illius Civitatis haberetur. E contrario autem Januæ cum uxore degendo nunquam se in albo Januensis nobilitatis recenseri permisit (prout moris est omnium nobilibus e Patribus nascentium) semperque animum à publicis ineundis muneribus avertit; Ex quibus omnibus profectò datur intelligi D. March. Octavium numquam animum domicilium Januæ contrahendi habuisse, eoque minus de tempore 5
contracti Matrimonii, ut plenè in his terminis probat *Cyroch. d. discept. 48. à num. 50. usque ad 70.*

Ita minime in nostro casu locum sibi vindicat adducta superius Doctorum limitatio in concursu duplicis Domicilii viri de tempore Matrimonii, nam tunc illud habitationis tantum considerandum esset.

Minusque validissimis supra recensitis argumentis adversatur promissa Dotium restitutio, cum ea ad terminos juris sit intelligenda: quibus ita se habentibus, nisi evidenter pactum contrarium resultet, nun- 6
quam per virum hujusmodi lucro renuntiatum censetur, sed illud sibi in casibus à Statuto proprii domicilii concessis reservasse *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 8. n. 15. Dec. cons. 402. sub num. 4. Natt. cons. 103. n. 3. Roland. de lucro dot. quæst. 37. number. 9. & seq. Rot. Rom. penes Urceol. consult. 10. numer. 32. & part. 15. rec. decis. 98. num. 10. & post Zacch. de obligat. Camer. decis. 272. num. 5. & Constantin. ad Stat. Urb. annot. 33. art. 2. num. 159. & 176.*

Idque fortiùs extra omnem dubitationis aleam in nostro casu procedit, non solum quia expressè dotium 7
restitutio *prout de jure* promissa fuit *Rot. Rom. decis. 89. num. 2. & 3. cor. Bich. Actolin. resol. 5. num. 18. Ansald. de Commerc. disc. 31. numer. 3. & 4.* & in nostris præcisis terminis *Afflict. decis. 399. num. fin. ibique Adden.*

Tum etiam quia respectu aliorum bonorum, aut capitalium dotalium expressè inter partes de integra, & absque lucro, illorum restitutione conventum fuit. Idcirco cum quoad prædictam summam scutorum 3000. nihil cautum sit ac expressum, de facili ex hoc discretivo loquendi modo diversa contrahentium 8
voluntas deprehenditur quoad illorum restitutionem ad terminos Juris peragendam, ut punctualiter in terminis discretivæ locutionis habitæ quoad diversa bona alicui personæ assignata animadvertunt *Rot. coram Caprar. decis. 535. numer. 2. & decis. 571. numer. 1. & 5. tom. 2. & coram Emerix Sen. decis. 52. num. 1. & 2.* Et tandem quia Dotium restitutio stipulata fuit à d. D. Marchione cum conditione „*Venendo il tempo della restituzione*" quæ numquam respectu scutorum 3000. purificata fuit, quinimmò cum D. Theresia præmortua sit viro, casus omnino contrarius contigit, videlicet eas minimè restituendi, 9
sed lucrandi, ut in præcisis terminis ratiocinatur *Corn. cons. 270. num. 2. lib. 3. & Dec. cons. 402. n. 4. Natt. cons. 103. num. 8. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 8. numer. 15. vers. & hoc quidem, & Rot. Rom. decis. 98. num. 12. part. 15. rec.*

Præmissarum autem conclusionum vim agnoscentes hæredes D. Theresiæ illam evertere conabantur ope Statuti Januensis *de cauf. execut.* quo cautum reperitur,

quod

quod in causis executivis (prout ea de qua agitur) nulla alia per reum conventum adversus Instrumentum contra se executioni demandatum opponi possit exceptio præter eam solutionis, compensationis, satisfactionis, remissionis, aut quietantiæ, de quibus per publicum instrumentum, aut publicam scripturam constaret; Cum itaque lucri dotalis exceptio per D. March. Octavium opposita, nequaquam ejusdem generis habeatur, illa penitus rejici, aut per Judicem debet in ordinario Judicio reservari.

Ad objecti tamen resolutionem animadvertendum est primò dictum Statutum Januense de illis tantum exceptionibus loqui, quæ necessariò requirunt, quod per reum conventum opponantur ad effectum ut illas Judex admittere teneatur, ut clarè deprehenditur ex dicto Statuto §. *non posse* „ ibi „ *non possit aliquid opponere, nec aliquam exceptionem facere, nisi &c.* “ non verò de illis, quæ hujusmodi rei oppositione nequaquam indigent, cujusmodi sunt, quæ ex ipso Statuto, aut Instrumento per Creditorem producto nas-
10 cuntur, & quæ ipso jure ejus actionem extinguunt, cum istas Judex magni facere debeat, licitumque sit Reo, cui per viam oppositionis prohibitum est eas allegare, Judicem de injuncta hac sibi obligatione commonefacere, & ut verbis Jurisperitorum utar, Judicis officium implorare, ut illas tanti habeat quantum ratio juris expostulat, ut mirabiliter docent in similium Statutorum terminis *Andreol. contr.* 130. *n.* 24. *Scacc. de commerc.* §. 1. *quæst.* 1. *num.* 356. 357. *&* 358. *Altograd. sen. cons.* 55. *num.* 6. 7. 8. *&* 9. *tom.* 1. *Conciol. alleg.* 23. *num.* 19. *&* 20. & melius *num.* 25. 26. 27. *&* 28. *& ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 3. *n.* 3. *&* 72. *Gait. de Credit. cap.* 2. *tit.* 8. *numer.* 3161. *& seq. & cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 1074. *& seq. Valenzuel. cons.* 48. *num.* 27. *& cons.* 88 *num.* 59. *tom.* 1. & punctualiter in terminis Statuti nostri *de Caus. execut. Palm. alleg.* 18. *num.* 37. *&* 38. *& Nos disc.* 70. *num.* 40. *& disc.* 105. *numer.* 34. *de Commerc. aliique inferius referendi*. Quamobrem sicuti in casu nostro exceptio lucri provenit (prout nunc videbimus) ab ipso Januensi Statuto, & ab eodem Instrumento per hæredes D. Theresiæ executioni demandato, ita mole sua corruit objectum adversariorum.

Quod autem exceptio in casu nostro à prædicto Statuto *de caus. executivis* oriatur, clarè ex sola illius lectione colligitur, ex qua expressè deprehenditur, quod illa tantum instrumenta possint executioni per Creditorem demandari, in quibus aderit tempus res in illis contentas postulandi, ac consequendi „ ibi „ *possint intra tempus decem annorum à die, „ à quo advenit tempus petendi, seu consequendi quod „ continetur in dictis instrumentis* “ Cum igitur per Nos superiùs demonstratum sit tempus dicta scuta 3000. consequendi nequaquam advenisse, cum purificata non sit conditio, sub qua de illorum restitutione promissum fuit, videlicet sub conditione „ *Venendo il caso della restituzione, prout de jure,* “ dubitari profectò nequit, quin hæc sit exceptio, quæ ab eodem Statuto promanet, quæ proprio nomine à nostris Jurisperitis defectus qualitatis nuncupatur, à Statuto *de Caus. execut.* in instrumentis executioni de-
11 mandandis requisitæ, quo mediante defectu, instrumenta nullam merentur executionem *Graff. de exception. excep.* 2. *per tot.* & in terminis Statuti Januensis *Palm. alleg.* 18. *num.* 2.

Ob eamdem pariter rationem demonstratur, prædictam exceptionem unam ex illis esse, quæ nascuntur ex visceribus ejusdem dotalis Instrumenti per hæredes D. Theresiæ contra D. March. Octavium executioni demandati; Nam cum restitutio scutor. 3000. in prædicto instrumento contenta conditionalis sit, videlicet tam à conditione legali, quam expressa dependens, cum de illius purificatione non constet,
12 quinimmò in contrarium, hujusmodi instrumentum viam exequutivam Statuti *de Caus. execut.* non meretur, ut affirmant *Graff. de except. excep.* 33. *num.* 1. *& per tot. Rot. cor. Buratt. decis.* 257. *num.* 10. *Altograd. Sen. cons.* 55. *num.* 32. *lib.* 2. & in terminis Statuti Januensis *Rota Januensis penes Venturin. decis.* 89. *n.* 6. *cum seq. Palm. allegat.* 18. *num.* 37. *&* 38.

Insuper animadvertendum est, quod exceptio lucri
13 dotalis est exceptio, quæ debitum dotale ipso jure extinguit, adeout Dos uxoris amplius Creditum dici non valeat, nec inter illius bona, sed viri recenseatur *Rot. post Urceol. consult. cap.* 10. *numer.* 32. *&* 33. *& cor. Dunozet. Jun. dec.* 992. *num.* 5. *&* 6. & egregiè *Tartaglia de reservat. Statut. art.* 1. *num.* 64. 65. *&* 66. ideoque nunquam à Statuto rejecta intelligitur, 14
quamvis generaliter omnem exceptionem opponere prohibeat *Altograd. cons.* 37. *numer.* 7. *in fin. & num.* 8. *Gait. de Credit. cap.* 2. *tit.* 8. *numer.* 3162. *Valenzuel. cons.* 48. *numer.* 27. quod respectu fructuum quotidie servatur, quos maritus in restitutione Dotium Januæ retinere potest, qui deducuntur etiam, quando Instrumenta dotalia vigore dicti Statuti *de Caus. execut.* executioni demandantur.

Additur ulterius Lucrum Dotale, nil aliud substantialiter esse, quam voluntariam totius Dotis, aut partis remissionem ab Uxore Marito tacitè, aut expressè concessam in casu, quo illa ei sine sobole præmoriatur; & sicuti debiti remissio inter exceptiones expresse à dicto Statuto permissas recensetur in §. *Non posse* „ ibi „ *aut remissionem* “ Ita ob hanc rationem objectum in contrarium allatum plenè dissolvitur.

Nec iterum objici potest, quod Statutum requirat remissionem per publicum Instrumentum, aut publicam scripturam, quoniam cum in publico nostro dotali instrumento de dotium restitutione pactum sit *prout de Jure*: ideoque tacitè, aut virtualiter conventum, quod Maritus ad formam Statuti proprii domicilii dotem lucretur, videlicet in casu, quo ei Uxor 15
sine liberis præmoriatur *Rot. Rom. part.* 15. *rec. decis.* 98. *num.* 10. *& Constant. ad Statut. Urbis adnot.* 33. *num.* 159. *&* 176. *aliique supra relati*. Ita indubiè concludendum est, quod hujusmodi remissio proveniens ex prædicto pacto, licèt per legalem interpretationem tacitè, aut virtualiter inducto, aut in eodem publico dotali Instrumento subaudito, verè, & 16
realiter resultet per publicum Instrumentum, aut per publicam scripturam, ut in præcisis terminis juxta veriorem opinionem docent *Altograd. cons.* 55. *numer.* 28. 29. 30. *lib.* 2. *Carleval. de Judic. tit.* 3. *disput.* 3. *numer.* 35. *& seq. & disput.* 5. *per tot. Gratian. cap.* 852. *à numer.* 24. *cum seq. & ibi de Luc. & idem de Luc. ad Franch. decis.* 325. *Add. ad Rot. Roman. part.* 3. *tom.* 4. *recent. decis.* 666. *à numer.* 154. *cum seq. Rot. Lucens. penes Palm. decis.* 147. *Mans. consult.* 181. *num.* 2. 3. ubi plures allegat, & plenè; & doctè *Vela dissert.* 28. *à num.* 30. *usque ad* 36. quod adeo verum est, quod in favorem Mariti pactum prædictum lucrandi dotem tacitè, & virtualiter in Instrumento subintelligatur, quia à DD., & Tribunalium decisionibus communiter confirmatur, lucrum dotale non necessarium debitum, sed voluntarium esse, ob hanc potissimam rationem, quia quo- 17
riescumque partes in instrumento dotali de eo mentionem non fecerunt, intelligi debet, quod eo pacisci voluerint juxta illius Statuti dispositionem, quæ de jure esset attendenda *Rot. part.* 15. *recent. decis.* 98. *numer.* 10. *Pacific. de Salvian. inspect.* 3. *cap.* 2. *numer.* 339. *& coram Emerix. Sen. decis.* 144. *numer.* 1. *&* 2. & latè *Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 33. *numer.* 159. *&* 176. quod valde in casu nostro procedit, in quo dotium restitutio expresse promissa est, *prout de jure &c.*

ARGUMENTUM.

Dator Literarum Cambii *all'ordine S. P. per la valuta cambiata* non potest ob non solutum sibi Valorem à receptore earumdem Literarum, mandatum revocare in præjudicium Giratarii post Giratam Literarum in alios factam, attento maximè *Capitulo secundo ordinationum Liburni super Cambiis*.

Hypotheca incipit non à die recognitionis, sed à die, qua Apocha confecta fuit.

Recognitio Apochæ ad formam, *L. Scripturas. C. qui potior. in pign. habeant.* fieri potest alio æquipollenti modo, per quem antidatæ suspicio tollatur.

S U M M A R I U M.

1 *Dator Litterarum Cambii, an valeat post earum giratam revocare mandatum de solvendo in praejudicium Giratarii, traditur remissivè.*
Negativa opinio verior juxta municipalem Liburni dispositionem num. seqq.

2 *Contra Creditorem morosum praesumitur, quod satisfactionem suam fuisset consequutus, si eam petiisset.*

3 *Creditoris negligentia in non exigendo proprium Creditum, non debet tertio, sed sibi tantum, praejudicium inferre.*

4 *Ignorantia decoctionis in contrahente probata, quilibet contractus initus cum decocto sustinetur.*

5 *Dator Litterarum* all'ordine S. P. *se obligat ad illarum solutionem tam respectu receptoris illorum, quam cujuscumque Giratarii.*

6 *Obligatio datoris Literarum* all'ordine S. P. *intelligitur induta hac conditione, quatenus valor Litterarum à receptore earundem Litterarum solvatur.*

7 *Conditio favore Giratarii pro adimpleta haberi debet, cum per Datorem Litterarum stetit, quominus illa adimpleta fuerit.*

8 *Hypotheca incipit non à die recognitionis, sed à die, qua apocha confecta fuit, quia recognitio retrotrahitur ad tempus confecta apocha, modo sequatur ad formam* L. Scripturas. C. qui potior. in pign. habeant, *vel alio equipollenti modo num. 9.*
Contraria opinio rejicitur, & declaratur numer. 10.

9 *Solemnitates Legis* scripturas *non stant pro forma substantiali, sed sufficit antidatam excludi alio equipollenti modo.*

11 *Scriptura recognitio sufficiens est, si fiat per duos testes subscriptos in calce ejusdem scripturae, & subscriptio testis praemortui recognoscatur per testes superstites.*

12 *Ubi imperfecta probatio recognitionis apocha reperitur, suppleri potest per Juramentum Creditoris ad effectum etiam tollendi antidata suspicionem.*

Liburnen. Revocationis Mandati Literarum Cambii.

D I S C U R S U S CLXIV.

1 SUper ea quaestione admodum controversa, an dator Literarum Cambii scriptarum *all'ordine S. P. per la valuta Cambiata* valeat nec ne post earum giratam in alios factam revocare in praejudicium Giratarii mandatum de solvendo ob valorem à receptore earundem Literarum sibi non solutum, omissa quicquid in terminis generalibus dixerit *Rot. Rom. penes Card. de Luc. de usur. decis.* 18. *& decis.* 19. & quicquid contra eam deduxerim in nostro *disc.* 48. & postmodum pro conciliatione opinionis ejusdem *Rot. Rom.* firmaverim *in addit. ad dict. disc.* 48. *numer.* 36. & in nostro *tractat. il Cambista instruito cap.* 3. *num.* 69. *&* 70. *& cap.* 4. *num.* 5. in quorum comprobationem addimus, *Frank. instit. Cambial. lib.* 1. *sect.* 2. *tit.* 5. *numer.* 34. *fol.* 201. censeo in praesenti causa, qua fuit eadem quaestio Liburni excitata, ob particulares illius Mercatorii Fori ordinationes super cambiorum materia editas, pro negativa respondendum fore.

Capitulum autem secundum dictarum ordinationum ita se habet.

„ *Che li Cambi per le Piazze devono essere passa-*
„ *ti, e ricorsi respettivamente subito dopo corsa la let-*
„ *tera, e non possa dal Creditore darsi maggiore di-*
„ *lazione di due giorni intieri di lavoro dal giorno*
„ *della consegnata Lettera di Cambio, ed alla fine*
„ *del secondo giorno al più tardi deva il Creditore*
„ *incamminarsene prontamente per via esecutiva, ed*
„ *abbiano tali debiti l'esecuzione come le lettere di*
„ *Cambio accettate, e scadute, come anche sia in*
„ *suo arbitrio in luogo d'incamminarsi per via esecu-*
tiva di potere alla fine del secondo giorno intimare „
di rigirare il debito per le Fiere, o Piazze, e far- „
ne il rigiro effettivo per quanto gli piacerà fino alla „
soddisfazione. „

Attenta itaque dicta municipali Liburni dispositione pro bono regimine commercii edita, qua literarum Cambialium Dator adstringitur ad petendam intra dies duos à die earum consignationis solutionem vel satisfactionem earumdem literarum, aut ad intimandum debitori, quod intendit suum debitum girare super Feriis, vel Plateis, quemadmodum si ille intra dictum terminum à receptore literarum Cambii suam satisfactionem petiisset, utique eam consequutus fuisset, prout ita praesumendum est contra morosum, & negligentem facere, vel adimplere ea, ad quae de 2
jure tenetur juxta auctoritatem *Cumani in L. cum res legata §. Culpa n.* 2. 3. *ff. de legat.* 1. *Dec. in L. quod n.* 50. *vers. si vero non constet*, & ibi *Rip. n.* 31. *Purpurat. n.* 21. & alii *ff. de reb. Credit. Menoch. de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 138. *n.* 6. *cum seq.*, quem sequitur *Sabell. §. Debitor n.* 10. *vers. & quod odio Card. de Luc. de credit. disc.* 89. *sub num.* 13. ita, cum in casu nostro omiserit, aut neglexerit satisfactionem suam à debitore petere, non potest amplius ille revocare mandatum de solvendo in praejuditium Giratarii, quia illius negligentia commis- 3
sa contra legem eum obligantem ad petendam suam satisfactionem intra dictum tempus praefixum, non debet Tertio, sed sibimet tantum praejudicium inferre ad latè tradita per *Giurb. decis.* 4. *num.* 3. *cum plurib. seq.* & in proximis terminis *Barz. dec.* 72. *num.* 7. *usque ad fin. Gratian. cap.* 527. *n.* 8. 9. & ibi *Carol. Anton. de Luc. Additionator.* Eoque magis, quia Giratarius, quando contrahit Giratam cum Girante est omnino in bona fide, vel credulitate, quod à receptore literarum intra terminum à lege praefixum solutus, vel satisfactus fuerit scribenti illarum valor, vel saltem, quod ipse scribens loco solutionis elegerit debitum Receptoris per Ferias, vel Plateas girari facere, ex quo videt, quod intra dictos dies duos per Datorem Literarum non fuerit valorem Literarum seu pretium petitum; Et sicuti haec bona fides, vel credulitas in dicto Giratario causatur ex facto scribentis, ita eidem scribenti attento favore publici commercii nocere debet, & è contra opitulari Giratario, ne sub hac 4
fide contrahens remaneat in damno, per ea quae in his terminis latè tradidi supra *disc.* 144. *num.* 8. *usque ad* 18. *& num.* 43. *& disc.* 145. *numer.* 6. 7. 8. & in meo *Cambista Instruito cap.* 1. *num.* 27.

Quod indubie procedit in casu nostro, ubi scribens dedit literas *all'ordine S. P.*, vigore cujus clausulae se obligavit ad illarum solutionem, tam respectu receptoris illarum, quàm respectu cujuscumque Giratarii *Casar.* 5
in specul. peregr. quaest. quaest. 3. *n.* 31. *Rovit. decis.* 13. *per tot.* & ibi *Altimar. in princ.* & infra *numer.* 28. 29. Qua propter, quoties dictae literae fuerunt giratae non potest amplius ab illarum datore revocari mandatum de solvendo in praejudicium Giratarii, qui earum valorem solvit Giranti.

Nil refragante replicatione, quod cum obligatio Da- 6
toris literarum *all'ordine S. P.* intelligi debeat ex natura contractus induta hac tacita conditione, quatenus valor literarum à receptore earumdem literarum fuerit ei solutus, ideo illarum Girata fieri non possit, nisi cum hac eadem conditione, qua non adimpleta semper remanet mandatum de solvendo resolubile etiam in praejudicium ejusdem Giratarii.

Nam respondetur, quod quemadmodum literarum Dator poterat solutionem suam ab illarum receptore consequi, si illam intra dictum terminum bidui ad formam legis requisivisset, sibi, & non Giratario attribuere debet damnum, quod ex sua negligentia, & 7
culpa ei obvenerit, quia conditio, seu modus favore Tertii, nempe Giratarii pro adimpleta haberi debet, cum per Datorem literarum stetit, quin minus illa adimpleta fuerit ex vulgatis juribus.

Neque replicari valet, quod ad formam ordinationis praedictae erant in arbitrio, & facultate Datoris literarum eligendi intra biduum, vel satisfactionem suarum literarum, vel intimandi debitori earum valoris, quod ejus debitum poneret super cambiis, illudque per Ferias aut Plateas regyrabit, quandoquidem etiam si verum esset, quod Dator elegisset viam regyrandi

debi-

debitum super Feriis, aut Plateis, id magis in favorem Giratarii resultaret, nam per hunc actum magis confirmatum remaneret mandatum datum à Datore in suis literis solvendis *all' ordine S. P.* scilicet cujuscumque Giratarii, & ratio est manifesta, quia statim ac Dator intra biduum eligit tenendi debitum receptoris literarum super cambiis intendit, & vult per consequens ejus Tractam omnino compleri, etiamsi non fuisset ante diem cadentis solutionis sibi valor dictæ Tractæ per Debitorem solutus, aliàs non potuisset eligere talem viam tenendi, & gyrandi debitum receptoris literarum super cambiis, quia non potest Dator velle ponere & tenere tale debitum super cambiis, nisi intendat complementum, seu solutionem Tractæ per eum ordinatæ exequi facere absque præcedenti solutione valoris dictæ Tractæ; ex quo solum oritur debitum dicti receptoris quod Dator potius gyrare eligit super cambiis, quam sibi per receptorem literarum solvi.

Quo verò ad aliud Creditum hypothecarium resultans ex apocha privata, super quo contenditur, an illius hypotheca incipienda sit à die confectionis ejusdem apochæ, vel à die illius recognitionis, facilis est hujus quæstionis résolutio, nam hodie juxta commu-
8 niorem Doctorum opinionem firmandum est pro indubitato, quod ea incipere debeat non à die recognitionis, sed à die, qua dicta apocha confecta fuit, quia recognitio, licet sit longe posterior, in vim legis retrotrahitur ad tempus confectæ apocæ, etiam in præjuditium aliorum Creditorum intermediorum, quorum creditum, & hypotheca appareret per instrumenta publica, dummodo tamen recognitio dictæ apochæ legitimè sequatur, vel ad formam *l. scripturas. C. qui*
9 *potior. in pign. hab.* vel alio æquipollenti modo, per quem exularet antidatæ suspicio, ut tradunt *Salgad. labyrint. credit. par. 2. cap. 21. n. 29. Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 11. num. 1533. Vela dissert. 21. n. 34. & seq. Faria ad Covarr. practic. quæst. cap. 32. num. 20. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. quæst. 15. num. 4. Gratian. discept. cap. 391. De Luc. ad Gratian. decis. 95. num. 2. & 3. & ad Gratian. cap. 501. numer. 17. Ger. Spin. cons. 27. num. 5. & seq. Ab Eccles. observat. 51. per tot. part. 2. Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 79. num. 11. & 12. Rot. Romana in Romana pecuniaria 18. Martii 1715. coram Eminentiss. Falconerio*, quæ est inter ejus impressas *decis. 4. tit. de fid. instrum. tom. 1.* latè *Ansald. de commerc. disc. 82. num. 18. Rota nostra Florentina in Florent. Salviani 28. Junii 1718. coram D. Collega meo Auditore Calderono num. 9. 19. & 20.*

Nil relevante altera Doctorum opinione, quæ voluit dictam hypothecam incipere debere à die tantum recognitionis, quia pugnat contra communiorem, vel
10 quia illa intelligenda est in casu quo recognitio apochæ facta fuisset per ipsummet Debitorem, vel aliquo modo non æquipollenti alteri expresso per dictam *l. scripturas*, nempe non sufficienti ad tollendam suspicionem antidatæ, ut explicat *Ab Eccles. d. observ. 51. & Rota nostra Florent. inter recoll. à D. Palma nep. decis. 431. numer. 29. 30. & 50. tom. 5. Jovine de contract. minor. gloss. 22. §. 23. num. 160.* juncto *num. 163. vers. & anterioritatem, & numer. 168. vers. si constaret apocham.*

Quod autem in casu nostro recognitio apochæ facta sit tali modo, qui æquipolleat alteri per dictam *l. scripturas* expresso, nullatenus dubitari potest, quia constat in facto, quod duo ex tribus testibus in calce dictæ apochæ subscripti legitimè, seu formiter examinati deposuerunt tum de veritate tenoris, vel contentorum in dicta apocha, tum etiam diei, quæ legitur in principio ejusdem apochæ, nec non de simulta-
11 nea præsentia, & subscriptione tertii Testis præmortui, subscripti sub eadem apocha, qui sanè modus recognitionis satis superque habilis utique de jure, & æquipollens alteri *d. l. scripturas* reputatur, per *Gratian. decis. March. 94. per tot.* & ibi *Scopp. Add. numer. 34. & 35. & Carol. Ant. De Luc. num. 8. Consal. dec. Luc. 43. num. 66. & 67. Ger. Spin. cons. 27. n. 5. & 6. Hodier. ad Surd. dec. 72. per tot. Rota Romana cor. Buratt. decis. 844. num. 4. Palma nep. allegat. 32. num. 47. Ab Eccles. observ. 51. num. 8. Jovine de contract. minor. gloss. 22. §. 23. n. 168. vers. vel si duo testes. Cyroceb. discept. 77. nu. 61. Ansald. de commerc. disc. 82. num. 21. & 22. & 24. Roco. disput. juris cap. 111. num. 2.* & cum pluribus citatis *Vela dissert. 21. num. 34. & seq. & Rot. Florent. inter recoll. à D. Palm. nepot. tom. 5. decis. 431. num. 16. & seq.*

Dixi satis superque dictam recognitionem apochæ in casu nostro fuisse, & esse factam ad effectum omni-
modo tollendi antidatæ suspicionem, quia quampluri- 12
mi ex Doctoribus supracitatis sustinent quod etiam recognitio apochæ facta solum per duos tantum testes absque recognitione tertii Testis præmortui de jure sufficiat, & quod in omnem casum ubi imperfecta, vel semiplena probatio recognitionis apochæ fieri tantum posset, illa suppleri poterit ex juramento ipsius Creditoris, firmiter tuentur *Jas. cons. 129. nu. 10. 16. & 17. & ferè per tot. lib. 1. & ibi Add. ad Gratian. discept. cap. 391. num. 9. Marescott. var. lib. 1. cap. 79. in fin. Rot. coram Seraphin. decis. 879. in fin.* & penes *Farinacc. in criminal. dec. 120. in fin. Ferentill. ad Buratt. dec. 905. num. 10. Rota coram Cottin. dec. 1900. n. 8. Mell. observat. 25. num. 47. Rot. Romana coram Ansald. in Romana Associationis 13. Januarii 1698.* quæ est *dec. 204. num. 12. vers. itaut in omnem casum inter recoll. Luc. à D. Palm. nep. lib. 3.*

A R G U M E N T U M.

Latissimè agitur de multiplici mixtura petitorii cum possessorio. Primò nempe de illa, quæ de sui natura oritur ex quibusdam judiciis possessoriis. Secundò de ea quæ à partibus, vel à Judice in sententia fit tantum incidenter, aut consecutivè. Tertiò de illa, quæ fit principaliter; & denique de effectibus diversis cujuslibet ex prædictis mixturis.

S U M M A R I U M.

1 *In possessoriis judiciis non datur appellatio saltem quoad effectum suspensivum.*
2 *Etiam de Jure Canonico.*
3 *Secus quando judicia possessoria habent mixturam petitorii.*
4 *Prout in causa devolutionis ob caducitatem.*
5 *Præcipuè si cognitum fuerit plenè super proprietate.*
6 *Quas mixturas posse dari in judiciis possessoriis, unam ex natura, alteram ex accidenti; qualia sint explicatur.*
7 *Quando de sui natura judicia possessoria sunt mixta, semper admittitur appellatio, secus quando non sunt de sui natura, scilicet quando non æquè principaliter cognoscitur de proprietate, sed consequutivè, & incidenter numer. 9.*
Et exemplificatur num. 10.
8 *In judicio devolutionis ob caducitatem cognoscitur incidenter, seu consequutivè de titulo ad effectum tantummodo possessorii declarandi.*
11 *Sententia declarari debet secundum intentionem Agentis, vel libelli.*
12 *Ea quæ fiunt consequutivè, & accessoriè non debent mutare naturam principalis.*
13 *Explicatur* Scacc. *qui contrarium videtur asserere.*
14 *In judiciis possessoriis mixtura petitorii non inducitur ex libello vel probationibus factis, & licet plenè concludentibus petitorium.*
15 *Præsertim si probationes fuerint factæ ad effectum possessorii, vel ob causam exceptionis à parte objectæ.*
16 *Titulus quando adducitur in consequentiam, vel ob effectum obtinendi possessorium, nunquam fit mixtura, secus si principaliter.*
17 *Quæ distinctio procedit etiam in sententia.*
18 *Dictio* & sic *quid significet.*
19 *Sententia facta in possessorio non per viam simplicis provisionalis, sed per cedulam, speciem definitivæ habentem, facit mixturam petitorii.*
20 *Contrarium.*

21 *Admissio appellationis cum clausula, si & quatenus in judicio possessorio non reddit appellabilem sententiam ad utrumque effectum.*

22 *A Sententia habente mixturam possessorii, ac petitorii respectu possessorii non potest appellari, sed executioni mandari.*

Stretarum. Appellationis.

D I S C U R S U S CLXV.

Obtenta Sententia manutentionis bonorum emphyteuticorum ob declaratam caducitatem ab Illustr. D. Abbate Lomellino appellatum ex adverso fuit ad effectum nedum devolvendi jurisdictionem, sed etiam suspendendi judicatum per Reverendiss. Vicarium Seretassensem, ex quo excitatum fuit dubium coram Reverendiss. D. meo, an prædictæ appellationi sit locus ad effectum suspensivum?

Super quo requisitus à dicto D. Abbate absque processu præ manibus habito, ex quo multum dependet hujus articuli resolutio per ea, quæ infra adnotabuntur.

Ad favorem illius deducebam primò regularem, &
1 pacificam conclusionem, quod in possessoriis judiciis non detur appellatio, saltem quoad effectum suspensivum, prout praxis obtinuit contra veriorem, & communiorem Sententiam DD. qui eam indistinctè negaverunt, de qua testatur *Scacc. de appell. quæst.* 17. *limit.* 6. *membr.* 7. *num.* 16. 19. *&* 22. *Gratian. discept.* 74. *nu.* 3. *& Farinac. in suo judicial. repert. quæst.* 18. *n.* 109. *Marant. in suo specul. aur. par.* 6. & quandoque appellatur *n.* 305. *fo. mihi* 459. *Cyrech. discept.* 23.
2 *num.* 52. & ita procedit juxta communiorem, & magis receptam in Rotis opinionem, etiam de Jure Canonico, præfata conclusio *Farinacc. d. repertor. & loco n.* 90. *Menoch. de adipiscend. remed.* 4. *n.* 840. *Pacific. de Salvian. Interdict. inspect.* 4. *cap.* 2. *num.* 51. *&* 52. *Pamphil. dec.* 551. *n.* 10. *& decis.* 650. *num.* 5. *&* 6. *Urceol. consult.* 30. *num.* 14. licèt contrarium cum multis ab eo laudatis senserit *Altimar. de nullit. rubr.* 5. *quæst.* 2. *num.* 31. 32. *&* 33.

Veruntamen agnoscendo ex adverso jura mentes
3 hanc veritatem, replicabant, & quidem bene in suis terminis, non versare nos in terminis meri, ac simplicis possessorii, sed mixti, seu complicati per causam proprietatis, seu caducitatis declaratæ, à quo indubitatum est apud JJ.CC. dari appellationem, quamvis Sententia per separata capita lata fuerit; quia appellabile evertit naturam inappellabilis, illudque appellabile reddit *Scacc. de appellat. quæst.* 17. *limit.* 6. *membr.* 9. *num.* 20. *Farinacc. d. quæst.* 18. *num.* 79. *&* 63. *Urceol. consult.* 30. *n.* 24. *Rot. dec.* 198. *num.* 1. *&* 2. *part.* 13. *recent. Reginell. de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *à num.* 729. *Altograd. Jun. contr.* 48. *n.* 79. *lib.* 1. *Giurb. dec.* 181. *per tot. dec.* 196. *n.* 3. *& dec.* 239. *post Pacific. de Salvian.* & latè *Scopp. ad dec. Gratian. observ.* 9. *num.* 1. 2. *&* 3. *& Gratian. dec.* 150. *n.* 1. *& dec.* 136. *per tot. & in addit. Salgad. de Reg. protect. cap.* 7. *nu-*
4 *mer.* 43. *part.* 2. & in terminis devolutionis ob caducitatem *Altograd. cons.* 23. *n.* 1. *lib.* 1. *Gratian. dec.* 60. *in addit. n.* 4. *Fulgin. de divers. quæst. emphyteut. q.* 2. *Fa-*
5 *rinacc. in d. quæst.* 18. *num.* 85. 86. & præcipuè si cognitum fuerit plenè super proprietate, idem *Farinacc. num.* 61. 62. *&* 87. *Fulgin. d. quæst.* 2. *num.* 2.

6 Pro responsione ad hæc advertebam duas mixturæ species dari in hujusmodi possessoriis, unam de sui natura, ut sunt judicia, actus viæ, itineris, cadaveris inferendi, & similium, alteram ex accidenti, seu per voluntatem partium, vel Judicis, tum quia agendo cumulet actor in libello causas proprietatis, ac possessorii, vel reus excipiendo, vel reconveniendo actorem super proprietate, aut Judex in sua Sententia ambas complicet causas; ut docent *Farinacc. d. quæst.* 18. *num.* 40. 41. 42. *&* 43. *Reginell. de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 845. *Scacc. in eodem tractat. quæst.* 17. *limit.* 6. *membr.* 2. *num.* 63.

7 In prima specie mixturæ communiter tenent Doctores dari appellationem, quia plenè, ac æquè principaliter de titulo semper cognosci debet antequam possessorium determinetur, & sic licèt Sententia non contineat mixturam expressam, adhuc semper mixtum judicatur possessorium, ideoque appellabile in utroque effectu *Reginell. de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 756. *& seq. Menoch. de retinend. remed.* 3. *num.* 125. *&* 125. *Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 175. *n.* 43. & bene *Scopp. ad dec. Gratian. observ.* 9. *num.* 7. *&* 8.

In secunda specie, in qua nos verè versamur, quia 8
in judicio possessorio ob devolutionem, & caducitatem intentato non adstringitur, neque tenetur Judex plenè, ac principaliter de titulo cognoscere, sed incidenter, vel summariè, seu consequutivè ad effectum tantummodo possessorii declarandi, ut colligitur apertè ex *Fulgin. d. quæst.* 2. *num.* 1. *&* 2. *& ex dec.* 857. *num.* 4. *part.* 4. *divers.* relata per extensum à *Fulgin. dicto loco*, & à *Salgad. in proximè loco infra citando*. *Altograd. cons.* 23. *num.* 2. *Farinac. d. quæst.* 18. *num.* 61. 62. 85. 86. *&* 87. *Gratian. in addit. ad decis.* 60. *n.* 4. *& Eminentiss. De Luca disc.* 46. *n.* 2. *de emphyteus.*
non datur appellatio, nisi æquè principaliter de pro- 9
prietate in Sententia pronunciatum fuerit, & non per viam causæ, seu incidentis, vel ad effectum declarandi possessorii, ut bene explicat *Gratian. cons.* 163. *num.* 50. *lib.* 2. *Pacific. de Salvian. inspect.* 4. *cap.* 2. *num.* 13.
ita *Scop. ad dec.* 9. *Gratian. n.* 10. ubi dicit, quod li- 10
cet Judex pronuntiet talem uti legitimum manutenendum, ista pronuntiatio non facit mixturam ad effectum appellandi, quia pronuntiatio super legitimatione facta fuit incidenter à Judice ob exceptionem illegitimationis à parte oppositæ, & sic ad solum effectum declarandi possessorii, cujus sensus est *Rot. dec.* 149. *n.* 5. *cor. Priol. Pontirol.* penes *Urceol. in consult.* 30 *num.* 55. 56. *&* 57. latissimè, & benè *Salgad. de reg. protection. vi oppress. appell. par.* 2. *cap.* 7. *n.* 105. 106. 107. 108. *& seq. Rot. dec.* 237. *n.* 5. *part.* 9. *recent. addent. ad Gregor. XV. dec.* 232. *penes fin. vers. & ideo*, & in terminis Sententiæ declarantis immissionem, attenta caducitate *Rot. dec.* 857. *num.* 4. *part.* 4. *divers. Card. De Luca de emphyteus. disc.* 46. *num.* 2.

Ratio hujus conclusionis est, quia Sententia decla- 11
rari debet secundum intentionem agentis, & secundum illius libellum. *Aymon. Cravett. cons.* 188. *n.* 1. & antea *in consil.* 45. *num.* 5. *& cons.* 23. *num.* 2. unde consequitur, quod si actum intentavit principaliter possessorium, licet Judex per exceptionem cognoscat super proprietate, super qua pronuntiet, intelligi tunc debet pronuntiasse secundum mentem agentis, videlicet ad effectum solum possessorii, & sic incidenter, & per viam causæ, & doctrinam istam videtur satis insinuare *Osasc. dec.* 47. *per tot.*

Secunda ratio est, quia ea, quæ stant consequti- 12
vè non debent mutare naturam principalis, ut in ipsis terminis explicat *Salgad. d. tract. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 113. *&* 115.

Et sic non obstant DD. in contrarium allegati, & 13
præcipuè *Scacc. in quæst.* 17. *limit.* 6. *membr.* 9. *n.* 20. *& Farinacc. in repertor. judic. quæst.* 18. *num.* 52. 55. *&* 87. quia eorum dicta per ea, quæ dixi mox supra non procedunt; vel loquuntur quando æquè principaliter Judex pronuntiavit, absolutèque tam super petitorio, quam possessorio, ut videre est ex eodem *Scacc.* in loco in contrarium laudato „ ibi „ *uti possessorem, & Dominum.* "

Neque pariter obstat in contrarium motivum adductum, quod ad effectum appellandi sufficiat, quod
partes, vel in libello, vel medio probationum, ple- 14
nam induxerint mixturam petitorii ex accidenti; nam ista conclusio communiter reprobatur, cum certum sit, quod nec libellus, nec probationes, licet plenè factæ, inducant mixturam ad effectum appellandi; seu per appellationem suspendendi judicatum à possessorio, ut clarè dicit idem *Osasc. d. dec.* 47. *per tot. Scacc. de appellat. quæst.* 17. *limit.* 6. *membr.* 9. *num.* 6. *num.* 59. *Gratian. dec.* 136. *n.* 5. *Sperell. dec.* 87. *num.* 8. *Scopp. ad decis.* 9. *Gratian. observ.* 9. *num.* 4. *&* 5. *Cyrech. discept.* 23. *num.* 61.

Præcipuè quando probationes factæ fuerunt ad effectum 15
possessorii, vel ob causam exceptionis à parte objectæ, ut clarè desumitur ex dicto *Osasc. d. decis.* 47. *Scopp. ad decis. Gratian. observ.* 9. *numer.* 9. *&* 10. *& Dec. cons.* 28. *num.* 2. communiter approbato à Sacris Rotæ Tribunalibus, ut constat ex *Seraphin. decis.* 452. *num.* 2. *& dec.* 263. *part.* 1. *divers. & decis.* 229. *n.* 4. *&* 5. post *Pacific. de Salvian. interdict. Pot. dec.* 276. *num.* 5. *lib.* 2. *Cyrech. discept.* 23. *num.* 61.

Et

16 Et sic quando titulus adducitur, & probatur in consequentiam, vel ob effectum colorandi, & obtinendi possessionem tantum, numquam fit mixtura, secus si principaliter *Pacific. de Salvian. interdict. insp. 4. cap. 2. num. 13.* & mirè *Salgad. de reg. protect. part. 2. cap. 7. numer. 107. 108. 109. 113. 114. & 115. & part. 3. cap. 12. num. 112. Comard. de moment. possession. limit. 2. §. 9. num. 4. Mans. consult. 223. numer. 13. cum seq. & numer. 18. & 19. Scopp. ad Gratian. decis. 9. numer. 11. Marin. ad Revert. decis. 175.*

17 Quæ omnia dicta de probationibus, seu actitatione judicii, quis negabit ex identitate rationis non habere locum in Sententia? prout utrumque casum inter se parificavit *Pontirol. penes Urceol. d. consult. 30. num. 56. 57. & 58.* & alii Doctores à me supra allegati in §. *Secundo casu*.

Ex his igitur hucusque deductis clarè concludendum est, quod probationes supposito quod ex se possint inducere mixturam, quod negatur, quia solum ea oritur à sententia, ut plenè probavi supra, quando deductæ, vel factæ sunt in consequentiam, vel ad effectum possessorii, vel Judex ad effectum declarandi possessorii tantum pronunciavit super proprietate, numquam in istis casibus concedenda est appellatio saltem ad effectum suspensivum.

Quod autem in casu nostro in Sententia incidenter Reverendiss. Judex pronuntiaverit de dominio ad effectum scilicet declarandæ manutentionis deducitur ex verbis ipsius sententiæ „ibi„ *Illustriss. Dom. Ab„ batem manutenendum fore, & esse in possessione di„ ctorum bonorum, dominiumque directum cum utili „ consolidatum fuisse, & esse, & sic declarata cadu„ citati per dictum D. Abbatem ob canones non so„ lutos locum factum fuisse* “ quia dominii declaratio
18 hic non fuit facta principaliter, ac de per se, sed in consequentiam caducitatis declaratæ, & per viam causæ illius, prout monstrat dictio, *& sic*, quæ cum sit illativa, & expositiva, significat, ac declarat, quod præmissa ad alium finem non fuerunt posita, quam ad effectum, qui consequitur à dictione, *& sic*, *per Text. in cap. frequens in princip. vers. & sic de restitut. spoliat. in 6.* & plenè in similibus terminis facit doctrina *Ruin. cons. 184. num. 6. vol. 2. Gratian. de dictionib. in diction. 241. numer. 1. & Barbos. in diction. 363. num. 5.* ex hoc consequitur, quod si declaratio consolidationis dominii fuit facta à Judice ad effectum solum declarandi, quod caducitas declarata à D. Abbate Lomellino habere debeat locum ob canones non solutos, cujus declaratio, vel alia similis facta à Domino directo ad aliud non tendit, neque collimat, quàm ad simplex possessorium, vel manutentionis judicium, ut in casu nostro non dubitatur, prout mihi supponitur à Domino meo Colendissimo, nullo modo dici poterit prædicta declaratio consolidationis facta principaliter, sed accessoriè, & consequutivè, & ad effectum solum possessorii.

19 Ponderabatur ulterius ex adverso, quod Sententia manutentionis non emanavit per viam decreti, vel simplicis provisionalis, sed per formalem sententiam, seu cedulam speciem omninò definitivæ habentem, & per verba *definitivè Sententiat*, & in istis jus constituebatur ad inducendam prædictam appellationem ad utrumque effectum per tradita *ab Urceol. in consult. 30. num. 18.*

20 Sed frivola, ac inepta reputatur à Doctoribus hæc oppositio, quia jus non debet inesse in verbis, neque verba mutare debent naturam possessorii, itaut vel per cedulam, seu definitivam, vel per provisionalem, seu decretum fiat Sententia, nihil penitus officiat *Pacific. de Salvian. inspect. 4. cap. 2. numer. 59. Rot. decis. 24. num. 15. penes Posth. de manutent.* cum pluribus ab ea citatis, & idem in *tract. observ. 106. num. 70. decis. 60. numer. 47. coram Duran. & decis. 84. & seq. part. 7. recent.* & in terminis terminantibus quando fuit dictum per definitivam Sententiam *Rot. dec. 2. numer. 13. 14. 15. 16. 17. cor. Royas, & Pontirol. post consult. 30. Urceol. num. 52. 53.* ubi in hoc eundem *Urceol.* refellit.

21 Ultimo denique non officit appellatio de facto interposita, & admissa à Reverendiss. Domino meo, quæ admissio semper operari prætenditur effectum suspensionis, quia respondetur id posse forsan procedere, quando admissio fuisset facta simpliciter à Judice, secus cum clausula salutari *si & quatenus*, ut in puncto huic objecto occurrit *Pacific. inspect. 4. cap. 2. numer. 36.*

Allegabam ulterius ad tollendam prorsus in nostro 22
casu dubietatem punctualissimam doctrinam *Ostasc. in decis. 47. per tot.* ubi quærens an in possessorio mixto, deducto scilicet cum proprietate, super qua cum probationibus factis prosequutum postea fuerit, liceat appellari, magistraliter distinguendo concludit, quod liceat appellari propter annexam causam proprietatis *ut num. primo* respectu tamen possessorii appellationem istam non suspendere illius effectum, sed executioni mandari posse, ita idem Author *sub num. 5.*

A R G U M E N T U M.

Domicilium Patris an transeat ad filium, & ex quibus inferatur Domicilium Patris fuisse per filium continuatum.

Testator præsumitur se conformare potius cum Statuto, ubi vixit, & testando decessit, quàm originis, illiusque dispositio extenditur etiam ad bona extra territorium posita: latissimè cum suis distinctionibus, ac declarationibus res enucleatur.

Promittens Dotem sub falso supposito an, & quando remaneat respectu Viri obligatus ad totam dotem constitutam, non obstante quacumque erroneitatis exceptione.

Statutum concedens probationem libris Mercatorum, & Hypothecam pro credito resultante ex partitis, intelligitur de libris, & partitis intra Territorium Statuentium descriptis, & non extra. Explicatur *Statutum Florentinum Lib. 4. sub Rubr. 14.*

S U M M A R I U M.

1 *Civilitas, seu Domicilium Patris transit ad filios.*
Et acquisita dicitur pro filiis, si Pater in loco Domicilii Feudum, vel Cappellam, & Sepulturam pro eisdem acquisiverit num. 2.
3 *Ex Domicilio Patris infertur ad Domicilium filii, concurrentibus conjecturis, de quibus n. seqq.*
4 *Domicilium acquiritur longæva habitatione cum Uxore, & familia in loco domicilii.*
Item Matrimonio ibidem contracto num. 5.
Possessione stabilium num. 6.
Electione Sepulturæ, & permanentia usque ad obitum num. 7.
8 *Testator præsumitur se conformare potius cum Statuto, ubi vixit, & testando decessit, quam originis.*
Et de ratione num. 9.
Declarantur Authoritates in contrarium numer. 10. 11. 12. 13. & 19.
Amplia conclusionem procedere etiam quoad bona extra territorium posita num. 14. & de ratione ibidem.
Declaratur contraria opinio 15. 16. 17. & 18.
19 *Domicilium quis potest sortiri in pluribus locis, & in uno loco retinere originem, & in alio acquirere incolatum.*
20 *Filiæ ex dispositione Romani Statuti non possunt conqueri de Dote in quacumque summa eis sit per patrem constituta, licet dos succedat loco legitimæ, & minor sit legitima, nec possunt supplementum petere.*
21 *Transactio super falso scienter facta non infringitur prætextu erroris, sed valida est, & substinetur.*
22 *Verba Notarii in instrumento apposita censentur adhibita de voluntate Partium.*
23 *Causa expressa præsumitur demonstrativè tantum apposita, non taxativè.*
24 *Expressio Causæ falsæ de præterito facta à sciente non vitiat ejus promissionem.*
25 *Ad irritandam obligationem prætextu erroris, non solum debet error concludenter probari; sed etiam, quod ubi contrahens errorem*

agnovisset, non fuisset contracturus eo modo, quo contraxit.

36 *Legatum à Testatore factum de eo, quod ipse Legatario non debebat, non viciatur, si Testator sciverit se nihil Legatario debere, & tamen legavit, & num. 27.*

28 *Contrahens cum aliquo tanquam persona habili, non potest postea negare illum fuisse talem.*

29 *Promittens dotem cum falso supposito non remanet obligatus.*

Declara tamen procedere respectu Mulieris, non autem respectu Viri, cui promisser remanet obligatus ad totam Dotem constitutam n. 30.

Declarantur Authoritates in contrarium numer. 31. 32. 33.

34 *Statutum concedens probationem libris Mercatorum intelligitur de descriptis in Territorio Statuentium, non autem extra, & num. 46.*

35 *In his quæ respiciunt probationem Scripturæ attenditur locus, ubi celebrata fuit, ubicumque postmodum ea exhibeatur.*

36 *Hypotheca non datur, nisi fuerit conventa.*

37 *Statutum disponens idem, quod Jus commune, est utile, quia addit novum vinculum, & remedium.*

38 *Statutum loci, in quo actus gestus fuit, non autem originis contrahentium attenditur, quando agitur de forma probatoria à Statuto inducta, quæ percutit actum à principio, & numer. 57.*

39 *Statutum concedens Hypothecam partitis in libris Mercatorum exaratis, intelligitur dummodo partita descripta sint in loco Statuentium, & non extra num. 40. & 41. & seq.*

42 *Statutum continuativè procedens in omnibus suis dispositionibus pariformiter, & cum eisdem qualitatibus disposuisse censetur.*

43 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

44 *Dispositio generalis, ubi non extenditur, ita nec etiam accessoria extendi debet.*

45 *Statutum loci contractus attendi debet, quando contrahitur, quamvis contrahens habeat plura domicilia.*

47 *Verborum cortex in Statutis non est attendendus, sed tantum inspici debet intentio Statuentium.*

48 *Discretivus modus loquendi Statuti diversam illius voluntatem demonstrat.*

49 *Terra, seu loca commendata, & fœderata non veniunt sub nomine districtus.*

50 *Statuentes non intelliguntur sub nomine districtus voluisse totum Dominium comprehendere, si expresse de aliis locis, & terris discretivam postea mentionem faciant.*

51 *Ex alia parte Statuti mens, intentio, & usus loquendi Statuentium interpretatur.*

52 *Statutum loquens cum aliqua qualitate non prodest, nisi verificetur dicta qualitas.*

53 *Statutum loci contractus attenditur in his, quæ oriuntur à principio ex natura contractus; Secus autem in iis, quæ oriuntur ex post facto, & post contractum, nempe ex mora, & contumacia debitoris, nam tunc attenditur locus, ubi est facta petitio.*

54 *Locus Judicis attendi debet, quando ad effectum probationis, seu Hypotheca requiritur exemplatio ex post Judicis officio facienda; Contrarium verius, quod exemplationis effectus referatur ad tempus negotii gesti num. 56.*

55 *Hypotheca datur partitis à die quo fuerunt scripta, non autem a die, quo fuerunt exemplata.*

Florentina Salviani.

DECISIO AUTHORIS,
ET
DD. AUDIT. ANTONII GABR. CALDERONI, ET COSMÆ PEREGRINI REL.

DISCURSUS CLXVI.

DOminus Marchio Joseph Nerlius, licet origine Florentinus, Romæ condidit suum, cum quo decessit Testamentum, in quo instituit hæredem Marchionem Philippum fratrem, ea adhibita declaratione, *Che si debba assegnare alle Signore Costanza Felice Petronilla, e Paola mie Figliuole scudi 15000. per ciascheduna, e questi sono per loro Dote, e caso che si Monachasse qualcheduna di dette mie Figliuole, dopo aver fatto tutto quello, che conviene per Monacarsi secondo il suo grado, e tutto quello, che avanza, vadi all'Eredità, &c. e non possino pretendere altro dette mie Figliuole femine dalla mia Eredità.* "

Defuncta, paulò post obitum Patris, Constantia Felice Petronilla altera ex dictis filiabus, orta fuit controversia inter Marchionem Philippum hæredem, ut supra, ex una, & Marchionissam Annam Mariam Millinam, Matrem Filiæ prædefunctæ, tam nomine proprio, quàm Dominæ Paulæ alterius filiæ superstitis, ex altera parte, super successione in bonis prædictæ filiæ, & respectivè sororis præmortuæ, quæ controversia fuit primo Sacræ Rotæ Auditorio delegata, & deindè amicabiliter in vim transactionis composita, in qua pro omni, & toto eo, quod causa dictæ successionis prætendere posset dicta Marchionissa Millina, Marchio Philippus persolvere promisit scuta 5700. quo verò ad illa scuta 7500. debita vigore ejusdem successionis Dominæ Mariæ Paulæ Sorori, nullum fuit in transactione factum verbum: imò idem Marchio Philippus protestatus fuit, quod per hujusmodi Transactionem non intelligeretur approbata successio in bonis filiarum.

Postmodum de anno 1703. Dominus Marchio Philippus, curavit nuptui tradere dictam Dominam Mariam Lauram unicam Neptem Domino Marchioni Cæsari Rasponio, cui pro Dote promisit scuta 22500. *Moneta in Roma liberi, e franchi da ogni peso, e gabella; di modo che il Signor Marchese Cesare, e il Signor Filippo di lui Padre, debbano avere intieramente la suddetta somma, cioè scudi 15000. lasciati alla detta Signora Maria Laura Paola dalla B. M. del Signor Marchese Giuseppe suo Padre nel suddetto suo Testamento, ed altri scudi 7500. devutigli per esser succeduta nella metà della Dote consimile di scudi 15000. alla felice memoria della Signora Costanza Felice Petronilla sua Sorella, premorta in età Pupillare, dopo la morte del detto Illustrissimo Signor Marchese Giuseppe Padre commune;* " & ultra prædictam summam scutorum 22500. promisit solvere alia scuta 1800. in augumentum Dotis, sibi relaxata à Domina Marchionissa Anna Maria Millina in Transactione supradicta.

Mortuo tandem Domino Marchione Philippo de Anno 1712., non adhuc persolutis dictis scutis septem mille quingentis, & respectivè mille octingentis, inter creditores prædicti Domini Marchionis, fuit coram Magistratu Supremo disceptatum, quis esset præferendus in Immissione petita super ejus Bonis *di Vinci*, tunc temporis possessis, per Dominum Equitem Arrighetti, an scilicet prædicti Dom. Jugales pro summis supradictis, vel Dom. Jacobus Nerli, Creditor ingentis summæ ejusdem Domini Marchionis Philippi; & in prima instantia, uno ex Tribus DD. dissentiente, fuit resolutum, immissionem esse concedendam prædicto Dom. Jacobo Nerlio: Verum in gradu Restitutionis in integrum, examinato iterum articulo, DD. post maturam Causæ discussionem, unanimi voto resolverunt, Sententiam fore, & esse revocandam, & immissionem concedendam prædictis jugalibus, non solum quia constabat de eorum credito, sed etiam de eorum prælatione.

Fundamentum resolutionis, quoad primam partem, fuit literalis obligatio, emissa per Dominum Marchionem Philippum in Apocha Matrimoniali „ ibi „ *Quindi è, che l'Illustrissimo Signor Marchese Filippo Nerli, tanto come Erede del detto Signor Marchese Giuseppe suo Fratello, &c. quanto anco in nome suo proprio divisamente, e congiuntamente, e nel modo sarà più proficuo al detto Signor Marchese Cesare Rasponi futuro Sposo, promette di pagare al medesimo, ed al Signor Filippo suo Padre per Dote, e a nome di Dote, per la medesima Signora Maria Laura Paola Nerli sua Nipote sc. 22500. moneta in Roma, liberi, e franchi da*

„ *da ogni peso, e gabella: di modo che il Sig. Mar-*
„ *chese Cesare, ed il Sig. Filippo di lui Padre deb-*
„ *bano avere intieramente la suddetta somma.*

Et licet verba subsequentia „ ibi „ *cioè scudi* 15000.
„ *lasciati alla Signora Maria Laura Paola dalla B.*
„ *M. dal Sig. Marchese Giuseppe suo Padre nel sud-*
„ *detto suo Testamento, ed altri scudi* 7500. *dovuti-*
„ *gli per esser succeduto nella metà della Dote consi-*
„ *mile di scudi* 15000. *alla felice memoria della Sig.*
„ *Costanza Felice Petronilla, sua Sorella, permorta*
„ *in età pupillare dopo la morte del detto Illustrissimo*
„ *Sig. Marchese Giuseppe Padre comune:* „ videan-
tur denotare causam, pro qua fuerunt promissa ista
scuta 7500. quæ cum prætendatur erronea, obligatio
inde secuta, tamquam emissa sub falso supposito, non
valeat ex Authoritatibus in contraria decisione cumu-
latis: Tamen motivum a falsitate causæ deductum,
visum fuit DD. corruere: Vel ex quo non subsistat
in facto: Vel ex quo non procedat in Jure; Vel ex
quo in omnem casum non sit allegabile contra Mari-
tum, agentem ad Dotem sibi promissam.

Aggrediendo itaque factum, præmittere placet, quod
Marchio Petrus Nerli Pater, licet origine Florenti-
nus, Romam se transferens, obtinuit usque de an-
no 1635. describi inter Cives Romanos, & ibi per-
petuò habitavit, & uti talis fuit ad officium Conser-
1 vatoris pluries assumptus, quæ civilitas per Patrem
quæsita transit in filios, ut dicunt *Bartol. in l. liber-*
tus, §. Patris, ff. ad municip. de incol. Mandell. Alb.
cons. 141. *num.* 9. *& cons.* 497. *n.* 8. *Jason. cons.* 217.
n. 8. *lib.* 2. *Decian. respons.* 5. *num.* 33. *lib.* 4. *Cyriac.*
contr. 223. *num.* 4. *& contr.* 450. *num.* 21. *Andreol.*
contr. 239. *num.* 64. *Mart. de success. legal. part.* 3.
quæst. 15. *art.* 1. *num.* 10. *Rota decis.* 459. *num.* 14.
part. 19. *tom.* 2. *De Marin. ad Reverter. decis.* 297.
num. 8. *Rovit. consil.* 62. *num.* 3. *in fin.* & ibi *Alti-*
mar. n. 9. *lib.* 2. *Rocca Episc. Isclan. cap.* 83. *num.* 3.
ubi concordantes.

Imo ad ostendendum animum, quod domicilium
Romæ contractum esset perpetuum pro sua posteritate,
Feudum pro se, & suis descendentibus acquisivit, nec
2 non Capellam, & Sepulturam in Ecclesia Sancti Jo-
annis Florenonorum pro eisdem construxit, ut bene
observat *Rot. dec.* 94. *num.* 13. *& sequenti post Con-*
stant. ad Statut. Urb. Gratian. disceptat. 592. *nu-*
mer. 5.

3 Ex domicilio autem Patris, facilè infertur ad do-
micilium filii, in puncto *Rot. decis.* 172. *num.* 10. *par-*
te 8. concurrentibus præcipuè respectu ejusdem longæ-
4 va habitatione cum Uxore, & familia, *Rot. post Con-*
stant. decis. 94. *numer.* 2. *& dec.* 137. *num.* 5. *part.* 5.
recent. & dec. 172. *num.* 3. *part.* 8. *Ansald. decis.* 21.
num. 5. *Merlin. decis.* 331. *num.* 3. *Menoch. de arbitr.*
lib. 2. *cas.* 86. *num.* 5. *Rot. dec.* 261. *num.* 3. *part.* 13.
Surd. cons. 371. *num.* 47. *& seqq. libr.* 3. *Riminald.*
cons. 299. *n.* 10. *lib.* 3. *& D. Conjudex noster de Com-*
5 *merc. disc.* 117. *num.* 2. Matrimonio ibi contracto cum
nobili Romana, *Rot. dec.* 137. *num.* 7. *&* 9. *part.* 5.
recent. Cyriac. contr. 448. *numer.* 46. *Ansald. dec.* 21.
num. 3. *& coram Seraphin. decis.* 999. *numer.* 2. *Rota*
divers. dec. 150. *num.* 1. *& num.* 5. *par.* 2. *Riminald.*
Jun. cons. 299. *numer.* 8. *& seq. lib.* 2. *Altograd. cons.*
6 27. *num.* 9. *lib.* 2. possessione stabilium, *Rot. post Con-*
stant. dict. dec. 94. *num.* 12. *Gratian. discept.* 592. *n.*
5. *Rot. dec.* 137. *num.* 10. *part.* 5. *recent. Menoch. de*
arbitr. lib. 2. *cas.* 86. *num.* 2. *Rot. coram Seraphin. de-*
cis. 999. *numer.* 2. *& decis.* 150. *num.* 8. *part.* 2. *Pa-*
cis Jordan. lucubrat. lib. 3. *tit.* 6. *numer.* 53. *fol.* 178.
vol. 1. *Roland. cons.* 79. *num.* 35. *vers. & tanto magis*
lib. 3. *& D. Conjudex noster d. disc.* 117. *numer.* 3.
7 Electione Sepulturæ, & permanentiæ usque ad obi-
tum, quæ omnia simul juncta, ad evidentiam probant,
Marchionem Josephum continuare voluisse domicilium
à Patre usque de anno 1635. contractum *Altograd.*
cons. 27. *numer.* 39. *& sequenti libr.* 2. *Rot. decis.* 137.
numer. 10. *& seq. part.* 5. *recent. & decis.* 172. *nu-*
mer. 4. *&* 9. *part.* 8. *Gratian. disceptat.* 592. *nu-*
mer. 5. *Rota post Constant. ad Statut. Urb. decis.* 6.
numer. 5.

Firmato ex his, quod Marchio Joseph, licet origi-
ne Florentinus, fuerit quoque Civis Romanus, effe-
ctus non minus ex electione, quam ex domicilio, in-
de sequitur, quod Dotes Filiabus destinatæ in ejus Te-
stamento Romæ condito debeant regulari cum Statu-
to Romano, & non Florentino, à quo desumebant
falsitatem causæ D. de Nerlis, ex conclusione com-
muniter recepta, quod Testator dicatur se conformas- 8
se potius cum Statuto ubi vixit, & testando decessit,
quam originis, ut in puncto firmant *Constant. ad Sta-*
tut. Urb. annot. 36. *numer.* 10. *& seqq. Rota post eum*
decis. 6. *num.* 4. *& seqq. & dec.* 7. *num.* 6. *& seqq.*
Rodulphin. alleg. 171. *num.* 26. *Rot. cor. Emerix. Jun.*
dec. 546. *num.* 4. *& coram Otthobon. dec.* 113. *num.* 5.
& post de Luc. de fideicommiss. decis. 71. *numer.* 23.
Soccin. Sen. cons. 79. *numer.* 12. *& seq. & numer.*
25. *libr.* 4.

Et quidem meritò, quia voluntas Testatoris inter- 9
pretari debet à consuetudine, & legibus loci ubi vi-
xit, & ubi ut plurimum conversatus est *Bartol. in l.*
si servus plurium, §. fin. numer. 2. *ff. de legat. prim.*
„ ibi „ *quod dixi, unde fuit, non intelligas ubi na-*
„ *tus est, sed ubi conversatus est* „ quem sequitur *Soc-*
cin Sen. cons. 247. *numer.* 5. *libr.* 2. *Surd. decis.*
227. *numer.* 11. *Rota decis.* 101. *numer.* 6. *& se-*
quenti part. 17. *& decis.* 447. *numer.* 13. *& sequen-*
ti coram Merlin. Constant. ad Statut. Urb. decis. 6.
numer. 4.

Hinc non obstant authoritates in contrario moti-
vo cumulatæ, quia vel loquuntur quando Testamen- 10
tum fuit conditum à Forense extra locum originis,
& in his terminis verè loquitur *Roman. in l. si non*
speciali C. de Testam. num. 9. *in fin.* „ ibi „ *Unde*
habes casum notabilem, quod in interpretanda du- “
bia Testatoris voluntate, inspicitur consuetudo loci “
originarii ipsius Testatoris, non autem consuetudo “
loci, ubi ut forensis testatur „ *& Roman.* ita expli-
cat *Mantic. de conjectur. lib.* 6. *tit.* 8. *n.* 13.

Vel procedunt ubi non agitur de interpretanda vo-
luntate Testatoris circa successionem, sed solummodo 11
circa intelligentiam alicujus verbi æquivoci, ut bene
observat *Rota post Constant. ad Stat. Urb. dec.* 7. *nu-*
mer. 10. & in his terminis est motivum de quo *lib. Mot.*
131. *fol.* 7. *in causa Pesci.* ubi disputabatur, de quo
scuto intellexerit Testator, an scilicet Romano, vel
Florenono: & rectè ibi deciditur de Florentino, quia
cum ipse in propriis libris scripturam composuisset ad
monetam scutorum de libris septem, juxta stylum Flo-
rentinum, inde sequebatur, quod in interpretanda ejus
voluntate debebat sequi consuetudo ipsius Testatoris.

Vel veniunt recipiendæ, quando habitatio fuit occa-
sionalis sine animo acquirendi domicilium, prout est 12
Rot. apud De Luc. de testam. decis. 37. quæ licet *num.*
15. per quandam exorbitantiam dicat, quod in con-
cursu duplicis domicilii, veniat præferendum illud
originis, tamen hoc dicit cum supposito, quod Te-
stator redierit ad domicilium originis, ubi diù vixit,
& obiit, vel quando in loco domicilii nullum extat
Statutum, quia tunc recurritur ad Statutum originis, 13
Soccin. Sen. cons. 79. *num.* 25. *lib.* 3. *Surd. decis.* 227.
num. 11.

Conclusio itaque, quod Testator disponendo, dica-
tur se conformare voluisse cum Statuto loci facti Te-
stamenti, & non originis, est adeo vera, ut procedat
etiam quoad bona extra Territorium sita, non in
ratione auctoritativa ipsius Statuti, sed in ratione 14
voluntatis Testatoris, quæ unica est, ut in individuo
dicunt *De Luc. de success. disc.* 4. *num.* 16. *& disc.* 6.
num. 6. *& de fideic. disc.* 73. *num.* 8. *Mans. consult.* 676.
num. 70. *& seq. & consult.* 678. *num.* 13. *Antonell. de*
loc. leg. lib. 2. *cap.* 9. *num.* 239. *Rot. cor. Emerix Jun.*
dec. 810. *num.* 2. *& seq. cor. Priol. dec.* 436. *num.* 9.
Bellon. Jun. cons. 74. *num.* 127. *& seq. Pret. de interpret.*
ult. vol. interpret. 1. *dubit.* 4. *solut.* 10. *num.* 5. *in fin.*
Castill. contr. lib. 4. *cap.* 35. *n.* 16. *Torr. var. lib.* 3.
part. 2. *quæst.* 57. *num.* 36. *& seq. tit.* 12. *fol.* 114. *&*
de primogen. lib. 2. *fol.* 200. *num.* 115. *Rodulph. alleg.*
171. *num.* 25.

Non attenta replicatione, quod prædicta procedere
valeant, ubi in loco originis non adsint Statuta con-
traria, quia tunc Testator censetur se uniformasse cum
Statutis locorum, ubi bona sunt sita, juxta auctori-
tates in contrario motivo deductas §. *Non pariter in*
fin. quia prædicta conclusio procedit ab intestato, quo
casu cum successio deferatur ex lege municipali, ista
non

non potest operari extra Territorium: Aliud autem est, ubi succeditur ex Testamento, & sic ex voluntate Testatoris, interpretata per Statutum; quia tune
15 licet illud non extendatur extra Territorium, tamen extenditur voluntas Testatoris, quæ tamquam unica, & individua semper est eadem, & ubique bona sint sita, semper dominatur, ut respondendo ad objectum firmat *Mans. consult. 676. num. 67. & seqq. Rot. cor. Prial. decis. 436. numer. 9. Adden. ad Buratt. decis. 834. num. 16. & seq. Rot. post Torr. de primog. lib. 3. dec. 59. numer.* 10. cum aliis, de quibus supra in §. *Fortius*.

Ea hia corruit quoque responsio, quod non sit inconveniens, unam eamdemque dispositionem recipere diversam interpretationem ob diversitatis rationem, deductam à contrarietate Statutorum, ubi bona sunt sita; quia id procedere potest in compatibilibus, non autem in incompatibilibus, pro ut est voluntas Testatoris in eodem instanti determinanda, quæ tamquam iodividua, non potest scindi, neque esse, & non
16 esse; Nec applicatur decisio ea adverso allata in Causa Peroni, in qua juxta decisionem, seu Votum b. m. Domini Senatoris Poltti, fuit à S.R.C. decisum sub die 15. Febr. 1698. quod in bonis Romæ sitis, fœminæ exclusæ faciant numerum, & partem favore masculorum ad augendam eorum legitimam. Secus vero quo ad bona in Territorio Florentino existentia; quia in illo casu quæstio non erat de voluntate, quæ tamquam individua debet ubique eadem esse, sed de potestate; nam Pater relinquendo certam summam pro legitima Marchioni Silvin, non potuit ei præjudicare in majori quantitate, quæ sibi de jure competebat, & ideo ad dignoscendum, an legitima esset triens, vel semis, disputabatur articulus, an fœminæ favore masculorum facerent numerum, & partem, diversimode decisus respectu bonorum in utroque Territorio existentium, juxta diversitatem Statutorum, & propterea talis Decisio est omnino extranea à casu nostro, ut bene observat *Rot. post De Luc. de fideic. dec. 37. num. 16.*

Insubsistens pariter à DD. habita fuit distinctio in-
17 ter Statutum interpretativum, & dispositivum, quam facere videtur *Rot. dec. 355. num. 30. & seq. part. 5. Mans. consult. 677. numer. 19.* quia Statutum statim, ac declarat, dicitur disponere, & sicuti in hoc casu ratione voluntatis ubique procedit dispositio, ita eodem modo quando Testator reliquit Dotem Filiæ, ta-
18 le legatum provenit ab una, & eadem voluntate Testatoris, quæ in eodem instanti non potest esse, & tamquam individua non potest scindi, ut respectu Bonorum Romæ existentium Dos dicatur relicta, uti suæ, & respectu bonorum sitorum in Dominio Florentino, legatum Dotis dicatur factum uti extraneæ, pro ut scribendo contra *Palm.* respondet *Anomal. apud Mans. consultat. 676. num. 63. & numer. 68. & seqq.* & ita *à Rota Florent.* fuit contra *Palm.* in illa Causa judicatum, cujus Sententia legitur apud *Mans. post cons. 678. in fin.*

Agnoscentes defensores Domini de Neriis difficultatem resultantem à dispositione juris, recurrebant ad voluntatem Testatoris, se conformandi cum Statuto originis, & non domicilii, eam desumendo.

Primò ex quo Marchio Joseph Nerius disponendo, se nominavit Florentinum; sed hæc circumstantia, di-
19 citur apposita ad denotandam originem, non autem ad excludendum novum domicilium, seu Statuta ejusdem, cum quibus de jure præsumitur se voluisse conformare, ut bene in his terminis firmat *Rot. post Constant. ad Stat. Urb. decis. 7. numer. 15. & dec. 94. n. 23. & in recentior. decis. 137. numer. 13. part. 5. & decis. 172. numer. 12. part. 8. Muta decis. Sicil. 81. numer. 13.*

Secundò fortius insistebant, quod si Testator taxavit Dotes in summa scut. 15000. cum declaratione, quod si filiæ efficerentur Moniales, omne residuum ultra Dotem dari solitam Monasterio, pertineat ad ejus hæreditatem, inde sequebatur, quod potius videatur se conformasse cum Statuto Florentino, quam Romano secundum quod, Dos succedendo loco legitimæ, debet transmitti ad hæredes ejusdem filiæ, non autem redire ad hæreditatem Testatoris: Verum hujusmodi argumentatio non concludit, quia etiam ad terminos Statuti Romani, potest Pater diversimodè filiabus Dotes constituere, ut scilicet sit major in casu Matri-
monii carnalis, & minor in casu Monacationis, nec 20
filiæ possunt conqueri, sed Dos constituta in quacumque summa sit, licet succedat loco legitimæ, tamen non possunt filiæ petere aliquod supplementum, sed debent esse tacitæ, & contentæ, ut disponit prædictum Statutum sub *Rub. 141. Constant. ad Statut. Urb. annot. 35. numer. 263. de Luc. de Statut. success. super Bull. Innocent. §. 19. numer. 12.* Unde Testator minorando Dotem in casu Monacationis ad commodum suæ hæreditaria, disponit idem, quod disponit Statutum Romanum.

Hactenus firmata, excludunt à toto genere errorem, & probant subsistentiam, & veritatem obligationis factæ per Marchionem Philippum: Cæterum, ut plenis numeris refulgeat justitia nostræ Sententiæ, dicimus exceptionem prædictam erroneitatis præsenti casu omninò esse irrelevantem in jure, quod facile credimus ostendi posse ex eo, quod Marchio Philippus erat conscius quæstionis, quæ in successione Dotis relictæ D. Petronillæ oriri poterat, an scilicet succederet loco legitimæ, nec ne, quod pendebat ab articulo, an esset attendendum Statutum Romanum, vel Florentinum, & nihilominus voluit Dotem in summa scutorum 22500. constituere, & ad eam nomine proprio se obligare: Unde emergit, quod non sit allegabilis nullitas sub prætextu erroris; quia si non ignorabat posse se ab obligatione eximere allegando dispositionem Statuti Florentini, & non obstante voluit obligationem
suscipere, tali casu, obligatio non per errorem, seu 21
falsam causam, sed potius animo donandi suscepta præsumitur, ut sunt *Text. in leg. Campanus 47. ff. de oper. libert. leg. etsi divortio ff. de verb. oblig. leg. indebitam. Cod. de condit. indeb. leg. Non dubium. Cod. de Testam. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 12. numer. 46. Adden. ad Gratian. decis. 137. numer. 3. Tondut. resolut. civil. 199. num. 1. part. 2. De Luc. ad Gratian. disceptat. 324. numer. 4. & seqq. Cyriac. contr. 586. numer. 71.*

Scientia vero Marchionis Philippi indubitata resultat, quia post mortem Marchionis Josephi, obiit quoque Domina Petronilla ejus filia, & in Dote scutorum 15000. et à Patre destinata, prætenderunt succedere pro æquali, tam Marchionissa Millina, quam Marchionissa Laura ejus filia, & respective Soror prædefunctæ, & Marchio Philippus constanter huic prætensioni se opposuit, quod facere non poterat, nisi in vim Statuti Florentini, nam si alias fuisset attendendum Statutum Romanum, nulla cadere poterat controversia: unde commissa Causa in Rota, Partes devenerunt ad concordiam, cum interpositione claræ memoriæ Emerix Sacræ Rotæ Decani, cum expressa declaratione per D. Marchionem Philippum emissa, quod deveniebat ad Transactionem, pro conservanda benevolentia cum prædicta Domina Marchionissa Millina, cum de cætero sciret, ejus prætensiones nullatenus subsistere, & de facili adversus easdem posse se defendere, ut clare legitur in Transactione „ ibi *Et quamvis Illustriss. Dom. Marchio Philippus Nerlius N. quo supra, credat pro exclusione cujuslibet prætensi juris dictæ Dominæ Marchionissæ Annæ Mariæ, tam quoad prædictum residuum lucri, quam ex capite prætensæ successionis in bonis Filiæ bonum jus fovere, & hæreditatem B. M. Marchionis de facili defendere, nihilominus ad conservandam benevolentiam, &c. Et cum expressa protestatione, quod per hanc Transactionem, ut supra factam, prætensiones dictæ Dominæ Marchionissæ, quoad prætensam successionem supradictarum filiarum in nihilo canonizatæ censeantur, &c.* „ Si igitur D. Marchio credebat bonum jus fovere pro exclusione Marchionissæ à successione prædictæ hæreditatis, adeò ut fuerit protestatus, quod prætensio prædicta per Transactionem nequiquam intelligeretur canonizata, hoc sequi non poterat nisi in vim Statuti Florentini: Ideò irrelevantes omninò deteguntur responsiones in contrario Motivo datæ ad excludendam hujusmodi scientiam *à c. 11. ex §. Neque*, quasi istæ expressiones proveniant ex stylo Notarii, vel ex natura Transactionis, in qua unaquæque ex Partibus allegat optimum jus fovere, ne dicatur Transactio inita super re clara; vel in omnem

casum

casum expressiones hujusmodi referri debent ad aliam prætensionem lucri dotalis, non autem successionis prædictæ, quia similes animadversiones non tollunt vim nostri fundamenti, a scientia desumpti, nam ver-
22 ba Notarii in Instrumento apposita, censentur adhibita de voluntate Partium *Surd. consil.* 129. *numer.* 21. *& cons.* 483. *numer.* 19. *Muta decis. Sicil.* 81. *numer.* 6. *Paulut. dissert.* 70. *num.* 37. *lib.* 2. *Andreol. contr.* 25. *num.* 46. *lib.* 1. *Decian. resp.* 21. *num.* 31. *libr.* 2. quod vero de natura Transactionis sit, narrare prætensiones reciprocas, est quidem verum, sed hoc ipsum probat, quod Transigentes habuerunt plenam, & individuam scientiam jurium sibi competentium: Et demum quod verba Transactionis, seu expressiones emissæ per Marchionem Philippum, veniant referendæ ad solam prætensionem lucri; est æquivocum manifestum, dum in Transactione æque principaliter actum fuit, tam de lucro, quàm de successione in bonis filiæ prædefunctæ, ut patet legenti.

Minus relevat, quod Marchio Philippus exprimendo causam successionis insubsistentem, dicatur se voluisse coarctare ad eamdem causam, ita ut detecta ejus falsitate corruat obligatio, nec possit recurri ad aliam causam donationis, alias de jure numquam præsumendam: siquidem posita scientia in Domino Marchione Philippo circa incompetentiam successionis, qui nihilominus voluit se obligare ad totam Dotem in summa Scutorum 22500. nedum nomine hæreditario Josephi Fratris, sed etiam proprio & particulari, ut denotant illa verba „ *In nome suo proprio divisamente, e congiuntamente, nel modo, che sarà più proficuo a dette Sig. Marchese Cesare Rusponi futuro Sposo* „ unum de duobus resultat.

Vel quod causa expressa sit demonstrativè tantum
23 apposita, non autem taxativè, ut in individuo firmat *Rot. post Merlin. de legit. decis.* 131. *num.* 18. *& seqq. De Luc. de Dot. disc.* 156. *numer.* 29. *versic. verum Rot. Florent. apud Dom. de Comitibus decis.* 47. *numer.* 18. *& seqq. Gratian. disceptat.* 264. *n.* 7. *& Constant. ad Stat. Urb. dec.* 54. *nu.* 16. *& in Mantiss. post De Luc. lib.* 16. *dec.* 6. *n.* 10.
24 Vel quod expressio causæ falsæ de præterito facta à sciente, non vitiet ejus promissionem, nec titulum donationis excludat per *Text. express. in leg. si divortio* 21. *ff. de verb. obligat.* prout in puncto observat ibi *Donell. ubi sub num.* 5. *erga fin.* rationem assignat „ ibi „ *Id autem hic sensum esse a promissore, ne falsa causa præterita noceret, ex eo apparet, quod qui eam causam adjecerit donare voluit, qua ratio à Paulo redditur in l. In summa. §. Id quoque supra de condit. indeb. sed unde hic animus donandi colligitur? non tam colligitur aliundè, quam ultro se ostendit: Agitur enim de eo, qui eam causam adjecerit, propter quam dare non cogeretur, de eo cui liberum fuerit non dare. Certi autem juris est donari intelligi, quod nullo jure cogente conceditur leg. Donari supra de donat. Nec tantum ad eum, qui dat aliquid, sed etiam ad eum qui promittit, hæc definitio pertinet.* „
25 Quæ licet clara in se, adhuc clariora redduntur ex eo, quia ad irritandam obligationem prætextu erroris; non solum debet error concludenter probari, sed etiam quod ubi contrahens errorem agnovisset, non fuisset contracturus, eo modo quo contraxit *Cyriac. controv.* 180. *numer.* 85. *& seqq. Tondut. resol. civil. capit.* 199. *numer.* 6. *Rot. coram Seraphin. decis.* 275. *numer.* 10.

Sed re vera, quod Marchio Philippus voluerit li-
26 beralitatem exercere erga Neptem, constat ex eo, quod sciens se posse eximi vigore Statuti Florentini ab isto augmento, adhuc ad illud se obligavit, in puncto *Rot. dec.* 326. *num.* 18. *& seq. & num.* 20. *& seq. & decis.* 332. *num.* 20. *part.* 11. *& dec.* 1. *numer.* 19. *& seq. part.* 8. Item aliud augmentum in summa scutorum 1800. post ejus mortem promisit, nec non variando obligationem titulo hæreditario debitam, eam
27 nomine proprio assumpsit, nec non onus Gabellæ sibi accollavit, quæ omnia demonstrant animum exercendæ liberalitatis erga Neptem, quam uti filiam diligebat ex traditis per *Gabriel. cons.* 132. *quæst.* 2. *numer.* 15. *lib.* 3.

Pro ut pariter non procedunt ea, quæ dicebantur de asserta decoctione Marchionis Philippi ad arguendam nullitatem obligationis ejusdem, quia prædictæ decoctionis nulla in Actis datur probatio, immò de tempore promissionis jam Rev. Camera dimiserat possessionem bonorum incorporatorum, nec non prædictus Dominus Marchio reputabatur communiter habilis ad contrahendum, ut constat ex documentis, de quibus in processu, & quod est amplius ipsemet Do-
minus Jacobus Nerlius contraxit cum eodem Marchio- 28
ne Philippo, unde non potest nunc opponere, quod præcedenter ad contractum ab eo gestum esset obæratus, ut in puncto advertit *Gob. consult.* 9. *nu.* 65. *& seq. Rot. dec.* 85. *n.* 15. *par.* 15.

Huc usque deducta ad oculum demonstrant, quod allegatus error, seu falsitas causæ, à qua dicitur obligationem Marchionis Philippi processisse, non verificetur in facto, neque etiam subsistat in jure; Tandem ut magis, atque magis appareat de insubsistentia objecti, dicimus quod in omnem casum non esset allegabilis contra maritum, agentem ad Dotem sibi constitutam.

Siquidem licet promittens Dotem cum falso suppo- 29
sito, non remaneat obligatus, *De Luc. de Dot. disc.* 154. *num.* 30. *vers. comparibiliter. Ansald. de Commercio, disc.* 22. *num.* 18. Tamen conclusio procedit respectu mulieris, foventis causam lucrativam, non autem respectu Viri ex causa onerosa contrahentis; qui si fuit allectus à Promissore ad contrahendum Matrimonium cum tali Dote, non debet decipi, cum alias non contraxisset, & ideo non obstante quacumque exceptione erroneitatis, remanet promissor obligatus respectu Viri ad totam Dotem constitutam, pro ut in
individuo firmant *De Luc. de Dot. disc.* 154. *numer.* 30
74. & melius *disc.* 156. *numer.* 29. *Leotard. de usur. quæst.* 71. *numer.* 36. *Capyc. Latr. dec.* 38. *numer.* 43. *& seq. Fontanell. de pact. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 8. *numer.* 23. *Peregrin. decis. Patavin.* 43. *numer.* 1. *& seq. Olea de cess. tit.* 6. *quæst.* 11. *num.* 36. *Dom. Aud. de Casaregis in tract. del* Cambista Instruito *cap.* 3. *numer.* 31. & propterea concludimus cum dilemmate illo, quo in his terminis utitur *Rot. dec.* 1. *num.* 23. *part.* 8. „ ibi „ *Vel illa assertio successionis est vera, & cessat omnis lis: Aut emanavit, ut Dominus Dux induceretur ad contrahendum, & non potest Dominicæ Antoniæ suffragari propter bonam fidem, quæ in hujusmodi contractibus exuberare debet, cum alias Dominus Dux non esset contracturus.* „

Nil referente, quod deducitur in contrario motivo *fol.* 12. ex §. *Denique*, quod prædicta procedant quando in promissione fuit processum per viam delegationis, & quando Debitor delegatus in se suscepit ob-
ligationem purè, non autem sub expressione certæ cau- 31.
sæ, quæ si deinde erronea detegatur, corruat quoque delegatio ad tradita per *Afflict. resolut.* 37. quia prædictæ responsiones in utroque supposito vacillant.

Non subsistit itaque prima pars objecti, quia vis conclusionis non consistit, an adsit delegatio nec ne, sed in eo quod exceptio erroris, & falsæ causæ opponi non valet à dotante contra Maritum alias non contracturum, cum æquitas, & bona fides non patiantur, quod ipse decipi debeat, & in his terminis præscindendo etiam à casu delegationis, in puncto firmant Authoritates supradictæ, & quidem merito, quia quamvis in hoc casu non concurrat vera delegatio, tamen concurrunt omnes rationes, quibus delegatus non potest exceptiones falsæ causæ, erroris, vel ignorantiæ opponere.

Militat siquidem ratio *text. in leg. si donatarius*, §.
Si quis indebitam, *ff. de cond. caus. dat.* quod maritus 32
bona fide proprium negotium gessit, ut bene explicat *Faber in ration. d.* §. *Si quis indebitam* „ ibi „ *Nec proinde mulieris negotium gerit cum petit Dotem, sed suum, itaque nihil dolo facit, propter quod doli exceptione repelli debeat, tantumque abest, ut quemque decipiat, ut deciperetur potius si exigere prohiberetur, atque ita uxorem, aut omnino indotatam, aut minus dotatam habere cogeretur.* „

Concurrit & altera, quia differentia inter cessionem, & delegationem in eo consistit, quia in tantum Debitor cessus potest opponere contra cessionarium de nullitate obligationis, in quantum iste data nullitate debiti cessi, non decipitur, sed habet regressum contra

ceden-

cedentem, non sic in delegatione, quia per obligationem susceptam à delegato, remanet delegans omnino liberatus, nec Creditor contra illum habet amplius actionem, & ideo si delegatus post obligationem susceptam posset opponere exceptiones, Creditor deceptus remaneret, neque amplius contra aliquem regressum haberet, quæ ratio adamussim in præsenti verificatur; quia statim ac quod Marchio Philippus proprio nomine, & tamquam Debitor principalis Dotem promisit, est ad instar delegati, & si posset exceptionem falsæ causæ allegare, deciperetur Dom. Marchio Rasponi, nec haberet regressum contra aliquem obligatum.

Non procedit quoque secunda pars objecti, quia expressio causæ non fuit per viam conditionis, quasi in se assumpserit onus solvendi Dotem in scutis
33 22500. quatenus ejus nepti fuisset debita successio in bonis Petronillæ sororis prædefunctæ; sed solummodo per modum demonstrationis, ut latè, & doctè respondendo ad *Afflict.* firmat motivum D. Audit. Piccinini, ad quod, ne scriptis scripta conficiam, remissivè me habeo.

Verum quia Dominus de Nerlis etiam cum supposito, quod prædicti Jugales essent verè Creditores Marchionis Philippi, prætendebat eis præferri, sub motivo, quod ejus creditum esset anterius in tempore, & quod tamquam proveniens ex partitis librorum à Marchione Philippo Romæ conscriptis, & authoritate Judicis exemplatis haberet hypothecam in vim Statuti Florentini *lib. 4. sub Rubr.* 14. ideo inter partes fuit acriter disceptatum, an Statutum prædictum procedere valeat in partitis librorum extra Territorium statuentium descriptis, & DD. post maturum articuli examen, acerrimè hinc inde Advocatis informantibus, negativè responderunt, quia Statutum Florentinum circa tria disponit.

Primò, quod singulæ scripturæ librorum factæ, &c. habeantur, & sint ut publica documenta Quarantigiæ.

Secundò, quod omnia bona ipsius debitoris intelligantur esse, & sint obligata per ipsos.

Tertiò, quod scripturæ prædictæ valeant executioni mandari tamquam præceptum Quarantigiæ continentes, & ad voluntatem Creditoris procedatur contra hujusmodi debitores, & hæredes eorum in personis, & rebus: unde ad partes examinando prædicti Statuti dispositionem, credidimus intelligendam esse de partitis librorum in Territorio conscriptis.

Etenim aggrediendo primam partem Statuti, quotiescumque disponit, partitas hujusmodi per Debitorem scriptas reputari, ut publica documenta, dicitur respicere probationem magis privilegiatam ab eodem Statuto concessam, & ideo procedit communis, & ab omnibus recepta conclusio, quod Statutum conce-
34 dens probationem libris Mercatorum, intelligatur de descriptis in Territorio Statuentium, non autem extra, ut in his terminis rejecto *Corneo in conf.* 319. *libr.* 3. *erga fin.* dicunt *Genua de Script. priv. libr.* 4. *de libr. Mercat. numer.* 23. *Stracc. de Mercat. tit. quomod. in cauf. Mercat. proced. Viv. com. opin.* 806. *num.* 9. *Mascard. de probat. conclus.* 976. *num.* 18. *& seq.* & communiter supradictam conclusionem sequuntur *Jason. in l. cunctos populos numer.* 23. *in fin. cod. de Summ. Trinit. & fid. Catholic. Dec. in cap. Æpistola n.* 135. *versic. satis de probat. Bald. in cap. cum dilectus num.* 5. *ff. de fid. instr. Joann. Baptista à S. Severino in leg. Omnes populi num.* 164. *ff. de just. & jur. Stacc. de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 239. *Ansald. de Commercio, discurs. gener. num.* 111. *Sabell. in summ. in verbo Statutum num.* 38. *versic. dummodo. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 360. *num.* 21. *tom.* 2. *Conciol. ad Stat. Eugub. libr.* 2. *rubr.* 74. *numer.* 2. *& seq. Rosenen. de libr. Mercat. cap.* 12. *num.* 33. *Hodiern. ad Surd. dec.* 312. *n.* 4. *& dec.* 199. *num.* 3. *Pacian. de probat. cap.* 63. *num.* 41. *vers. cum satis libr.* 1. *Ludovis. conclus.* 29. *vers. amplia quar.*

Fundatur autem dicta opinio in illa solida ratione, quod in his quæ respiciunt probationem, seu autho-
35 ritatem scripturæ attenditur locus ubi celebrata fuit, ubicumque postmodum ea exhibeatur, ut dicunt *DD. in l. Cunctos populos cod. de Summ. Trin. & fid. Cath. Pich. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 151. *gloss.* 2. *nu.* 36. & in specie agendo de nostra quæstione observat *Genua de Script. priv. libr.* 4. *tit. de libr. Mercat. numer.* 19. *Viv. com. opin.* 806. *numer.* 3. *Stracc. de Mercat. tit. quomod. in cauf. Mercat. proced. numer.* 31. *Mascard. de probat. conclus.* 976. *num.* 20. *& seq. Hodiern. ad Surd. dec.* 312. *n.* 4. *Scacc. de jud. libr.* 2. *cap.* 11. *numer.* 239. *& seq. Ansald. de Commerc. disc. gener. numer.* 108.

Neque obstat replicatio, quod tunc Statutum arctetur Territorio, ubi agitur de fide libris præstanda contra juris dispositionem ad favorem scribentis, pro ut verè loquuntur authoritates supra recensitæ; secus autem ubi agitur de fide danda libris contra scribentem, qui attenta dispositione juris, semper debitor convincitur ex ejus subscriptione, & ideo Statutum ubique procedat; quia pro responsione stat inevitabile dilemma, quod

Aut Dominus de Nerlis utitur beneficio Juris communis, cujus vigore creditur libris contra scribentem, & non habet hypothecam, cum ista, eo attento, non 36
detur nisi fuerit conventa. *Andreol. contr.* 91. *numer.* 6. *& seq. Saminiat. contr.* 16. *num.* 22. *Rota inter recollect. per Palm. decis.* 168. *numer.* 19. *&* 225. *numer.* 3. *Merlin. de pignor. libr.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 26. *numer.* 8.

Aut insistit in beneficio Statuti, & tunc licet istud disponat idem, quod jus commune, adhuc datur condictio ex Statuto *Mascard. de Stat. conclus.* 12. *numer.* 21. *& seq. Cyriac. contr.* 531. *nu.* 58. *Conciol. ad Stat.* 37
Eugub. in prælud. numer. 194. *D. Coniudex de Casareg. ad Stat. Janua in rubr. de success. ab intest. numer.* 82. *& in §.* 8. *numer.* 2. *& seq. fol.* 186. cujus authoritas, cum non egrediatur jurisdictionem Statuentium, ideò requiritur, quod libri sint descripti in Territorio, juxta authoritates supra deductas, ex ea evidenti ratione; quia quando agitur de forma probatoria à Statuto in- 38
ducta, quæ percutit actum à principio, attenditur Statutum loci, in quo actus gestus fuit, non autem originis contrahentium *Spad. conf.* 302. *numer.* 3. *libr.* 2. *Carleval. de judic. libr.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 4. *n.* 272. *Conciol. ad Stat. Eugub. in prælud. numer.* 162. *Mans. consultat.* 420. *numer.* 1. *& seq. Altograd. conf.* 36. *numer.* 4. *libr.* 1. *Rota decis.* 238. *numer.* 3. *part.* 6.

Quod tanto fortius procedit, quia jus commune solummodo præscribit, quod credatur libro contra scribentem; sed Statutum Florentinum aliquid amplius disponit, ordinando quod talis scriptura habeat vim publici instrumenti cum competentia hypothecæ, ideo procedendo cum sensu partis, sicuti quando agitur de fide, concessa libris contra dispositionem juris, requiritur, quod sint scripti in Territorio, ita eodem modo dicendum est respectu hypothecæ, quæ non minus exorbitat ab jure, quam Statutum de fide danda libris 39
ad favorem scribentis *Soccin. Sen. conf.* 240. *num.* 1. *vers. dictum Statutum lib.* 2.

At hæc licet in jure subsistentia, eò magis fomentum veritatis suscipiunt, attenta mente statuentium, ex qua apertè colligitur à dispositis in omnibus Rubricis, quod intellexerint de libris in eorum jurisdictione descriptis: Nam *in rubr.* 11. *de fid. adhib. libr. Mercat.* disponendo de probatione „ ibi „ *Omnis scriptura sit firma in eo, quod continetur in talis scriptura contra eum, qui sic scripsit* „ non solum præsumitur juxta formam Juris loqui de scriptura, confecta in loco statuentium ex Authoritatibus supra recensitis; Sed etiam præservando recognitionem erroris, allegati à scribente, quem Statutum mandat recognosci per Consules Mercatorum Callismalæ, seu illius Artis, unde esset ille, qui talem scripturam fecisset; probatur statuentes intellexisse, de Scriptura, confecta in lo- 40
co, ut bene observat *Altograd. conf.* 36. *numer.* 15. *& sequenti, libr.* 1. *Rota decis.* 500. *numer.* 3. *parte* 2.

In *Rubr. vero* 12. disponit, quod credatur libro Mercatoris, composito per modum debiti, & crediti in respective datis, & receptis, si per Consules suæ Artis, & per Consules septem majorum Artium Civitatis prædictæ fuerit pro legali recognitus: Verum, quod statuentes hoc præscripserint cum supposito, quod hujusmodi liber fuerit in Territorio descriptus, ad evidentiam deducitur ex eodem Statuto „ ibi „ *Et Do-*

minus

„ *minue Potestas, & Dominus Capitaneus, & Defensor Artium, & Artificum Civitatis Florentiæ; & quilibet eorum proprio Juramento proprio mense sui regiminis, teneantur convocare Consules Mercatorum Callismalæ, & Campsorum aliarum Artium, habentes libros, quibus publicè creditur ad scripturandum librum de receptis, & datis, & præcipere eis ad pœnam &c. & etiam compellere illos cum effectu, quod infra certam diem per ipsos Dominos, vel quem ex eis statuendam, ipsi debeant parere, & cum effectu compellere omnes habentes libros, & quibus publicè creditur in acceptis, & datis, qui eis subsunt, quod ipsi debeant scribere in principio, & Prologo librorum ipsorum per scriptorem, ipsorum, cujus societatis sit ille liber, & etiam nomen Capitis societatis, dicendo: Hic est talis liber filii, & sociorum talis, & talis societatis, nominando socios ejus, & si dicti tituli non fuerint scripti, non detur fidee ipsis libris in favorem, talis Mercatoris, vel Artificis &c.* „

Sequitur denique *Rubr.* 13. quæ loquitur de Campsoribus, & Mercatoribus, vel Artificibus de aliqua 21. Artium, nec non de exhibitione libri dati, & accepti, qui juxta solemnitates requisitas in *Rubr.* antecedenti, debet esse retentus, & scriptus in loco statuentium, & verba semper facit de Protestate, seu Capitaneo Civitatis Florentiæ, aut de Consulibus Artis, & de sequestrando libro penes Consules illius Artis de qua fuit ille, à quo peteretur: Ex quibus omnibus 41 clare deducitur, Statutum semper loqui cum præsupposito, quod agatur de libris Mercatorum in Civitate nostra retentis, & conscriptis, ut ex *Rot. & Altograd.* supra innuimus.

Nec obstant argumenta in contrarium deducta, quod si Statutum sub *Rubr.* 13. non comprehenderet subditos quoad exhibitionem librorum mercaturam exercentes extra Territorium, sequeretur absurdum, quod Statutum sub *Rubr.* 14. obligasset ejus hæredes ad prædictam exhibitionem, non autem ipsum Mercatorem; quia supplicamus advertere, quod in vim prædictorum Statutorum, Mercatores absentes, & extra jurisdictionem negotiantes, non obligantur ad exhibendum, cum verba sint directa ad Consules Artis, ad Potestatem, seu Capitaneum Civitatis Florentiæ, sed quia mortuo mercatore in loco gestæ negotiationis, poterat dari casus, quod reliquisset hæredes in districtu Florentino habitantes, ideo Statutum prævidendo hunc casum sub *Rubr.* 14. tales hæredes obligavit ad exhibendum; sed quia agitur de libro extra jurisdictionem retento, & descripto, nulla in hujusmodi Statuto facta fuit mentio de hypotheca, ideo potius argumentum retorquetur: Neque subsistit absurdum ex adverso consideratum, quia in tantum Statutum sub *Rubr.* 14. mentionem non fecit de Mercatore in remotis negotiante, in quantum illum supponit mortuum, & licet replicetur, quod poterat contingere Mercatorem prædictum ad Patriam redire, tamen hunc casum statuentes non prævideruntt, sicut non præviderunt alterum, quod moriendo in remotis, reliquisset hæredes subditos in districtu non habitantes, & ideo hujusmodi casus non prævisi, remanent sub dispositione Juris.

Similiter non concludit alterum argumentum, quod nostrum Statutum concedat partitis librorum vim publici Instrumenti Quarantigiæ; ergo comprehendat partitas extra Territorium descriptas vigore Statuti sub „ *Rubr.* 42. „ ibi „ *Et præfatum præceptum, & instrumentum, seu scriptura Quarantigiam continens ubique locorum, ac etiam extra jurisdictionem Communis Florentiæ factum inter Florentinos, seu habitantes in Civitate Florentiæ, districtu, vel Comitatu, seu inter Florentinum, ac Forensem, &c.* „ quia hoc est supponere, quod est in quæstione, nam omnino negamus, partitas extra Territorium descriptas habere vim publici Instrumenti Quarantigiæ, & ideo sua mole ruit argumentatio prædicta.

Posito autem quod prima pars Statuti loquatur de probatione debiti, resultante ex partitis librorum in 42 Territorio descriptis, inde sequitur, quod secunda pars ejusdem Statuti inductiva hypothecæ, tanquam consecutivè apposita debeat intelligi retento eodem themate, scilicet pro debito resultante ex partitis in Territorio descriptis *Cyriac. contr.* 400. *num.* 65. *Cresp. de Valdaur. observ.* 22. *num.* 96. *Torr. de Majorat. libr.* 2. *cap.* 46. *numer.* 22. *Rota dec.* 241. *numer.* 4. *& seq. & decis.* 144. *numer.* 6. *& seq. & decis.* 691. *numer.* 7. *& seq. part.* 18. *& dec.* 273. *n.* 6. *part.* 15. *Mans. consult.* 106. *num.* 39. *& consult.* 697. *numer.* 59. *Saminiat. controv.* 143. *numer.* 14. *& contr.* 56. *numer.* 33. *& seqq.*

Et quidem meritò, quia Statutum in una & eadem oratione simul complicata, & dependente principaliter disponit, quod partitæ librorum habeantur, & sint ut publica, & quarantigiata instrumenta, & secundario pro earum implemento, & accessoriè quod sint obligata omnia bona Debitoris; Unde videtur penitus imperceptibile, quod statuentes in ea parte, quæ loquitur de præstanda fide partitis librorum, & quod habeantur tanquam publica instrumenta, senserint de partitis in Territorio descriptis; In ea verò parte imme- 43 diatè sequenti inductiva hypothecæ, quæ accessoria est, intellexerint generaliter de omnibus partitis etiam extra Territorium conscriptis *Barbos. tract. var. axiom.* 4. *num.* 4. *Bandon. collect.* 24. *numer.* 48. *libr.* 2. *D. de Comitib. decis. Senen.* 9. *numer.* 20. *coram Merlin. decis.* 31. *numer.* 2. *& decis.* 330. *numer.* 32. *part.* 5. *recentior. & decis.* 680. *numer.* 12. *part.* 4. *tom.* 3. *Castill. controv. libr.* 5. *cap.* 167. *numer.* 1. *& seqq. Valenzuel. conf.* 18. *num.* 74. *& seqq. libr.* 1. alias sequeretur absurdum, quod partitæ in Territorio descriptæ habentes, vigore Statuti, vim publicis Instrumenti, non haberent hypothecam, partitæ verò extra Territorium descriptæ, quæ ex supradictis non sunt publica Instrumenta, haberent hypothecam:

Si igitur principalis dispositio Statuti consistit in tribuendo fidem, & robur publici Instrumenti partitis conscriptis in Territorio, obligatio bonorum Debitoris successiva, dicitur accessoria, & quasi proveniens ex præcedenti æquiparatione partitarum cum Instrumentis publicis, & quarantigiatis; Unde sequitur, quod sicut principalis dispositio trahi nequit ad partitas extra Territorium descriptas, ita trahi non debet 44 dispositio accessoria, & consecutiva, *Barbos. axiom.* 4. *numer.* 2. *Rota decis.* 454. *numer.* 8. *part.* 18. *tom.* 2. *& deci.* 133. *n.* 13. *par.* 14. *& dec.* 17. *n.* 41. *par.* 5. *rec. & cor. Ludovis. dec.* 418. *num.* 3. *Surd. cons.* 318. *numer.* 5. *& seq. libr.* 3. *Castill. controv. libr.* 5. *capit.* 168. *numer.* 12.

Hinc extranea redditur quæstio de subdito contrahente extra Territorium, quod remaneat subjectus legibus suæ Patriæ, & quod Statuta Florentina, ut plurimum procedant etiam in contractibus extra Territorium gestis, prout in lege Anni 1551. mandante donationes ubicumque per subditos celebratas ad Gabellam Florentinam registrari, & in Statuto ejusdem Gabellæ, per quod Florentini eam solvere tenentur de Contractibus extra Territorium gestis, & in Statuto Communis *libr.* 2. *rubr.* 42. per quod conceditur via executiva instrumento, seu scripturæ quarantigiatæ, licet stipulata fuisset extra jurisdictionem, & in lege super Accomanditis de Anno 1408. subjiciuntur Mercatores in qualibet Mundi parte Mercaturam exercentes, & lege 1582. edita contra fallitos ubicumque decoctio secuta fuisset, quia quoad primam partem, objectum nullo modo procedit: Tum quia Marchio Philippus Nerlius licet origine Florentinus, tamen ex domicilio in Urbe Romana contracto, fuit quoque Civis Romanus effectus, ut supra latè probavimus in principio, & propterea quoad Contractus initos in Urbe, attendi debent leges, & Statuta Urbis, non autem Civitatis Florentiæ: ubi enim quis habet plura domicilia, originis, & habitationis, in ordine ad con- 45 tractus subjicitur legibus, & Statutis loci, ubi contrahitur, ut in puncto firmat videnda *Rot. decis.* 175. *n.* 18. *& seqq. part.* 9. Tum quia non agitur de Statuto, quod inhabilitet personas ad contrahendum absolutè, vel simpliciter, sed de Statuto, quod disponit, & loquitur principaliter de forma probatoria, & fide præstanda partitis librorum, quæ juxta authoritates supra cumulatas, debent esse descriptæ in loco statu- 46 entium, inter quas *Stracc. de mercat. tit. quomod. in caus. mercat. proced. numer.* 42. *Genua de scripr. priv. libr.* 3. *de libr. mercat. numer.* 22. *Ansald. de Commerc. discurs. gener. numer.* 111. qui præcisè defen-

dunt

dunt ad casum Mercatoris subditi, qui extra Territorium libros, & partitas conscripserit; Unde cum Statutum principaliter disponat circa probationem librorum, quorum partitas voluit haberi pro Instrumentis
47 publicis, non est attendendus cortex verborum, an sint directa in personam vel contractum, sed inspici debet intentio statuentium, quæ alia non fuit, quam dare libris vim probatoriam. *Rot. decis.* 162. *num.* 3. *part.* 2. *divers. & decis.* 175. *numer.* 12. *& seq. part.* 9. *& coram Merlin. decis.* 601. *numer.* 8. *& seq. & coram Buratt. decis.* 27. *numer.* 5. *& decis.* 238. *numer.* 7. *p.* 6. *Mans. consult.* 420. *numer.* . . . *& seq. De Luc. de Dot. disc.* 143. *n.* 43. *Altograd. cons.* 36, *numer.* 4. *& seq. libr.* 1.

Corruit quoque secunda pars objecti, quia in præsenti non agitur de quæstione potestatis, an Statutum possit obligare subditum alibi contrahentem, prout eum in litera obligant Statuta, & exempla in contrarium supra recensita, sed agitur de quæstione voluntatis, an scilicet voluerit, & ideo potius retorquetur argumentum, deductum à discretiva, quod ubi voluit
48 dixit, ubi autem noluit omisit. *Balduct. decis.* 32. *n.* 2. *& in recollect. per Palm. decis.* 274. *numer.* 58. *& decis.* 304. *numer.* 12. *part.* 19. *Altograd. cons.* 83. *numer.* 58. *lib.* 2. *Balducc. ad Ramon. dec.* 4. *n.* 12. *par.* 4. *Rut. dec.* 80. *n.* 16. *part.* 19.

Minoris ponderis visa fuit reflexio, facta super Statuto Mercantiæ *libr.* 2. *Rubr.* 5. ex eo nempe dicebatur, fuisse demandatam exhibitionem librorum extra jurisdictionem, seu dominium statuentium etiam descriptorum, ad effectum transumptionis partitarum ex „ eis faciendæ, ut arguebatur ex illis verbis, „ *e che „ detti Sei possino, ec. constringere tutti, e qualunque „ Mercanti, e Artefici della Città, Contado, e Di„ stretto di Firenze, e di qualunque luogo a mostrare i „ loro libri, ec.* „ Et licet illud Statutum Mercantiæ, non loquatur de hypotheca, adhuc ea dicebatur suppleri ex altero Statuto Communis Florentiæ hujusmodi hypothecam libris elargiente, quia Statutum Mercantiæ generaliter se remittit ad omnia Statuta dicti Communis, in iis, quæ per illud disposita non fuerunt.

Siquidem in primis nullatenus subsistit, ut ex adverso supponitur, quod illa verba „ *e di qualunque „ luogo* „ tanquam apposita, sive addita post verba „ *Distretto di Firenze* „ significare debeant loca extra dominium Florentinum existentia, ne alias remaneant superflua, etenim sub dominio Florentino, & Serenissimi Magni Ducis, existunt aliquæ Terræ, seu loca
49 commendata, aut fœderata, vel similia, quæ sub districtus nomine non veniunt, ut ex *Fenzon. ad Statut. Urb. cap.* 197. *numer.* 75. 76. *&* 77. ideo cessante superfluitatis argumento, ad ista tantum extendi debent „ dicta verba „ *e di qualunque luogo* „ & non ad loca forensia, & alienæ jurisdictioni subjecta; Ultraquamquod in casu nostro, clarè apparet, quod Statuentes sub districtus nomine, nil aliud comprehendere intellexerint quam Territorium Civitatis Florentiæ, ut elicitur ex eodem Statuto Mercantiæ sub altera *rubric.* 1. *libr.* 2. *della giurisdizione di detta Corte* „ ibi „ *„ statuirono, e ordinarono, che detta Corte, e respettivamente suoi Ufiziali possino conoscere; e terminare „ tutte, e qualunque cause, ec. infra a qualunque Persona, Commune, Collegio, Compagnia, o Università „ della Città, Contado, o Distretto di Firenze, o di „ qualunque Città, Terra, Castello, Villa, o luogo suddito al Dominio Fiorentino* „ Cum itaque in hac rubrica loquente potissimum per viam regulæ de jurisdictione Magistratus Mercantiæ, statuentes, post nomen „ *Distretto di Firenze*, expressè de aliis locis, Terris, Civitatibus, & villis subditis dominio Florentino discretivam mentionem faciant, signum e-
50 videns est, quod sub priori districtus nomine, totum dominium Florentinum, vel Serenissimi Magni Ducis comprehendere non intellexerint, ut in puncto sic ratiocinatur *De Luca de Regal. disc.* 72. *numer.* 10. *& de feud. disc.* 132. *num.* 13. *& de benefic. disc.* 21. *n.* 12. & generaliter, quod ex alia Statuti parte mens, intentio, & usus loquendi statuentium interpretetur,
51 ad latè tradita per *Dom. Audit. de Casareg. ad Statut. Jan. tit. de success. ab intest.* §. 22. *& in definit. n.* 52. *& seq. fol.* 230. & alibi pluries.

Secundo loco respondetur, quod Statutum Mercantiæ se remittendo ad Statutum Communis Florentiæ, secundum illud venit intelligendum, & ideo sicut Statutum Communis, non concedit hypothecam, nisi pro partitis librorum in Territorio descriptis, non autem extra, ut supra latè fuit probatum; ita dicendum est de Statuto Mercantiæ, relativè ad illud disponente.

In nihilo subsistente, quod agatur de hypotheca à Statuto inducta in bonis existentibus in suo Territorio, & sic cessat defectus jurisdictionis, quia Statutum non concedit absolutè hypothecam pro debito resultante ex quibuscumque partitis librorum, sed solummodo ex illis, quæ juxta ejus dispositionem haberi valeant pro Instrumentis publicis, & ideo ad hoc ut procedat secunda Pars Statuti inductiva hypothecæ accessoriè apposita requiritur, quod verificetur prima, quod
constet de debito ex partitis librorum probationem pri- 52
vilegiatam habentibus, ut in Instrumenta publica, *Rot. dec.* 345. *num.* 1. *vers. Unde, part.* 4. *divers. & decis.* 100. *numer.* 16. *part.* 7. *recent. Cyriac. controv.* 216. *numer.* 18. *Mart. de Success. legal. par.* 3. *quæst.* 1. *art.* 4. *numer.* 14.

Nec est applicabile motivum in causa Zanchini, & Sforza 26. Novembris 1602. adeo ex adverso inculcatum, in quo Rota firmavit dari hypothecam ad formam Statuti sub *Rubr.* 97. *libr.* 2. ob mandatum susceptum, vel pecunias exactas extra Territorium; quia pro prædicti Motivi intelligentia venit repetenda distinctio, quod

Aut agitur de iis, quæ oriuntur à principio, & ex 53
natura ipsius contractus, prout sunt solemnitates in eo necessariæ, de ejus interpretatione, viribus obligationis, & modo cavendi, & attenditur Statutum loci, ubi Contractus gestus est, non autem illud destinatæ solutionis.

Aut agitur de iis, quæ oriuntur ex post facto, & post ipsum contractum, nempe ex mora, & contumacia Debitoris, & attenditur locus ubi est facta petitio, juxta distinctionem, de qua per *Mascard. de interpretat. Statut. conclus.* 7. *numer.* 75. *& Rot. Roman. par.* 15. *recent. decis.* 175. *num.* 11. *Carleval. de judic. disput.* 2. *quæst.* 4. *numer.* 272. *& seq. Barbos. de judic. in leg. heres absens.* §. *Proinde numer.* 70. *& sequenti Mantic. de tacit. libr.* 3. *tit.* 13. *numer.* 14. *& seq. Rot. dec.* 764. *nemer.* 2. *par.* 4. *divers. & in rec. decis.* 164. *numer.* 10. *& seq. part.* 19. *& inter recoll. per De Luc. in Mantiss. de debit. decis.* 42. *num.* 15. *& seq. & decis.* 43. *numer.* 2. *& seq. Gratian. discept.* 42. *n.* 41. *& seq.*

Hac itaque supposita distinctione, in tantum in supradicto Motivo fuit concessa hypotheca ad formam Statuti contra Procuratorem constitutum, vel exigentem extra Territorium, in quantum non agebatur de probatione contractus, sed de iis, quæ oriebantur ex post facto, & post ipsum contractum, ob moram Florentiæ commissam in restituendo exactum, quo casu attendendum esse Statutum loci ubi facta est petitio, dicunt authoritates supradictæ: sed in casu nostro quæstio est de partitis librorum ad effectum probationis, an scilicet istæ habere valeant vim publici Instrumenti, inspecta ejus origine, ad quem effectum attendi debet Statutum loci, ubi fuerunt scriptæ, ut supra probatum fuit.

Neque valet replicatio, quod si ad effectum probationis, seu hypothecæ, requiritur exemplatio ex post
officio Judicis facienda, potius retorqueatur distinctio, 54
& veniat attendendus locus judicii, quamvis agatur de materia probatoria, juxta auctoritatem *Ruin.* de qua *in cons.* 117. *num.* 10. *& seq. lib.* 5. quia ut bene replicabant defensores prædictorum Jugalium de Rasponibus, Judex approbando partitas, seu librum tamquam legaliter tentum, & ordinando ejus exemplationem, ei non concedit ex integro novam probationem, & hypothecam, quam non haberet in sui origine, sed solum declarat contenta in libro esse vera,
& de eis fidem authenticam posse dari, & ideo pro hu- 55
jusmodi partitis datur hypotheca à die, quo fuerunt scriptæ, non autem à die, quo fuerunt exemplatæ, *Soccin. Senen. cons.* 240. *numer.* 3. *in* 4. *colum. versic. Tertio principaliter libr.* 2. *Neguf. de pignorib. part.* 5. *membr.* 2. *numer.* 49. *Gratian. discept.* 203. *numer.* 9. *& seq.*

& seq. Sabell. resolut. 66. numer. 12, & pluries dixit *Rot. Flor. Libr. Mot. 41. à car. 304. Lib. Mot. 42. à car. 163. Lib. Mot. 89. à car. 26. Lib. Mot. 90. à car. 165. Lib. Mot. 100. à car. 26. Lib. Mot. 107. à car. 51. Lib. Mot. 108. à car. 264. Lib. Mot. 120. à car. 124.*

Rationes, quibus fundatur supradicta conclusio, deducuntur per *Soccin.* omnino videndum in *dict. cons. 340. n. 3. circa fin. lib. 2.* &

56 Primo „ ibi „ *Quia cum dictum Statutum loquatur „ referendo se ad primum factum scriptura debiti, & „ tunc incipit hypotheca, & licet ad fidem authenticam „ habendam, requiratur, quod sumptus extrahatur Ju„ dicis authoritate, tamen authenticatur referendo se ad „ tempus negotii gesti, sicut dicimus in exemplo extra„ cto authoritate Judicis, nam quis dubitat, quod au„ thenticatur Instrumentum ex tempore actus gesti; qua„ dam enim sunt solemnitates, quæ debent intervenire „ post actum, ut dicit* Bartol. *& tamen solemnizant a„ ctum validando secundum tempus actus gesti.*

Secundo confirmat „ ibi „ *Nam si forte scriptura „ trino Teste notata, ante recognitionem partis, & „ Testium, dicatur privata, & non faciat plenam fi„ dem secundum* Bart. &c. *tamen talis scriptura habi„ to respectu ad tempus confecta scriptura, prævalet pu„ blico Instrumento, si postea pars, & Testes recogno„ scant eorum subscriptiones, pro ut habetur in dicta lo„ ge scripturas; nam authenticatio, & approbatio, non „ est aliud nisi declaratio scripturæ, quod in ea conti„ neat veritatem eorum, quæ continentur in scriptura, „ & sic etiam respectu temporis in eo contenti; decla„ ratio autem non inducit aliquid de novo, sed magis „ inductum ostendit, & demonstrat, & ideo semper tra„ bitur retro ad tempus.* „

57 Ubi enim agitur de forma probatoria, quæ respiciat actum ab initio, attenditur Statutum loci, ubi actus geritur, nec contrarium firmat *Ruin. in dicto cons. 117. numer. 10. & seq. libr. 5.* imò potius distinguendo, confirmat nostram propositionem, quia quando agitur de probando contractu, vel actu celebrato extra locum Judicii, per aliquem modum probandi, ortum de tempore Contractus, & tunc admittit esse attendendum locum contractus; quando vero agitur de modo probandi, orto ex contumacia, contracta in loco Judicii, & tunc dicit attendendum locum Judicii, quæ distinctio mirabiliter retorquetur in præsenti, in quo agitur de modo probandi, orto de tempore actus, scilicet de tempore, quo fuit conscripta partita in libro debitoris, & exhibitio, & exemplatio non tendit ad aliud quam ad ostendendum, quod in dictis libris existit talis partita tenoris, &c. legaliter tentis; Et adeò hoc verum est, quod si locus non adesset exemplationi partitatum in libris descriptarum; quia forte Actor productionem ipsorum librorum, & non dictam exemplationem fieri petiisset, nec non Reus coram Judice Causæ penes Acta illos realiter ultro produxisset, minusque adesset locus declarationi super eorum legalitate, quia inter partes nulla eam desuper esset controversia, nihilominus quis in tali casu negabit, dictas partitas librorum non habere hypothecam, eamque metiendam non esse à die, qua fuerunt in dictis libris conscriptæ, licet non fuerint exemplatæ, neque declaratio legalitatis per Judicem desuper facta ne alias sequatur absurdum, quod plus tribuatur copiæ, quam Originali, quemadmodum in exemplo privatæ Scripturæ hypothecam continentis per Soccinum, ut supra citatum allato diceretur, si eadem scriptura producta fuisset absque ulla recognitione, quia pars adversa bonam fidem agnoscendo, non impugnasset eam non fuisse confectam à Debitore, & sub ea die, quæ in ea denunciatur, quo casu utique certum est, quod dicta privata scriptura, licet non recognita, non careat hypotheca, & quidem metienda usque à die, qua illa Scriptura fuit per debitorem confecta, & ratio est, quia recognitio in tantum est necessaria, in quantum alter Creditor, contra quem illa producitur, non vult eam habere pro recognita in sui præjudicium, ne scilicet creditum suum posterius judicetur.

ARGUMENTUM.

Melioramenta magni valoris, aut quantitas semper reficienda sunt Hæredi ultimi conductoris livellarii, non obstante pacto, quod illa in casu finitæ lineæ, vel generationis devolvantur ad Dominum directum una cum bonis livellariis.

An, & quando idem procedat, vel non in casu propriæ emphyteusis concessæ pro modico pretio.

SUMMARIUM.

1 *Dominus directus finita emphyteusi tenetur refundere emphyteutæ pretium melioramentorum magni valoris, etiamsi pactum fuisset, quod melioramenta ad Dominum devolverentur: & de ratione num. 3.*

Declara procedere in locatione, & emphyteusi impropria num. 4.

Contraria opinio refertur numer. 2. Declaratur numer. 3.

5 *Donatio non præsumitur, licet dispositio esset amplissimis verbis concepta, vel redderetur invalida, & superflua.*

Et debet per verba univoca, & indubitata concludentissimè probari num. 8.

6 *Pactum devolutionis melioramentorum rei emphyteuticæ cum omnibus melioramentis ad Dominum directum æquipollet pacto expresso devolutionis melioramentorum absque ulla refusione pretii, & num. 7.*

Declara procedere in vera emphyteusi, non in casu locationis num. 8.

9 *Finita emphyteusi ob non solutionem Canonum an devolvantur omnia melioramenta, quamvis magni valoris, ad Dominum directum, remissive traditur.*

10 *Relatio fieri debet ad ea tantum, quibus benè adaptatur; nec facienda est ad omnia, quando assignari potest ratio probabilis cur ad unum, & non ad aliud trahi debeat.*

Præcipuè si aliquod exorbitans à Jure, vel aliquod absurdum resultaret num. 11.

12 *Casus devolutionis Emphyteusis ob culpam emphyteutæ longè differt à casu devolutionis ob defectum Lineæ.*

Florentina Melioramentorum.

DECISIO AUTHORIS,

ET

DISCURSUS CLXVII.

SUper dubio, ad quod postremum causa hæc restringebatur; An nempe Domus à Domina Margharita Sacchettini Averani una cum ejus filiis masculis in locationem concessa Dom. Francisco Farsi, ejusque in tertiam usque generationem, devolvi debeat post finitam locationem, cum omnibus melioramentis quantumvis magnæ quantitatis, & valoris per eumdem conductorem factis, ne quidem eorundem melioramentorum pretio refecto, negativam placuit nobis sententiam amplecti, & propterea condemnavimus Dom. Nicolaum Averanum, tam suo, quàm nominibus ejus fratrum pro restitutione prædictæ Domus nunc agentem ad illorum pretii solutionem, vel ad præstandam patientiam, ut valeat Domina Maria Penelope tamquam creditrix pro suis dotibus ultimi conductoris ejus viri dictam domum retinere ad effectum pensiones exigendi, easque [deductis illis, quæ correspondere possunt parti melioratæ] annuatim imputandi in creditum dictorum melioramentorum usque ad integram eorum satisfactionem.

Quæ profecto super intelligentia pacti in contractu Emphyteusis appositi, quod bona Emphyteutica devolvantur ad Dominum directum cum omnibus melioramentis,

mentis, quantumvis magnæ quantitatis, aut valoris,
1 diversæ inter Doctores sunt opiniones, altera nimirum, quod post finitam Emphyteusim omnia melioramenta etiam magni valoris devolvantur quidem ad Dominum directum, sed ille teneatur non obstante hujusmodi pacto pretium melioramentorum Emphyteutæ, vel ejus hæredi refundere *Valasc. de Jur. Emphyteut. q. 25. num. 19.* quem sequitur *Caldas Perier. de empt. & vendit. capit. 27. numer. 21.* Altera verò, quod omnia, & quæcumque melioramenta, cujuscumque
2 valoris ea sint, pertineant libere ad Dominum directum absque ulla refusione pretii *Gratian. cap. 934. numer. 13.* & ibi *de Luc. numer. 6. Cyroch. disceptat. 57. numer. 13. Fulgin. de emphyt. tit. de var. caduc. quæst. 1. num. 28. Rot. Rom. coram Duran. decis. 319. n. 6. Urceol. in addit. ad decis. 58. §. quando ergo post tract. de transact.* cum aliis, quos lata manu adducit *Episcop. Rocc. cap. 65, n. 34. & seqq.*

Verum quia hæc secunda opinio longe majori Doctorum numero fulcita apparet, ideo inferebant Informantes pro Averano, quod attento hujusmodi pacto ex illius Instrumento Emphyteusis resultante, omnia melioramenta etiam magni valoris nulla pretii refusione ad eum revolvi deberent.

Attamen reflectentes ad rationem, ex qua pro hac opinione ad favorem Domini directi moventur Doctores, censuimus eorum doctrinam non posse applicari ad casum nostrum veræ locationis, sed alteram quippe eorum pro refusione pretii tenentium.

Ratio enim favorabilis opinionis Domino directo, in eo dumtaxat consistit, quod nimirum hujusmodi pactum habeatur pro parte pretii, itaut Dominus directus absque eo nequaquam concessisset pro modico canone ejus bona in Emphyteusim. Verum hæc ratio videtur tantum procedere in casu, quo Emphyteuta usque ab initio contractus melioramenta facere promisisset; secus in casu simplicis pacti, quod melioramenta finita Emphyteusi devolvi deberent ad Dominum directum, nam sicuti hoc simplici tantum pacto interve-
3 niente non est adstrictus Emphyteuta facere melioramenta magni valoris, sed est in ejus libero arbitrio meliorandi, & non meliorandi, ideo est imperceptibile, quod ab initio contractus melioramenta dependentia à mero arbitrio Emphyteutæ considerari valeant pro parte pretii, ut docte distinguendo tradunt *Rot. Luc. div. antiq. dec. 82. vers. seu, §. Negatur enim, & Caldas Pereir. in doctiss. tract. de empt. & vendit. cap. 27. n. 22.* sed quidquid sit de hac opinione, procul omni dubio illa ratio locum numquam habere potest in casu locationis, de quo agimus, quia cum Colonus, vel conductor solvere teneatur Domino directo pensionem correspondentem fructibus rei sibi locatæ, nihil per consequens ex concessione rei in locationem acquirit, pro quo tale pactum adeo sibi grave, pro parte pretii reputandum sit, ideoque in locationis contractu, vel irrationabiliter contra omnes Juris regulas admitti debebit per hujusmodi pactum voluisse Conductorem omnia melioramenta, quamvis magni valoris, donare Domino directo, vel illud diversimode ad mentem Juris rationis, & æquitatis interpretari; quod nempe effectum suum operetur in eo dumtaxat, quod omnia melioramenta quantumvis magni valoris devolvi quidem debeant ad Dominum directum, itaut conductor ea tollere non valeat, secus vero, quoad effectum ea
4 lucrandi absque pretii refusione, & ad hos terminos locationis, vel Emphyteusis impropriæ concessæ pro canone fructibus rei, vel paulo minus, correspondente, quæ æquiparatur veræ locationi ad late tradita per *Maur. de solut. cap. 33. num. 82. 83. & 84. Ciarlin. contr. 180. num. 35. Manfredi. Capyc. Latr. dec. 120. numer. 15. Paeton. de Locat. capit. 34. §. 3. numer. 7. 8.* intellecta, vel quidem certe applicata doctrina *Valaschi dict. quæst. 25. numer. 19.* & sequacium inter quos *Fenhein. de cons. emphyt. disput. 3. sect. 1. numer. 3. Fragos. tom. 3. disput. 10. §. 4. numer. 6.* plausum apud omnes meretur, cum ipse innitatur indubitabili, nec non rationi, & æquitati consonæ juris regulæ, quod omnis possibilis interpretatio fieri debet, ne quis dicatur voluisse per donationem jactare suum, quæ
5 quidem regula pariter procedit, licet dispositio esset verbis amplissimis concepta, vel redderetur invalida, & inefficax, & superflua per ea, quæ latè tradit *Mascard. de probat. conclus. 555. num. 1. cum pluribus sequentibus Mans. consultat. 2. num. 8. 9. & 10.* præsertim cum agitur de notabili summa *Mans. consult. 275. numer. 35.*

Neque in hoc sensu à nemine videtur impugnatus *Valascus*, nam Doctores omnes, qui contrariam opinionem tenuerunt, loquuntur in casu propriæ emphyteusis, ubi pro modico canone res fuerit concessa, quo casu sicuti censuerunt tale pactum haberi debere pro parte pretii, ita voluerunt omnia melioramenta ad Dominum directum spectare absque pretii refusione.

Quinimo in hoc casu locationis doctrinam Valasci fuit pluries amplexa *Rot. Rom. in decis. 305. numer. 2. part. 16. & in decis. 251. numer. 10. 11. & seq. part. 17. & decis. 193. numer. 12. & 13. part. 18. recentior.*

Io nihilo refragante, quod pro D. Averano iterum per informantes inculcabatur, quod nempe factum de-
volutionis rei Emphyteuticæ cum omnibus melioramen- 6
tis etiam magni valoris ad Dominum directum æquipolleat alteri pacto expresso devolutionis melioramentorum absque ulla refusione pretii ex auctoritate *Nigr. de except. cap. 8. n. 99. vers. consulerem tamen.*

Quandoquidem, omisso quod nulla id comprobetur auctoritate, illius opinio certe procedit in casu veræ emphyteusis, de quo ipse loquitur, ubi hujusmodi pacta considerari valent pro parte pretii, secus vero id locum habere numquam potest in casu locationis, ubi per tale pactum nihil aliud induceretur, quam donatio, numquam præsumibilis, nisi adsint verba expressa, ex quibus illa necessariò inferatur, ut supra animadversum fuit.

Hinc pariter minus officit, quod nisi pactum prædictum importaret devolutionem melioramentorum abs-
que pretii refusione, remaneret superfluum, quare ad 7
evitandam hanc superfluitatem illud intelligi debet citra ullam obligationem in Domino directo refundendi pretium ex *Gamm. dec. 75. in fin. & Urceol. in addit. ad dec. 58. in fin. post tract. de transact.*

Nam eadem semper recurrit responsio, quod id procedit in vera, & propria emphyteusi, in quibus quippe terminis loquuntur prædicti Doctores ob eam rationem, quod tale pactum habetur tamquam pars pretii, secus in locatione, ubi alias sequeretur inconve-
niens, nimirum donatio numquam præsumibilis per 8
hanc levem superfluitatis conjecturam, vel argumentum, sed per verba univoca, & indubitata concludentissimè probanda per authoritates superius adductas, & prout in puncto advertit *Rot. Lucens. antiquior divers. d. dec. 82. vers. seu, §. sed data etiam.*

Omnis denique nobis visa fuit cessare amaritudo ex eo, quod in casu nostro pactum devolutionis domus ad Dominum directum cum omnibus melioramentis non percutit nisi casum, quo emphyteuta esset in mora solvendi livella, seu pensiones „ ibi „ *Che se* “
detti Sig. Farsi Livellari cessassero nel pagamento per “
due annate, o se vero facessero tanto debito, che im- “
porti scudi sessantadue, in tal caso detta Casa ritor- “
ni nelle suddetti Signori Locatori a' detti nomi, e s' “
intenda ricaduta con tutti i miglioramenti, ancorchè “
accessori, e ne possano pigliare il possesso di propria au- “
torità, così piacendo a loro, siccome finita la terza “
generazione predetta. Etenim per hoc pactum nil aliud intellexerunt contrahentes, quam evitare illam involutam juris disputationem, quam agunt Doctores,
an finita emphyteusi per culpam emphyteutæ, nempe 9
ob moram commissam in solusione canonum, omnia melioramenta, quantumvis magni valoris, devolvantur pariter ad Dominum directum, super qua quæstione videri possunt innumeri citati penes *Altimar. de nullitat. contract. part. 2. quæst. 18. numer. 122. De Luc. ad Franch. decis. 191. & ad Gratian. cap. 304. Berlich. conclus. part. 2., conclus. 46., numer. 49., & 50.*

Et quamvis in contrarium replicaretur idem pactum extendi, aut repeti debere ad casum etiam extinctionis tertiæ generationis per sequentia verba „ ibi „ *E siccome finita la terza generazione predetta* „ satis superque omissis aliis, quæ dici possent, nostrum captivatum intellectum illæ tam obviæ Juris regulæ, quod
eorum repetitio, vel relatio fieri non debeat, nisi 10
ad ea tantum, quibus æque bene adaptantur, vel

con-

conveniunt, sive non omnium est facienda repetitio,
vel ad omnia relatio, cum assignari potest aliqua pro-
babilis ratio, cur ad unum, & non ad aliud illa trahi
non debeat latè *Venturin. conf.* 30. *n.* 46. *usque ad* 53.
Scayn. dec. Bonon. 81. *nu.* 13. *cum pluribus seqq. Har-*
tam. Pistor. quæst. 5. *n.* 50. 51. 52. *par.* 2. *Palm. alleg.*
47. *num.* 10. 11. 12. *& allegat.* 50. *n.* 34. *&* 35. *Rot.*
dec. 536. *nu.* 80. *par.* 14. *recent. & decis.* 151. *nu.* 20.
& seqq. par. 5. *tom.* 1. *recentior. Gobb. consult.* 9. *n.* 46.
Fontanell. dec. 347. *num.* 7. *tom.* 2. *Rot. post Farinac.*
de ult. voluntat. dec. 27. *num.* 7. *Amerez de majorat.*
11 *part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 354. *& Rot. recent. part.* 19. *tom.*
2. *dec.* 482. *num.* 18. *& post Balduc. ad Ramon. decis.*
3. *num.* 13. Eoque magis id procedit quando per re-
lationem, aut repetitionem induceretur aliquod exor-
bitans à jure, vel aliquod resultaret inconveniens,
aut absurdum, vel demum aliquod nimis odiosum
Scayn. decis. Bonon. 81. *numer.* 13. *cum pluribus seqq.*
Castill. quotid. controv. lib. 2. *cap.* 4. *n.* 105. *Leo dec.*
Valen. 93. *nu.* 27. *&* 31. *Molin. de Primogenit. lib.* 3.
cap. 5. *num.* 56. *Menoch. conf.* 317. *nu.* 46. & nos latè
in comment. ad Statut. Genua tit. de Decretis à Senatu
impetr. §. 7. *num.* 26. *& seqq. fol.* 65. Cum itaque in casu
nostro adeo notabilis vertat differentiæ ratio inter ca-
sum devolutionis emphyteusis ob culpam emphyteutæ,
12 & alterum ob defectum lineæ, ut videre est penes *de*
Luc. ad Gratian. capitul. 394. *& ad Franch. dec.* 191.
Manfrell. ad Capyc. Latr. decis. 120. *num.* 1. *& seqq.*
Berlich. conclus. 46. *num.* 49. *&* 50. quinimo prædicti
omnes sequerentur irrationabiles effectus, tum maxi-
mæ exorbitantiæ à Jure, tum inconvenientis, aut ab-
surdi, vel demum dispositionis, seu pacti nimium
odiosi emphyteutæ si fieret hæc repetitio, vel relatio
prædicti pacti ad casum etiam deficentiæ tertiæ genera-
tionis, certe ad hunc dumtaxat casum debet referri,
vel extendi pactum capiendi propria authoritate pos-
sessionem Domus in locationem concessæ, cui qui-
dem pacto immediate adhærent illa verba „ *siccome*
finita la terza generazione predetta; „ Non aliud
vero pactum devolutionis omnium melioramentorum,
quod è contra restringi debet ad casum moræ debito-
ris in solvendo canones, cui immediatè annexum
apparet.

ARGUMENTUM.

Fructuum liquidatio, uti difficilis probationis:
fit per conjecturas, & præsumptiones arbitrio
Judicis.

Fructus Olivarum uno anno solet esse pinguis,
altero vero, vel tenuissimus, vel omninò va-
cuus, ut aliqui existimant; Contrarium ta-
men est verius.

Si incertum sit an annus vacuus fuerit fru-
ctibus Olivarum, vel pinguis, quid præsu-
mendum de jure.

S U M M A R I U M.

1 *Liquidatio fructuum uti difficilis probationis fit et-*
iam per conjecturas, & præsumptiones.
2 *Et remittitur arbitrio Judicis, habita considera-*
tione fundi, & cæterarum circumstantiarum.
3 *Imò sufficit sola conjectura antecedentis, vel subse-*
quentis redditus.
4 *Sicuti taxatur valor à fructibus, ita etiam hi ta-*
xantur à valore.
5 *Fructus Olivarum uno anno solet esse pinguis, al-*
tero vero, vel penitus vacuus, vel saltem tenuis-
simus, & num. 6.
Adeo ne biennium pro unico anno computatur ibid.
& num. 14.
7 *Limita tamen hoc procedere ex accidenti injuria*
temporis, vel incuria Coloni, & num. 11.
8 *Ex reddito vicinorum Prædiorum deducitur etiam*
redditus prædii adhærentis.
9 *A communiter accidentibus deducitur solitum.*
10 *Eventus, qui verosimiliter dari non potest, cense-*
tur impossibilis.
11 *Naturalia prævalere debent accidentalibus.*
11 *Et magis præsumitur, quod naturale, quam quod*
accidentale est.
13 *In re dubia ad conjecturas est recurrendum.*
15 *A natura, quod generatur, regulatur ab eo, quod*
ut plurimum eodem modo fit.
16 *Et quod secus procedit, non à natura, sed ab ac-*
cidenti evenire dicitur.
17 *Conjectura naturalis prævalere debet accidentali.*

Albinganens. Fructuum.

DISCURSUS CLXVIII.

QUantitatem fructuum Olivarum recollectionis An-
ni 1614. ad quam agebat M. Jo. Augustinus Od-
dus, contra hæredes quon. N. Benedicti Scotti satis
superque liquidam apparere dicebam ex reddito anni
1623. liquidissimè probato per æstimum tunc tempo-
ris per peritos factum, & in actis productum, quia
in comperto est apud Doctores, quod liquidatio fru-
ctuum; tum sit difficilis, imò impossibilis probatio-
nis, fieri posse per conjecturas, ac præsumptiones 1
Bald. in l. 1. *num.* 22. *C. de fruct. & lit. impens. Mer-*
lin. dec. 483. *n.* 1. *& dec.* 131. *num.* 6. *post Merlin. de*
pignor. ac hypothec. Rot. dec. 337. *num.* 41. *part.* 5. *rec.*
imo quod sufficiat quædam consideratio æqua, ac ge-
neralis, quam Judex debet habere secundum qualita-
tem fundi, ac alias circumstantias, *Vincen. de Franch.*
decis. 687. *num.* 3. *Surd. decis.* 293. *num.* 31. ideoque 2
sufficiens est illa conjectura, quæ inducitur à præce-
denti, vel subsequenti redditu ejusdem prædii liquidè 3
apparente, ut dixit in puncto *Rot. dec.* 343. *num.* 3.
par. 1. *rec.* alias si de tali conjectura non appareret in
casu nostro, recurrere possemus ad valorem rei secun-
dum quem taxari possunt fructus à Judice, quemad- 4
modum taxatur valor à fructibus, *Bald. conf.* 323. *n.*
5. *lib.* 2. *Surd. conf.* 293. *nu.* 31. *Menoch. de præsumpt.*
præsumpt. 9. *num.* 26. *libr.* 3. *Gall. de fructib. artic.* 4.
disput. 2. *num.* 16.

Nihil contra prædicta adducebant ex adverso Infor-
mantes, unum tamen opponebant, videlicet, quod ho-
die non constet, an dicti fructus Olivarum pendentes
dicto anno 1614. essent pinguis, ac plenæ, vel fru-
galioris, seu defectivæ recollectionis, quia arbores O-
livarum habere solent in edendo fructus, vel interca- 5
pedinem unius anni omninò vacui, *Altograd. conf.*
20. *n.* 1. *lib.* 1. *Capiblanch. de Baron. pragmat.* 5. *n.* 32.
& communiter Doctores, quos ibi allegant; vel sal-
tem, ut praxis edocet, tenuissimi redditus, & tale bien- 6
nium habetur pro anno, *Capiblanch. de Baron. in sin-*
gul. num. 223. *& pragmat.* 1. *num.* 32.

Ad hujus objecti corroborationem considerabant, quod
facta annorum retrograda computatione, videlicet ab
anno 1623. (qui videbatur uberrimi redditus cum ad
corbulas usque, seu *quartarias*, vernacula lingua sic
dictas, 560. Olivarum) ad annum 1614. reperieba-
tur, quod iste incurrebat in eam annatam tenuem, ac
depauperatam, quæ uberrimam præcedere solet.

Sed multifariè tollitur objectum.

Primo quia prædicta retrograda computatio anno-
rum non est tuta, imò omninò fallax, quia arbores
Olivarum, præcipuè si magna cum cura ab Olivito-
ribus coluntur, de sui natura fructus per singulos an-
nos reddunt, & alternatio procedit ex accidenti, à
minori nempe cura Colonorum tantum, ut ex rela- 7
tis pluribus Culturæ scriptoribus, ac Professoribus do-
cet Eruditissimus *Altograd. Sen. in conf.* 20. *numer.* 3.
per tot. lib. 1.

Eoque magis, quod per Instrumenta producta liquet
fuisse sub anno 1614. nedum in Terris, ac Locis ad-
hærentibus, sed ubique uberrimum Olivarum reddi-
tum, ex quo argui debet, quod similis fuerit in no- 8
stro Prædio, prout ex redditu vicinarum Terrarum
fructuum probationem effodiunt *Bald. in l.* 1. *nu.* 22.
Cod. de fruct. & lit. expens. Surd. conf. 293. *n.* 31. &
à redditu prædiorum in locis circumstantibus *Corn.*
conf. 301. *in fin. lib.* 3. *Pacion. de Locat. cap.* 19. *num.*
188. *Rot. Rom. coram Seraphin. decis.* 955. *num.* 3. *&*
decis. 1672. *num.* 7. 8. quæ inter cætera movetur ex 9
præsumptione, quæ à communiter accidentibus erui-
tur, *Everard. in Topic. à communiter accidentib. &*
Barbos. loc. 20.

Addito quoque, ad normam dictæ retrogradæ compu-

tationis annorum omnis annata, seu recollectio vacua, seu tenuis nostri Prædii caderet semper in annis, quibus omnes aliæ Terræ adhærentes, & locorum, tam vicinorum, quam ubique, uberrimos Olivarum fructus
10 edebant, & vice versa, quod verosimiliter contingere non potuit, ideoque non est ita judicandum, nam eventus, qui verosimiliter esse non potest, licet dari possit, judicatur impossibilis *Corn. consil. 217. n. 5. lib. 3.*

Insuper insinuabam, quod sicuti prætensa alternatio pinguis, & tenuis recollectionis ab Olearum natura non procedit, sed ex accidenti, quia hæc de sui natura singulis annis frugiferæ sunt, ut ostendi supra, quomodo judicandum sit recollectionem Olivarum factam anno 1614 tenuis fuisse potius, quam uberis redditus? Igitur si à natura est fructus per singulos annos edere, & ex accidenti alternare habeant Oliveta, cur non præsumendum potius singulis annis fructus edidisse, quam eos alternasse? Ita utique censere debemus si principiis
11 Jurisprudentiæ non ignoramus, quia si naturalia cum accidentalibus concurrunt, ea istis prævalere debent, *Tabor. loc. comm. libr. 12. capit. 3. axiom. 13. Thusc. conclus. 16. lit. N.* & quod est naturale magis præsu-
12 mendum, quam quod accidentale, *Reiger. in Thesaur. Jur. in verbo natura in secunda addit. num. 5.*

Quibus etiam omnibus, non in causæ læsionem, sed in gratiam validioris argumenti, circumscriptis, restringendo causam ad examen conjecturarum, quæ
13 hinc inde dimicare videbantur, nihilominus Jus assistere M. Oddo convincebatur.

Conjectura igitur, quæ ex adverso deducitur, est omnino accidentalis; quia à facto accidentali desumitur,
14 nempe à reddito Olearum, qui anno 1623. fuit accidentaliter in nostro Prædio fecundus, à quo deinde retrogradè cæteros enumerando usque ad annum 1614. inclusivè cum alternatione fructuum, prout supra diximus, calculando nempe de biennio in biennium uberem redditum una cum intercapedine unius anni vacui, seu frugalioris conjecturare intenditur recollectionem Olivarum factam sub dicto anno 1614. fuisse tenuem, quia hic annus ad normam dictæ computationis sub anno deparco cadebat.

Quod redditus anni 1623. fuerit accidentalis, probatur ex eo, quod præter naturæ legem erat, quia sub dicto anno generaliter non patiebatur fructus edere, sed anno 1624. ut probavimus plenè ex testibus exa-
15 minatis, & aliis instrumentis; Natura enim generationis regulatur ab eo, quod ut plurimum, & secundum plurimum eodem modo fit. *Galen. 14. Math. Med. cap. 14. & cap. 24. Class. 7. Arist. 2. physic. text. 77. Zacchias Medic. Legal. lib. prim. tit. 2. quæst. 1. n. 44. & 59.* & quod præter universalem naturæ legem
16 nascitur, non à natura, sed ab accidenti est, *Zacch. d. tract. lib. 1. tit. 2. qu. 2. n. 10. & qu. 3. n. 37. 38.*

Nostra verò conjectura depromitur à facto penitus naturali, scilicet ab universali reddito omnium Olivetorum, nedum vicinorum, sed ubique existentium, tam anni 1614 quam anni 1624. quam conjecturam, ut supra docui, communiter pro validissima approbant Doctores; Unde ex his consequitur, quod cum hæc
17 nostra conjectura sit naturalis, altera ex adverso deducta accidentalis, ea tanquam naturalis prævalere debet huic accidentali, ut in puncto, *Franc. Molin. de rit. nupt. libr. 3. quæst. 85. num. 55.* quem sequitur *Barbos. axiom. 155. n. 4. vers. & naturalis conjectura*,

Ultimo tandem deposita apparet omnis difficultas, ex eo, quod nequidem in nostro casu constat probatum fuisse redditum anni 1623. ex quo prædicta contraria deducitur conjectura, fuisse uberem, & fœcundum, sed solum eum ad corbulas 560. Olivarum ascendisse, quæ secundum qualitatem fundi ignoratur, si uberi redditui correspondent, imo contrarium liquet à quodam extimo, per quem Periti longe majoris redditus hunc fundum censuerunt.

ARGUMENTUM.

Contractus mutui simulati sub emptione, & venditione licitus est, nec est de usuraria pravitate suspectus, quando pensio Creditori conventa, & soluta correspondet legitimo interesse, & Creditor mercator est, eique interesse solvi debeat ratione lucri cessantis, & damni emergentis.

Ex Contractu usurario, & simulato adhuc debetur interesse lucri cessantis, & damni emergentis, & tunc solum fructus imputantur in sortem, quando sunt excessivi, non verò si sint rationabiles, & legitimi, concurrente præcipuè observantia Contractus, & acquiescentia Debitoris, qui spontè, & ultrò usuras persolvit, & bona fide Creditoris, qui fructus tanquam licitos, & legitimos percepit, ac consumpsit.

Sub nomine Pensionis intelligitur Contrahentes voluisse stipulari non usuras, & accessiones illegitimas, sed tantum justum, & rationabile Interesse.

Simulatio licita est de contractu licito ad contractum licitum.

SUMMARIUM.

1 *In Contractibus pigneratitiis fructus imputantur in sortem.*

2 *Contractus emptionis posita simulatione resolvitur in pignus, vel in mutuum.*

Et ex utroque debetur interesse, num. 3. & 4.

Et de ratione num. 5.

6 *Contractus, quem contrahentes licitè potuerunt velle fructiferum, non debet resolvi in mutuum gratuitum.*

7 *Mercator non præsumitur, quod voluerit exigere sub specie pensionum usuras illegitimas, cum potuerit licitum interesse stipulari.*

Maximè etiam si certum interesse in stipulationem deduxit num. 15. & de ratione ibidem.

8 *Inter Cambium fictum, & mutuum simulatum sub venditione nulla intercedit disparitas.*

9 *Ratio ubi est eadem, ibi eadem juris dispositio esse debet.*

10 *Supposita simulatione Contractus fructus imputari debent in sortem.*

Contrarium verius, ubi justa ratio interesse concurrat, num. 11.

12 *Simulatio licita est de Contractu licito ad Contractum licitum.*

13 *Mutuum cum pacto solvendi solitum, & plateale interesse, prohibitum non est.*

14 *Simulatio de Contractu venditionis ad Contractum mutui, cum pacto solvendi pensionem justo, & solito interesse correspondentem, licita est.*

16 *Simulatio illa non prohibetur, in quam majorem utilitatem Creditor, nec majus damnum Debitor sentit.*

17 *Irrationabile est, quod Mercator, qui potest Mutuum expressè contrahere, amittat justum in eo interesse conventum, eo quod mutuum non expressè, sed implicitè sub alio Contractu venditionis celebraverit, & num. 22.*

18 *Lucrum, seu interesse consequi nequit à Creditore ex sola numeratione pecuniæ, vel dilatione temporis, nisi ratione lucri cessantis, & damni emergentis.*

Quod nedum de Jure Civili, sed Divino, & Canonico permittitur, num. 29.

19 *Fructus imputantur in sortem, quando pensio in stipulationem deducta, esset excessiva.*

20 *Simulatio venditionis adesse dicitur, quando Contrahentes, qui ex mutuo summam stipulatam licitè habere non possunt, simulant celebrare Contractum venditionis.*

21 *Ex Contractibus, qui sunt contra legem, nullum Beneficium percipi potest.*

23 *Contractu damnato, velut usurario, & simulatione detecta, tamen justum interesse Creditori debetur.*

Rejicitur, & declaratur Leotardus de Usuris qu. 80. *num. 28. & num. 30.*

24 *Interesse non debetur sine mora.*

Fallit, si adsit pactum solvendi interesse, nu. 25. & de ratione ibid.

26 *Pactum appositum in Venditione solvendi pensionem, si postea venditio ob simulationem in mutuum resol-*

resolvatur, debet resolvi in pactum connaturale mutuo.

Videlicet solvendi illud justum interesse, quod contrahens tamquam Mercator patitur, numer. 27.

31 *Sub nomine pensionis à Debitore Creditori promissa venit id, quod verè interest, præcipuè si Creditor Mercator sit.*

Et de ratione num. 32.

33 *Pensio stipulata solito, & justo interesse Regionis correspondere debet.*

34 *Solidatio computorum cum longa observantia Debitoris facit præsumere omnia necessaria pro justitia Contractus intervenisse.*

35 *Debitor non præsumitur solvisse usuras, si illæ verè non fuissent debitæ.*

36 *Mora inducitur si post diuturnam usurarum præstationem Debitor postea in illarum solutione desitiat.*

37 *Pœna adjecta Contractibus reddit illos de usura suspectos, & non sustinetur, nisi quatenus intersit.*

38 *Interesse in stipulationem sub nomine pœnæ deductum esse censetur.*

39 *Consuetudo semper efficit, ut Contractus interpretetur licitus.*

40 *Ad excludendas usuras illicitas omnis possibilis titulus præsumendus est.*

41 *Conventio usurarum in Contractibus illicitis, & usurariis non sustinetur, nisi appareat Contrahentes usurarum nomine intellexisse accessiones legitimas, & quod verò interest.*

42 *Conventio tacita interesse in omnibus Contractibus admittitur.*

43 *Consuetudo; quando est dubium, an licita sit nec ne, excusat à restitutione fructuum bona fide perceptorum, & consumptorum.*

44 *In dubio pro exclusione usurarum judicandum.*

45 *Debitor usurarum, si eas conscius spontè, & ultrò solvat, non potest illas a Creditore repetere.*

V O T U M

DD. CAROLI TASSORELLI, ET AUGUSTINI RICCI JJ. CC. JANUENSIUM.

Januen. Immissionis, sive Associationis.

E T

D I S C U R S U S CLXIX.

VEndita de anno 1641. per Alexandrum de Philippis, Petro Antonio Ardissono portione prædii *del Donego* pro duplis centum triginta tribus, idem Petrus Antonius dicto Alexandro incontinenti per separatum contractum eamdem portionem locavit ad annos decem pro annuis duplis octo, cum facultate illam intra idem tempus redimendi, reliquam verò portionem ejusdem prædii vendidit eidem Ardissono cum alio prædio *della Colombara* de anno 1647. pro duplis 144. quam similiter eidem eodem modo locavit ad annos octo pro annuis duplis 8. & dimidia cum facultate pariter infra dictum tempus redimendi.

Defuncto tam dicto Alexandro, quàm dicto Petro Antonio, Petrus Baptista, Alexandri filius, ejusdemque hæres, & Petrus Joannes filius, & hæres dicti Petri Antonii facta narratione contentorum in dictis Instrumentis venditionum, & locationum, devénerunt de anno 1664. ad solidationem computorum, tam super residuo dictarum pensionum, quam aliarum partitarum currentium super libris dicti Petri Antonii, ex quarum causa inventus debitor dictus Petrus Baptista de libr. 3520. conficientibus simul cum dictis duplis 277. pretio dictarum terrarum summam libr. 8367. 18. præmissis omnibus per partes prius veris declaratis, rogavit dictum Petrum Joannem, quatenus vellet pro dicta summa suam consequi solutionem super portione dictæ terræ *del Donego*, & residuum ejusdem terræ eidem remittere. Idem Petrus Joannes dictis precibus annuendo accepta in solutum portione predicta pro pretio à peritis declarato in libr. 4000. ac etiam quibusdam debitorum nominibus, & una domo pro libr. 1000. circiter, restantem partem ejusdem terræ eidem Petro Baptistæ remisit; salvis tamen supradicta restanti parte citra aliquam novationem, juribus prioribus dictorum Instrumentorum pro residuo dictarum librarum 8367. 18. quod remansit in summa librarum 3200. quas conventum fuit per dictum Petrum Baptistam solvendas fore intra decennium tunc proximum in tot pagis librarum 200. cum interesse interim decurrendo ratione fructuum, & pensionum, ac ratione lucri cessantis, ac damni emergentis ad rationem quatuor cum dimidio pro singulo centenario, & anno, cum facultate eidem Petro Joanni post dictum terminum non secuta solutione prædicta, capiendi propria authoritate possessionem dictæ remanentis terræ dimissæ dicto Petro Baptistæ, illamque vendere in publica subhasta, & si plus debito fuerit vendita, teneatur dictus Petrus Joannes restituere dicto Petro Baptistæ, qui interim illam tenere, & possidere constituit nomine, & vice dicti Ardissoni, & ad ipsius Ardissoni favorem remanere intelligatur dicta pars remanens, in vim dictorum Instrumentorum, & venditionum.

Anno posthmodum 1670. 28. Septembris idem Petrus Joannes debitor Virgilii de Philippis eidem in solutum dedit creditum prædictum libr. 3200. cum fructibus decursis à die 24. Maji tunc proximè præteriti adversus dictum Petrum Baptistam, qui exindè post dictam in solutum dationem sub 30. Novembris ejusdem anni facta agnitione debiti prædicti libr. 3200. ex vi Instrumenti celebrati dicto anno 1664. & citra aliquam ejusdem Instrumenti novationem dictum Virgilium dicto cessionario nomine recognovit in Dominum ejusdem terræ, eique solvere promisit pensiones ad rationem 3. & 3. quar. pro singulo centenario, & sic librarum 120. quotannis solvendas in pace, & sine lite, & terminum ad se redimendum durantem adhuc tres annos cum dimidio dictus Virgilius sub pactis pagis, & conditionibus, de quibus in dicto Instrumento anni 1664. protogavit dicto Petro Baptistæ ad annos 20. initiandos finita prima locatione, & pro dictis annis 20. dicta prima locatione finita locavit dicto Petro Baptistæ terram prædictam pro annua pensione dictarum lib. 120. ab eodem solvendarum remota omni exceptione.

Perventis ex titulo donationis habitæ à Virgilio de Philippis juniore in M. Sindicum Illustriss. Officii Pauperum juribus prædictis dicto Virgilio seniori competentibus, petiit, & obtinuit sub die 7. Septembris 1713. in vim dictorum Instrumentorum à DD. VV. Illustriss. licentiam de se associari faciendo ad possessionem dictæ terræ *del Donego* citra præjudicium cujuscumque tertii legitimè possidentis, & interesse habentis, prout de facto fuit associatus.

Propositaque adversus dictam immissionem per Alexandrum de Philippis juniorem dicti Petri Baptistæ hæredem, querimonia, structoque desuper super juribus hinc inde ad acta productis, processu, restrictaque disputatione causæ super prætensa per dictum Alexandrum usuraria pravitate, qua affectos fore acriter contendebat prænarratos contractus anni 1641. & 1647. gestos cum dicto Alexandro seniore ejus Avo, placuit DD. VV. Illustriss. sub die 13. Februarii proximè præteriti nobis demandare, ut in scriptis, quam primum referremus, quænam sint earum partes in providendo.

Nos itaque ut par est, hujusmodi jussionibus celeri obsequio obtemperantes, omnibus per utramque partem, tam oretenus, quàm in scriptis coram DD. VV. Illustriss. & prius etiam sejunctim coram nobis ante hac deductis, sedulò perpensis, Christi, ac Beatissimæ Virginis nominibus prius ex corde humiliter invocatis, referimus DD. VV. Illustr. partes (salva earum benigna censura) fore, & esse in confirmanda possessione terræ *del Donego*, ad quam dictus M. Sindicus fuit associatus ad effectum illam vendendi in publica subhasta, pretiumque retrahendum pro concurrenti quantitate libr. 3200. una cum fructibus decursis, & non solutis ad dictam rationem libr. 120. juxta declarationem faciendam in se compensandi, vel retinendi donec, & quousque fuerit ex fructibus ejusdem satisfactus pro dicta summa libr. 3200. una cum fructibus prædictis decursis, & non solutis ad dictam rationem libr. 120. pariter juxta declarationem faciendam.

Quandoquidem minimè subsistere censuimus exceptio-
nem prædictam usurariæ pravitatis ex coin contrarium
petitam, quod contrahentes nullatenus contractus ven-
ditionum, aut locationum agere voluerint in dictis
Instrumentis anni 1641., & 1647., sed ex facti cir-
cumstantiis, & conjecturis manifestè apparet, quod
sub illorum imagine verè inierint contractus mutui,
& pignoratitios, rei dominio apud venditorem, seu
veriùs debitorem permanente, proindeque fructus pi-
gnoris ad ipsum, & non ad creditorem spectantes sor-
tem imminuere, neque aliud ex causa muti, cui nihil
suaptè natura accedere potest, ultra sortem peti posse
1 *ex gloss. in l. Emptione, vers. accepi, & ibi Bald. C.
plus valere, quod agit. Leotard. de usur. quæst. 10. num.
29. quæst. 11. num. 1., & prius quæst. 7. num. 35., &
quæst. 8. num. 1. Gabriel. cons. 74. num. 5. lib. 1. Mans.
cons. 164. num. 16. Riminald. Sen. cons. 451. num. 11.
lib. 3. Scacc. de commerc. 51. quæst. 7. part. 2. ampl.
10. num. 30. Abb. cons. 76. parc. 5. num. 2. Manent.
de contr. livell. parc. 1. num. 8. Capell. de simul. contr.
num. 93.* cum aliis in contrarium laudatis.

Nam adhuc reassumendo articuli examen in supposi-
to prætensæ simulationis contractuum, quam cætero-
quin acriter impugnabat D. Scribens pro M. Sindico,
haud locum putavimus prætensæ imputationi in sortem
de pensionibus ab Ardissono exactis ex aliquo vitio pra-
vitatis usurariæ, sed imò illas omni jure fore imputan-
das priùs in causam interesse, tàm lucri cessantis, quàm
damni emergentis in quantitate pensionum conventa-
rum, pro ut tale interesse passum fuisse à dicto Ardis-
sono non ambigebatur, & probatum extabat.

2 Etenim posita simulatione, vel contractus resolvitur
in pignus, ut inquit *Salicet. in l. Emptione. C. plus
valere, & Tiraquel. de retract. convent. in fin. Abb.
cons. 76. num. 2. parc. 1.* vel resolvitur in mutuum, ut
tenet *Leotard. dicta quæst.* 80., & promiscuè admit-
tunt DD., qui ex adverso laudantur.

3 Si resolvitur in pignus, interesse deberi probant
*Marin. resolut. 172. numer. 9. lib. 2. Fontanel. decis.
91. num. 29., & dec. 208. num. 13. & de pact. nupt.
clans. 7. gloss. 3. part. 7. numer. 3. quem seq. Leotard.
de usur. quæst. 98. num. 45. 46. de Luc. de usur. disc.
15. numer. 5.*

4 Si verò contractus resolvatur in mutuum pariter inte-
resse deberi, latè sustinent *Scacc. de comm. §. 1. ampl.
8. n. 193., & seq., & num. 208. ampl. 20. n. 1. &
21. & quæst. 7. parc. 3. limit. 7. n. 4. & 15. Grat. cons.
49. n. 8. 9. lib. 2. Gait. de cred. cap. 2. tit. 7. quæst. 2.
n. 1769. & 1791., & seq. Mastrill. dec. 106. n. 39.
de Luc. de camb. disc. 24. n. 10. Palm. dec. 57. n. 26.
vers. sed si Navar. lib. 5. tit. de usur. cons. 20. n. 11.
12. Samminiat. contr. 32. num. 3. & 4.*

Ratio autem efficax ea esse videtur, quia cum Ardis-
sonus emerit dicta bona, & ea successivè locaverit ei-
dem venditori pro pensione correspondente legitimo in-
teresse summæ exbursatæ, & cum tamquam Mercator
5 posset summam pro pensione taxatam justè pro interes-
se exigere, si contractus resolvitur in mutuum, vel pi-
gnus, promissio dictæ pensionis ità accipi non debet,
ut sit usuraria, sed ut stipulationem liciti interesse in-
cludat. *Scac. de Commerc. ampl. 20. n. 3.* „ ibi „ *Quia
„ licet contractus Cambii resolveretur in mutuum, imo
„ esto, quod esset contractus mutui, & mutui expliciti,
„ tamen si mutuator, ultra sortem mutuatam, intendat
„ aliquid rehabere, mutuum sumi non debet in ea specie
„ mutui, in quo accessio est usuraria, sed debet reduci
„ ad illud mutuum, in quo accessio non est usuraria,* „ &
*ibidem numer. 21. Gait. de Credit. dicta quæst. 2.
numer. 1789.* & ante dixerat *Gratian. dicto cons. 49.
numer. 9.*

Imò eisdem terminis, suppositisque retentis, quali-
tatis scilicet creditoris, & non excessivæ pensionis, re-
pugnat intellectus, quod contractus, quem contrahen-
6 tes stipulando pensionem voluerunt, & licitè potuerunt
velle fructiferum, resolvatur in mutuum gratuitum, ut
notat idem *Scac. dict. ampl. 8. num. 208.* „ ibi „ *Quia
„ hoc ipso, quod quis dat simulatè pecunias in societate
„ officii, constat, quod noluit eas mutuas, quia socie-
„ tas est contractus lucratorius, & mutuatio, est con-
„ tractus gratuitus, ergo si illa societas resolveretur
„ in simplex mutuum, resolutio fieret sine consensu con-
„ trahentis, immo contra ejus mentem.*

Et magis etiam repugnat, quod dictus Ardissonus
publicus Mercator voluerit sub specie pensionum, usu-
ras, accessionesque illegitimas, & non licitum, quod 7
potuit, interesse stipulari, *Surd. cons. 327. numer. 50.
vers. & ex qualitate. Manent. de contr. livel. pact. 15.
num. 63.* " ibi " *Nihilominus, si contractus non posset
judicari usurarius, quando apertè decem pro centena- "
rio promissa fuissent, ut supra ample probavimus, "
quia aliter vir bonus arbitrari non posset inspecta con- "
ditione, & statu tante persona, multominus hoc mo- "
do initus calis arguendus est.* " "

Nec negocium facere credidimus, quod nonnulla ex
juribus per nos adducta procedentia in terminis Cam-
bii ficti, non applicari prætendantur ad casum præ- 8
sentem simulati mutui sub venditione, nam omisso,
quod de uno, & altero contractu promiscuè loquuntur
Doctores, & in specie *Leotard. quæst. 80. in princ. &
quæst. 72. numer. 39. Scacc. de Commerc. §. 1. ampl. 8.
num. 106.* Nulla disparitas afferebatur, imò affabrè ur-
gere videbatur rationis identitas, nam sicuti, licet cam-
bium fictum verè non sit cambium, sed mutuum, adeo-
que cambia gignere non possit, conceditur, quod sub
cambiorum stipulatione legitimum interesse deductum
censeatur, ita licet simulata venditio non sit venditio,
sed mutuum, & ideo venditionis fructus non pariat,
attamen venit etiam concedendum, quod sub pacto sol- 9
vendi pensiones pactum veri interesse includatur, ut
ubi una est ratio, eadem juris militet dispositio, *Bar-
bos. axiam. 197. num. 3.*

Hinc non obstare visa fuerunt jura, quæ in contra-
rium adducebantur, quod scilicet supposita simulatione
intraret de plano imputatio in sortem ex *Manent. Pa-* 10
ris. & aliis supra in contrarium adductis.

Nam omisso quod prædicti DD. loquuntur in casu,
in quo usuræ pravitas tergiversari non poterat propter
pensionis in pactum deductæ exorbitantiam, nullo mo-
do tangere videntur punctum, de quo disputatur, di-
cunt enim DD. prædicti, quod attenta simulatione quid-
quid solvitur, veniat in sortem imputandum, sed non
aperiunt, an idem sit faciendum ubi ratio interesse con-
currat, etenim non valere argumentum, ex contractu
simulato quidquid sumitur, imputatur in sortem, ergo 11
etiam quando interesse concurrat dicebamus *Scacc. de
Commerc. ampl. 20. num. 26.*

Unde clara disparitas desumebatur, & authoritates
prædictæ inapplicabiles reddebantur, objiciebamus e-
nim simulationem in casu nostro omni jure approba-
tam, nam cum sit licita simulatio de contractu licito,
ad contractum licitum *tot. tit. C. plus valere, &c.
Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. quæst. 2. num. 1773. &* 12
*seqq. Barc. consulc. 65. libr. 1. Scacc. de commerc. §. 1.
quæst. 7. ampl. 10. n. 29. Farinacc. de simul. quæst. 162.
num. 43. Leotard. de usur. quæst. 7. num. 24.* impugna-
ri non poterat mutuum sub venditione, & successiva
locatio cum pacto solvendi annuas duplas 7. cum enim
mutuum cum pacto solvendi solitum, & plateale in- 13
teresse sit licitum *Leotard. quæst. 74. num. 20.* & omni
jure tam Canonico, quam Civili licita sit in mutuo pe-
titio interesse, sicut etiam licita est venditio, potuit li-
citè fieri simulatio prædicta de contractu venditionis ad
contractum mutui cum pacto solvendi pensionem ju-
sto, & solito interesse correspondentem, ut proinde 14
necessariò attendi debeat, quod verè actum est, non
quod simulatè conceptum, ut bene in terminis *Scacc.
d. §. 1. quæst. 7. part. 3. limit. 7. num. 4. Gait. ubi su-
pra num. 1774. & seq.*

Et ulterius etiam depravata aliqua intentio fœneran-
di in Ardissono deprehendi non poterat, cum enim,
ut diximus, in eo concurreret ultra rationem lucri cessan-
tis in publico Mercatore, etiam ratio damni emergen-
tis, nihil pravi argui potest in eo, si idem interesse,
& non ultra sub nomine pensionis in stipulationem,
deduxit, fortè arbitrans magis sibi esse consultum, ut
notat *Gait. ubi supra n. 1793.* & proinde cum ex simu- 15
latione iniquitas non emergat, sive majorem utilitatem
Creditor, nec majus damnum Debitor senserit, dam-
nari prædicta simulatio non potest, *Gait. ubi supra nu-
mer. 1779. De Luc. de credit. disc. 77. nu. 8.* " ibi "
ubi debitum est verum nihil refert, si ex aliquo mo- " 16
*tivo Creditori proficuo, Debitori autem in substantia "
non præjudiciali alia causa simulata, &c.* " "

Unde irrationabile nobis videbatur, quod licitè Ardis-
sonus

fomus potuisset contrahere mutuum expressum con-
vento interesse, quod patiebatur ad sex pro centenario,
& quod idem mutuum, eo quia non expresse, sed im-
plicitè sub alio contractu celebravit, judicari nunc de-
beat in ejus perniciem usurarium ad commodum De-
bitoris, quem ille sic contrahendo nulla illicita, aut
deteriori pactione adegit, sed humanius tunc, & exin-
de magis excepit moram solutionum, diutius, & mi-
nutatis pagis patiendo interesse, quod patiebatur sæ-
pius moderando, loco pecuniæ viliora acceptum tol-
17 lendo, ut series facti manifestum facit, & quod no-
bis irrationabile visum fuit, iniquum in durioribus
terminis putavit *Scacc. de camb.* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 3.
„ *limit.* 7. *n.* 4. „ ibi *Certè iniquum videtur isto casu*,
„ *ut uterque esset simulator*, & *nihilominus unus ex*
„ *eis esset in lucro*, *alter in damno* „ *juncta ampl.*
20. *numer.* 5.

Sanè, aliàs res esset si ex mutuo Creditori damnum
non emergeret, vel in eo cessaret ratio lucri recom-
pensativi, quod lucrum cessans appellamus, & lucrum
simpliciter ex sola numeratione pecuniæ, & dilatione
18 temporis intenderetur, quod est illud quod leges Evan-
gelicæ præcipiunt, *mutuum dantes nihil inde sperantes*,
ut notat *Gait. loco mox citata num.* 1805.

In casibus è contra, in quibus scribunt DD. in con-
trarium laudati, optimè equidem procedit imputatio in
sortem, quia cum pensio in stipulationem deducta es-
19 set excessiva ad rationem 20. & ultra, ac etiam 30. pro
centenario, & in casu *Manent. Paris.* & aliorum, sta-
tim simulatio convincebatur illicita, nam quia mutuum
cum interesse ad rationem 30. vel alias excessivum,
sit illicitum, ut tenent *Manent. Paris.* & *Peguer. dec.*
33. jam ibi non poterat simulatio esse de contractu li-
cito, ad contractum licitum, & consequenter fiebat
planum quod contrahentes, cum ex mutuo summam
stipulatam, quam recipere enixè intendebant, licitè
habere non possent, venditionem simulaverint, ne usu-
rarii viderentur, ut egregiè explicat *gloss. in l. emptio-*
20 „ *ne*. *Cod. plus valere* „ ibi „ *accepi decem à te mu-*
„ *tuo sub usuris*, & *obligavi pignus*, *tu timens ne di-*
„ *cereris usurarius*, *vel ne posses usuras petere jure ca-*
„ *sus obstante fecisti scribi in Instrumento contractum*
„ *emptionis*, & *venditionis intervenisse* „ & proinde
21 cum isti contractus essent contra legem, nullum ex
eis percipi poterat beneficium, *l. dudum*, *C. de leg.* sed
hæc ratio ad nostram thesim trahi nunquam poterit,
cum Ardissonus tanquam Mercator posset interesse
exigere, & illud quidem, quod poterat exigere absque
ulla depravata intentione, sine excessu sub simulata
venditione convenerit, ut ex *Surd. cons.* 327. *numer.*
50. & *Manent. de contract. livellor. pact.* 15. *num.* 63.
supra ostendimus.

22 Et adhuc etiam in terminis prædictis, damnato ve-
lut usurario contractu, & simulatione detecta, Sacrum
Concistorium apud *Mastrill. decis.* 116. condemnavit
debitorem ad solvendum interesse ad rationem decem
pro centenario, prout etiam observat *Card. de Luc.*
de camb. disc. 24. *num.* 10. ubi eam vocat nimium do-
23 ctam, & magistralem, idque etiam per concordiam
præstitum fuisse in casu *Mans. consult.* 64. qui in con-
trarium adducebatur, invenimus.

24 Nec movet, quod supposita simulatione contractus
venditionis resolvatur in mutuum sine mora, ex quo
interesse non deberi prætendebatur, ex *Leotard. quæst.*
80. *num.* 1. & *seq.*

Nam neque hac secunda oppugnatione collabi visa
fuit conclusio superius stabilita, siquidem, & si Leo-
25 tardi auctoritatem apud nos maximam, dubiam redde-
ret auctoritas *Fabr. Scacc. Gait.* & *Mastrill.* pactum
solvendi interesse, quod moræ æquivalet, *Leotard. qu.*
74. *num.* 22. desumi respondebatur ex pacto solvendi
pensiones, quod suaderi dicebamus juribus supra de-
ductis, & ratione, nam si venditio resolvebatur in
mutuum, quia erat simulata, ita quia erat etiam simu-
lata locatio, debebat sub se habere suum proprium pa-
ctum reale, & verum, & proinde cum pactum solven-
di pensionem, debeat resolvi in pactum connaturale
26 mutuo, quod contrahebatur *Scacc. de commerc.* §. 1. *d.*
ampl. 20. *n.* 4. non poterat intelligi de solvendo usu-
ras, sed illud justum interesse, quod contrahens, tan-
27 quam publicus Mercator verè patiebatur. *Grat. con-*
sil. 49. *nu.* 9. *lib.* 2. *Alexandr. cons.* 200. *num.* 4. *lib.* 6.

Molin. de contr. discept. 303. *in fin. titul. Scacc. de Com-*
merc. d. ampl. 20. *num.* 3.

Sed ulterius visa est inapplicabilis conclusio per *Leo-*
tard. firmata *dict. qu.* 80. quærit enim ibi, an ex con- 28
tractu usurario, & depravata intentione fœnerandi
confecto interesse debeatur, & negativè concludit,
unde in suo casu contractum certè usurarium suppo-
nit, de quo in nostro disputatur, & propterea expli-
cari debet in simulatione illicita, juxta casum, quem
figurat *Gloss. in dicta leg. Emptione*, *Cod. plus valere*,
&c. Quando scilicet quis faciendo apertum mutuum,
quod sit illicitum timens, ne usurarius videatur, il-
lud facit alio contractu personarum, nusquam tamen
trahi potest ad casum, in quo quis moderatum illud
interesse stipulando, quod aperto mutuo posset exi- 29
gere propriæ indemnitati consulit, quod nedum Ci-
vili, sed Divino, & Canonico jure permittitur,
Gait. observat. 5. *num.* 15. *lib.* 2. *Scacc. de Commerc.*
§. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *n.* 96. & 40. & omnibus
allatis *Leotard. quæst.* 71. *num.* 4.

Imo clarius ita intelligendam Conclusionem prædi-
ctam *Leotard. quæst.* 80. dicebamus ex alio loco ejus-
dem *Leotard.* quo se ad dictam quæstionem remittit, 30
nempe *quæst.* 72. *numer.* 39. „ ibi „ *In his casibus in* “
quibus manifestè apparet intentio, & *animus fœne-* “
randi, *nihil sub prætextu hujus illicitæ pactionis exi-* “
gi potest, *etiam si Creditor probet sua interesse pecu-* “
nia illa caruisse, *quia usuræ prohibitæ sunt*, *nec licet* “
eas in pactum deducere, *cap. quia in omnibus de usur.* “
nisi ex subjecta materia, & *qualitate Creditoris*, & “
aliis circumstantiis videantur contrahentes usurarum “
nomine intellexisse accessiones legitimas, & *id quod* “
verè interest “ ut in specie *l. Curabit*, *C. de em-* “
ption. & *vendit. l.* 2. *Cod. de Dot. promiss.* & *cap. Sa-*
lubriter de usur. & *ex Jo. de Imol.* & *Alexandr. tra-*
dit in libro, *de eo quod interest. Jacob*, *Gerald. Ande-*
gaven. cap. 6. *fol.* 139. Unde quando de depravata con-
trahentium intentione non constat, sed possunt vide-
ri, sub nomine pensionis, non usuras, sed licitum in-
teresse convenisse, sententiam nostram non obscure
probare videtur idem *Leotard.*

Quod autem in nostra facti specie sub nomine pen-
sionis contrahentes intellexerint id, quod vere interest, 31
& non usuras, satis ex dictis patere videbatur, & ul-
terius suadetur ex qualitate creditoris, qui erat Mercator
solitus negotiari *Gloss. in l. cum de in rem verso verb.*
præstitisset in fin. ff. de usur. cum credi non possit, quod 32
in præjudicium æternæ salutis, voluerit usuras, & ac-
cessiones illegitimas, & non id, quod ratione interesse
consequi poterat, stipulari, ut jam sæpè repetitus *Surd.*
cons. 327. *n.* 50. & facit *Caren. resol.* 14. *sub n.* 12. ma- 33
ximè quando pensio stipulata solito, & justo interesse
regionis correspondet *Grat. dicto cons.* 49. *n.* 8. 9. *lib.*
2. *Alex. cons.* 200. *num.* 4. *lib.* 6.

In hanc etiam rem conducit conventio in primo In-
strumento anni 1641. apposita restitutione pretii una
cum omnibus damnis, expensis, & interesse passis, &
quovis modo patiendis in casu cujusvis litis, & evictio-
nis quandocumque, & qualitercumque sequendæ, & al-
tera pariter conventio interesse apposita in subsequenti
Instrumento anni 1647. pendente termino ad redimen-
dum, facit longæva contractuum observantia, & ratio-
nes sæpius calculatæ, ita ut non solum contractus fue-
rit eodem pacto renovatus anno 1664. sed etiam,
quod plus est, Virgilio de Philippis Cessionario Ar-
dissoni fuit promissa ejusdem pensionis solutio, redu-
cta tamen ab ipso ad rationem 3. & quartum pro
centenario, ut supra jam tetigimus.

Et proinde, ex hac observantia omnia processisse 34
necessaria ad justificandum interesse censetur, ut ob-
servat *Rot. decis.* 681. *num.* 4. 5. *part.* 18. *de Luc. de*
usur. disc. 35. *num.* 18.

Faciunt repetitæ solutiones, quas nedum debitor, 35
sed etiam hæredes bonam fidem agnoscendo fecere.
Rot. decis. 168. *num.* 8. 9. *part.* 18. & 337. *numer.* 4.
parte eadem, *Rot. decis.* 153. *numer.* 6. *ad* 18. *part.* 4.
tom. 2. ut proinde ex eis etiam mora inducta censea- 36
tur *l. de in rem verso ff. de usur. Gratian. discept.* 920.
num. 14.

Nec non conducit, quod quamvis pœna in contra- 37
ctibus illos reddat de usura suspectos, tamen sustinen-
tur, quatenus interest, *Leotard. de usur. qu.* 38. *n.* 13.

quia ioteresse sub nomine pœnæ in stipulationem deductum censetur, *Bald. in l. cum allegas in princ. C. de usur. Roman. cons. 510. num. 8. 9. 16.*

38 Et tandem omnem tollere amaritudinem visa fuit coosuetudo, quam in partibus esse, tam inter Laicos, quam Ecclesiasticos, Communitates, & Confraternitates, ex infinitis propemodum consimilibus contractibus in actis M. Syndicus docuit, ut proinde quamvis contractum usurarium licitum noo efficiat, attamen, si sufficeret, oe contractus esset fœneratitius, sub pacto pensionis stipulatum interesse intelligere, sanè consuetudo præstaret, ut ita contractus interpretari deberet, quia consuetudo semper efficit, ut contra-
39 ctus interpretetur licitus *Card. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 25. n. 24.* „ ibi „ *Sed his rationibus responderi potest, quod locum habent quando certum est contractum „ esse usurarium, diversum est quando ambigitur, quia „ tunc consuetudo videtur posse interpretari, ut sit licitus, non autem fœneratitius, & in terminis longè durioribus „ Surd. cons. 327. num. 52. Gratian. discept. 14. numer. 14. Cyriac. contrav. 68. numer. 24. Navar. lib. 5. de usur. cons. 20. in fin.* egregiè *Rot. ad cons. Ramon. dec. 49. num. 7. & seq. tom. 2.*

His equidem quamcumque mentem fœnerandi à nostris contraheotibus exclusam, & sub pacto solvendæ pensionis verum interesse stipulatum satis credidimus, & tamen iis, ad salvandum contractum, opus oon erat, sed sanè sufficiebat, quod potuerint sub dicto pacto contrahentes de interesse intellexisse, ut ita con-
40 ventum ad excludendam labem usurariam dici deberet, eum parti adversæ hanc etiam possibilitatem incumbat excludere, *Rot. decis. 338. numer. 21. part. 15.* „ ibi „ *Et qua ratione pro usuris licitis necesse est „ proponere aliquem justum titulum, & requisita Castrensis, eadem prorsus ratione necesse est contra illicitas excludere omnem possibilem titulum, & quod „ requisita Castrensis intervenire non potuerint ; Posth. resol. 77. num. 25.*

Minus etiam credidimus subsistere dictam limitationem *Leotard. quæst. 72. num. 39.* procedere in terminis legis *curabit*, & capitulo *salubriter* ; nam ultraquamquod ineptè restringeretur limitatio ad dictas leges, io quibus usura considerari oon potest, & etiam præscindendo à quocumque pacto, & mora, interesse permittitur, statim infringitur replicatio animadvertendo, quod cum superius *numer.* 38. dictus Auctor damnet conventionem usurarum in cambiis illicitis, societatibus, & locationibus usurariis, aliisque contractibus in fraudem usurarum celebratis, limitando inde coonclusionem „ *num. 39. Nisi, ex subjecta materia, qualitate credi-*
41 *„ toris, & aliis circumstantiis appareat contrahentes, „ usurarum nomine intellexisse accessiones legitimas, „ & id quod verè interest*, clarè ostendit, quod limitatio omnes contractus amplectitur, de quibus superius loquitur, ut scilicet sit de regula, absqueoquod restringatur ad dictas leges, in quarum specie sine ulla Creditoris, & circumstantiarum consideratione interesse à jure permissum dicebamus, & juxta quas exemplificando, & non restringendo loquutum fuisse Andegaven. ibi subdit Leotardus.

Et quamvis in litera super dicto intellectu scrupulus esse non posset, adhuc si quis fuisset, cessare debuerat; ex quo in omnibus contractibus prædictam tacitam interesse conventionem à Leotard. admissam, com-
42 muniter admitti dicebamus, ut ex conjecturis decidit *Rota dec. 131. n. 9. par. 13. vers. & ex circumstantiis, & decis. 337. num. 6. part. 18. Capyc. Galeot. controv. 30. numer. 20. & cum Leotard. concordant. Grat. cons. 49. num. 8. 9. lib. 2. Alexand. cons. 200. num. 4. lib. 6. Scace. dict. ampl. 20. nu. 3. Molin. de contr. disp. 309. in fin. tom. 2. de Luc. de usur. disc. 35. in fin.*

Ex iis io tuto res posita videbatur pro M. Syndico, sed ulterius prætensam imputationem, prædictis deficientibus, tollere etiam videbatur consideratio superius memorata: quod supradictus contrahendi modus, esset in partibus longæva consuetudine exceptus, & propterea, attenta dicta consuetudine, an contractus esset usurarius saltem reddebatur dubium, & quia ideo Ardissonus poterat credere licitum dictum contrahendi modum ab omnibus exceptum, durum videretur,
43 & ab omni æquitate alienum, quod cogeretur in sortem imputare fructus bona fide perceptos, & consumptos, *De Luc. disc. 12. numer. 33. de usur.* „ ibi „ *Quamvis consuetudo non excuset, tamen quando est „ dubium an licita sit nec ne, durum est, quod intret „ obligatio ad restituendum perceptum, & bona fide consumptum, & omnibus reassumptis latè Rot. ad cons. „ Ramon. decis. 49. num. 6. & seq. & per totum libr. 2.* ubi declarato contractu illegitimo adhuc negata fuit imputatio in sortem.

Ex omnibus superius exaratis, sicuti certum credidimus prænarratos contractus inspectis personis principalium contrahentium, ejusque hæredum, quacumque 44
usuræ labe carere, absqueoquod si negotium esset dubium, robur desumere valeat, ex regula, quod in dubio pro exclusione usuræ esset judicandum *Bald. in l. cum allegas in fin. Cod. de usuris Posth. decis. 21. numer. 15. Tiraquel. de retract. convent. in fin. num. 128. Paulut. dissert. 68. num. 8. Rot. decis. 34. num. 25. par. 15. & decis. 153. n. 9. par. 45 tom. 2.* libentius in sententiam DD. VV. Illustrissimis ab initio relatam inclinavimus iospecta persona Auctoris M. Syndici, nempè Virgilii de Philippis, cui Petrus Baptista debitor cessus, nulla Juris, aut facti ignorantia ductus, sed plenè de omnibus conscius spontè, & ultrò solvere promisit, proindeque adversus ipsum Alexander 45
Junior Modernus Contradictor dicti Petri Baptistæ filius vix aliqua usuræ exceptione, si quæ Patri competiisset, uti potest *Fab. in Cod. libr. 7. tit. 4. def. 1. de oblig. & act. Cuson. de evict. quæst. 60. nu. 27. Olea de cess. jur. tit. 6. quæst. 11. numer. 36. Leotard. quæst. 94. num. 77.*

ARGUMENTUM.

Excussio Debitoris principalis, quonam tempore facta esse debet, ut legitimè per Creditorem facta dicatur ad finem agendi contra subsidiarie obligatum.

Et an credatur creditori deponenti de diligentiis per eum contra Debitorem factis.

Et quando ad hunc effectum dicatur constare præcise de inopia debitoris: latissimè cum suis distinctionibus, ac declarationibus res enucleatur.

SUMMARIUM.

1 *Creditori incumbit docere excussionem factam fuisse eo tempore, quo venit dies petendi Creditum à Debitore.*

Quo tempore elapso non competit ei Jus agendi contra alios subsidiariè obligatos num. 2.

3 *Paupertas debitoris probari debet de tempore, quo fieri debet excussio.*

4 *Paupertas debitoris ad effectum agendi contra subsidiariè obligatum non justificatur ex simplici alicujus fide.*

Nec sufficit probatio Paupertatis in genere, sed requiritur in specie, videlicet, quod debitor ad creditum, de quo agitur persolvendum, idoneus non sit num. 7. & de ratione num. 8.

Nec probatur ex eo, quod debitor petierit alimenta pro alenda sua familia num. 9.

Præcipue si ea postea non obtinuerit num. 17.

Item non justificatur ex eo, quod quis non vivat ex redditibus, sed de lucris tantum per industriam ac laborem comparatis num. 23.

5 *Procurator in committendo nullum præjudicium parit Principali.*

6 *Productio scripturæ ad unum finem, non præjudicat producenti, quoad diversum finem, & effectum.*

10 *Pauper dicitur is, qui non habet bona sufficientia pro se, & familia alenda.*

Secus vero quoad debiti solutionem, nam si habeat in bonis quantum pro debiti solutione sufficit, tunc non dicitur pauper num. 11. 13. & 19.

12 *Super exceptione per Judicem in Judicio rejecta non est licitum Parti se fundare.*

14 *Divitiæ probantur eodem modo, quo probatur Paupertas.*

15 *Testium ingens numerus supplet defectum examinis, omnesque alias eorum exceptiones.*

16 *Ali-*

16 *Alimenta nepoti negari non possunt à Patruu.*
18 *Paupertatis probatio sufficit, quod obumbretur ad excludendam Actoris intentionem.*
20 *Excussio conventionalis debet esse omnino formalis, & excludere possibilitatem existentiæ aliorum bonorum.*
21 *Creditori deponenti de diligentiis per eum factis contra debitorem non est Credendum.*
Præcipuè si assertio Creditoris sit indefinita, & non percutiat tempus, quo fieri debebat excussio num. 22.
24 *Justa Causa in parte non tollit moram in alia parte.*
25 *Protestatio, seu interpellatio moram ad hoc ut operetur, requiritur, quod ea fiat ab ipso principali, vel à Procuratore habente ad id speciale mandatum, & contra propriam personam debitoris.*
26 *Depositum non liberum, sed cum conditione intrinseca non vitiatur.*
27 *Error cum errore compensatur.*
28 *Causa justa, & rationabilis excusat à qualibet mora productiva interesse.*

Liburnen. Pecuniaria,

DECISIO AUTHORIS,

Veneris 19. Augusti 1718.

E T

DISCURSUS CLXX.

IN novo Judicio Restitutionis in integrum coram Nobis ab Illustrissimo Supremo Magistratu ad referendum Delegatis iterum ad trutinam revocata fuerunt fundamenta Decisionis editæ die 14. Decembris anni 1717. per DD. Auditores Neri Badia, & Bonsini super triplici petitione ab Judith de Campos adversus Benjamin Zaccutum promota.

Quatenus autem ad primam diminutionis valoris intrinseci petiarum, ut vulgò dicitur, *d' Aspri d' Algeri* post debitum à Zaccuto contractum secutæ, placuit in totum resolutio capta ad favorem Judith, ideoque pro illius confirmatione respondere fuimus pares iisdemmet penitus rationibus moti, quæ in prima Decisione plenè, ac doctissimè deducta fuere.

Quo verò ad secundum petitionis Caput, super quo fuerunt primi Relatores in Voto, quod Sententia Massariorum lata usque de anno 1699. exequi debet contra Zaccutum etiam pro aliis petiis 735. 5. e 3. dictæ monetæ, quatenus post emissas per dictam Judith opportunas diligentias, vel excussionem contra Samuelem de Campos in eadem Sententia demandatam non fuerit iste amplius solvendo repertus.

Censuimus utique recedendum esse a decisis, & eorum loco absolvendum fore, & esse in hac parte dictum Zaccutum a petitis.

Etenim cum ambigi non possit, quin excussio hæc, utpote demandata in prima Sententia, in judicatum nedum transacta, verum etiam expressè ex adverso acceptata requireretur, ad hoc ut aperiretur via agendi contra dictum Zaccutum subsidiarie obligatum, prout abunde convincit ipsa Decisio, quæ revidetur, certum itaque est etiam in Jure, quod eadem excussio fieri debuisset saltem de tempore dictæ Sententiæ, nempe de anno 1699. quo fuit per Massarios Liburni declaratum eam per Auctorem dictæ Judith faciendam fore; Actori namque incumbit docere ex-
1 cussionem factam fuisse eo tempore, quo cessit, & venit dies agendi, aut petendi creditum à Debitore ex traditis per *Rot. dec. 136. num. 5. part. 17. Negerol. allegat. 40. numer. 40. Spadaz. Theatr. Viduil. disquisit. 59. num. 42. & seq. Fusar. de substit. quæst. 532. num. 7. vers. ratio est Rot. Janua in Januen. Restitutionis Dotium die 18. & 26. Maii 1713. coram Marcello Sbrozzi numer.* 60. alias eo tempore per negligen-
2 tiam Creditoris transgresso non competit ei amplius Jus agendi adversus alios subsidiariè obligatos *Gor. Spin. cons. 39. nu. 14. & seq.* optimè *Bonf. apud Maur. de fidejuss. part. 2. section. 10. post §. 23. num. 8. 20. & 22. cum seq. Barz. decis. Bononien. 72. num. 4. & seq. Cyriac. controv. 110. num. 6. Rovit. decis. 43. num. 10. Negerol. allegat. 40. nu. 57. & seq. Bonden. collect.* 20. *num. 45. tom. 2. Card. De Luc. de Credit. disc. 94. num. 6. & disc. 96. num. 5. D. Ansald. de Commerc. disc. 16. num. 21. & disc. 39. num. 26.*

Verùm DD. Informantes pro Judith hanc difficultatem superare non valentes ex variis documentis in Processu existentibus ostendere satagerunt, quod usque de tempore dictæ sententiæ Massariorum, ac imposterum usque in præsens dictus Samuel reperiebatur in tali paupertatis statu, ut parere suæ obligationi impotens esset, ideoque utpote inutilis, impunè prædicta excussio omitti potuisset.

Ad comprobandum eorum assumptum allegabant in primis quandam Epistolam à Zaccuto conscriptam Algerii anno 1680. q. Isach de Campos, alteram à quibusdam Rabinis ejusdem loci scriptam anno 1696. 20. Augusti Massariis Liburni, itidem fidem trium Mercatorum in dicta Civitate commorantium, & denique binos testes nuperrimè coram Nobis legitimè examinatos.

Inanem tamen dijudicavimus fuisse illorum conatum, quia prædictis singulis documentis seriò perpensis nullum eorum aptum invenimus ad justificandum Actricis intentionem; Nam super Epistola Zaccuti nil penitus poterat concludi, quia sicuti in facto apparet eam fuisse scriptam per 19. annos ante dictam sententiam, ita nihil relevat paupertatis probatio, quæ ex eadem Epistola elici contendebatur; Illa namque percutere debet tempus anni 1699. quo prædicta ex- 3
cussio fieri exigebatur. *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 25. numer. 11. & seq. Gutierez de tutel. part. 3. cap. 46. num. 16.*

Neque etiam verum est, quod ex tenore dictæ Epistolæ appareat prætensa Samuelis inopia, quia Zaccutus neutiquam sanè scripsit eum inopem esse, sed tantum, quod ipse sub prætextu, & colore inopiæ à debiti solutione excusari petebat „ *In quello tocca alla riscossione delle pezze 995. che deve Samuel de Campos à V. S. e resto a riscuoterle David Coen, dico che Samuel si scusa con dire, che non tiene per adesso, e che è povero* „ Longè enim inter se distant simpliciter asserere aliquem esse pauperem, ac asserere aliquem esse pauperem sub hac qualitate, quia nempè ipse se pauperem dixerit; Nam primo casu assertio potest confitenti nocere, secus in secundo, ut ex Sancto, ac infallibili Evangelio Nostro Joan. Cap. 18. 19. ubi constat, quod nonnulli Judæorum Pontifices, Prædecessores ipsius Judith, & Sanioris Consilii apud gentem suam reputati, legentes titulum Crucifixionis Christi Nostri Redemptoris redierunt ad Pilatum ita reclamando „ *Noli scribere Rex Judæorum, sed quia ipse dixit Rex sum Judæorum.* „

Quinimo si tota prædicta Epistola Zaccuti attentè legatur, contrarium omnino apparet, dictum nempe Samuelem tunc temporis fuisse solvendo saltem medio alicujus diligentiæ contra eum adhibito, vel in pecunia parata, vel ad minus in mercibus „ ibi „ *Ci deve rimettere con prima occasione a conto di questo denaro una balla Vacchette di Moscovia, e conoscendo Noi, che questo se si lascia alla lunga sarà mai più per fornire, faremo che David astringa la difficoltà, e che V.S. si faccia nella miglior forma che si possa.* „

Minusque ad Actricis intentum deservire valet alia Epistola trium Rabbinorum, nedum ex eo, quòd nec quisquam percutit tempus, quo excussio prædicta fie- 4
ri bebebat; Verum quia tanquam simplex fides non merebatur de Jure allegari pro paupertatis justificatione, ut punctualiter tradit *Episcop. Rocc. discept. Juris lib. 2. cap. 108. nu. 16.* nulla penitus curata indulgentia Procuratoris dicti Zaccuti, qui per actum merè ultroneum tanquam legitimam, & in forma probanti eam agnoscere voluit; Nam in committendis nullum præjudicium Domino Procurator parere valet *Gi-* 5
petius ad Capyc. Latr. dec. 59. nu. 11. & latè ampliando Materiam *Altimar. de nullitat. tom. 2. Rubr. 9. q. 27. num. 192.*

Altera neglecta pariter contraria consideratione, quod productio dictæ Epistolæ ab ipso Zaccuto facta fuerit usque de ann. 1696. in alio Judicio, quia cum re vera appareat eam fuisse productam à Zaccuto ad alium 6
finem, & effectum, non est ideo apta nocere producenti, ut benè ponderat *Decisio*, quæ revidetur §. *Ultimo quod*.

Reflectentes ulterius pro motivo undequaque in-

vincibili, quod ex dicta Epistola licet aliqua resulta-
ret probatio paupertatis in genere, enim nequaquam
poterat probatio paupertatis in specie; Verum quia in
subjecta materia non sufficit liquere de paupertate Sa-
7 muelis in genere, sed hujusmodi probatio requiritur
in specie, nempe, quod adeo pauper ille esset, ut ad
dissolvendum debitum, de quo agitur ob carentiam,
vel insufficientiam bonorum prorsus reperiretur im-
potens *Ruin. cons. 81. per tot. libr. 5. Gratian. discept.
forens. capit. 660. numer. 17.* & ibi *Carol. Antonius
De Luca Leoncil. de privileg. Pauperum part. 1. quæ-
stion. 6. numer. 2. Rota Roman. coram Buratt. decis.
41. numer. 4. 5. & coram Cerro decis.* 323. *num.* 1. &
seq. & Dunozet Junior. dec. 923. *num.* 7. latè, optime-
que eadem *Rota Romana part.* 10. *recent. dec.* 283. *nu.*
5. *& seq.* Ratio est enim manifesta, quoniam potest
8 aliquis censeri pauper habito respectu ad illius conditio-
nem, statum, vel gradum & adhuc tot bonis potiri,
quæ sufficerent ad debiti solutionem.

Eoque magis hæc procedunt in Casu nostro, ubi
paupertatis probatio per dictam Epistolam Rabbinorum
à Samuele obtenta fuit tantum ad finem consequendi
9 alimenta, quæ pro se, suaque Familia, prætendebat
adversus Nepotem, ut ferè in puncto ratiocinatur
Rot. Roman. dicta decis. 283. *num.* 10. *& seq. part.* 10.
recent. Etenim dari simul poterat, quod Samuel non
haberet tota bona pro se, suaque alenda Familia suf-
ficientia, quæ viceversa sufficerent ad dissolvendum
debitum petiarum 735. de quo agitur. Primo equi-
dem casu ad effectum obtinendi alimenta verè ille pro
paupere censendus erat juxta attestationem Rabbino-
10 rum, ut punctualiter tradit *Ruin. dict. cons.* 81. *num.*
9. *lib.* 5. Secus in secundo, quia tunc ad effectum,
ut aliquis pauper dici valeat, requiritur, quod non ha-
11 beat in bonis quantum pro debiti solutione sufficiat,
optimè idem *Ruin. d. cons.* 81. *num.* 6. & *Rot. d. dec.*
283. *num.* 5. *par.* 10 *recent.*

His etiam addito, quod in primo Judicio coram
Massariis Liburni activato, in quo prædicta Epistola
exhibita fuit, nulla per dictos Massarios habita fuit de ea
consideratio; Nam ea non obstante adhuc mandave-
runt ipsi in eorum sententia, quæ transivit in Judica-
tum, dictu Isach de Campos auctoritate dictæ Judith ex-
cussionem contra dictum Samuelem fieri debere, ex
quo sanè sequitur nequaquam posse dictam Judith su-
12 per prædicta Epistola dumtaxat, ad exemplum cujusli-
bet exceptionis à Judice jam tacitè rejectæ, amplius se
fundare, ut rectè ponderat prima *Dec.* §. *Ultra quod enim.*

Nos fortius perstrinxit altera contraria Algerinorum
Mercatorum fides usque ad numer. decem in actis per
Zaccutum exhibita, uno quidem ore attestantium,
tam ex propria, quam communi omnium reputatio-
ne, & fama, quod dictus Samuel de anno 1699. re-
13 periebatur in Statu habili ad solvendum usque in sum-
mam petiorum mille, quibus siquidem testibus, licet
nullam aliam rationem reddant, plenam fidem adhi-
bendam esse voluere, *Cravett. cons.* 401. *numer.* 46.
Mantic. de tacit. lib. 16. *tit.* 17. *num.* 20. & 21. *Za-
chias de Salario quæst.* 108. *num.* 21. *Urceol. consult.* 2.
num. 16. *Medices. in tractat. Mors omnia solvit num.*
103. *part.* 1. qui licet loquantur circa probationem
paupertatis, attamen benè procedunt, etiam in casu
14 probationis divitiarum, quia modi omnes, qui habi-
les de Jure censentur ad probandam paupertatem, de-
serviunt quoque ad probandum divitias ad tradita per
Mascard. de probat. conclus. 526. *num.* 13.

Et quamvis contra prædictos testes summariè exa-
minatos opponerent Informantes pro Judith nullate-
nus potuisse eidem præjudicare factum Procuratoris, qui
sponte eos agnovit pro legitimè examinatis, iisdem
innixi Juribus supra adaptatis ad excludendam fidem
aliorum testium prædictæ Judith, cessare nihilominus
videbatur hæc difficultas attento adeo ingenti numero
15 testium, ex quo non solùm prædicti Summarii exami-
nis defectu, sed cæteris aliis, quibus forte notari pote-
rant, suppleri absque dubio docuerunt, *Farinacc. de
Testibus quæst.* 62. *num. final. Cyriac. contr.* 312. *num.*
31. latè *Sperell. decis.* 75. *num.* 29. *cum seq. Rot. coram
Emerix* 280. *num.* 5. ultra alios, quos congerit pri-
ma *Decisio* 9. *Non etidem.*

In omnem casum inspecta adeo ingenti Testium co-
pia ex pluribus etiam sequentibus adminiculata conje-
cturis, ab excussione nempe per Massarios Liburni tunc
demandata non obstante dicta Epistola Rabbinorum illis
conscripta, qui sanè eam minimè decrevissent, nisi
habita prius aliqua probabili informatione de statu, ac
possibilitate dicti Samuelis, tum fortius ab acceptatio-
ne ejusdem excussionis contra se decretæ per eundem
Isach de Campos postmodum expressè facta, addita
contraria illius acquiescentia, qui alias profectò à di-
cta excussione reclamasset, paratumque se protinus ex-
hibuisset ad probandam prædictam Samuelis inopiam,
si adeo extrema publica, & manifesta, ut modo ex
adverso prætenditur, tunc omnibus apparebat, tum de-
nique ex eo, quod nullibi constet dictum Samuelem
obtinuisse alimenta ob sui paupertatem prætensam, quæ 16
aliàs de Jure negari non poterant à Patruo Nepoti ad
latè firmata per *Rot. Rom. in decis.* 194. *per tot.* 7. *rec.*
quam sequitur *Mel. ad Castil. de alimen. capit.* 55.
num. 7. & *Giurb. decis.* 5. *pariter per totam.* Censui- 17
mus saltem elidi posse objectam paupertatis probatio-
nem per ea quæ ferè punctualiter tradit *Rota in dicta
decis.* 283. *n.* 8. 9. *part.* 10. *recent.* cum infinitis ab ea
allegatis, vel eam obumbrari, quod de Jure satis est
ad excludendam Actoris intentionem *Card. De Luca* 18
de fideicomm. disc. 25. *num.* 4.

Ex his etiam enervata remanet alia probatio pau-
pertatis dicti Samuelis, quæ pariter enixè contendebatur
ex depositione trini testis producta pro parte dictæ Ju-
dith, nedum quia illa est simplex fides à Procurato-
re duntaxat dicti Zaccuti absque speciali mandato re-
cognita, verum etiam quia dicti testes nullatenus pro-
bant, nisi paupertatem in genere, ut clarè constat ex
tenore eorum examinis „ ibi „ *Che Samuel de Campos
Ebreo dopo il continovo di* 20. *anni in quà è, ed è sem- "
pre stato in una grandissima necessità, e non è stato in "
grado di pagare i suoi debiti* „ ex quo certè nil augeri
valet, nisi quod Samuel impotens fuisset ad dissolven-
dum omnia, & quæcumque sua debita, secus debi-
tum solùm petior. 735. de quo agitur; Probatio enim 19
paupertatis in genere, ut supra diximus, non est suf-
ficiens ubi illa exigitur in specie, ad effectum omni-
no excludendi in debitore potentiam solvendi debi-
tum, de quo est controversia per auctoritates supra
laudatas, præsertim *Ruin. dict. cons.* 81. *lib.* 5. *ferè per
tot. Gratian. disceptat.* 660. & *Rota dicta decis.* 283.
num. 4. & 5. *part.* 10. *recent.* Eo magis, quia præ-
dicti testes nullam validam scientiæ rationem reddunt;
Nam prima per eos allegata, nempè „ *Per alcune "
diligenze, che abbiamo potuto fare* „ nihil penitus "
concludere videtur; Etenim cum istæ diligentiæ exa-
ctissimè, & cum formali discussione fieri debeant,
ad hoc ut locus aperiatur subsidiariæ obligationi, præ- 20
sertim, ut hic, quando obligatio subsidiaria est ex-
pressè qualificata, & concepta sub conditione diligen-
tiarum à Creditore prius agendarum, ut advertit pri-
ma *Decisio* §. *Descendendo nunc*, & latè tradit *Ja-
cob. Pelagatt. penes Otter. de pascuis capit.* 49. *num.*
315. 316. & *seqq. numer.* 331. & *seqq.* Neque in fa-
cto apparere possit de qualitate illarum, quæ à præ-
dictis testibus gestæ fuerunt, imò potius constet eas
tales quales fuisse per eos adhibitas, ut significare vi-
dentur verba prædicta „ *Per alcune diligenze, che "
abbiamo potuto, fare*, ideò prædicta testium fides ut-
pote inefficaci, & invalidæ rationi innixa nullatenus 21
est attendibilis, prout in terminis relationis credito-
rum deponentium de diligentiis per eos factis contra
debitorem firmat *Rot. Romana coram Royas dec.* 312.
n. 9. Minusque convincit altera scientiæ ratio " ibi "
*Detto Samuel de Campos essendo vissuto, e vive di "
presente lui, e la sua Famiglia senza niun appunta- "
mento più della sua propria industria* " quia non per-
cutit tempus anni 1699. quo fieri debebat excussio, 22
& sic tanquam nimis vaga, & indefinita non pro-
bat *Saminiat. controv.* 44. *num.* 8. Insuper nihil aliud
re vera concludit quam quod dictus Samuel non vi-
vebat ex certis bonorum redditibus, sed de lucris tan-
tum ob industriam suam comparatis; Itaque cum non 23
excludat alia bona mobilia, pecunias, res, merces,
nomina debitorum, sive antea acquisita, sive quæ quo-
tidie ex eadem industria sibi acquirebat; nusquam di-
ci potest ex prædictis testibus probatam esse pauperta-
tem in specie ad fundandam dictæ Actricis intentio-
nem, ut in puncto advertit *Ruin. d. cons.* 81. *n.* 5. 6.
& 9.

& 9. lib. 5. Mantic. de tacit., & ambig. lib. 16. tit. 17. num. 22.

Super aliis denique duobus testibus nuperrimè coram Nobis examinatis nullam fieri posse insistentiam invenimus; Nam ipsi deponunt de auditu tantùm, nullamque habuerant notitiam de persona dicti Samuelis, nec etiam ferientes tempus anni 1699. nullamque aliam assignantes concludentem scientiæ rationem.

Quo verò ad aliam Petitionem interesse ex iisdem quoque fundamentis, cum quibus processit priorum Judicum Decisio confirmandam esse eorum sententiam indubiè censuimus.

Minime refragante, quod sub fine propemodum Causæ coram Nobis replicatum fuit per Informantes dictæ Judith, quod nempe dictus Isach de Campos statim post dictam Sententiam Massariorum Liburni se paratum obtulerit ad interim recipiendam eam summam petiarum 735. 5. 3. ad quam fuit condemnatus salvo Jure augmenti monetæ, quod erat in controversia, qua oblatione attenta sicuti tenebatur Zaccutus dictam summam interim exbursare pendente dicta controversia super augmento; Ita ex eo usque tempore dici debet in mora, cum eam non solverit, juxta punctualem textum in *l. qui solidam* 80. *ff. de legat.* 2. & ibi *Bart. Castrens., aliique scribentes, Gabriel. Commun. conclus. de expensis conclus.* 2. *num.* 8. *Cresp. Valdaur. observat.* 47. *num.* 8. *& seq. Cancer var. resolut. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 27. *& seq.* & latissimè *Antl. Amat. cons.* 92. *num.* 5. 6. *& num.* 23. *usque ad fin.* & sic ad interesse per totum temporis decursum usque in præsens tamquam morosus obligatus remanet.

24

Objectum namque cessat ex facto, quia prædicta oblatio, cæteræque hinc inde protestationes emanarunt tantum inter Procuratores longe absentibus eorum Principalibus; Quamobrem illæ fuerunt irrelevantes, & inefficaces; Nam ad hoc ut requisitio, protestatio, aut interpellatio moræ effectum operetur, requiritur, quod ea fiat ab ipso Principali, vel saltem à Procuratore habente ad id speciale mandatum, & contra propriam Personam debitoris, ut docet in puncto *Franc. de protestat. considerat.* 5. *numer.* 4. *& 7. & considerat.* 62. *numer.* 7. *& Rota Romana decis.* 56. *num.* 13. *part.* 17. *recent.* Et de facto si hujusmodi protestatio oblationis facta fuisset ipsi Zaccuto, ille non minus paratus fuisset dictam summam solvere, sicuti revera paratus omnino fuit illam ad formam sententiæ deponere, ut ex deposito Algeri facto liquidè constat.

25

Cæterum advertimus in facto, quod prædicta oblatio Procuratoris de Campos non fuit simpliciter facta, sed cum expressa reservatione Juris petendi postea augmentum in sententia Massariorum omissum; E contra verò Procurator Zaccuti nunquam recusavit dictæ summæ solutionem, sed tantùm protestavit eam velle solvere ad formam dictæ sententiæ absque prædicta expressa reservatione, cujus quidem solutionis modus fuit omnino rejectus per Procuratorem dicti de Campos, quare non potest in præsens de aliqua mora argui dictus Zaccutus, si stetit per illius adversarium, quominus solutio sequeretur.

Et licet per Informantes dictæ Judith replicatum fuerit, quòd conditio prædictæ reservationis uti intrinseca nequicquam apta erat ad reddendam oblationem conditionalem, & per consequens illa de Jure valeret opponi, ut ad terminos depositi firmant *Gratian. capit.* 686. *num.* 8. *& seqq. Rot. decis.* 229. *num.* 6. *& seq. part.* 9. *recent. & decis.* 67. *num.* 57. *& seq. part.* 12. *& Rot. post Posth. de subhast. decis.* 187. *num.* 17.

26

Attamen pro responsione ponderatum fuit, quod Procurator Zaccuti non recusavit acceptare dictam conditionem, prout intrinsecè inerat, sed tantum expressam prout clarè constat ex geminatis responsionibus factis oblationi, & protestationibus Procuratoris de Campos, in quibus se paratum semper præbuit ad solutionem dictæ summæ ad formam dictæ sententiæ Massariorum; Cum itaque tota Contentio inter Procuratores utriusque Partis in hoc solùm vertebat, quod scilicet unus dictam conditionem exprimi desiderabat, alter verò tantùm, prout tacitè inerat, eam volebat, non videtur minus errasse Procuratorem dicti de Campos non acceptando solutionem sibi oblatam ad formam sententiæ, & sic cum ea conditione, quæ tacitè inerat, quàm Procuratorem Zaccuti, recusando ejusdem conditionis expressionem, ideoque error cum errore ita compensatus nemini eorum de Jure attribuendus est per textum in *leg. si ambo. ff. de compensat. aliisque vulgatis Juribus*, vel saltem negari non potest, quod erronea, & diutina insistentia Procuratoris de Campos in exigenda hac conditione expressa præ timore alicujus præjudicii, quod sibi obvenire credebat ex acceptatione solutionis oblatæ per Procuratorem Zaccuti ad formam sententiæ, justam occasionem non præbuerit eidem Procuratori Zaccuti simili timore affecto solutionem denegandi sub dicta conditione expressa, eamque tantùm offerendi sub tacita, prout intrinsece inerat in ipso actu, quamobrem attenta tam justa, ac rationabili Causa dictus Zaccutus à qualibet mora productiva interesse meretur de Jure excusari ex deductis per *Gob. consult.* 14. *num.* 75. *& 76.* & optimè *Sanfelic. decis.* 124. *sub numer.* 4. *vers. Tertio quod lib.* 1.

27

28

ARGUMENTUM.

Mutuans in refectionem, seu conservationem cujuslibet rei præfertur in refecta, seu conservata omnibus aliis Creditoribus habentibus anteriorem, sive expressam, sive tacitam hypothecam: Amplissimè cum suis declarationibus, limitationibus, distinctionibus Conclusio declaratur, ac explicatur. Insuper ostenditur hoc privilegium non procedere contra Dotem, seu Donationem propter nuptias, seu lucrum dotale, quando concurrit temporis potioritas, & dotis creditum est anterius; latissimè res perpenditur ad ornatum, ac explicationem textus in §. *his consequens Auth. de æqualit. Dotis*.

Augmentum Dotis à sponso sponsæ factæ an, & quando gaudeat privilegio prælationis Doti concesso adversus viri Creditores.

Mulier in bonis post Matrimonium à Viro, vel alio pro Dote obligato quæsitis præfertur quibuscumque Creditoribus, etiam hypothecam anteriorem habentibus.

Creditor anterior, qui ultra res specialiter sibi obligatas habet etiam generalem hypothecam in bonis debitoris, non potest agere generali hypotheca, nisi prius constiterit consequi non posse ex speciali pignore, quod sibi debetur: Ampliatur conclusio multis modis, deinde in quibus Casibus non procedat, latissimè, ac eleganter ostenditur.

SUMMARIUM.

1 *Mutuans in refectionem, seu conservationem rerum præfertur in re refecta, & conservata Creditoribus habentibus anteriorem, sive expressam, sive tacitam hypothecam, & n. 2. & 3.*

Amplia procedere etiam contra Mulierem anteriorem hypothecam habentem pro dote n. 4.

Contrarium verius, quando Dotis Creditum est anterius, n. 5. & n. 35.

Intellige tamen de Credito Dotis restituendo Mulieri, secus de Dote constituta n. 6.

7 *Privilegium prælationis, quod habet Mulier adversus mutuantes in refectionem, seu conservationem rerum, in multis Casibus non procedit, de quibus remissivè n. 8.*

9 *Mulier in bonis post Matrimonium à Viro, vel alio Dote obligato quæsitis præfertur quibuscumque Creditoribus etiam hypothecam anteriorem habentibus, & n. 10.*

Limita si concurrant duæ Dotes in bonis à Marito quæsitis, quia tunc servatur potioritas temporis cujusque Dotis n. 11.

Vel præfertur ea dos, ex cujus pecuniis illa bona acquisita fuerunt n. 12.

13 *Creditor anterior, qui ultra res specialiter sibi obligatas habet etiam generalem hypothecam in bonis debitoris, non potest agere generali hypotheca,*

theca, nisi prius constiterit consequi non posse ex speciali pignore, quod sibi debetur.

Ampliatur Conclusio in multis Casibus, de quibus n. 14. 15. 16. 17. 18.

Limitatur deinde in multis Casibus de quibus n. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 30. 31. 32.

29 *Excussioni specialis pignoris exceptio debet apponi ante litis contestationem.*

33 *Mandati executio pro Credito posteriori non datur, quando constat de Credito anteriori.*

34 *Creditor prior in tempore præfertur omnibus aliis Creditoribus posterioribus.*

36 *Dotis solutio ex Conjecturis probatur, & ex quibus habeatur, nec no n.* 37. *&* 39.

38 *Probatio plenissima oritur ex cumulatis præsumptionibus.*

40 *Augmentum Dotis constitutum Uxori per Maritum non est proprium Augmentum Dotis, sed pura, & non privilegiata Donatio propter Nuptias.*

41 *Augmentum Dotis fruitur omnibus privilegiis Doti concessis.*

Et præcipue privilegio prælationis, & potioritatis inter Creditores Mariti n. 49.

Declara tamen dummodo augmentum ab initio libere, & purè constituatur, nec conferatur in tempus dissoluti Matrimonii n. 42. 45. *& de ratione ibidem.*

43 *Augmentum Dotis per Virum Mulieri liberè constitutum transmittitur per Uxorem ad suos hæredes, etiam Viro superstite.*

44 *Dot promissa in tempus dissoluti Matrimonii nulla est.*

46 *Donatio, quæ fiebat per Maritum Uxori, utpote loco pignoris, & pro securitate Dotis restituendæ, non est amplius in usu.*

47 *Donatio, in qua succedit loco lucri Uxor superstes, & alibi Antefatum, alibi Augmentum, & alibi Donatio propter nuptias nuncupatur, non consideratur tamquam Dos, sive Augmentum, sed uti lucrum.*

Nec ei privilegium prælationis competit in præjudicium Creditorum potiorum n. 48.

50 *Donationi propter nuptias, si sit anterior, competit prælatio adversus Creditores, quorum pecuniis res empta, vel restaurata fuit n.* 51.

Lectio textus in §. his consequens Auth. de æqualit. Dotis *erronea detegitur, ac rejicitur nu.* 52. 53. 54. 55. 56. *&* 57.

58 *Hypotheca non competit Creditori ex Causa constructionis, nisi sibi hypothecam reservaverit, & numer.* 60.

Secus vero procedit in Creditore ex Causa reædificationis n. 61.

Affertur ratio disparitatis n. 62.

59 *Creditum posterius, & hypotheca destitutum non præfertur Credito anteriori hypothecam expressam habenti.*

Januen. Hypotheca, seu Prælationis,

DISCURSUS CLXXI.

1 TRansit inter omnes pacifica conclusio, quod mutuans in refectionem, seu conservationem Domus, Tabernæ, Banchi, Societatis, Mensæ, Patrimonii, vel cujuslibet alterius rei præferatur in re conservata, seu refecta omnibus aliis Creditoribus habentibus anteriorem, sive expressam, sive tacitam Hypothecam per *text. in l. interdum, ff. qui pot. in pign. hab. Dd.ciam. resp.* 198. *numer.* 23. *&* 24. *& resp.* 109. *numero* 23. *& seq. Mart. Medic. decis.* 19. *num.* 19. *Pacion. de Locat. capite* 41. *numer.* 8. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 616. *numer.* 16. *Rocc. resp.* 33. *numer.* 1. *lib.* 1. *Salgad. Labyr. Credit. part.* 3. *cap.* 9. *n.* 24. 25. 26. *& seq. Naguerol. alleg.* 11. *n.* 81. *cum seq. Card. de Luc. de Credit. disc.* 15. *n.* 3. *& seq.* & latissimè *Constantin. ad Stat. Urb. annot.* 30. *numer.* 209. *usque ad* 280. ubi conclusionem ad quamplurimos Casus ampliat. *Sanfelic. decis.* 112. *lib.* 1. Ubi

2 de refectione Navis, vel Triremium *Rodriquez de Privileg. Credit. part.* 1. *art.* 8. *num.* 17. Ubi si quis locavit domum, vel Apothecam non simpliciter ad habitandum, sed ad res, vel merces conservandas, habet in mercibus, & in rebus prælationem contra alios quoscumque creditores anteriores, & hypothecarios *Constantin. d. annot.* 30. *num.* 254. 3

Quam conclusionem licet nonnulli ex nostris Doctoribus voluerint habere etiam locum contra mulierem 4
anteriorem hypothecam habentem pro Dote, ut sunt *Cepoll. caut.* 124. *Bald. Novell. de Dote part.* 10. *numer.* 3. *Gratian. cap.* 616. *num.* 4. 5. *&* 6. *Capyc. Latr. consult.* 117. *num.* 41. *&* 42. *Ludovis. decis. Perus. decis.* 45. *numer.* 3. *Adden. ad Buratt. decis.* 62. *numer.* 9. *Rocc. respons.* 33. *num.* 17. *&* 18. *Gait. de credit. cap.* 4. *quæsit.* 11. *num.* 1982. *Ansald. de Commerc. disc.* 84. *numer.* 6. & alii collecti per *Amat. resol.* 3. *n.* 23. *& Card. de Luc. de Dote disc.* 166. *n.* 55. *cum seqq.*

Nihilominus verior, & communior opinio est non 5
procedere contra anterius Dotis Creditum, ut per textum expressum in §. *his consequens Auth. de æqualit. Dotis* firmarunt *Covar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 2. *vers. præter hæc est, & ibi Fari. num.* 47. *&* 48. *Acosta de concursu Creditorum reg.* 2. *ampl.* 5. *numer.* 26. *& sequent. Gait. de Credit. cap.* 4. *quæsit.* 11. *num.* 1980. *& seq. Pacion. de locat. & conduct. cap.* 41. *numer.* 27. *Rodriquez de privileg. Cred. part.* 1. *artic.* 7. *num.* 111. *& seq. cum innumeris allegatis Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 30. *n.* 234. ubi plures allegat, *& n.* 320. & idem fatetur *De Luc. d. disc.* 166. *num.* 56. licet aliquid reflectat in contrarium, per quod videretur ab ea opinione recedendum.

Id intellige tamen de Credito Dotis restituendæ Mu- 6
lieri, secus de Dote constituta, quia privilegium dicti §. *his consequens* competit tantum pro restitutione Dotis, ut expresse declarant *Andreol. contr.* 164. *n.* 4. *Fontanel. de Pact. Nupt. claus.* 7. *gloss.* 2. *part.* 1. *num.* 7. 8. *De Luc. de Dote disc.* 166. *n.* 21. cum pluribus ibi citatis, qua occasione etiam notari debet, quod idem privilegium concessum Doti restituendæ ex *d.* §. *his consequens* adversus mutuantes in refectionem, & conserva- 7
tionem Rerum, non potest ampliari adversus alios Creditores habentes in specialibus Casibus similia privilegia potioritatis contra alios quoscumque Creditores anteriores, & hypothecarios, ut notat *Gait. de Credit. c.* 4. *quæsit.* 11. *n.* 1988. *& seq.*

Aliasque limitationes in quibus Mulieri non competat 8
d. privilegium videre poteris penes *Rodriquez de privileg. Credit. part.* 1. *art.* 1. *n.* 46. *cum seq. Card. de Luc. de Dote d. disc.* 166. aliosque Doctores.

Alterum privilegium prælationis datur Mulieri agenti pro Dote, ut oempe in bonis post Matrimonium à Viro, vel alio pro Dote obligato quæsitis, illa præferatur quibuscumque Creditoribus, etiam hypothecam anteriorem 9
habentibus, vel quia præsumuntur in Casu habili acquisita ex pecunia Dotali, ut ad terminos *Leg. in rebus Cod. de Jur. Dot.* tradunt allegati per *Ansald. disc.* 85. *n.* 7. *de Commerc.* & mox infrascripti Doctores; vel, ubi non intraret hujusmodi præsumptio, ex privilegio potioritatis, quod ei derivat *ex L. si is qui* 28. *ff. de Jure fisci*, quæ licet loquatur de fisco, extensa fuit per Doctores ad Dotem, ob æquiparationem causæ Dotalis cum causa fiscali, ut juxta magis communem opinio- 10
nem, altera rejecta, firmant cum innumeris citatis *Andreol. controv.* 9. *num.* 10. *& seqq.* latissimè *Rocc. Episc. disput. select. lib.* 2. *cap.* 108. *num.* 34. *cum plurib. seq. Ansald. de Commerc. disc.* 13. *num.* 29. *&* 30. *Constant. ad Statut. Urb. annot.* 30. *num.* 322. *& seq. De Ponte cons.* 80. *numer.* 1. *& seq. Peregrin. de Jure Fisci lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 17. *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 26. *numer.* 23. *Cancer Var. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 2. *Acosta de Privileg. Credit. Reg.* 2. *ampl.* 7. *num.* 166. *& seq. Rodriq. de concursu Credit. part.* 1. *art.* 2. *num.* 2. *&* 6. *Pacific. de Salvian. Inspect.* 3. *cap.* 2. *numer.* 493. *& seq. Tranchedin. cons.* 28. *numer.* 19. *lib.* 1. *Boss. de Dote cap.* 18. *numer.* 50. *Samminiat. controv.* 17. *numer.* 39. *& sequ. Constant. ad Statut. Urb. annot.* 30. *numer.* 186. *& seq. & numer.* 322. *& sequ.* Quam Sententiam tenuit quoque Rota Romana, ut in *decis.* 328. *numer.* 19. *part.* 5. *recent. & decis.* 7. *numer.* 5. *& seq. part.* 12. *& decis.* 406. *numer.* 6. 505. *numer.* 6. *part.* 13. *& decis.* 248. *numer.* 2. *part.* 15. *& decis.* 331. *numer.* 15. *& sequentibus & decis.* 493. *numer.* 8. *& seq. part.* 18. *& coram Cerr. decis.* 477. *numer.* 8. *& Ninot. decis.* 17. *numer.* 5. *& post de Luc. de Donat. in Mantissa decis.* 27. *numer.* 16. *& in Romana Domus* 6. *Martii* 1684. §. *tale coram*

Alber-

Albergato, & 2. *Aprilis* 1685. §. *secundo coram Rondinino*, & 28. *April.* 1686. §. *penult. coram Hervault.* ac demum amplexa fuit Rota nostra Florentina, & signanter *lib. num.* 53. *fol.* 279. *lib.* 55. *fol.* 39. *lib.* 91. *fol.* 393. *lib.* 99. *fol.* 23. *lib.* 101. *fol.* 239. *lib.* 108. *fol.* 84. & ita decisum fuit à Magistratu Pupillorum sub die 27. Junii de Voto Auditoris Gherardini *in causa Cosmi, & Tocci*, & antea similiter decisivè firmaverat *Cabal. cons.* 17. *num.* 6. *lib.* 1.

11 . Quæ tamen non procedunt, quando in bonis postea quæsitis à Marito concurrunt duæ Dotes, nam tunc servanda est potioritas temporis cujusque Dotis, ut tradunt *Negusan. de Pign. membr.* 2. *part.* 5. *numer.* 22. *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 26. *num.* 37. *Petr. Barbos. in l.* 1. *part.* 6. *num.* 25. *vers. ultim. ff. solut. Matrim. Rodriq. de concurs. Credit. part.* 1. *art.* 1. *n.* 17. *vers. Rursus Boss. de Dote cap.* 18. *numer.* 90. *Gait. de Credit. quæst.* 11. *n.* 1652. *Cancer var. resolut. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 34. *Merlin. de Pignor. libr.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 63. *per tot. Carleval. de Judic. lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 34. *num.* 17. ubi de ratione *Constant. ad Stat. Urb. annot.* 30. *art.* 3. *num.* 325. *tom.* 1. Nisi doceatur, vel verè, aut præsumptivè ex pecuniis alicujus Dotis bona acqui-
12 sita fuisse, quia tunc in concursu duarum dotium super hujusmodi bonis præferri debet Mulier, ex cujus pecuniis dotalibus illa acquisita fuerint, ut per *text. in l. in rebus. Cod. de Jure Dot. & Auth. at exactione instant. Dot. collat.* 7. *tit.* 5. *ad medium* docuerunt ibi scribentes, & post eos *Mantic. de tacit. tit.* 26. *num.* 42. & *duobus seqq. Cancer. loc. proxime citat. Gait. d. quæst.* 11. *num.* 1653. *Boss. de Dote d. cap.* 18. *n.* 90. *vers. tamen si soluto, & Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 30. *art.* 3. *num.* 326.

Assumendo modo alteram materiam, quam debui in contingentia casus examinare quoad dispositionem *l.* 2. *Cod. de Pignorib.* constituo in primis certam, indubitatamque regulam ex dicto textu procedentem, quod nempe si prior Creditor habet rem, vel res aliquas spe-
13 cialiter obligatas, nec non simul generaliter omnia bona sui debitoris, nequit agere in præjudicium posterioris Creditoris Hypothecarii generali hypotheca ad reliqua bona, nisi prius facta excussione constiterit ex speciali pignore consequi non posse, quod sibi debetur, & ita per eumdem textum communiter tradunt *Andreol. controv.* 256. *Calvin. de Equit. cap.* 30. *Theodor. alleg.* 39. latissimè *Prat. observat.* 29. *Far. ad Covar. lib.* 3. *var. resol. cap.* 18. *numer.* 1. *Card. de Luc. de Credit. disc.* 126. & 127. *Pacific. de Salvian. interd. inspect.* 3. *cap.* 3. *nu.* 69. & *seqq. Salgad. Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 4. & *seq.*

Quæ conclusio ad plures casus etiam ampliatur per Doctores.

Et primo, quod prius excuti debeat per Creditorem
14 anteriorem nedum res ipsa specialiter obligata, sed etiam illius fructus, quia isti veniunt etiam sub speciali hypotheca *Prat. observ.* 29. *num.* 81. *Andreol. controv.* 256. *num.* 7. *Rot. Florent. apud Magon decis.* 124. *numer.* 4. *de Franch. decis.* 334. *numer.* 12. & *Ricc. in addit. ad Franch. decis.* 5.

Secundo illam procedere etiam contra mulierem agen-
15 tem pro Dote, itaut illa etiam teneatur prius excutere specialem hypothecam, ne præjudicium pariat posteriori Creditori, ut magis communiter, quidquid aliqui contrarium dixerint, tradunt *Pacific. de Salvian. Interd. inspect.* 3. *cap.* 3. *n.* 75. *De Franch. decis.* 5. & ibi *add.* & præsertim *De Luc. n.* 5. *Andreol. controv* 256. *n.* 6. *Theodor. allegat.* 39. *num* 8. & 9. *Far. ad Covar. lib.* 3. *var. resol. cap.* 18. *n.* 11.

16 Tertio procedere sive res specialiter obligata possideatur per ipsum Creditorem, sive per Debitorem, sive per extraneum, sive tertium *Guttierez cons.* 50. *num.* 11. & 12. *Molin. de Just. & Jure disp.* 536. *n.* 35. *Merlin. de Pignor. lib.* 4. *quæst.* 21. *n.* 11. *Farr. ad Covar. lib.* 3. *var. res. cap.* 18. *n.* 3.

17 Quarto ampliatur, sive in Instrumento Crediti generalis hypotheca præcedat, & specialis subsequatur, sive è contra. *Pacific. de Salvian. Interd. insp.* 3. *cap.* 3. *numer.* 76. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæst.* 21. *numer.* 12. & *pluribus citatis Farr. ad Covar. lib.* 3. *var. resolut. cap.* 18. *num.* 5.

18 Quinto procedit conclusio, sive posterior Creditor habeat hypothecam tantum specialem in aliqua re Debitoris, sive generalem tantum super omnibus bonis *Molin. de Primogen. lib.* 4. *cap.* 7. *numer.* 21. *Castill. lib.* 4. *contr. cap.* 26. *numer.* 26. *Merlin. de Pignoribus lib.* 4. *quæst.* 21. *num.* 11. *Farr. ad Covarr. lib.* 3. *var. resol. cap.* 18. *num.* 4.

Plures tamen limitationes patitur prædicta conclusio.

Et primo dictæ legis æquitas non procedit favore Debitoris, vel ejus hæredum, quia introducta est favore 19
posteriorum Creditorum *Pacific. de Salvian. Interd. inspect.* 3. *cap.* 3. *num.* 83. *Merlin. de Pignorib. lib.* 4. *quæst.* 21. *num.* 27. *Faria ad Covar. lib.* 3. *Var. resol. cap.* 18. *num.* 7.

Secundo si creditor anterior hypothecarius esset munitus Instrumento Crediti cum clausula apponi solita, 20
quod specialitas generalitati non deroget, nam tali casu non intrat dispositio dictæ *l.* 2. *Cod. de Pignoribus* ut est verior, & communior Doctorum Sententia, quam latè tuentur *Castill. controv. lib.* 4. *cap.* 26. *numer.* 34. *Gallus de Fructibus disput.* 4. *art.* 3. *nu.* 107. *Pacific. de Salvian. inspect.* 3. *cap.* 3. *num.* 88. *Fontanell. de pact. Nuptial. claus.* 4. *gloss.* 18. *part.* 2. *numer.* 86. *Card. de Luc. de Credit. disc.* 126. *num.* 20. & *discurs.* 127. *numer.* 6. latè *Farr. ad Covar. lib.* 3. *Var. resolut. capit.* 18. *numer.* 14. *Acosta de privileg. credit. in præfation. ad reg.* 3. *numer.* 38. & *sequentibus*; & omnium latissimè *Prat. observat.* 29. *per totum*, *De Franch. decis.* 5. & ibi *Adden.* & ibi præsertim *De Luc. observat.* 5. licet contrarium firmare tentaverint *Calvin. de Æquit. c.* 30. *lib.* 1. *Rodriquez de Privileg. credit. part.* 2. *artic.* 1. *numer.* 4. 5. & 6. *Andreol. controv.* 256. qui omnes examinantur, & in hunc impugnantur à prædictis Doctoribus, & præcipuè à *dict. Prat. observat.* 29. & *de Luc. ad Franch. d. observat.* 5. vel saltem istorum contraria Sententia pro- 21
cedere potest, quando constaret ex mente contrahentium, quod generalis Hypotheca staret conditionaliter, vel subsidiarie, nempe in defectum specialis hypothecæ, ut advertit *De Luc. ad Franch. dict. observat.* 5. *numer.* 3. & 4.

Tertio non habere locum dum agitur per Creditorem anteriorem ex generali hypotheca contra tertios possidentes bona, qui non sunt Creditores, quia prædicta 22
l. 2. sicuti introducta est favore tantùm posteriorum Creditorum, ad alios Casus, uti odiosa, trahi non debet *Andreol. controv.* 256. *numer.* 4. *Faria ad Covar. lib.* 3. *var. resol. cap.* 18. *numer.* 6. *Merlin. de Pignor. lib.* 4. *quæst.* 21. *numer.* 25. *Fontanell. de Pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 18. *part.* 2. *numer.* 85. *Rodriquez de Privileg. credit. part.* 2. *artic.* 1. *num.* 43. & 44. *de Luc. de Credit. disc.* 126. *numer.* 20. *vers. verum ubi cessante Surd. decis.* 44. *numer.* 10. & ibi *Hodiern. Pacific. de Salvian. inspect.* 3. *cap.* 3. *num.* 84. & 89. *Carol. Ant. de Luc. ad Franch. observat.* 5. *numer.* 3. & 4. Sed hæc limitatio intelligenda est quoad tertios possidentes ex causa tantum lucrativa, secus si bona 23
obligata possiderent ex aliquo titulo oneroso, ut declarant *Carroc. de excuss. part.* 2. *quæst.* 65. *numer.* 9. *Merlin. de Pignorib. dict. loc. nu.* 26. & *lib.* 5. *quæst.* 69. *numer.* 29. *Card. de Luc. de Credit. disc.* 126. *numer.* 20. *vers. verum ubi cessante Surd. decis.* 44. *Farr. ad Covarr. lib.* 3. *var. resol. cap.* 18. *n.* 6. *vers. sed dissentit Gall. de Fructibus disput.* 4. *artic.* 3. *n.* 107. *Calvin. de æquit. lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 13. *Andreol. dict. contr.* 256. *n.* 5. *Gratian. cap.* 38. *n.* 14. *Rota nostra Florentina in Liburnen. Restitutionis in integrum* 6. *Julii* 1717. *cor. D. Audit. Calderono n.* 19.

Quarto limitari in Salviano interdicto voluerunt aliqui, sed contraria opinio, tanquam verior, & com- 24
munior tenenda est, quam firmarunt *Surd. decis.* 44. *num.* 14. *Merlin. de Pignor. lib.* 4. *quæst.* 21. *nu.* 32. & *seq. Pacific. de Salvian. inspect.* 3. *cap.* 3. *nu.* 69. & 70. *cum seqq. De Luc. ad Franch. decis.* 5. *n.* 6. *in fin. Andreol. d. contr.* 256. *nu.* 8. qui malè supponit Pacificum contrarium concludere, quod non est verum, si attentè legatur.

Quinto non procedere in casu, quo res specialiter 25
obligata non esset sufficiens ad solutionem totius Crediti anterioris hypothecarii creditoris indubitatè firmant ex verbis ejusdem legis *Rodriquez de concurs. credit. art.* 1. *part.* 2. *n.* 28. *Pacific. de Salvian. inspect.* 3. *cap.* 3. *num.* 72. & *seq. Farr. ad Covar. lib.* 3. *var. resolut. cap.* 18. *numer.* 2.

Sexto

26 Sexto limitatur dicta æquitas *l. 2.* in casu Instrumenti quarantigiati, seu Cameralis, ut pluribus citatis tuetur *Pacific. de Salvian. interd. inspec. 3. cap. 3. num. 86. & 87.* Verum limitatio ista mihi non videtur probabilis per eas rationes, quas contra eam adducit *Surd. decis. 44. num. 18. & 19.* quam videtur sequi *Merlin. de Pignor. libr. 4. quæst. 21. numer. 56. vers. verum Surdus*, & latius *Andreol. contr. 256. num. 27.*

27 Septimo eadem æquitas limitari solet in Causis Mercatorum, vel aliis, in quibus proceditur de bono, & æquo, vel sola veritate inspecta, ut innuit *Cardin. de Luc. de Credit. disc. 126. numer. 20. vers. attamen*, & latius *Prat. observ. 29. num. 89.* Verum neque limitatio ista vere procedit, ut tradit *Merlin. de Pignor. lib. 4. quæst. 21. n. 54.* & reprobato d. Prato sustinet *De Luc. ad Franch. decis. 5. n. 7. Andreol. d. controv. 256. n. 8. vers. etiamsi adsit*, & id ex summa æquitate, cui innititur d. dispositio *Legis* 2. ad favorem posteriorum Creditorum, absque ullo præjuditio, & damno anterioris, quæ æquitas ideo magis servanda est in illis Casibus, in quibus proceditur de bono, & æquo, & sola veritate inspecta.

Octavo limitatur quoties in instrumento adest clau-
28 sula *Constituti*, cujus virtute creditor possessionem bonorum, quæ maluerit, persequi, & capere potest *Cost. de remed. subsid. remed. 11. nu. 9. Thesaur. decis. 215. Prat. observat. 29. num. 86. 87. Staiban. resp. 71. nu. 15.* sed rectè hæc limitatio refellitur à *Merlin. de Pignorib. lib. 4. quæst. 21. num. 28. 29. 30. & 31. Surd. decis. 44. num. 12. Andreol. contr. 256. num. 10. Carol. Ant. de Luc. ad Franch. observ. 5. n. 6.*

Insuper ad Materiam advertendum est, quod exceptio
29 hæc excussionis pignoris specialis opponenda est ante litis contestationem, alias non esset attendenda, si postea fieret *Surd. decis. 44. num. 20. & Cost. de remed. subsid. remed. 11. n. 4. vers. secundo quæritur Prat. observat. 29. num. 88.*

Quid autem dicendum in Casu, quo Creditor ante-
30 rior haberet generalem hypothecam, & posterior itidem generalem, quæ tamen minus generalis esset, ex quo debitor de tempore secundæ obligationis minores res, seu bona possideret, quia post primam hypothecam generaliter constitutam ad favorem primi Creditoris bona alienaverat? absque hæsitatione existimo non posse cogi in tali casu creditorem anteriorem ad excutienda bona alienata ex sua generali hypotheca, ad effectum relinquendi alia bona non alienata, & hypothecata favore secundi Creditoris, quia dispositio dictæ *Legis 2. C. de Pignor.* procedit tantum in casu, quo anterior Creditor habeat hypothecam specialem, & generalem, ut in puncto firmant *Guttierez. cons. 50. nu. 16. Trentacinq. var. lib. 3. de Pignorib. res. 5. n. 9. Molin. de Primog. lib. 4. quæst. 21. n. 14. & seq.* & pluribus aliis citatis *Far. ad Covar. lib. 3. var. res. cap. 18. n. 9.*

31 Voluerunt etiam quamplures ex Doctoribus nostris prædictam æquitatem *l. 2. C. de Pignorib.* ampliare ad casum, in quo aliquis anterior Creditor, ultra hypothecam generalem super indifferentibus bonis debitoris, haberet obligata, ob indultum Principis, seu Regium assensum, bona quoque differentia, nempe Primogenituræ, seu majoratus, aut bona feudalia, itaut talis Creditor teneatur, & cogi valeat suam satisfactionem in dictis bonis differentibus consequi, & sic relinquere Creditoribus posterioribus alia bona libera, seu indifferentia, ut super eis se satisfacere valeant. Quæ opinio in Regno Neapolitano prævaluit, ut videre est penes *Marin. resol. 16. nu. 15. & resol. 58. num. 12. lib. 2. & de Luc. ad Franch. decis. 519. n. 1. & 2. & num. 4.* Ve-
32 rum apud omnia alia Tribunalia contraria opinio plausum, & acceptationem obtinuit, ex eo quod talia bona differentia semper intelliguntur tacitè obligata in subsidium, in casu nempe, quo non sufficerent bona libera, vel allodialia Debitoris *De Franch. decis. 519. Noguerol. alleg. 4. num. 39. Cyriac. controv. 328. num. 33.* latè *Castil. lib. 4. controv. cap. 26. a numer. 29. Add. ad Molin. de Primog. lib. 4. cap. 7.* & omnium, latissimè *Salgad. Labyrint. Credit. part. 2. cap. 5. per tot. Far. ad Covar. lib. 3. var. resol. cap. 18. num. 10. Cardin. de Luc. de Credit. disc. 30. nu. 3. & disc. 127. n. 3. & 9.* cum pluribus ab istis citatis.

Sequitur decisio Rotæ Romanæ

IN

ROMANA PECUNIARIA; *SEU CAUTELÆ ANGELI* SUPER RESERVATIS.

Veneris 3. Junii 1718. coram Herrera.

PRO credito scutorum duorum millium à Comite Jacobo de Alibert residualiter debitorum Petro Gabriellio Fabrummurario, in majori summa jam Creditori ratione sumptuum factorum, & operarum impensarum in constructione Theatri Turris Nonæ, & Domorum adjacentium addictum Comitem spectantium; Nec non etiam pro fructibus recompensativis inter Partes in certa quantitate conventis, & in considerabili summa scutorum mille quatuor centum quinquaginta trium decursis; Patres Vener. Collegii SS. Nicolai, & Blasii ad Cæsarinos hæredes jam dicti Gabriellii egerunt contra bona hæreditaria præfati Comitis Jacobi debitoris interim defuncti, Mandatumque executivum in Tribunali Eminentissimi Vicarii Urbis pro utraque summa reportarunt, non obstante cautela *Angeli* per Comitem Antonium, aliosque Fratres De Alibert dicti Comitis Jacobi filios allegata ex juribus Dotalibus Victoriæ eorum Matris; Quod Mandatum cum exequendum dixisset R. P. D. meus Crispus, præviis *Duabus Decisionibus* coram eo editis 22. *Februarii & 11. Junii* Anni proxime præteriti; Ideo dictis fratribus De Alibert iterum apud Signaturam Justitiæ reclamantibus, novam Commissionem impetrarunt Mihi directam cum clausula " *Alteri qui ad legitimam* " in cujus sequelam, consueto Dubio per Me proposito sub die 4. Aprilis proxime decursi, Domini etsi nequaquam inter se convenissent quoad capitale supradicti crediti, respectu cujus Causa novæ discussioni tunc fuit reservata, convenerunt tamen quoad fructus, pro quibus ad legitimam executionem prædicti Mandati procedendum non esse responderunt, ut *ex Decisione sub dicta die coram Me* edita; Unde nova contentione, quoad dictum capitale, inter Partes hodie instaurata, etiam illius respectu ad dicti Mandati executionem procedendum non esse responsum fuit; Ex ea ratione, quia, allegata per dictos fratres de Alibert retentione controversarum domorum pro creditis anterioribus iisque satis concludenter justificatis, utique non poterat super eisdem Bonis decerni exequutio jam dicti Mandati pro credito posteriori, ut supra, relaxati, juxta 33
vulgatam theoricam Angel. in l. A Divo Pio, §. Si super rebus numer. 1. ff. de re judic. de qua *Ridolphin. in prax. part. 1. capitol. 9. numer. 12. & 14. Cardin. De Luca de Judic. discurs. 40. numer. 19. Rota in nullius, seu Sublacen. cautelæ Angeli 14. Februar. 1716. §. Pro admissione coram R. P. D. meo Crispo.*

Credita autem, super quibus allegata retentio per fratres De Alibert fundabatur, sufficienter justificata fuisse convincebat publicum Instrumentum dotale celebratum usque de anno 1663., & præseferens eorum creditum in scutis vigintiquinque mille, hoc est quinque mille pro residuo Dotis maternæ ab hæreditate Comitis Jacobi Patris restituendo, viginti verò mille pro donatione, sive Augmento dotali à dicto Comite Jacobo in actu Matrimonii Victoriæ uxori constituto, & ab illius hæreditate similiter consequendo; Quæ sanè credita cum sint longè anteriora cre- 34
dito Patrum, utpotè originem desumenti à simplicibus privatis apochis annorum 1695., & 1696.; Ideò pro eis dicti fratres sunt præferendi, nedum quia in tempore priores, juxta vulgatam regulam *Textus in l. qui generaliter, in l. potior, in l. creditor ff. qui pot. in pign. hab. & in capit. qui prior de regul. jur. in 6.* Verùm etiam quia potiores, utpotè Creditores ratione Jurium dotalium Victoriæ eorum Matris, pro quibus prælatio eis competit etiam adversùs cre- 35
ditum Actorum, licet proveniens ex causa constructionis, sivè ædificationis controversarum domorum, ad *text. literalem in §. His consequens Auth. de æqualit. dot. &c.* " ibi " *Unde volumus, ut si quis domum renovasset, aut etiam agrum emisset, non posse talia privilegia mulieribus opponere* " per quem ita tradunt *Bart. in l. interdum num. 5. ff. qui pot.*

in

in Pignor. hab. Covar. var. resolut. lib. 1. cap. 7. numer. 2. cum seq. Capyc. Latr. consultat. 117. num. 40. Amat. resolut. 3. num. 27. Gratian. disceptat. forens. cap. 257. numer. 33. Merlin. Pignatell. controv. lib. 1. cap. 26. numer. 3. Gait. de Credit. cap. 4. in Appendic. numer. 120. Merlin. de Pignor. lib. 3. quæst. 31. Card. de Luc. de Dot. disc. 166. numer. 56. Rota coram Buratt. decis. 223. num. 2. & in recent. decis. 328. num. 22. cum seq. part. 5.

Adversùs utrumque istud creditum, inhærendo *Decisionibus* antecedentis Instantiæ, denuò insurgebant
Scribentes pro Patribus; Et quidem respectu dictorum
residualium scutorum quinque millium, non constare
allegabant de effectiva illorum numeratione, veluti pro
obtinenda restitutione omninò docendum esse inculcabant; Sed irrito prorsùs conatu. Quia licet de integrali dicti residui numeratione effectivè non appareat
ex certo, & irrefragabili documento; De ea tamen
sufficienter constare visum fuit ex validis, & urgentibus conjecturis, quarum medio illius solutionem,
36 ad instar alterius cujuscumque debiti, probari advertunt *Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 14. gloss. unic. part. 2. numer. 66. Card. de Luca de Dote disc. 164. num. 1. Rota apud Merlin. de Pignor. decis. 63. n. 1. coram Dunoz. jun. decis. 823. n. 6. & in rec. dec. 86. num. 6. part. 11.*

Multiplices verò, & quidem urgentes conjecturæ
dictam numerationem suadentes concurrere in præsenti visæ sunt; Et quidem ultra præcedentem promissionem dotis in summa scutorum viginti millium constitutæ, non impugnabatur effectiva, & prompta ejusdem dotis numeratio pro rata scutorum quindecim mil-
37 lium; Quæ juncta cum successiva alimentatione Uxoris, & Familiæ, aliorumque onerum Matrimonialium
sustentatione per spatium triginta, & ultra annorum,
absque, eo quod Comes Jacobus maritus de retardata
hujusce residui solutione umquam conquestus fuerit
cum dotis Promissore, Viro cæteroquin spectatæ fidei, & idoneæ solutionis, utique integram numerationem convincit; veluti reflectendo ad hascemet numero circumstantias pro verificatione solutionis integræ dotis concludunt *Covarruv. variar. resolut. lib. 1. cap. 7. numer. 6. Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 14. gloss. unic. part. 2. numer. 53. Rota coram Pen. decis. 277. sub numer. 2. cum sequentib. coram san. memor. Gregorio XV. decis. 62. sub numer. 7. & dec. 468. numer. 9. cor. Duran. decis. 409. sub num. 22. cor. Priol. decis. 390. numer. 5. 7. 8. 9. coram Arguell. decis. 43. numer. 22. coram san. memor. Innoc. X. decis. 105. numer. 7. cum sequentib. coram Cardin. Cerro decis. 86. num. 4. & sequentib. in recent. decis. 24. n. 9. part. 3. decis. 160. num. 3. part. 7. decis. 436. num. 6. & sequentibus part. 9. tom. 2. & in Romana Salviani 30. Junii 1704. §. Verum coram clar. mem. Card. Caprara.* Ex cumulatis quippe præsumptionibus plenissima o-
38 ritur probatio, ut dixerunt *Bald. cons. 3. nu. 4. lib. 3. Romag. cons. 7. numer. 3. Soccin. jun. cons. 39. nu. 14. libr. 2. Cyriac. controv. for. 291. numer. 21. Rota coram Coccin. decis. 297. num. 2. coram Bich. decis. 30. numer. 33. & coram Card. Cerro decis. 86. num. 11.* Quidquid esset ubi unica tantùm conjectura, vel plures, sed minùs efficaces concurrerent, ut in subjecta
39 materia advertit *Rota in rec. decis. 336. numer. 4. in fin. part. 2. & cor. Card. Cerro dec. 86. n. 11.*

Major autem, fereque universa oppositio versabatur circa alterum creditum scutorum viginti millium
à Jacobo viro, ut dictum est, Victoriæ suæ uxori assignatorum in causam Augmenti dotalis, respectu cujus
iidem Scribentes pro Patribus acriter contendebant nullum dictis Reis conventis competere potioritatis privilegium, utpotè à Jure tributum ipsi tantùm doti, ejusque vero augmento, quale proculdubio considerari non
posse ajebant illud, pro quo retentionem allegant fratres de Alibert, quia cum tale Augmentum constitutum
non fuerit per Mulierem, sivè ejus Consanguineos, sed
per ipsum Virum; ideò nequaquam reputatur verum,
40 & proprium Augmentum dotis, nec illius pars dicitur,
sed quocumque nomine à Partibus fuerit compellatum,
semper resolvitur in puram, & non privilegiatam donationem propter nuptias, ut notari advertebant per
Cravett. cons. 880. num. 4. Surd. cons. 164. num. 16. 17. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 19. tit. 4. nu. 5. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. quæst. 34. num. 4. Cancer. variar. resolut. part. 1. cap. 9. tit. de Dote. & donat. propter nupt. num. 88. Gratian. discept. forens. cap. 213. num. 1. & seq. Michalor. de fratrib. part. 1. cap. 29. num. 15. Rota cor. Merlin. decis. 80. n. 4. & in Avenionen. Donationis 24. Aprilis 1682. §. Indeque etiam cor. bon. mem. Ursino.

Nil urgentibus, ut ipsi Informantes subnectebant,
verbis illis in promissione controversi augmenti adjectis „ ibi „ *La detta Dote sia, e s' intenda augumentata ad altri scudi ventimila; E in tutto compresovi questo augumento dotale debba essere di scudi quarantamila;* " Quoniam licet donatio, sive Augmen- 41
tum à Viro ante Matrimonium, vel in ipso actu Matrimonii ita factum, ut Mulieri plenè acquiratur, &
unicam summam, sive unicum ejusdem Mulieris Creditum cum ipsa Dote constituat, & cum ea penitus confundatur, ejusdem dotis naturam assumat, illiusve qualitatem, & privilegia sortiatur, ex animadversis per
Spad. cons. 220. sub numer. 4. vers. quod autem lib. 2. Torr. de pact. futur. success. libr. 3. cap. 13. sub num. 170. Cardin. de Luc. de Dote disc. 141. num. 5. Rot. in recent. decis. 795. numer. 4. part. 18. coram Caval. decis. 146. num. 4. in Romana Dotis 3. Julii 1676. sub §. Nam Dotem coram clar. mem. Card. Taya, & 2. Decembris ejusdem anni sub §. Summa igitur cor. bon. mem. Vicecomite, & in Romana Census 3. Decembris 1694. §. Tandem coram bon. mem. Muto; Id tamen
concludi non posse ajebant in casu, dum augmentum
ab initio non fuerat liberè, & purè constitutum, itaut
eodem Matrimonio durante, Victoria uxor tantam Dotem in proprio dominio, & bonis habere diceretur,
quantam ipsa originaria constitutio, & augmentum superadditum præseferebant, sed erat spes prorsus eventualis, dependens à conditione præmorientiæ ejusdem
viri promittentis „ ibi „ *In caso, che egli stesso morisse* " Quæ spes, ultra ejus eventualitatem, & incertitudinem, jus etiam favore mulieris tribuebat de tempore, quo ob Matrimonii dissolutionem non intrabat, 42
nec ampliùs dabatur titulus dotis, ut totidem ferè verbis concludit *Card. de Luc. de Dote disc. 27. num. 12.* & advertit *Rot. in Avenionen. donationis 24. Aprilis 1682. §. Quod in casu coram bon. mem. Ursino* „ ibi „
Donatio est collata in tempus dissoluti conjugii, in quo cum cesset Dos, quæ sine matrimonio esse non potest, repugnat, quod donatio tunc dici possit augmentum, & Dotis pars, cum non entium nullæ sint partes. "

Non satisfaciente, ut ipsi Informantes prosequebantur, responsione, quod d. conditio adjecta solummodo
fuerit solutioni, non autem substantiæ ipsius donationis, quæ ab initio pura, & perfecta fuerat; Quoniam
ultraquod contrarium manifestè præseferre ajebant litteram ipsius promissionis, clarius etiam id confirmari subnectebant ex altera conventione, qua stabilitum fuit
„ *Che in caso, che fusse fatto luogo alla restituzione della suddetta Dote, il medesimo Signor Giacomo sia solamente tenuto restituire scudi diecimilla, e ritenersi per se gli altri diecimilla.* " Ex qua stipulatione clarum fieri allegabant, quod Matrimonio per obitum mulieris dissoluto, promissio donationis, sive Augmenti
Dotalis prorsus evanida, & resoluta remanebat; Dum
condonatis Jacobo viro superstiti scutis decem millibus,
ipse nonnisi ad restitutionem residualium scutorum decem millium adstringitur. Et tamen certum est, quod 43
ubi promissio dicti Augmenti in se fuisset libera, & non
conditionata, jam d. Jacobus non tantum tenebatur ad
restitutionem ipsius Dotis, verum etiam ad Augmenti
præstationem favore hæredum ipsius Mulieris, ut in his
terminis, relatis concordantibus, advertit *Cardin. de Luc. de Dot. disc. 141. num. 5.*

Præterquamquod ubi etiam dicta conventio respiceret tempus solutionis, seu præstationis jam dicti Aug- 44
menti; adhuc tamen difficultatem ex hoc sublatam non
remanere subdebant; Dum sicuti nulla est Dos promissa in tempus dissoluti Matrimonii, ad clarum *Text. in leg. si Pater in fine, ff. de Jur. Dot.* „ ibi „ *Non ita tamen dicendum est in persona mulieris, si mortis suæ causa Dotem promisit, quia nisi Matrimonii oneribus serviat, Dos nulla est.* " Ita etiam nullum dici
potest Dotis Augmentum, quod cum ipsa Dote statim 45
non substantiatur, utpote quia collatum in tempus, quo
dos,

dos, ejusque titulus amplius non datur, ut bene in his
terminis advertit Rota in dicta Avenionen. donationis
24. Aprilis 1682. §. Quod in casu, coram bon. memor.
Ursino „ ibi „ Quod in casu proposito evidens reddi-
„ tur, ac indubitabile, advertendo quod executio, ac
„ solutio summæ donatæ est collata in tempus dissolui
„ Conjugii. „

Ex quibus sanè omnibus intrepidè iidem Scriben-
tes pro Patribus concludebant, hic non agi de proprio,
& vero Augmento Dotali, sed de Donatione propter
nuptias; Si non de illa, quæ antiquitus per virum uxo-
ri fiebat, revocabiliter tamen, utpote loco pignoris,
& pro sola securitate Dotis, ab eodem viro sive con-
stante, sive soluto Matrimonio restituendæ; Juxta Text.
46 in authentic. dos data Cod. de donat. propter nupt. quæ
Donatio cum ipsa vetustate jam obsolevit; & ab Aula
prorsus recessit, ut latè ponderant Honded. consil. 48. nu-
mer. 10. cum seqq. lib. 1. Sanchez de Matrimon. lib. 6.
disput. 1. num. 1. Card. de Luc. de Dot. disc. 165. nu. 7.
Rota post Benzon. ad Statut. Urb. decis. 135. §. Quod
etiam, & decis. 245. num. 14. apud Zacch. de Salar in
rec. decis. 795. num. 2. part. 18. & in Verulana Dotis
9. Junii 1702. §. Præterquamquod cor. clar. mem. Card.
Caprarā; Saltem de donatione illa, quæ succedens lo-
co Lucri, Uxori superstiti constitui solitì, & hodiernis
etiam temporibus usu frequentis, alibi Antefatum, ali-
bi Lucrum, alibi Augmentum, alibi Donatio propter
nuptias, & alibi Dotarium compellatur, nec tamquam
Dos, sive Augmentum, sed uti lucrum consideratur,
47 ut bene advertit Cardin. de Luc. de Dot. disc. 165. sub
numer. 7. vers. secunda species; Et in præsenti casu de
facto ita consideratam fuisse deducebant ex conventione
in eisdem Capitulis peculiariter adjecta „ ibi „ senza
„ pero, che detta Signora Sposa possa pretendere altro
„ lucro di quarto Dotale, conforme dispone lo Statuto
48 di Roma „ pro qua sane donatione nullum prælationis
privilegium competere, maximè in exclusionem Credi-
torum potiorum notarunt Castill. controvers. jur. lib. 3.
capit. 4. numer. 30. & sequ. Acost. de privileg. credit.
part. 1. artic. 1. numer. 154. cum sequentibus Mainard.
decis. Tholosan. lib. 3. decis. 20. numer. 3. Adden. ad
Gratian. decis. March. 213. numer. 3. vers. si enim à
muliere, Merlin de Pignor. lib. 3. tit. 2. quæst. 50. nu-
mer. 10. Card. de Luc. de Dot. disc. 165. sub num. 7.
vers. secunda species, & disc. 166. numer. 91. Rota in
rec. decis. 246. num. 3. part. 2.

Strenue quamvis hæc promoverentur per Informantes
pro Patribus, Domini tamen superfluum prorsus existi-
marunt illorum relevantiæ examen assumere. Quoniam
aut controversa donatio censenda erat verum, & pro-
prium Augmentum Dotale, & isto casu res omni pror-
sus difficultate vacabat, quia cum idem Augmentum in-
duat naturam Dotis, & unum idemque fiat cum ipso
aucto, l. inter socerum. §. Cum inter, ff. de pact. do-
tal. leg. etiam Cod. de Jur. Dot. Card. de Luc. de Do-
nat. disc. 10. num. 9. Rota cor. Duran. decis. 129. nu. 4.
& coram Coccin. decis. 2158. numer. 47. Ideo disposita
49 favore Dotis locum habent etiam quoad ipsum Aug-
mentum, pro quo idcircò idem conceditur potioritatis
privilegium, ut generalibus omissis in subjecta materia
litteraliter disponit Textus in dicto §. His consequens
Authent. de æqualit. Dot. „ ibi „ Quæsitum est igitur
„ si mulier prætendens privilegium super antiquam Do-
„ tem, & Augmentum, in quo etiam hoc servatur pri-
„ vilegium „ notaruntque Menoch. cons. 93. numer. 12.
lib. 1. Bursat. consil. 120. numer. 4. & seqq. lib. 1. Rimi-
nald. Jun. consil. 812. numer. 12. 17. Mantic. de tacit.
lib. 12. tit. 26. numer. 3. Castill. controv. Jur. lib. 3. ca-
pit. 4. num. 33. Cyriac. controv. forens. cap. 551. n. 34.
cum seqq. Gratian. discept. forens. cap. 498. n. 34. Ciar-
lin. controv. lib. 3. cap. 239. num. 6. & seq. Cardin. de
Luc. de Dote disc. 141. num. 5. Campeg. eodem tractat.
part. 1. quæst. 61. & quæst. 69. Rota in recen. decis. 795.
num. 2. cum seqq. part. 18. decis. 83. numer. 4. & seqq.
part. 19. & in Romana Pecuniaria 30. Junii 1704. §.
Hinc præterea cor. Reverendiss. D. Molines.

Aut vero eadem donatio non Augmentum, sed Lu-
crum, sive Antephatum, seu Donatio propter nuptias
dicenda erat, & isto pariter casu jura Fratrum de A-
50 libert in tuto reposita dignoscebantur, quia cum ipsi
pro isto credito sint longe anteriores credito Patrum,
ideo eis omnino præferendi sunt, ad literalem dispositio-
nem Textus in l. assiduis, §. Hæc autem Cod. qui
pot. in pign. hab. ubi post prælationem adversus hypo-
thecas aliorum Creditorum licet anteriorum Doti elar-
gitam, & expresse in immediate sequenti authentica
Quo jure extensam etiam adversus Creditores, quorum
pecuniis res empta, vel restaurata fuit, subnectitur: “
Hæc autem, quoad Dotem tantum sancimus, non “ 51
ad ante nuptias donationem, quam suo tempori ser- “
vire disponimus, & habere inter Creditores sui tem- “
poris ordinem. “

Literali hujusce Textus sanctioni minimè contradi-
centibus dispositis in §. His consequens Authent. de æqua-
lit. dotis, &c. secundum quæ Patres Actores inhæren-
do Decisionibus antecedentis instantiæ autumabant pro
hujusmodi credito quamvis anteriore nullam dictis Fra-
tribus de Alibert prælationem competere; Quoniam li-
cet lectio dicti Textus, juxtà versionem Haloandri evul-
gatam per nonnullas forsan magis obvias impressiones;
Intentioni Patrum favere dignosceretur, attentis verbis
illis “ Et si prior antenuptialis donatio inveniatur “
Attamen dicta versio attendi nullatenus poterat, utpo-
re nimis distans à Græca sua matrice, & originali le- 52
ctione, ejusque vera, & genuina intelligentia, secun-
dum quam loco dictorum verborum “ Et si prior an-
tenuptialis donatio inveniatur “ legendum est “ si “
priora antenuptiali donatione inveniantur “ quemad- “
modum ultra dictam Græcam originalem lectionem,
quam ità cantate patefaciebant versiones a publicis non
exigui nominis Interpretibus Urbis expositæ, legendum
esse monent Antiquissimus Bergunsius Judex à Pisis, o-
culatissimus Antonius Contius, Henricus Agylæus,
Dionysius Gothofredus, Carolus Annibal Fabrottus
in Basilic. tom. 4. libr. 29. titol. 2. de augum. dot.
& donat. propt. nupt., eorumque privileg. capit. 3.
§ His consequens, Theophil. Antecessor in §. Erat 53
olim Institut. de actionib. Angel. de Perus. in eodem
§. His consequens, Auth. de æqualit. dot. &c. Joann.
Leunclajus in Basilic. univers. Jur. Roman. libr. 8.
tit. 5. capitol. 40. Erroremque contrariæ Haloandrinæ
versionis improbando supradictam Fabrotti, & alio-
rum lectionem tamquam vulgatam, suoque originali
penitùs consonam dixerunt Antonius Faber lib. 8. con-
jectur. cap. 11. sub numer. 9. “ ibi “ Idque apparet
evidentius ex eo, quod Justinianus subjicit de lu- “
cris nuptialibus, ut in iis nullum prælationis pri- “
vilegium habeat mulier adversus Creditores istos, “
si sint illi anteriores, id enim significant verba il- “
la “ SI PRIORA, scilicet privilegia, ANTENU-
PTIALI DONATIONE INVENIANTUR, quæ
vulgata lectio est longè rectior, quàm Haloandrina sic
habens; ET SI TEMPORE PRIOR INVENIA-
TUR DONATIO ANTENUPTIALIS “ Merlin. 54
Pignatell. controvers. Jur. tom. 1. capitol. 26. numer.
22. “ ibi “ Ille Textus mendosè legitur secundum le-
ctionem Halnandrinam; Longè enim verior, & re- “
ceptior est vulgata lectio, quæ ex Græco originali “
desumpta sic habet “ SUFFICIT ENIM QUOD “
A LUCRIS CADANT, SI PRIORA, scilicet pri-
vilegia de quibus sermo, ANTENUPTIALI DO-
NATIONE INVENIANTUR.

Et sanè hanc esse rectam, germanamque dicti Tex-
tus versionem, & intelligentiam, optimè ulteriùs,
ferèque irrefragabiliter, comprobatum remanebat ex
duobus; Primò quia admissa contraria Haloandrina in-
telligentia, secundum quam mulieribus nulla concedi- 55
tur prælatio pro donatione propter nuptias, quamvis in
tempore anteriore, inevitabilis, & aperta sequeretur
antinomia cum antecedenter dispositis in l. assiduis §. fi-
nal. & in authent. Quo jure &c. immediate subsequenti:
C. qui pot. in pign. hab. quibus stabilitum remanet, quod
inter privilegiatos Creditores, qui ad rem emendam,
vel restaurandam pecunias mutuarunt, & mulierem pro
antenuptiali donatione agentem, temporis ordo sit ser-
vandus; Quam profectò contradictionem maximum
esset absurdum impingere Justiniano dd. Legum Condi-
tori, qui tanta cum solertia, & adeò accurato studio
processit in editione ejus novi Codicis, quem, ut ab
antiquo abrogato distingueret Repetitæ Prælectionis nun-
cupavit, ut nulla quamvis minima contradictio inter
universas illius Constitutiones notanda comperiatur,
quemadmodum ipse protestatur in l. 2. §. Contrarium,
Cod. de veter. Jur. enuclean. „ ibi „ Contrarium au- „
tem

„ *tem aliquid in hoc Codice positum nullum sibi locum* „ *vindicabit*, *nec invenietur*.

Secundo verò erroneitas dictæ Haloandrinæ versionis convincitur etiam ex irrefragabili ejusdem Impe-
56 ratoris testimonio in *Authentic. de privilegiis dotis hæreticis mulieribus non præstandis*, &c. quod utpotè editum 2. Kalendas Maji anno ejus Imperii XIV. est indubiè posterius altero *Authentico de æqualit. dot.* emanato XI. Kalendas Decembris anno Imperii XIII. ibi enim in §. *Quia igitur* referendo Imperator antecedenter disposita sic ait „ *Quia enim dedimus privilegium* „ *Mulieribus dotium*, *ut etiam prioribus Creditoribus* „ *præponantur*, *& meliorem ordinem eas habere*, *&* „ *nec à tempore superatas*; *IN DONATIONIBUS AUTEM PROPTER NUPTIAS*, *SECUNDUM TEMPORA*, *PER QUÆ FIUNT HYPOTHECAS HABERE omnibus in præsenti facimus manifestum per hanc Sacram nostram Legem*, &c. Hujus-
57 modi sanè ipsis Imperatoris testimonium nemo non scit quantam efficaciam obtineat pro patefacienda vera, & genuina supradictæ Legis intelligentia, ut in terminis simplicis rubricæ advertunt per *Text. in l. unic. Cod. de capitation. Civ. cens. exim. lib. 11. gloss. in l. 1. verb. retractare*, *Cod. ne liceat tertiò provoc.*, *Alexand. cons. 1. numer. 7. lib. 4.*, *Curt. Jun. cons. 107. numer. 2.*, *Surd. consult. 163. numer. 12. Card. De Luc. de Jurepatr. disc. 20. num. 19. Rota in rec. decis. 455. num. 8. part. 4. & cor. san. mem. Alexand. VIII. decis. 269. num. 17.*

58 Jura Fratrum de Alibert validiora insuper reddente ponderatione, quod licet creditum Gabriellii proveniat ex causa constructionis; sive ædificationis Theatri Turris Nonæ, & domorum adjacentium, de quibus agitur, attamen cum idem Gabriellius sibi expresse non caverit de speciali, & explicita reservatione hypothecæ, prout omnino ad potioritatem obtinendam literaliter requirit *Text. in l. licet Cod. qui pot. in pign. hab.*, ibi „ *Quod ei pignori esse specialiter obli-* „ *gatum statim convenit* „ & advertunt *Bartol. ibidem sub num. 2. Diodor. Tulden. in Commentar. super Cod. tit. qui pot. in pign. hab. num. 4. & seqq. Flor. de Men. variar. lib. 1. part. 6. art. 3. num. 40. Berlich. conclus. 65. num. 142. cum seqq. Gratian. discept. for. capit. 670. num. 5. & seq. Haberkon. de concurs. cred. cap. 2. num. 5. & seq. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 3. quæst. 23. numer. 2. cum seq. Card. De Luc. de cred. discurs. 15. numer. 2. & seqq. Constant. ad Stat. Urb. annot. 30. numer. 239. Adden. ad Buratt. decis. 62. numer. 10. & 11. Rota cor. Ubald. sen. decis. 176. numer. 6. & seqq. & coram Emerix Jun. dec. 435. n. 6.* Ideò tamquam creditum posterius, & mere Chirographarium, omnique prorsus hypothe-
59 ca destitutum, prælationem haud contendere valet cum credito valde anteriore, expressamque hypothecam habente, ex vulgatis Juribus, de quibus *Andreol. contr. 204. per tot. Merlin. Pignatell. controvers. Jur. centur. 2. cap. 19. per tot.* ibique *Scopp. in schol. numer. 1. & seqq. Card. De Luc. de credit. disc. 31. per tot. Rota in recent. decis. 262. num. 5. cum seqq. & decis. 275. num. 9. & 10. part. 11.* & in subjectis terminis Donationis propter nuptias advertit *Richeers. de privil. mulier. cap. 3. sect. 1. part. 1. num. 122.*

Quin loco necessariæ hujus specialis reservationis hypothecæ haberi valeat declaratio per Gabriellium apposita in apocha anni 1695. in qua Jura omnia ipsi de Jure competentia sibi reservavit super domibus, & ædificiis noviter construendis usque ad integralem proprii crediti satisfactionem; Etenim ultra quod talis reservatio adjecta non legitur in alia posteriori apocha anni 1696. creditum Gabriellii præseferente in scutis mille; accedit etiam, quod reservationem hypothecæ, quam talis conventio expresse in se non præsefert, multominus inducere valuit sola præservatio Jurium eidem Gabriellio competentium de Jure; cum juxta illud, speciali conventione seclusa, talis hypotheca non detur favore mutuantium pecunias ad emendum, vel con-
60 struendum ex Juribus supra notatis, nec ex dicta conventione aliquid additum fuit iis, quæ ipsa Juris dispositio secum fert ex vulgariter notatis per *Card. De Luc. de jurisdict. discurs. 14. numer. 3. Rota cor. Royas decis. 132. num. 6. & coram san. mem. Greg. XV. dec. 158. num. 5.*

Potioritatem, quam ex dispositione dicti *text. in leg. licet Cod. qui pot. in pig. hab.* ad sui favorem desumere non valebant, Patres actores frustra mutuare satagebant ex dispositis in *leg. interdum*, *ff. eod. tit.* Quia dispositio dicti *textus* suffragatur tantummodo reficienti, non autem noviter in alieno fundo construenti, 61
qualis fuit Gabriellius eorumdem Patrum Auctor, veluti communiter advertunt *gloss. in eadem leg. interdum verb. credidero in fine*, *& in l. licet verb. convenit*; *Jason. in l. Creditor. num. 4. ff. si certum petat. Amat. resolut. 3. per totum Carleval. de Judic. tom. 2. disput. 28. num 3. Acost. de privil. credit. regul. 3. ampliat. 3. n. 4. Rodriguez de concurs. Credit. part. 1. art. 7. num. 8. & seqq. Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 3. num. 68. Cardin. de Luc. de credit. disc. 15. numer. 3. Pacion. de locat. & conduct. cap. 41. n. 17. Constant. ad Statut. Urb. annot. 30. num. 229. Rota cor. Emerix Jun. decis. 435. num. 5.* Quæ sanè disparitas inter reficientem, & noviter ædificantem, etsi asperitatem aliquam prima facie involvere videatur, adhuc tamen ea penitus fugata remanet, nedum ex auctoritate legis ita disponentis, ut per *text. in l. prospexit*, *ff. qui*, *& à quibus*, in subjecta materia notavit *Cardin. de Luca de Dot. disc. 196. num. 6.* dixitque *Rot. decis. 70. num. 5. & decis. 71. num. 2. inter collect. per Constant. ad Statut. Urb.* Verum etiam ex egregia ratione, assignata per *Camban. de clausul. clausul. & specialiter obligavit*, *numer. 29.* „ ibi „ *Ratio non deest hujus specialitatis*, *cur scilicet conservan-* “ *ti*, *seu reficienti privilegium competat prælationis*, *&* “ *non facienti*, *residet autem in favore publico*, *cujus* “ 62
interest ne ex destructis ædificiis Civitas deformis “ *fiat*, *eadem refici*, *adeout Domini ædificiorum ad* “ *hoc possint compelli*, *cum tamen compelli nequeant* “ *ad nova ædificia construenda* “ *ad text. in leg. præses*, *ff. de offic. Præsid. & leg. singularum*, *Codic. de ædific. privat.* Quam rationem prius approbaverat *Bartol. in l. in fundo 11. ff. de rei vindicat.* & post hos notavit etiam *Acost. de privileg. credit. regul. 2. ampl. 3. num. 5.*

Sentiebant Scribentes pro Patribus istorum efficaciam, ideoque omni studio suadere conabantur, creditum Gabriellii eorum Authoris non provenire ex causa novæ ædificationis, sed ex causa necessariæ reaptationis, dum etiam primitùs in eodemmet situ aderat Theatrum, cum domibus annexis, quæ opera, & sumptu dicti Gabriellii in meliorem, sive elegantiorem tantummodo formam restitutæ fuerunt; Objectum tamen cessare visum fuit ex facto; dum ex apoca inter Comitem Jacobum, & dictum Gabriellium celebrata de anno 1695. apparet, dictas domos fuisse solo æquatas, novasque desuper ex integro constructas „ ibi „ *seconde si obliga parimente il suddetto Mastro Pie-* „ *tro Gabbrielli di gettare, e rifare le seguenti tre Case* & inferiùs “ *Promette di rifare tutte le muraglie dalli fondamenti*.

Ex his igitur cum credita Fratrum de Alibert undique justificata dignoscerentur, illaque tum anteriora, tum etiam potiora apparerent credito Patrum, veluti merè Chirographario, omnique prorsùs hypotheca destituto, ideò jure optimo ejusdem Fratribus petitam controversarum domorum retentionem pro dictis creditis concedendam esse, & per consequens ad legitimam exequutionem mandati favore eorumdem Patrum relaxati procedendum non esse existimarunt *Domini*, post secundam causæ propositionem, Partesque in iterato acerrimo contradictorio auditas, &c.

ARGUMENTUM.

Latissime agitur an, & quando major pars Creditorum in Concordiis initis cum Debitore communi, vel in Induciis ei concessis præjudicare possit minori parti Creditorum, & an istæ dilationes concessæ Debitori transeant ad ejus hæredes.

Et an major pars Creditorum post unum accordium cum Debitore possit iterum alterum accordium cum eodem Debitore inire in præjudicium minoris partis Creditorum: Item an Debitor, qui vult venire ad concordiam, te-

neatur

neatur prius ostendere statum patrimonii sui, vel sufficiat tantum illius Assertio, quod penes se nil aliud reperiatur.

Item plura alia notabilia ad materiam colliguntur, ut patet ex summario.

S U M M A R I U M.

1 *Referuntur Authores de hac materia latè agentes.*

2 *In concedendis induciis, vel concordiis cum Debitore faciendis omnes Creditores sunt citandi, & simul congregandi.*

Necnon Creditores absentes numer. 3. sed distingue ut num. 4.

Contrarium servatur de consuetudine universali, numer. 5.

6 *Creditores citati pro accordiis, vel pro concedendis induciis debitori, si non compareant habentur pro præsentibus, & consentientibus.*

7 *In numero majoris partis Creditorum, qui se accordio subscripserunt, computantur etiam consanguinei Debitoris.*

Limita vero quoad Uxorem n. 8. & 9.

10 *Accordium firmatum per majorem partem Creditorum ut minori præjudicet, debet confirmari per Judicem.*

Nec operatur, nisi sententia transacta fuerit in judicatum n. 11.

Vel nisi Sententia fuerit inappellabilis, n. 12.

13 *Major pars Creditorum potest iterum novam concordiam inire cum eodem Debitore, & ita præjudicare minori parti. Et de ratione n. 14.*

15 *Creditum multum minuitur per longam temporis dilationem.*

16 *Debitor quando teneatur necne ostendere statum sui Patrimonii, si ad concordiam devenire velit cum suis Creditoribus, & n. 17. 19. 20. & 21.*

18 *Debitori asserenti se nil aliud in bonis habere credendum est, nisi in contrarium per Creditores probetur.*

22 *Concordia inita per majorem partem Creditorum cum Debitore dolosè decocto, & in tuto se posito valida est, & præjudicat minori parti creditorum, & de ratione num. 23. Declara tamen ut num. 25.*

Nisi recuperari possent bona Debitoris sufficientia ad satisfactionem Creditorum, licet Debitor latitaret, num. 24.

26 *Creditor non potest obligari ad standum concordiæ, à majori parte Creditorum firmatam, quando ejus creditum contractum fuit paulò ante dictam concordiam.*

27 *Creditor, qui est alterius Creditoris Procurator, si se subscripsit accordio Debitoris, intelligitur se utroque nomine subscripsisse.*

28 *Creditor, qui se subscripsit sub conditione, dummodo cæteri Creditores concordiæ adhæreant computatur in numero Creditorum consentientium.*

29 *Accordium initum per majorem partem Creditorum, si non habuit effectum quoad alios Creditores, nequidem tenet pro majori parte Creditorum, qui se subscripserunt.*

30 *Creditores possunt recedere à concordia, quando Debitor illam non servet.*

Intellige tamen de majori parte Creditorum, non autem de minori n. 31.

32 *Accordium factum Debitori non comprehendit debita futura.*

Limita tamen in debitis conditionalibus, & habentibus causam de præterito, num. 33.

34 *Accordium factum per majorem partem Creditorum habentium personalem tantum actionem non præjudicat Creditoribus hypothecariis. Limita ut num. 35.*

Nec Creditoribus fidejussores habentibus, num. 36. limita ut n. 37. & 38. Declara ut n. 39. & 40.

41 *Quinquennales dilationes Debitori concessæ non transeunt ad illius hæredes.*

42 *Major pars Creditorum hypothecariorum, quæ convenit cum Debitore, si habeat hypothecas anteriores præjudicat minori parti Creditorum posteriores hypothecas habentium; Secus vero si major pars Creditorum habeat hypothecas posteriores, & num. 43.*

44 *Creditores hypothecarii, licet posteriores, qui habent aliquam prærogativam potioritatis, vel prioritatis, non tenentur stare accordio inito per majorem partem Creditorum anteriores etiam hypothecas habentium.*

45 *Pactum factum à majori parte Creditorum non nocet Creditoribus privilegiatis.*

46 *Creditores, qui convenerunt cum Decocto, ut eis solveret quinquaginta pro centenario, si alii Creditores superveniant, possunt avocare à primis Creditoribus pro rata quidquid eis solutum fuerit, remanente penes primos Creditores actione adversus Debitorem, ut eis solvatur id quod eis fuerit per talem avocationem diminutum, & numer. 47.*

48 *Creditores Decoctorum debent esse omnes æquales pro rata debiti & bonorum repertorum & n. 49.*

50 *Creditor ex causa Dotis, vel ex pia causa tenetur concurrere ad accordium factum per majorem partem Creditorum.*

Distingue tamen conclusionem ut ibid.

Limita in Creditoribus ex causa pensionis Domorum, Depositi, rerum comestibilium, & mercedis, num. 51.

52 *Appellatio suspendit omnes executiones, tam in casu creditoris renitentis venire ad accordium, & appellantis, quam in casu debitoris appellantis propter denegationem induciarum, vel accordii.*

Nullius Concordiæ Debitoris cum majori parte Creditorum.

DISCURSUS CLXXII.

QUemadmodum pluries in hac materia quinquennalium dilationum, seu concordiæ debitoris cum suis Creditoribus, vel majori eorum parte initæ, sive ineundæ, tum consulendi, tum judicandi exercendo respectivè munus Advocati, & Judicis mihi occasio contigit; ita ut plures de facili possem desuper discursus contexere: Verùm quia cum nonnulli casus, & quæstiones super quibus scripsi, aut judicavi sint obvii, & reperibiles penes quamplures Authores de hac materia latè agentes, inter quos *Scapp. ad Cod. Fabri lib. 1. tit. 9. defin. 13. usq. ad 18. Molegnan. altercat. 62. per tot. Constant. ad Statut. Urb. annot. 50. per tot. Matt. Berlich. à dec. 235. usque ad 244. Urceol. de transact. quæst. 85. per tot. & decis. 7. & decis. 25.* ubi loquitur ad terminos Statuti Florentini *Antunez de donat. reg. tom. 2. part. 3. cap. 42. à numer. 77. cum seq. Scannarol. de visit. Carcerat. lib. 3. §. 1. cap. 1. 2. & 3. & seq. Card. de Luc. de Credit. disc. 152. per tot. Ansald. de commerc. discurs. 11. & disc. 14. Farinac. in repert. Judic. quæst. 95. per tot. Merlin. de pignor. & hypoth. libr. 4. quæst. 136. Rot. Lucens. inter recollect. à Dom. Palma nep. decis. 51. tom. 1. Racc. de decoct. à numer. 183. ad n. 227. Stracc. eod. tract. part. 6. & 7. Rodriq. de concursu Credit. part. 1. in proœm. per tot. Pacific. de Salv. Interdict. inspect. 3. cap. 2. à n. 411.* & omnium latissimè *Ludovic. Sanctius à Melo de Induciis Debitor. per 34. quæstiones*. Quapropter in hoc discursu me restringam ad ea, quæ mihi notabiliora visa sunt, vel non ita obviè, vel saltem magis confusim, aut controversa apud Doctores inveni. 1

Primo enim de jure communi compertum est, quod tam in concedendis induciis, quam in remittenda debitoribus aliqua parte debiti, vel in qualibet alia concordia cum eis ineunda omnes Creditores sunt in unum vocandi, simulque congregandi, alias accordium factum à majori parte Creditorum minori parti nullatenus valet aliquod præjudicium inferre, ut per *text. in l. fin. C. qui bon. ced. possunt*, docent *Gratian. c. 222. à num. 3. & seq. Rocc. de decoctor. n. 215. Salgad. Labyr. Credit. part. 2. cap. 2. num. 69. cum seqq. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 136. num. 8. Cardin. de Luc. de credit. disc. 152. Ansald. de Commerc. disc. 11. n. 6. & 7. Rodriq. de concurs. credit. in proœm. n. 32.* latè *Scannarol. de Visit. Carcerat. lib. 3. §. 1. cap. 2. numer. 1. & seqq. fol. mihi 411. Berlich. dec. 236. n. 1.* 2

Quo posito gravis orta fuit inter DD. in hoc controversia, an etiam Creditores absentes ad hunc effectum citari, 3

citari, vel moneri debeant: nonnulli enim putarunt
pro validitate hujusmodi concordiæ cum debitore ci-
tationem, seu monitionem absentium esse necessari-
am; alii vero contrarium, ut videre est penes *Ber-
lich. decis. 236., numer. 1., cum sequentibus Salgad.
Labyrint. credit. part. 2., capit. 30., numer. 67.,
cum pluribus sequentibus à Melo quæst. 6. per tot. Ro-
driq. de concurs. credit. in proœm. numer 37. & sequen-
tibus Antunez de Donat. reg. tom. 2. part. 3. cap. 42.
numer. 89. cum pluribus sequentibus Rocc. de decoctor.
numer. 215. & 216. Farinacc. in repert. Judic. quæst.
95. num. 23.*

In hac tamen opinionum varietate hæc tamquam
æquior, & communis, & facilitati magis congrua se-
quenda est distinctio; Aut major pars Creditorum est
4 præsens, & concordia per eam cum communi Debi-
tore conclusa fuit, & tunc tali casu accordium, vel con-
ventio etiam Creditoribus absentibus, & non moni-
tis, ita eos afficiat, ut ritè, & rectè poterint obliga-
ri à Judice ad standum concordiæ: Aut verò major
Creditorum pars non est præsens, & tunc necessaria
est omnino absentium vocatio, quam distinctionem
magis communiter sequuntur *Sanct. à Melo de induc.
debitor. quæst. 6. per tot. Antunez de Donat. reg. com.
2. part. 3. capit. 42. n. 90. & seqq.* ubi refert ita fuis-
se judicatum per Portugalliæ Senatum *Farinacc. repert.
Judic. quæst. 95. numer. 23. in fin. Tiraquell. in tract.
res inter alios acta limit. 34. Scannarol. de visit. Car-
cerat. lib. 3. §. 1. cap. 2. num. 8. fol. 412. Berlich. dict.
dec. 236. num. 9.*

Hodie verò cessant hæ quæstiones, quia in praxi
5 ferè ubique Mercantilium platearum non servatur hu-
jusmodi convocatio Creditorum; Solent enim Credi-
tores separatim in folio Accordii à Debitore singulis
eorum exhibito se subscribere, de qua consuetudine
omnino servanda testantur *Rocc. de decoctor. num. 215.
& 216. Ansald. de commerc. d. disc. 11. numer. 7. &
8. Salgad. Labyrint. credit. part. 2. capit. 30. numer.
71. Antunez de donat. reg. com. 2. part. 3. capit. 42.
numer. 91. in fine Berlich. decis. 236. numer. 5. & 6.*
Pro illis vero locis, in quibus non prævaluit talis u-
6 sus, & adhuc servaretur jus commune, advertere de-
beo, quod si creditores absentes, vel etiam præsentes
in loco citati, vel moniti essent ad interveniendum,
& non comparuerint, neque per se, neque per Pro-
curatorem, tunc haberi debent pro præsentibus, &
consentientibus *Fab. in Cod. lib. 1. tit. 9. deffinit. 21.
numer. 9. Rebuff. de liter. dilat. annal. artic. 1. gloss.
1. numer. 55. & sequenti Berlich. decis. 236. sub. nu-
mer. 8.*

In hoc numero majoris partis Creditorum non esse
7 computandos consanguineos debitoris, qui se subscri-
pserunt illius accordio, voluit *Rodriq. de concurs. Cre-
dit. part. 1. in proœm. numer. 37.* ex quo fiunt tales
personæ suspectæ, sed rectius in contrarium tenuit
*Stracch. de decoctor. part. 6. numer. 9. circa fin. Tira-
quel. de utroq. retract. in præfat. numer. 44. Farinacc.
repert. Judic. quæst. 95. numer. 14. Molegnan. Alter-
cat. 62. nu. 5.* cum pluribus citatis, & *per Rocc. de de-
coctor. part. 6. numer. 186.* & in dubitabilioribus ter-
8 minis, quod nempe ipsamet Uxor debitoris debeat
admitti ad firmandam Viri sui debitoris concordiam,
& sic in numero majoris partis Creditorum compu-
tari, tenet *Scanarol. de Visit. Carcerat. libr. 3. §. 1.
capit. 2. numer. 12. fol. 412. Molegnan. altercat. 62.
numer. 5. in fin.* ubi refert *decis. Thori in 3. part. dec.
verb. uxor,* tamen quoad Uxorem mihi videtur du-
rum assumptum, ideoque mihi magis arridet opinio
Cardinalis De Luca de Credit. discurs. 152. numer.
9 *16.* contrarium tenentis ob rationes per eum addu-
ctas, & præcipuè ob rationem summæ suspicionis,
& non liberi assensus, sive propter nimiam affectio-
nem, sive propter metum reverentialem, qui conside-
rari potest in Uxore, prout verè quoad Uxorem in-
trat illa suspicio, quam ponderant *Gregor. Lopez ad
LL. Hispan. part. 5. lib. 6. gloss. a quello deve, lib. 6.
& Rodriq. loc. cit.*

Notandum tamen est, quod accordium, vel con-
ventio, licet à majori parte Creditorum firmata, ut
10 minori parti præjudicet, debet prius citata parte dis-
sentiente per Judicem confirmari *Antunez. de donat.
reg. tom. 2. part. 3. capit. 42. numer. 92. Ansald. d.
disc. 11. numer. 9. Farinac. repert. Judic. q. 95. n. 24.
Melo de Induc. debit. quæst. 1. numer. 22. Berlich. de-
cis. 236. numer. 10. Gratian. discept. cap. 222. numer.
26. Salgad. labyr. Credit. part. 2. capit. fin. numer. 73.* 11
& usque quo sententia Judicis non fuerit in judica-
tum transacta, accordium non incipit effectum suum
sortiri *Sanctius à Melo de Induc. debit. quæst. 27.,
numer. 20. vers. in Convention. & numer. 21.,* In-
tellige hanc conclus. circa tempus, & modum solutio-
nis conventum, ut dicit hic citatus *à Melo.* Verum
quando sententia est inappellabilis statim à die senten- 12
tiæ accordium incipit vires suas habere *Sanctius à Me-
lo dicto loco num. 20.*

Nunc mihi obvium venit dubium, an post initam
aliquam Concordiam per aliquos, vel per omnes Cre-
ditores cum debitore, si major pars illius Creditorum 13
pro rationabili causa aliam concordiam, seu accordi-
um iterum cum eodem debitore inire duxerit, valeat
minor pars Creditorum adstringi per majorem partem
Creditorum ad subscribendum, seu adhærendum dicto
novo accordio, super quo dubio in contingentia Casus
affirmativè alias respondi, & adhuc in eadem opinio-
ne remaneo ob eam rationem, quia facultas, quæ da-
tur de Jure majori parti Creditorum ad accordium 14
incundum cum debitore communi, non terminatur in
primo actu, sed porrigitur ad omnes, & quascumque
concordias, quas juxta varietatem temporum, & ca-
sus major pars pro communi utilitate facere opportu-
num duxerit, ut in punctualibus terminis firmat *Ber-
lich. decis. 238. n. 8. & Ludov. Sanct. à Melo de In-
duc. debit. quæst. 27. num. 12. & 13.* licet iste loqua-
tur de nova dilatione quinquennali per majorem par-
tem Creditorum iterum concessa, & non de reliqua
parte debiti remissa, quia eadem est ratio, nam per ite-
ratas dilationes idem præjudicium oritur minori parti
Creditorum, quod eis oritur per aliquam remissionem
debiti, quoniam per longam dilationem nedum magnum
incommodum producitur, sed etiam longe diminuitur 15
Creditum, ut per textus expressos *in §. plus Instit. de
fidejuss. & §. Plus autem Instit. de action. & leg. si cui
12. §. Minus in fin. ff. de Verb. significat. & l. solidum,
ff. de solution.* tradit egregie Senatus Lusitanus *coram
Phab. dec. 7. num. 12. 13. & 14. tom. 1.* ubi etiam no-
tat quod quamplura majora incommoda patitur cre-
ditor ex longe retardata solutione, quam ex aliqua re-
missione debiti *Rot. cor. Cerr. dec. 36. n. 12.* & punctim
ad casum nostrum *Rota Lucens. decis. 51. numer. 9.
tom. 1.*

Quæritur etiam per DD. an debitor si ad concordi-
am devenire velit cum suis Creditoribus, ostendere pri-
us debeat sui patrimonii statum: in qua quæstione ita 16
distinguendum esse arbitror, aut ipse Debitor, qui
majorem partem Creditorum traxit ad concordiam a-
liquam, intendit minorem partem ad ei adhærendum
obligare, & tunc existimo illum teneri patrimonii sui
statum palam facere; & in hoc sensu loqui videntur,
vel intelligendi sunt allegati per *Berlich. decis. 236. à
numer 33.* nam si ex statu producto per Debitorem
constaret, quod ipse reperiretur in gradu satisfacien- 17
di suis Creditoribus, vel saltem meliorandi eorum
conditionem, non teneretur minor pars contradicens
stare concordiæ à majori Creditorum parte subscriptæ
quia esset irrationabilis *Berlich. decis. 235. numer. 59.
Rocc. de decoctor. numer. 204. & 217. Farinacc. repert.
Judic. quæst. 95. numer. 9.* Quoad probationem tamen
sui Patrimonii standum erit libris, & inventario per 18
ipsum Debitorem exhibito, ac illius assertioni, quod
præter bona in inventario vel libris descripta, nil a-
liud sibi remaneat pro Creditorum satisfactione, nisi
in contrarium per Creditores probetur, ut latè *Berlich.
d. dec. 236. n. 48. usque ad 54.*

Aut verò major pars Creditorum, qui videntes
suum Debitorem fugitivum, vel latitantem, omniaque 19
bona sua occultantem, & sic se extra spem positos
consequendi satisfactionem suorum Creditorum, cum
eo concordaverit, instat apud Judicem, ut oblige-
tur minor pars ad standum concordiæ per eos firma-
tæ, & tunc eo casu insipidè nimium, & perperam
opponeretur, per minorem partem Creditorum,
quod per debitorem, qui latitat, vel aufugit cum bo-
norum suorum occultatione, prius exhibeatur apud
Judicem status sui Patrimonii: quamobrem si major

pár Creditorum ex tali necessitate ducta ad aliquam
concordiam, absque priori bonorum manifestatione fa-
cienda à Debitore devenerit cum eodem Debitore, ne
in totum Creditum suum amitteret, non est rationa-
bile, quod hujusmodi oppositione per minorem par-
tem impediatur majori Creditorum parti consecutio
alicujus partis suorum Creditorum, & ideo in his ter-
minis posse minorem partem Creditorum obligari ad
20 firmandam concordiam initam per majorem partem
docent optimè *Afflict. decis. 288. num. 3. vers. secun-
dus casus est, & ibi Adden. & Ansald. de commer-
cio, disc. 11. num. 12.* egregie *Rocc. de decoctor. n.
188. Antun. de donat. reg. tom. 2. part. 3. cap. 42.
numer. 83. Farinacc. repert. Judic. quaest. 95. numer.
3. vers. secundus est Pacific. de Salvian. interd. in-
spect. 3. cap. 2. numer. 418. Merlin. de pignor. libr.
4. quaest. 136. numer. 6. Ludovic. Sanctius à Mela
de Induc. debit. quaest. 2. numer. 35. & 36.* ubi ex-
pressè monet, quod si Debitor cessionem bonorum
21 suorum agere intendit, tali casu tenetur ad docendum
Creditoribus statum Patrimonii sui, secus in casu cu-
juscumque accordii, vel conventionis, aut concessio-
nis induciarum dependentium à mera voluntate Credi-
torum, cum sit in libero partium arbitrio, ubi agitur
de pactis, aut contractibus, uno potius, vel altero
modo inter se convenire, advertendo ulterius, quod
in toto Juris civilis corpore non reperitur lex aliqua
in contrarium in hac materia disponens „ibi„ (sunt
„ verba dicti Authoris)„ *differt quarto, quia in bo-*
„ *norum cessione Inventarium debet facere Debitor*
„ *omnia bona sua Creditoribus indicando, at vero*
„ *in induciarum concessione hoc non expresserunt leges*
„ *Imperiales, quidquid in contrarium attenta lege Ca-
stell. videatur disponere lex sexta, & septima tit. 9.
lib. 5. recompil. Hispaniar.*

Et adeo hoc verum est, ut juxta veriorem, & com-
muniorem DD. opinionem concordia facta per majo-
22 rem partem Creditorum cum Debitore, etiam dolosè
decocto, & alibi cum bonis in tuto seposito, ita va-
lida est, ut minor pars obligari valeat ad eam acce-
ptandam, ut latè firmat *Berlich. dec. 235. numer. 61.
& seqq. & ante eum Paris. cons. 100. lib. 3. Menoch. de
recuper. possess. remed. 15. num. 170. Cephal. cons. 51.
numer. 30. Brun. de cess. bonor. quaest. 26. numer. 1.
Stracch. de decoctor. part. 6. numer. 20. Scannarol.
de visit. Carcerat. lib. 3. §. 1. capit. 1. numer. 12.
fol. mihi 410. cum pluribus aliis ab his Doctoribus
citatis*, & ratio est, quia semper concordia per ma-
23 jorem partem Creditorum facta, rationabilis, & justa
est, quando expedit Creditoribus habere aliquam par-
tem, ne totum amittant, prout e contra invalida est,
& irrationabilis, si palam extarent, aut haberi, seu re-
cuperari possent bona Debitoris sufficientia ad satisfa-
24 ctionem Creditorum, licet Debitor latitaret, vel au-
fugisset *Rocc. de decoct. numer. 204. Stracch. de de-
coct. part. 6. numer. 18. & 21. in fin. Berlich. dec.
235. num. 99.*

Quae tamen intelligenda sunt, si ageretur res inter
majorem partem Creditorum, & minorem partem,
25 ad eum finem, ut minor pars obligetur ad standum
concordiae, ne alias Debitor latitans, vel fugitivus se
retrahat à satisfactione quantitatis per eum promissae,
& sic ne in totum Creditores suum creditum amit-
tant, secus vero quoad Creditores, & ipsum Debito-
rem fugitivum, vel latitantem, & dolose decoctum,
vel callide, & dolose simulantem se esse pauperem,
vel non habere bona sufficientia ad satisfactionem De-
bitorum, quia tali casu concordia, utpote per dolum
extorta, de Jure non valeret, idcoque Creditores ea
non obstante contra suum Debitorem etiam pro par-
te ei remissa agere, illumque molestare possent, quia
fraus, vel dolus nemini debet patrocinari, ut in his
terminis tradunt *Rocc. de decoct. numer. 220. Mar-
quard. de Jure Mercat. lib. 2. capit. 8. num. 15. &
16. Rota Jan. decis. 17. numer. 13. Urceol. dec. Flor.
7. num. 19.*

Quando autem debitum contractum fuerit cum ali-
quo Creditore paulo ante concordiam firmatam à ma-
26 jori parte Creditorum, tunc talis creditor non poterit
à majori parte obligari ad standum concordiae, ut fir-
mat *Berlich. dec. 235. num. 48. & 49.*
27 Insuper notandum est, quod si aliquis Creditorum,
qui se simpliciter subscripsit accordio debitoris, est al-
terius Creditoris procurator, intelligitur se utroque no-
mine subscripsisse, ut firmat *Rocc. de decoct. numer.
225. & seq.*

Scire etiam oportet, quod si Creditor se subscripsit
accordio, cum hac conditione, dummodo caeteri ei-
dem accordio adhaereant, debet computari in numero 28
creditorum consentientium, ita ut sufficiat, quod tot
alii Creditores subscribant, qui cum dicto Credito-
re, qui cum praedicta conditione se subscripsit, faciant
majorem partem Creditorum *Rocc. de decoct. numer.
199. & 200.*

Advertendum pariter est, quod si accordium, vel
dilatio quinquennalis concessa per majorem partem
Creditorum non potuit habere effectum suum quoad 29
alios Creditores, quia fortè habuerunt justam causam
dissentiendi, nequidem tenet pro majori parte Credi-
torum, qui se subscripserunt *Anton. Mosch. in syl-
E questo per la diversità delle ragioni, che militano fra l' uno, e l' altro caso, poichè nel caso, in cui costi del precedente ordine, e mandato di quelli, a i quali attenessero gli effetti assicurati, sta bene, che i medesimi interessati in detti effetti per virtù di detta clausula *per se*, a *per conto di chi spetta*, atta a significare detto precedente mandato, indicati, che siano, si debbano avere come se fossero stati espressamente nominati nel contratto, e scritta d' assicurazione, e che fatta detta indicazione null' altro vi si ricerchi per prova del risico, e per la validità di detta assicurazione, perchè concorrendovi il precedente ordine, e mandato, e questo venendo sufficientemente spiegato in vigore di detta clausula, *o per conto di chi spetta*, la stipulazione, che si faccia dal procuratore, o mandatario sopra gli effetti del costituente, o mandante assente, è valida, e per quella se ne acquista l' azione utile al costituente, o 27
mandante senza necessità, che gli sia ceduta, come affermano, e provano per il *test. in l. Julianus* 13. §. *Si procurator*, *ff. de action. empt. l. quo procurator* 68. *ff. de procurat. Mans. consultat.* 318. *numer.* 35. *Guzman de evict. quaest.* 53. *numer.* 26. *Galin. de procurat. part.* 5. *capit.* 1. *numer.* 25. *Olea de cess. jur. tit.* 4. *quaest.* 9. *numer.* 6. ed in termini di assicurazione *D. Auditor Casareg. disc.* 9. *numer.* 6. Laddove all' incontro nel caso, nel quale manchi la prova di detto precedente ordine, e mandato, la stipulazione, che si faccia da un terzo per un' assente s' intende fatta da detto terzo come gestore di negozio utile per 28
detto assente, come avverte il *Giurisconsult. in l. si quis absent.* 2. *ff. de negotiis gestis*, *l. si remunerandi* 6. §. *Si passus* 2. *& leg. qui patitur* 18. *ff. mandati. Marquard. de jur. Mercat. libr.* 1. *cap.* 8. *n.* 3. *Altimar. de contract. rubr.* 1. *section.* 3. *quaest.* 6. *numer.* 2. *tom.* 1. *Carpzov. decis. Saxon.* 140. *numer.* 15. e per questa non se ne acquista l' azione utile a detto assente, se non quando l' ha accettata, e ratifica- 29
ta, e quando glien' è stata fatta la cessione, secondo si ha per il *test. in leg.* 1. *& tot. digest. tit. & Cod. negotiis gestis*, *Bero. cons.* 164. *numer.* 2. *& seqq. vol.* 1. *Pinell. select. observat. libr.* 2. *capit.* 6. *numer.* 51. *Gomez. variar. resolut. tom.* 2. *cap.* 11. *sub numer.* 18. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 28. *sub numer.* 20. *Olea de cess. jur. dict. quaest.* 9. *numer.* 33. *Surd. decis.* 229. *numer.* 13. *&* 14. *Rot. decis.* 476. *numer.* 12. *coram Burrat.* onde ne segue, che per la semplice indicazione di questi, a i quali attengono gli effetti assicurati, questi non possono aversi come se da principio fossero stati nominati nel contratto, o scritta di assicurazione, come succede nel primo caso, essendo in questo secondo necessaria l' accettazio-

tazione, e ratificazione per le ragioni dalli suddetti Autori addotte.

Nè si credè che potesse resistere, che nel caso di cui si trattava, costasse, che i Parzionevoli, ò Proprietarj di detta Nave avessero accettato, ò ratificato detta assicurazione, nè si potesse dubitare della cessione delle ragioni di detto Cap. Campebell, ò di detti Signori Batacchi, e Mucotti, giacchè questi agivano per detti Parzionevoli, o Proprietarj, e che però in vigore di detta clausula dovesse sostenersi det-
30 ta assicurazione almeno come procurata, e fatta da detto Capitano Campebell, o da detti Signori Batacchi, e Mucotti in qualità di gestori di negozio utile a medesimi Parzionevoli, o Proprietarj per la dottrina puntuale dello *Stracc. de assecurat. dict. Gloss. 10. sub num. 7.* ibi „ *Si verò mandatum non habuit, sed fecit tamquam negotiorum gestor ratihabitione subsecuta acquireretur.* “

Posciachè essendo detta accettazione, ò ratificazione fatta molto tempo dopo seguito il sinistro di detta Nave assicurata, tale accettazione, e ratificazione non poteva suffragare per far passare in detti Proprietarj l'azione utile di detta assicurazione stipulata
31 da detti Signori Batacchi, e Mucotti, dovendo l'accettazione, e ratificazione seguire *re integra*, cioè avanti il sinistro in tempo, e stato di cose, nel quale l'atto ratificato potesse validamente farsi, come per il *text. in leg. Bonorum ff. rem ratam habere*, proseguendo dottamente spiega, e ferma in punto lo *Stracc. dict. Gloss. 10. sub num. 11.* „ ibi „ *Qui & post naufragium, & sic re non integra non potuerit ratum habere* “ *& num. 15. Rot. decis. 285. sub numer. 5. in fin. part. 6. rec. Malvas. cons. 34. & cons. 99. Costa de retractat. cap. 7. in fin.* ed in altri termini, e generalmente *Roland. cons. 4. num. 11. & seq. vol. 2. Rocc. resp. 60. num. 17. tom. 2. Alegrad. cons. 23. numer. 44. vol. 1. Tiraquel. de retractat. lignag. §. 1. Gloss. 10. numer. 87. Torr. de pact. futura success. lib. 2. cap. 13. numer. 138. D. Audit. Casareg. disc. 37. num. 13. & seqq. Rot. dec. 165. num. 9. part. 15. rec. & in Mantis. ad Card. De Luc. super conflict. legal. decis. 3. num. 31. Cost. de retrotr. cap. 7. num. 3.*

E con le suddette distinzioni, è ragioni ben parve, che si potessero conciliare le tradizioni de' Dottori, e le decisioni de' Tribunali, che apparivano frà di loro contrarie coll'ascrivere, e referire al caso nel quale vi sia detto precedente ordine, e mandato, ò detta ratificazione *re integra*, cioè in tempo abile avanti il sinistro. I Dottori, e decisioni citate di sopra nel §. *Riconosciutosi dunque*, e nel §. *Ma si diceva* asserenti, e respettivamente fermanti, che in vigore della suddetta clausola *per se, ò per conto di chi spetta*, indicati che siano quelli, ai quali attenessero gli effetti assicurati, si abbiano, come se fossero espressamente nominati nel Contratto, e Scritta di assicurazione, e che null'altro vi si ricerca, oltre la detta indicazione per prova del risico, e per la validità della medesima assicurazione, ed all'incontro al caso, che vi manchi detto precedente ordine, e mandato, o detta ratificazione *re integra*, si deono riferire gli altri Dottori, e Decisioni stanti per il di-
32 fetto del risico, e per l'invalidità dell'assicurazione quando consti, che gli effetti assicurati spettino ad altri, fuori, che ai nominati nel Contratto, e Scritta di sicurtà, non ostante detta clausola, e specialmente *Rocc. notab. 45. num. 148. & seq. & notabili 94. num. 364. Rot. decis. 571. num. 14. & seqq. part. 5. decis. 285. part. 6. decis. 363. num. 37. & seqq. tom. 1. part. 19. rec.*

Senza punto curare, oltre le suddette ragioni, l'altre riportate da' Dottori, e decisioni di sopra citate, perchè si riconobbero del tutto vane, insussistenti, ed inapplicabili, e certamente insussistenti in jure apparvero le ragioni, che si portano da' suddetti Dottori, e decisioni citate nel predetto Paragrafo *riconosciutosi dunque*, cioè, che stante detta clausula *per se, ò per conto di chi spetta*, null'altro si ricerchi per prova del risico, e per validità dell'assicurazione se non che l'assicurato indichi la persona, o persone, alle quali attenessero gli effetti assicurati, perchè l'assicurazione possa contrarsi *super re aliena*, e gli Assicuratori non possano opporre all'assicurato il difetto del dominio, perchè essendo concepita con dette parole generali *per se, ò per conto di chi spetta*, debba quella intendersi fatta à favore di tutti quelli, che avessero interesse in detti effetti assicurati, come se fossero stati espressamente nominati nel contratto, ò Scritta di sicurtà; imperocchè trattandosi non d'assicurazione per via di scommessa, ma di vera, e
propria assicurazione, nella quale vi si ricerca per 33
forma sostanziale l'esistenza dell'interesse, o dominio dell'Assicurato, sempre può dagli Assicuratori opporsi, che gli effetti siano di altri, e non d'interesse, ò dominio dell'Assicurato, secondo, che prenotò in punto *Dom. Audit. Casareg. dict. disc. 4. sub num. 5. & sub num. 10.* ed anche non ostante, che l'assicurazione sia concepita con dette parole generali *per se, ò per conto di chi spetta*, quali benchè generali, devono riferirsi a quelli, che precedentemente abbiano dato ordine, o mandato per detta assicurazione, ò che l'abbiano ratificata in tempo, cioè avanti al sinistro, secondo il fermato di sopra, altrimenti sempre ne succederebbe, che si dovesse sostenere la sicurtà fatta *super re aliena*, e che non si potesse dagli Assicuratori opporre il difetto dell'interesse, o dominio dell'Assicurato, per lo che si crede, che il soprannominato, e mai abbastanza lodato *Sig. Audit. Casareg. dict. disc. 4. sub num. 10. in fine*; il quale
si fonda unicamente sù questa ultima ragione, par- 34
lasse in termini, che vi fosse detto precedente ordine, e mandato, conforme pare, che si raccolga dal discorso del medesimo *dict. num. 10. in principio* siccome altresì insussistenti, e respettivamente inapplicabili comparvero le ragioni, che si adducono da i Dottori, e decisioni alleggate di sopra nel Paragrafo, a *colle suddette distinzioni in fine*, per sostenere la proposizione contraria, cioè, che non ostante la suddetta clausula, e parole generali *per se, à per conto di chi spetta*, l'assicurazione non si sostenga per difetto di risico quando consti, che gli effetti assicurati spettino ad altri, fuori che agli espressamente nominati nel Contratto, e scritta d'assicurazione, perchè la stipulazione dell'assicurazione mai possa comprendere la persona, ò persone assenti, che non sia-
no espressamente nominate, in ordine alla disposizione 35
del *Testo in l. si ita stipulatus 126. §. Grisogonus in fine* „ ibi „ *Persona numquam nisi expressa sit* “ *ff. de verb. obligat.* E perchè sia necessaria in ordine allo stile di tutte le Piazze, e per forma di detta stipulazione, che gli effetti assicurati cantino in Testa del nominato espressamente in detto contratto, ò scritta d'assicurazione ad effetto, che non segua l'assurdo d'estendersi l'assicuraziona, e risico da caso à caso, e da persona a persona, poichè essendo l'assicurazione concepita secondo il costume di quasi tutte le Piazze con clausula, e parole generali *per se, ò per conto di chi spetta*, e dovendosi questa riferire a quelli, che precedentemente abbiano dato ordine, e mandato per detta assicurazione, ò che l'abbiano ratificata in tempo abile avanti al sinistro, come si è fermato di sopra, per niente v'entra la disposizione del detto testo, che non hà luogo nelle stipulazioni, e contratti, che si facciano per conto, ordine, e mandato di altri, e del tutto rimane insussistente, che sia di forma di detta stipulazione, e di
stile di tutte le Piazze, che gli effetti assicurati can- 36
tino in Testa de' nominati espressamente nella Scritta di assicurazione, conforme bene osservò, e comprovò anche il suddetto *Sig. Auditore Casaregi nel detto disc. 4. sub num. 11. vers. Cæterum in rei veritate, vers. pro responsione num. 12.*

A R G U M E N T U M.

Naves exteræ an, & quando possint ab aliis Navibus inimicis deprædari, quando reperiuntur in Mari, aut Portubus, vel sub arcibus militaribus alicujus Principis communis Amici; & an possint ab Officialibus prædicti Principis visitari, & molestari ob suspicionem, quod deferant res prohibitas, & quid

quid in casu; quo habeant salvum Conductum, vel liberè in Portu receptæ fuerint à Principe, ejusdem Portus, vel ab ejus Officialibus.

S U M M A R I U M.

1 *In Mari adjacente Territorio alicujus Principis nemo potest aliquam Jurisdictionem exercere.*
Limita in Generalibus, Generalissimis, ac Ducibus alicujus classis Maritimæ, vel exercitus, nec non in Ducibus Navis militaris, & numer. 2.
3 *Naves exteræ an in mari alicujus Principis possint ab aliis Navibus inimicis deprædari.*
Distingue, ut num. 4. & 11.
5 *Naves Inimicorum de Jure gentium, in quocumque Mari existant, deprædari possunt.*
Limita ut num. 10. & 12.
6 *Mare, seu Territorium Principis communis amici securitatem præstat cuilibet in eo Naviganti, vel existenti.*
Intellige, quoad ea, quæ explicantur per Jurisdictionis exercitium, & non ex facultate à Jure gentium concessa num. 7.
8 *Delinquens si in alienum Territorium fugiat, an ibi securus sit num. 9.*
10 *Naves exteræ, etiamsi sint hostiles, & communium inimicorum, scilicet Turcarum, vel Infidelium, si habeant salvum conductum à Principe, cujus Mare navigant, non possunt visitari, & molestari ab illius officialibus, etiamsi sint intra centum Milliaria, nec à Navibus alterius Principis, quamvis inimici, deprædari.*
12 *Naves exteræ dicuntur esse sub protectione illius Principis, cujus mare navigant, quando reperiuntur intra Portus illius, aut in mari, ita vicino, ut illuc tormenta bellica adigi possint.*
Et si deprædentur ab Inimicis, de Jure restituendæ sunt num. 13.
14 *Naves hostiles usque in portum, & mare alieni Principis persequi, & deprædari possunt, si id fiat defensionis, & persecutionis causa. Declara num. 15. in fin.*
15 *Jus defensionis nullum limitem, seu Terminum agnoscit.*
16 *Naves amicæ, seu exteræ alienæ Nationis visitari non possunt à Principe, in cujus mare intra centum milliaria reperiuntur, ob suspicionem, quod deferant res prohibitas, & de ratione num. 17.*
Quod fortius procedit, si Navis in Portu liberè ad commercium admissa fuit, & salvo Conductu secura reddita fuit num. 18.
19 *Naves dicuntur admissæ ad publicum Commercium, ac sub fide publica protegi, quando fixis anchoris in Portu reperiuntur.*
20 *Salvus Conductus Navi concessus per Officiales etiam contra legum dispositiones, validus est. Navique opitulatur, quamvis Officiales à suo Principe puniri possint.*

Nullius, Interceptionis vel Deprædationis, aut visitationis Navium in Mari alieno.

DISCURSUS CLXXIV.

1 PRo regula communiter in Jure recepta reperitur, quod nemo in Mari adjacente Territorio alicujus Principis possit aliquam Jurisdictionem exercere, ut latè tradidi supra *in discur.* 136. per Doctores ibi plena manu congestos, quibus addo *Cresp. Valdaur. par. 1. obser. 25. num. 224. Galea inter decisiones Balduc. sub tit. de assecur. decis. 4. numer. 16. & 17. & Altimar. de nullit. tom. 1. rubr. 9. quæst. 31. num. 52.*
2 *usque ad finem*, cum aliis per eumdem laudatis: exceptis tamen Ducibus, Generalibus, vel Generalissimis alicujus exercitus, vel Classis Maritimæ, vel Ductoribus, etiam alicujus navis militaris, nam isti in suos milites, gentem, & naves liberè Jurisdictionem, sive voluntariam, sive contentiosam, sive Civilem, sive Criminalem in alieno territorio, quod occupant, tamquam in suo proprio exercere possunt; per rationes, & Doctores, quos pariter cumulavi in dicto meo *discur.* 136. quibus addendi sunt *Bellin. in tract. de re militari cap. 18. num. 12. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 23. numer. 63.* egregiè *Fulvius Constantius in l. unic. num. 80. Cod. de Classicis lib. 11.* de hac materia latissimè agens, *Caball. resol. crim. centur. 3. cas. 294. num. 272. & 277. 280. Cresp. de Valdaur. observat. 15. part. 1. num. 41.* & latius *num.* 210.

Nunc videndum an naves exteræ unius Principis, 3
quæ reperiuntur in mari alicujus Principis, vel Regis communis Amici capi, seu deprædari valeant à Classe, vel navibus alterius Principis dictarum navium inimici.

In hac quæstione principaliter ita distinguendum
est: aut naves istæ reperiuntur in mari Principis com- 4
munis Amici intra centum milliaria, extra tamen illius portus, & præsidia, vel arces militares, & loca, in tali distantia, ut illuc tormenta muralia, seu bellica adigi non valeant, & in isto casu prædictæ naves hostiles navigantes in dicto mari communis amici Principis molestari, & deprædari de Jure pos-
sunt ab aliis navibus hostilibus: quia hæc molestia, 5
sive prædatio non sequitur vigore alicujus Jurisdictionis, quam habeant naves alicujus Principis inimici, sed ex Jure tantum gentium, cujus vigore ipsis facultas competit molestandi, & deprædandi naves alterius Principis inimici in quocumque mari existentes *De Ponte de Potest. Proreg. tit. 11. de Triremibus numer. 17. Cresp. Valdaur. part. 1. observat. 15. num. 211.* & latè nos supra *in disc. 24. num. 13. & seq.* cum pluribus aliis Doctoribus à nobis laudatis.

Neque obicem ingerit, quod territorium, vel ma-
re Principis communis Amici præstare soleat securi- 6
tatem cuilibet in eo existenti, vel naviganti, ut per *l. præsenti lege 5. Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* notat idem *de Ponte dict. tit. 11. de triremibus n. 15.*
quia id intelligi debet quoad ea, quæ per Jurisdictio- 7
nis exercitium, & non ex facultate à Jure gentium concessa, explicantur, ut distinguit punctualiter *Fulvius Constant. in d. l. unic. num. 118.* quem sequitur
Cresp. de Valdaur. dict. observ. 15. num. 212. ideoque 8
regulariter in alieno territorio, seu provincia, qui in propria delictum commisit, securus est quoad accusationem, & molestiam, seu punitionem criminis, ut pluribus citatis comprobat *Carleval. de Judic. tit. 1.*
disp. 2. num. 839. non tamen securus est, quin per 9
Judicem, vel Principem Territorii, vel Provinciæ alienæ, ad quam reus confugit, interdum ex necessitate, interdum ex officio, vel Urbanitate tantùm ad locum commissi delicti remitti non valeat *Carleval. dict. loc. num. 800. cum seqq.* & tamen nullo modo fieri posset de Jure talis remissio, si ex solo ingressu in alienum territorium reus eam securitatem consequeretur, quæ solum per salvum conductum à Principe alieni Territorii concedi solet.

Hæc tamen non procedunt si naves istæ inimicæ
alterius nationis, vel Principis, vel naves etiam com- 10
munium inimicorum, ut sunt Turcarum, vel hujusmodi infidelium haberent salvum conductum, & liberum commercium à Principe, cujus mare navigant, nam tunc nullatenus intra centum milliaria illæ molestari, vel recognosci, aut visitari, eoque minus deprædari possunt à Classe, vel navibus alterius Principis, quamvis inimici, quia nedum nullam habent Jurisdictionem id agendi, verum etiam quia in hoc casu eis non assistit jus gentium, ut per plures validissimas rationes, quas ad evitandum inanis repetitionis vitium non transcribo, & Doctores allegatos latè, docteque firmant doctissimi *Fulvius Constant. in dicta l. unica num. 107. & seq. Cod. de Classicis lib. 11. & Cresp. de Valdaur. dict. observat. 15. a numer. 211. usque ad num. 247.* & nos supra *disc. 24. num. 17. vers. in quarto. Galea inter decis. Balduc. sub titul. de assecurat. decis. 4. num. 12. & 15. & 17.*

Aut naves inimicæ (& hæc est secunda pars di- 11
stinctionis principalis) reperiuntur intra portus, vel sub præsidiis, vel arcibus maritimis alicujus Principis alieni, aut in mari, ita vicino, ut tela, tormentave muralis maritimæ arcis illuc adigi possint, tunc citra omne dubium dictæ naves hostiles, eoque minus

naves

naves communis amici Principis recognosci, visitari,
& deprædari sub quovis prætextu minime valent,
12 quia dictæ naves non minus sunt sub custodia, &
protectinne talis Principis, quam sunt illius subditi
intra Civitatis muros existentes, optimus textus est in
l. 3. §. fin. ff. de acquir. rer. domin. „ ibi „ *Quid-*
„ *quid autem eorum ceperimus, eo usque nostrum esse*
„ *intelligitur, donec nostra Custodia coercetur* “ per
quem textum, ac alia similia jura plenè, docteque
ita concludit *Cresp. de Valdaur. dicta observat. 15.*
num. 132. & seq. & num. 336. & melius 243. cum
seqq. omnino in hac materia videndus; & si fuerint
13 naves prædictæ deprædatæ, restitui de Jure debent,
ut improbato in hoc Fulvin Constantio, rectius latè
defendit *Cresp. de Valdaur. dicta observat. 15. à nu-*
mer. 237. ad 243.

Aliud dicendum foret, si naves unius Principis ab
14 aliqua hostili Classe, vel Piraticis navibus ad certa-
men provocatæ, aut oppugnatæ fuissent; nam tunc
licebit his navibus provocatis, vel oppugnatis hosti-
les naves, vel Piraticos aggressores continuò perse-
qui, & in eos excurrere usque in mare, & portum
alieni Principis, easque deprædari, quia hujusmodi
persecutio, & excursio non fit animo vicini, & alie-
ni territorii fines turbandi, sed vim hostis imminen-
tem à se propulsandi: Jus autem, ac necessitas de-
fensionis nullum limitem, seu terminum agnoscere,
omnique injutia catere videtur, ut tenent *Besold. de*
15 *Jur. Territor. cap. 3. num. 4.* quem sequitur *Loccen.*
de Jure marit. lib. 1. cap. 8. numer. 10. vers. quia,
& hostilium, ubi refert, quod Gedanenses anno 1459.
Borussiæ Magistri Classem usque ad Gothlandiam per-
secuti fuerunt, & naves quasdam ibi interceperunt,
etsi contra protestante Rege Daniæ illius maris Do-
mino. Nos verò credimus hos Gedanenses excusari
tantum posse ab injuria, quæ in persecutione hosti-
lium navium usque ad Gothlandiam aliàs diceretur il-
lata Danorum Regi, egregie *Alexand. cons. 24. nu-*
mer. 28. lib. 2. & ibi Adden. lit. FF. quem sequitur
Thusc. litt. C. conclus. 978. numer. 7. & 11. sed
nullatenus à restitutione navium, quas ibi in portu
non jure interceperunt per ea, quæ tradidi mox su-
pra, & latius *in disc. 24. in addit.* & in hoc sensu
loquitur, & intelligendus est *Besold.* in contrarium
citatus, si bene legitur.

Quo verò ad cæteras naves, tam Principis, in cu-
16 jus mari intra centum milliaria reperiuntur, quam
aliarum navium alienæ Nationis, seu exteri Principis
amicas, non possunt illæ ab istis recognosci, vel vi-
sitari, neque molestari ob suspicionem, quod deferant
17 res prohibitas, & ratio est, quia sicuti ad convin-
cendam talem delationem rerum prohibitarum, neces-
saria est inquisitio, investigatio, probatio, & ipsa-
met navis, ejusque oneris recognitio, quæ sine juris-
dictionis usu expediri non possunt; Ita cum nullus
actus jurisdictionis fieri possit in alieno mari, sub ob-
tentu dictæ suspicionis, non possunt naves in alieno
mari existentes ab aliis navibus amicis visitari, ut
latè, & egregiè per plures rationes firmat *Cresp.*
Valdaur. observat. 15. num. 214. cum pluribus seqq.
& Ansald. de Commerc. disc. 9. num. 10. 11. 12. &
seqq. & Nos supra disc. 24. num. 16. ubi deploravi
de usu maritimo in contrarium, seu abusu, ex quo
nedum jurisdictio Principis maris, verum etiam jus
gentium læditur.

Eoque minus quælibet navis, postquam liberè in
aliquo portu recepta, ac admissa fuit ad commer-
cium, vel salvo conductu reddita fuerit secura, non
18 potest sub aliquo prætextu, vel ob suspicionem re-
rum prohibitarum ab ea delatarum ab ipsomet
Principe illius Portus, vel per illius Officiales visi-
tari, & recognosci, & molestari facere, sed illæsa
servanda est. *Fulvius Constant. in d. l. unic. numer.*
126. & seq. Cresp. de Valdaur. d. observat. 15. nu-
mer. 243. & melius *246. 247. 248. & 249. usque ad*
252. ubi etiam refert in casu, quo fuit in Portu Ali-
cantis per Generalem maris Regis Hispaniarum visi-
tata, & recognita extera navis, nec non inventa ha-
bere merces prohibitas, decisum fuisse per Supremum
Consilium Aragoniæ, Rege approbante, illæsam ser-
vari debere dictam navim.

Caveant igitur Officiales Maris, ne liberum Na-
vibus salvum conductum indulgeant, neque eas libe-
rè ad commercium admittant in portu, nec non sciant
etiam, quod eo ipso, quo Naves in portu fixis an- 19
choris inveniuntur, & existunt, satis probata rema-
net earum admissio ad liberum commercium, & sub
fide publica protegi: quamobrem in navium receptio-
ne, & admissione, vel in eis concedendo salvum
conductum, declarare debebunt quidquid eis non per-
mittendum duxerint, aliàs nulla ex causa poterunt
illæ amplius molestari, sed illæsæ servari debebunt,
licet Officiales maris non potuissent per aliquam le-
gem Principis, aut Provinciæ, talem liberum salvum
conductum eis elargiri, vel ad liberum commercium
in portu admittere, quia etiamsi illi in hoc deliquis-
sent peccando contra leges, puniri possunt à Princi-
pe, nihilominus admissio libera in Portu ad Com-
mercium, vel Salvus conductus liberè per eos da- 20
tus, servandus omnino erit, ut optimè firmat *Peguer.*
decis. 39. per tot. & Cresp. de Valdaur. observat. 15.
num. 243. & 246. &c.

Cætera ad materiam vide quæ latè diximus supra
in *discurs. 24. & disc. 116.* in hoc Tractatu.

A R G U M E N T U M.

Jurisdictio, sive contentiosa, sive voluntaria,
an, & quomodo in alieno Territorio pro-
rogari possit, & an, & quando requiratur
consensus partium expressus, vel tacitus, &
similiter; an necessarius sit pro illius proro-
gatione consensus Principis alieni territorii,
vel sufficiat tacitus.

Jurisdictio prorogata extra Territorium dicitur
eadem Jurisdictio, quam quis habet in pro-
prio Territorio.

Consules exterorum Principum qualem Juris-
dictionem habeant quoad suos nationales in
alienis oris Maritimis, & an illam habeant
à proprio Principe, vel ab illo Territorii,
in quo resident; & quæ Statuta, seu leges
servare teneantur in decidendis Causis suorum
nationalium; & ab eorum sententiis an detur
appellatio ad eorum proprium Principem, vel
ad illum loci, in quo resident.

S U M M A R I U M.

1 *Judex Ordinarius, seu delegatus ad universita-*
tem Causarum non potest exercere Jurisdictio-
nem contentiosam extra suum Territorium, &
num. 4. limita ut num. 11.

Amplia neque voluntariam, ubi aliqua causa co-
gnitio requiritur ob prajudicium tertii num. 2.

Secus si nulla Causa cognitio requiratur, &
agatur tantum de Jure intervenientium n. 3.

5 *Jurisdictio, sive contentiosa, sive voluntaria Ju-*
dicis ordinarii, seu delegati ad universitatem
causarum prorogatur de consensu Partium ex-
tra territorium, cum consensu Principis, seu
Judicis alieni territorii, etiam tacita, & nu-
mer. 6. 34.

7 *Consensus expressus partium requiritur pro proro-*
gatione Jurisdictionis Judicis delegati ad Cau-
sas particulares extra suum territorium.

Secus si agatur de prorogatione Judicis ordinarii,
seu delegati ad universitatem Causarum, nam
tunc sufficit tacitus num. 8. 9. & 10.

11 *Judex potest exercere Jurisdictionem inter suos*
subditos extra Territorium, quando in alie-
no Territorio vigeat talis consuetudo, & tunc
non requiritur neque consensus Judicis territo-
rii, neque Partium.

12 *Consuetudo cum sit quid facti probari debet ab*
eo, qui eam allegat.

13 *Consuetudo in quo differat à præscriptione.*

14 *Ad consuetudinem inducendam minora requisita*
exiguntur, quam ad complendam præscriptio-
nem.

15 *Ad consuetudinem inducendam plura quoque re-*
quisita sunt necessaria; Et ideo difficilis est
probationis, ibid.

16 Con-

16 *Consuetudo exercendi jurisdictionem in alieno territorio non potest introduci absque scientia, & patientia Principis ejusdem territoris; Et reprobantur contrarium tenentes num. 17.*

Et hec Scientia Principis debet esse vera, & non præsumpta num. 18.

Neque sufficit scientia Officialium, vel Ministrorum Principis ibid.

Secus si ageretur de consuetudine immemoriali, quia nulla scientia probari debet in Principe num. 19.

20 *Scientia non præsumitur in Principe si agitur de actu, vel exercitio jurisdictionis, facto in aliquo loco sui territorii admodum distanti à sua residentia.*

21 *Pro complenda consuetudine requiritur cursus 30. aut 40. annorum.*

22 *Testes deponentes super consuetudine debent esse talis ætatis, ut de dicto tempore 30. aut 40. annorum bene deponere valeant, deducta eorum ætate pubertatis.*

Et deponere valeant de pacifica observantia, & uniformi pro toto dicto tempore num. 23.

24 *Unicus actus contrarius, quinimo solus rumor sufficit ad impediendam consuetudinis perfectionem.*

25 *Delegatus Principis ad unam causam tantum potest extra territorium de solo partium consensu Jurisdictionem delegatam exercere, nec requiritur consensus Judicis alieni Territorii,*

Declara tamen ut num. 26. & 27.

29 *Princeps, sive Judex potest alteri etiam degenti in alieno territorio Jurisdictionem suam dare, aut delegare, & de ratione num. 30.*

Rejicitur contraria opinio num. 28.

Secus si vellet Judicem dare in alieno territorio, & cogere illum ad Judicandum inter subditos invitos num. 31.

32 *Judex ordinarius, sive delegatus Principis in alieno territorio servare debet in Decisoriis Statuta sui Principis, in Ordinatoriis verò Statuta loci, in quo Judicat.*

33 *Consules exterorum Principum non possunt in alienis oris maritimis Jurisdictionem exercere, nisi accedat consensus Principis illius loci, in quo resident.*

Non tamen requiritur consensus partium, cum possint subditos etiam invitos judicare numer. 35. & de ratione ibid.

37 *Consules si in alieno Territorio jurisdictionem exerceant, illam dicuntur habere à Principe, à quo missi sunt, non verò à Principe Territorii, in quo resident.*

Rejicitur contraria opinio num. 36. ac declaratur num. 38. & 40.

39 *Consules intelliguntur electi à propriis Principibus non solum ad protegendos nationales in alieno territorio, verum etiam ad decidendas ibi eorum Causas.*

42 *Refertur Jurisdictio, quam habent Consules exteri residentes Genuæ, ac in regno Neapolitano.*

43 *Consules Gallicæ Nationis, quam Jurisdictionem habeant in alienis Territoriis, seu oris maritimis.*

44 *Consules tenentur Judicare Causas eorum Nationalium quoad decisoria secundum eorum propria Statuta, & mores.*

Secus in Ordinatoriis, nam tunc servatur Statutum loci, in quo lis agitur num. 45.

46 *Consules habent Jurisdictionem cumulativam cum aliis Judicibus ordinariis locorum.*

Nisi per Principes permissa, vel prorogata fuerit eorum Jurisdictio privativè quoad alios Judices ordinarios num. 47.

Consules ipsi subjecti sunt Judicibus ordinariis locorum ibidem.

48 *Appellatio à sententiis Consulum an detur ad proprium eorum Principem, vel ad illum Territorii, in quo residens.*

Nullius, Jurisdictionis Consulum Nationis exteræ in Territorio alieni Principis.

DISCURSUS CLXXV.

UT deveniam ea facilitate, qua decet, ad declarationem hujus materiæ, mihi plures sunt præmittendæ magis veræ, ac receptæ juris propositiones.

Et primo regulariter Judex Ordinarius inter suos 1
Subditos non potest exercere jurisdictionem contentiosam extra suum Territorium, latè *Scacc. de sentent. & re judic. gloss. 7. quæst. 4. spec. 2. num. 42. cum seq.* plenè *Antonel. de loc. legal. lib. 2. cap. 1. quæst. 3. numer. 53. Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. 31. num. 1. & seq. Scialoya de for. compet. cap. 2. numer. 61. & seq. & numer. 73.* Neque voluntariam, 2
ubi aliqua causæ cognitio requireretur ob præjudicium Tertii, *Antonell. dicto cap. 1. num. 53. & 55. Altimar. d. quæst. 31. numer. 25. & seq. Colorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 4. num. 86.* Secus di- 3
cendum si nulla requireretur causæ cognitio, cum ageretur de jure tantum intervenientium *Antonel. & Altimar.* locis mox citatis *Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 4. numer. 85.* & idem omnino dicendum est de Judice delegato ad universitatem Causarum, quia æquiparatur Judici Ordinario, ut pun- 4
ctualiter firmant *Antonell. de loc. legal. d. cap. 2. num. 71. & Altimar. d. rubr. 9. quæst. 31. num. 17.*

Verum tamen est, quod hæc Jurisdictio, sive contentiosa, sive voluntaria Judicis Ordinarii, aut De- 5
legati ad Universitatem causarum potest de consensu Partium prorogari de illorum loco, vel Territorio, ad locum extra eorum Territorium, etiam alieni Principis, dummodo accedat pariter consensus Judicis alieni Territorii, *Scialoya d. loco numer. 78. & cap. 12. num. 53. & seq. & numer. 65. Antonel. de loc. legal. lib. 2. cap. 1. num. 65. & seq. Altimar. de nullit. d. quæst. 31. num. 44. Carleval. de Judic. disp. 2. quæst. 8. sect. 2. num. 1146. vers. exemplum secundum, & vers. qua prorogatione, & num. 1148. & 1161.*

Consensus tamen iste Principis, seu Judicis loci in 6
hac prorogatione de loco ad locum, sufficit etiam tacitus, *Scacc. dict. loco num. 165. & 166.* quem sequitur *Altimar. dict. quæst. 31. num. 44.*

Quo verò ad consensum Partium, licet se invol- 7
verint nonnulli Doctores, sic distinguendum est, aut agitur de delegato particulari, nempè de delegato ad Causas particulares, & tunc requiritur expressus Partium consensus, ut per textum expressum *in cap. Statutum 11. §. In nullo de rescript. in 6.* communiter tenent egregiè *Marant. in prax. Judic. par. 4. distinct. 12. num. 4. in Addit. vers. nec secundum, & part. 6. vers. & demum fertur sententia numer. 75. 76. & 77. Scialoya de for. competent. cap. 12. num. 65. Scacc. de Sentent. & re judic. gloss. 7. quæst. 4. spec. 2. à numer. 134.* junctis *nu. 174. & num. 189. & 190. Carleval. de Judic. disp. 2. quæst. 8. sect. 2. num. 981. & seq.* ac præsertim *num. 987. Antonel. de loc. legal. lib. 2. cap. 1. quæst. 3. nu. 65. & seqq. Altimar. de nullit. tom. 1. rubr. 10. num. 7. & num. 10. & quæst. 31. num. 44. in fin.* & melius *num. 46.* si verò agatur de Judice or- 8
dinario, quo casu nullus est textus in contrarium, prout est in delegato particulari, ut mox supra vidimus, tunc sufficit etiam tacitus Partium consensus, quia regulariter in quacumque prorogatione Jurisdictionis iste tacitus sufficiens est, *Marant. in prax. Judic. part. 4. distinct. 12. num. 4. in Addit. Scacc. de Sentent. & re Judic. dicta gloss. 7. quæst. 4. num. 164. cum seqq. Squillant. de privileg. Cleric. cap. 2. num. 61. Merell. lib. 3. disp. 7. cap. 2. numer. 9. Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. 10. num. 5. Carleval. de Judic. disp. 2. quæst. 8. num. 981.* & idem dicendum est in 9
delegato ad universitatem Causarum, quia iste æquiparatur Judici Ordinario, & ideo simili omninò modo prorogatur jurisdictio, quo prorogatur ordinaria, ut eleganter tradit *Carleval. de Judic. disp. 2. quæst. 8. sect. 2. num. 1164. Altimar. de nullit. tom. 1. rubr. 9. quæst. 12. num. 2. & quæst. 31. num. 47. Caldero dec. Cath. decis. 116. num. 5. lib. 3. Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 1. quæst. 3. num. 71. & 72.* & si aliquis ex 10
Doctoribus dixerit, quod etiam in ordinario Judice, vel delegato ad universitatem Causarum requiratur

con-

consensus Partium, æquivocavit equidem super textu
in *dicto cap. Statutum §. In nullo de rescript.* non ad-
vertendo, quod ipse loquitur de delegato particulari,
nempe ad particulares causas delegato, ut bene mo-
net *Carleval. de Judic. d. disp. 2, quæst. 8. num. 987.
& Marant. in prax. Judic. part. 4. distinct. 12. in
addit. num. 4,* & alii per me citati.
11 Verum prædictis non obstantibus, si vigeret in ali-
quo Territorio alieno consuetudo, quod aliquis Ju-
dex exterus posset exercere Jurisdictionem inter suos
subditos, tunc ea servanda est consuetudo, itaut abs-
que consensu etiam Judicis illius Territorii, & con-
sensu Partium, tunc posset talis Judex Forensis illam
exercere, ut notat *Jas. in L. ultim. num. 18. limit.
12. ff. de Jurisdict. Scacc. de sentent. & re judic.
gloss. 7. quæst. 4. spec. 2. numer. 171. Seraceb. tit.
quomodo in caus. mercat. proced. sit num. 10. Peregr.
de Jurisdict. ordinar. & deleg. lib. 1. num. 58. Al-
timar. de nullit. part. 1. rub. 9. quæst. 31. num. 49.*
latè *Flamin. de Rubeis cons. 69. numer. 71. & seq.
lib. 2. Card. De Luc. disc. 20. num. 13. de Jurisd.
& disc. 22. numer. 15. in Miscell. eccles. Mart. de
Jurisd. part. 4. centur. 1. cas. 64. num. 12. Menoch.
de Jurisd. lib. 3. cap. 11. in princ. Rovit. ad pragmat.
Regni Neap. tit. de Jurisdict. Judicum non turband.
pragmat. 1. num. 10. & 11.*
Hæc tamen consuetudo cum sit quid facti non ha-
12 bet locum usque quo concludenter probata non fuerit
ab eo, qui in ejus favorem illam allegat *Menoch. de
præsumpt. lib. 2. præsumpt. 8. num. 7. & cons. 122.
num. 72. & cons. 192. numer. 3. & in tract. de Ju-
risd. lib. 3. cap. 11. §. Verum cum consuetudo.*
De Consuetudine tantum hic verba facio, & non
de præscriptione Jurisdictionis, vel ejus exercitii, quia
cum de natura præscriptionis non solum sit jus ac-
13 quirere, sed illud idem ab aliis tollere, ut agendo de
differentiis inter Consuetudinem, & præscriptionem
vertentibus notat *Menoch. de Jurisdict. lib. 3. cap. 11.
§. Quod hæc, Capyc. Galeot. lib. 2. centur. 2. cap. 2.
num. 78. & 79. Add. ad decis. 20. numer. 1. cum
seqq. part. 3. recent.* & egregie *Card. De Luc. de
Jurisd. disc. 34. numer. 28. & 29.* Cumque in casu
nostro solum agatur de jure novo introducto, vel
permisso in favorem tertii exercendi Jurisdictionem in
alieno territorio, non privative quoad Principem, vel
ejus Ministros, aut Officiales, vel Judices, ideo ter-
mini præscriptionis Jurisdictionis alieni sunt à re,
de qua nos in præsens agimus.
14 Et quamvis re vera in præscriptione Jurisdictio-
nis, vel juris eam exercendi in alieno territorio, cum
sit illa magis odiosa, & exorbitans majora exigun-
tur requisita ad illam inducendam, & probandam,
præsertim titulus saltem putativus, aut dubius, vel
quomodolibet alio modo aptus ad causandam bonam
fidem in præscribente, quàm in acquisitione hujus-
modi Jurisdictionis per consuetudinem, ut videre est
penes *Ansald. de Jurisd. part. 2. tit. 4. cap. 4. nu-
mer. 9. & 10. Oliva de Foro Eccles. lib. 2. quæst. 7.*
per tot. & *Menoch. de Jurisdictione lib. 3. cap. 12.*
15 *Cortiad. decis. 7. lib. 1.* tamen quia plura etiam de
jure concurrere debent ad inducendam legitimam con-
suetudinem, ideo ea inter DD. difficilis etiam proba-
tionis reputatur *Menoch. de præs. lib. 2. præsumpt. 8.
numer. 8. & in tract. de Jurisdict. libr. 3. cap. 11.
§. Verum.*
16 Inter cætera autem requisita ad legitimè justifican-
dam hanc consuetudinem necessaria, primo, & prin-
cipaliter probanda est scientia Principis cum illius pa-
tientia *Capon. discept. 333. numer. 4. Rot. post De
Luc. de Benefic. decis. 16. & in Mantiss. de Jurisd.
decis. 3. Rot. in recent. decis. 260. part. 17. Capyc.
decis. 57.* per tot. *Menoch. de Jurisd. lib. 3. cap. 11.
§. Requiritur quinto Salgad. de reg. protect. part. 1.
cap. 1. prælud. 5. numer. 338. & 339. Rovit. ad
Pragmat. Regn. Neap. tit. de Jurisd. Judic. non tur-
band. pragmat. 1. numer. 26. Card. De Luc. de Ju-
risdict. disc. 46. num. 5. vers. attamen advertebam,*
17 & hæc est communis Sententia, quicquid dixerint
alii, & præsertim *Oliv. de For. Eccles. lib. 2. quæst.
7. nu. 19.* ut testatur in specie *Menoch. d. loc. citat.*
cum pluribus auctoritatibus ab eo laudatis: Præterea
18 hæc scientia debet esse vera, & non præsumpta, mi-
nusque sufficit Scientia Officialium, & Ministrorum
ipsius Principis, ut pariter communiter tradunt *Rot.
d. decis. 260. part. 17. & d. decis. post Card. De
Luc. Capyc. d. decis. 57.* per tot. & ibi *Add. Me-
noch. de Jurisd. lib. 3. cap. 12. §. Requiritur tertio
& seq. Cortiad. d. dec. 7. num. 45. lib. 1.* nisi ta- 19
men ageretur de consuetudine, vel præscriptione im-
memorialis temporis, quia tali casu nulla exigitur pro-
batio hujusmodi Scientiæ in Principe, ut subdit *Cor-
tiad. d. dec. 7. num. 46. & seq. & Menoch. d. loc.
mox citato*, eoque magis hæc Scientia in Principe
probari debet in casu quo prætenderetur jus exercen- 20
di jurisdictionem fuisse acquisitam in loco admodum
distanti ab Urbe, qua residet Princeps, ut observat
Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 24. num. 39.
& in puncto *in tract. de Jurisd. lib. 3. cap. 12. §.
Requiritur tertio in fin.*
Requiritur ulterius ad complendam hanc consuetu- 21
dinem cursus saltem 30. aut 40. annorum *Menoch.
de Jurisd. lib. 3. cap. 11. §. Requiritur septimo, &
seq. & cons. 545. num. 21. vers. præterea Card. De
Luc. de Jurisd. disc. 3. numer. 5. & seq.* & ut talis
temporis sit concludens, & relevans probatio, testes
super eo inducti talis ætatis esse debent, ut de toto 22
illius temporis decursu bene deponere valeant, dedu-
cta nempe ea impubertatis ætate, quia nullam de re-
bus tunc securis memoriam habere possunt *Card. De
Luc. d. disc. 7. num. 5. & 6.* Insuper deponere de- 23
bent de pacifica observantia hujusmodi exercitii Juris-
dictionis in alieno territorio, & semper uniformi pro
toto tempore dictorum 30. aut 40. annorum, quod
nempe contra eam gestum, vel dictum, aut auditum 24
in contrarium non fuerit, cum unicus tantum actus
contrarius, quinimo solus rumor ad impediendam
consuetudinis perfectionem sufficiat *Card. De Luc. d.
disc. 3. num. 6. 7. & 8. Menoch. de Jurisd. lib. 3.
cap. 11. §. Requiritur quarto, Bondon. coll. 14. nu-
mer. 141. lib. 1.* [illegible]
Major difficultas versatur quoad Delegatum à Prin- 25
cipe ad unam causam tantum, in eo scilicet, an De-
legatus ad unam causam possit extra Territorium de
solo Partium consensu absque altero consensu Judicis
Territorii alieni exercere delegatam jurisdictionem;
Aliqui enim putarunt non esse talem assensum Judi-
cis Territorii alieni necessarium, sed tantum consen-
sum Partium, *Marant. in prax. Judic. part. 6. verb.
& demum fertur sententia num 75. Scacc. de senten.
& re judic. gloss. 7. quæst. 4. spec. 2. num. 190. Scia-
loya de for. compet. cap. 12. num. 53. in fin. & nu-
mer. 65.* sed rectius improbatis *Scacc. & Marant.*
per easdem rationes, quæ militant, tam in ordi-
nariis, quam in Delegatis ad universitatem Causa-
rum, tenuerunt *Antonel. de loc. legal. lib. 2. cap. 1.
quæst. 2. num. 45. vers. sed contrarium, & quæst. 3.
numer. 70. Altimar. de nullit. rubr. 9. quæst. 31.
numer. 46.*
Advertendum est, quod hæc procedunt, in casu, 26
quo data fuisset alicui in suo proprio Territorio à
Principe jurisdictio, sive ordinaria, sive delegata, &
sic ageretur tantum de prorogatione ejusdem jurisdi-
ctionis de loco Territorii ejusdem Delegantis ad Ter- 27
ritorium alieni Principis, sed in casu, quo per Prin-
cipem data fuisset alicui existenti extra suum Territo-
rium jurisdictio, alia quæstio est, in qua nonnulli te-
nuerunt, quod Princeps nemini degenti in alieno Ter-
ritorio potest jurisdictionem concedere, vel delegare,
quia Jurisdictio non potest conferri in locum, ubi 28
Princeps nullum habet imperium *Georg. Obrecht. de
Jurisdict. lib. 4. cap. 4. num. 13.* quem refert *Scia-
loya de for. compet. cap. 2. num. 67. & cap. 12. nu-
mer. 61. in med.*
Verum quod Princeps, sive Judex de Jure valeat
alteri etiam degenti in alieno, sive extero Territorio 29
jurisdictionem suam dare, aut delegare, rectius fir-
marunt *Marant. in prax. Judic. part. 6. verb. &
demum fertur sententia numer. 75.* quem sequuntur
(reprobato dicto *Georg. Obrecht*) *Scialoya de for.
compet. d. cap. 2. num. 67. & d. cap. 12. num. 65.
Scacc. de sentent. & re judic. gloss. 7. quæst. 4. spec.
2. numer. 190. Antonel. de loc. legal. lib. 2. cap. 1.
num. 43. & num. 69. & 70.* & ratio est, quia eo
ipso, quod Princeps tantum mandat, seu delegat ju- 30
risdictio-

risdictionem alicui extra suum Territorium; non di-
citur exercere imperium extra suum Territorium, quia
actus concessionis jurisdictionis, quæ fit alicui Per-
sonæ, tribuitur potius naturæ voluntarii contractus,
qui sequitur inter Principem concedentem, & Perso-
31 nam recipientem jurisdictionem, nam delegatio, seu
mandatum jurisdictionis non fit nisi volenti, secus
dicendum si Princeps vellet in alieno Territorio Ju-
dicem dare, & simul eum invitum cogere ad judi-
candum inter Partes, aut subditos suos forte com-
morantes in eodem alieno Territorio, quia tunc di-
ceretur imperium in alieno Territorio exercere, quod
minimè ei de Jure permittitur, ut hæc omnia doctè
de more suo tradit *Joan. Anton. Bellon. de mandat.
Jurisdict. cap. 1. quæst. 5. num. 5. num. 18. 19. & 20.
& cap. 7. quæst. 1. numer. 14. 15. cum seq. & cap. 8.
quæst. 2. num. 126. & seq.*

32 Præmittendum ulterius est, quod Judex sive Dele-
gatus, sive Ordinarius alicujus Principis, licet co-
gnoscat, & judicet in alieno Territorio inter subdi-
tos sui Principis, servare debet in Decisoriis Statuta
sui Principis, in Ordinatoriis vero Statuta Territo-
rii, ubi jurisdictionem exercet *Roland. à Valle cons.
48. lib. 3. cap. 22. num. 54. Sperell. decis. 85. num. 85.
num. 5 & seq.*

33 Ex his ita præmissis infero primo ad materiam,
quam agimus, quod Consules à Principibus alienis
in Provincias, seu oras Maritimas alterius Principis
missi ad ibi residendum, regendum, protegendumque
subditos suos ibi existentes, eorumque res, & nego-
tia, nec non ad cognoscendum, & judicandum eo-
rum Causas, licet possint omne auxilium, & prote-
ctionem eis præstare, quia hæc non sunt actus ju-
risdictionis, nullam tamen possunt exercere jurisdi-
ctionem, nisi accedat consensus Principis illius loci,
in quo ipsi residere debent, ut per auctoritates supra
allatas *sub num.* 5. firmavimus, & in puncto Con-
sulum Nationis exteræ *Mastrill. de Magistrat. tom. 1.
lib. 3. cap. 4. num. 155.*

Et quamvis ibi dixerim etiam assensum Partium
requiri, quando Judex, sive Delegatus, sive Ordina-
rius judicat in alieno Territorio, tamen id procedit,
34 quando agitur de Judice simpliciter dato à Principe
inter suos subditos, nam sicut ipse in tali casu in-
telligitur datus, ut judicet in suo proprio Territorio,
& non extra, nisi ex consensu partium prorogare-
tur illius jurisdictio extra Territorium, ideo si vellet
judicare in alieno Territorio, requiritur partium con-
sensus, ut etiam valeat extra Territorium inter eas
judicare, & ita est sensus omnium Doctorum agen-
tium de prorogatione hujusmodi Jurisdictionis, secus
35 vero quando per Principem exterum datur expresse
Judex, qui debeat judicare extra Territorium suum,
ut isti Consules, nam tunc inviti etiam cogi possunt
subditi à suo Principe ad subeundum Judicium cum
suis Consulibus, dummodo accedat consensus Prin-
cipis Loci.

Neque obstant nonnulli ex Doctoribus, qui tenue-
runt, quod isti Consules admissi à Principe Territo-
36 rii, ubi resident, & de cujus assensu exercent juris-
dictionem inter suos Nationales, dicantur habere ta-
lem jurisdictionem à Principe loci, & non ab eorum
proprio Principe, à quo missi sunt, ut tradit *Ma-
strill. de Magistrat. tom. 1 lib. 3. cap. 4. num. 155.* &
ante eum *Afflict. ad Constitut. Regni in Constit. com
satis num. 8. Scacc. de sent. & re Judic. gloss. 7. quæst.
4. spec. 2. num. 168.* sed in hoc loquuti sunt impro-
prie, vel erronee, quia Princeps loci per talem ejus
Consensum vere nil aliud agere intendit nisi tollere
Consulibus Nationis exteræ impedimentum exercitii
eorum Jurisdictionis, quam habent in potentia, ut
eam reducere valeant ad actum in suo Territorio;
Quo impedimento ita per Judicem loci illis sublato
actus per consequens seu exercitium Jurisdictionis eo-
rundem Consulum non potest quidem attribui Juris-
37 dictioni Principis loci, sed eorum propriæ Jurisdictio-
ni, quæ fuit eis per proprium suum Principem exte-
rum concessa, ut sensibus patet, nec non ex iis, quæ
doctè, egregièque tradit ad propositum *Carleval. de
Judiciis disput. 2. quæst. 8. sect. 2. numer. 1146. junctis
num. 1148. & seqq. Cresp. Valdaur. observat. 15. n. 81.*
& similiter in aliis prorogationibus de loco Judicis
ad locum alieni Territorii, in quibus nedum requi-
ritur consensus Judicis loci, sed etiam litigantium, re
vera DD. omnes admittunt, quod hujusmodi Jurisdi-
ctio exteri Judicis prorogata per consensum Judicis
loci, & partium extra suum territorium non sit di-
versa, sed semper eadem Jurisdictio, quam habet Ju-
dex forensis in suo proprio Territorio, ac si ille in
suo proprio Territorio judicaret, ut latè firmat *Car-
leval. de Judic. disput. 2. quæst. 8. sect. 1. numer. 972.
cum seqq. Scialoja de foro compet. cap. 12. num. 57.* &
alii supra citati; Quamobrem ad evidentiam patet Ju-
risdictionem in potentia, quæ postea reducitur ad
actum, non esse, nisi Jurisdictionem, quam habet à
proprio Principe ipse Judex forensis, & sic consensus
Judicis loci, & partium nihil aliud operari, quam
tollere ei impedimentum, ut eam possit ad actum
reducere.

Propositio verò *Afflict., Mastrill., & Scacc.* pro- 38
cedere rectè potest in casu, quo Consules electi sim-
pliciter fuissent à suo Principe absque ulla jurisdictio-
ne, sed ad auxilium, vel protectionem tantum præ-
standam suis subditis in loco alieno degentibus, nam
si patitur Princeps eos exercere jurisdictionem, tunc
talem jurisdictionem vere dicuntur habere à Principe
loci, & non à Principe extero, qui illos elegit, per
ea, quæ ad alium propositum ponderant *Marian.
Soccin. in cap. significasti 18. sub num. 35. quæst. 7. &
de for. compet. Scacc. de senten. & re judic. gloss. 7.
quæst. 4. spec. 2. num. 168.*

Qui tamen casus ad praxim raro hodie est redu-
cibilis, quia de consuetudine universali Consules isti 39
Nationum, licet simpliciter electi ab eorum Princi-
pe, intelliguntur semper electi nedum ad guberman-
dum, auxiliumque, & protectionem præstandam suis
Subditis in alienis Territoriis, vel oris maritimis de-
gentibus, verum etiam uti Judices ad eorum causas
decidendas, ut observat *Targ. ponderat. maritim. cap.
96. per tot. Cumia ad ritus M. C. Regni Siciliæ cap.
92. num. 1.*

Vel procedere potest in casu, quo Princeps loci im-
pediret Consulibus propriam jurisdictionem exercere, 40
sed vellet eis suam conferre, cum qua judicare de-
beant causas Personarum suæ Nationis, ut servatur
Genuæ, ubi per Serenissimum Senatum illius Reipu-
blicæ conceditur aliquibus Consulibus Nationis exte-
ræ facultas per viam delegationis cognoscendi, & ju- 41
dicandi omnes causas inter suos Nationales vertentes,
& ubi unus ex suis Nationalibus esset reus, cum hac
tamen conditione, quod utantur de Notario, Actua-
rio, & executoribus Januensibus, & similiter in Re-
gno Neapoli similis facultas concessa fuit per Regem
Federicum, & postea per C. M. etiam privativè 42
quoad alios Judices Neapolitanos omnibus Consuli-
bus exterarum Nationum, & præsertim Ragusæorum,
ut videre est penes *Reverter. decis. 526. per tot. &
Franch. decis. 723. per tot. Carleval. de judic. lib. 1.
disp. 2. quæst. 6. sect. 8. numer. 694.* & ipsummet
Mastrill. de Magistrat. tom. 1. lib. 3. cap. 4. n. 154.

Quo vero ad Consules Gallicæ Nationis hoc unum
ad exemplum omnium advertere debeo, quod Rex
ille invictissimus Ludovicus XIV. gloriosissimæ re-
cordationis, quem extrema cum veneratione, & hu-
millimo cordis affectu in persona nunc ejus Prone-
potis gloriosissimè Imperantis prosequi debeo, nedum
ob nobile, præclarumque jus Civitatis Parisiensis mi-
hi in persona Patris mei elargitum, verum etiam ob
insignes Præfecturas, pluriumque Civitatum præser-
tim Attrebati administrationes, aliosque honores ei-
dem collatos, ut ex diplomate S. M. Christ. diei 28.
Aprilis 1661. in Regias Parisiensis Parlamenti tabu-
las relato, nec non ex altero Motu proprio ejusdem
S. Christ. M. diei 11. Maji prædicti anni, ac aliis
etiam Literis Patentibus diei 27. Aprilis annis 1662.
Quo verò, inquam, ad Consules Gallicæ Nationis
Rex ille invictissimus in suo Codice Ludoviciano,
cujus titulus, *Ordonnance des Louis XIV. anni 1681.
touchant la Marine tit. 9. de Consul. de la Nation
François dans les Pais etrangers article XII.* pruden- 43
tissime, & justissimè statuit, quoad punctum jurisdi-
ctionis, quod illius Consules in Civitatibus, seu oris
maritimis aliorum Principum degentes, nulla alia ju-
risdictione eos potiri debere, quam ea, quæ secundum
consue-

consuetudinem loci, in quo resident, eis haberi da-
tur, vel ea, quam juxta Capitulationes initas per Sa-
cram Majestatem eorum Regis cum Principibus alio-
rum locorum, ubi resident, gaudere debent.

Sciendum pariter est, quod hujusmodi Consules
44 tenentur cognoscere, & judicare causas eorum Na-
tionalium quoad decisoria secundum eorum propria
statuta, & mores, ut punctualiter docet *Cumia ad
Rit. M. C. Sicilia cap. 92. num. 1. Mastril. de Ma-*
45 *gistrat. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 153.* secus in or-
dinatoriis, in quibus debent servari statuta, & con-
suetudines locorum, ubi judicium, vel lis agitur jux-
ta authoritates supra citatas sub *num. 32.*

Item hujusmodi Consules regulariter habere juris-
46 dictionem cumulativam cum aliis Judicibus ordina-
riis locorum, ut omissis generaliter loquentibus, pun-
ctim notant *Cumia loc. cit. num. 3. 4. 5. 6. & seq. &
Stracch. de Mercat. tit. quomodo in caus. Mercat. pro-
ced. sit num. 7. cum seqq. Olev. de For. Eccl. part. 3.
quæst. 13. num. 31. vers. sed contrarium* ubi etiam sub-
dunt ipsosmet Consules Judicibus Ordinariis locorum
subjectos esse, nisi tamen per Principes locorum con-
cessa; vel permissa, aut prorogata fuerit jurisdictio
47 privativè quoad alios Judices Ordinarios, ut in ca-
sibus, de quibus *Reverter. d. decis. 326. per tot.* & ibi
*Addentes, & Carlev. de Judic. lib. 1. disp. 2. quæst.
6. num. 694.*

Pro ultimo maximè scire refert an hujusmodi Con-
sules habeant in cognoscendo, & judicando causas
suorum Nationalium jurisdictionem ab eorum pro-
48 prio Principe, aut à Principe locorum, ubi resident,
juxta ea quæ supra notavimus in hoc puncto, quia
si habent jurisdictionem ab eorum proprio Principe
prorogatam in Territorio Principis Locorum, ubi re-
sident, tunc appellatio, vel recursus datur ab eorum
49 sententiis ad eumdem proprium eorum Principem,
vel ejus Tribunalia; Secus si haberent talem jurisdi-
ctionem à Principe locorum, quia tunc appellatio,
vel recursus haberi debet ad Principes locorum, vel
eorum Tribunalia ex notis juribus, &c.

A R G U M E N T U M.

Actio redhibitoria competit emptori contra Venditorem, & contra mandatarium actio ad interesse; si merces venditæ, vel emptæ non sint bonitatis, seu qualitatis promissæ in Contractu, quamvis in eis non adsit aliquid positivum vitium, seu defectus.

In Peritorum electione, & relatione, quæ requirantur ad effectum, ut eorum electio, seu relatio sit legitima.

Identitas Mercium ex quibus probetur, & excludatur.

Mercatores censentur approbasse Negotium gestum ab eorum Correspondoribus, seu mandatariis, quando tacuerunt, & non reclamaverunt; & quando requiratur necne ultra taciturnitatem aliquis actus positivus, & quod tempus necessarium sit ad inducendam approbationem ex tali taciturnitate.

Jus quæsitum Mandatariis ex taciturnitate mandantium, an tolli possit per subsequentem eorum contradictionem.

Judex an, & quando possit ex notitiis extrajudicialibus judicare.

S U M M A R I U M.

1 *Actio redhibitoria competit emptori contra venditorem, etiam pro rebus mobilibus, seu mercibus vitiosis.*

Amplia etiam contra Mercatorem merces minus bonas vendentem, num. 2. & num. 3.

4 *Actio ad interesse datur contra Mandatarium, si emit merces minus bonas, vel si eas perperam vendit contra mentem mandantis, ut damnum ei Mandatarius reficiat, & n. 5.*

6 *Actio redhibitoria, & actio ad interesse conceditur, si merces non sunt bonitatis, seu saporis, & odoris, seu qualitatis in contractu promissæ, quamvis in eis non adsit aliquod vitium, seu defectus, & num. 7. 8. 9.*

Vel quando res empta deservire non valet ad usum volitum per emptorem num. 10.

11 *Periti debent eligi à Judice, alias eorum relatio non attenditur.*

Non tamen eligi debent extrajudicialiter, nec ad unius tantum partis requisitionem n. 18.

Et debet constare, quod ipsi sint in arte periti num. 13.

Et eligendi sunt de partium consensu, vel ex eorum confidentibus num. 14.

12 *Simplex assertio Notarii non probat.*

15 *Citatio requiritur in electione Peritorum.*

16 *Relatio Peritorum facta ad instantiam tantum unius partis, altera non citata, non valet.*

17 *Identitas mercium ex quibus probetur, & numer. 25.*

Et ex quibus excludatur ibidem, & num. 22. & num. 26.

19 *Verba* non tanto fino *non excludunt positivam mercium bonitatem.*

20 *Dictio* qualche *verificatur etiam in uno.*

21 *Vitium, seu defectus proveniens ex natura negotii non est attendendus.*

23 *Identitas in rebus mobilibus, & forma communis non præsumitur, sed pluralitas.*

Et quando pluralitas non præsumatur, sed debeat ab allegante probari num. 24.

25 *Marcum, seu signum probat mercium identitatem.*

Fallit si persona, penes quam reperiuntur sarcina signata, esset suspecta num. 26.

27 *Recognitio Peritorum quando non relevet.*

28 *Mercatores censentur approbasse Negotium à suis correspondalibus gestum, licet excesserint fines mandati, quando tacuerunt, & non reclamaverunt; modo ultra taciturnitatem aliquis actus positivus concurrat.*

Et contra istam approbationem non potest allegari error juris, neque facti in contrarium, num. 31. in fin.

29 *Mercium transmissio, quamvis reperta fuerint deteriores, approbata dicitur per Mercatorem, statim ac ille sine ulla reclamatione eas recepit.*

30 *Ad approbationem inducendam sufficit taciturnitas diuturnitati temporis conjuncta, licet nullus actus positivus interveniat.*

Quinimo ubi agitur de utilitate publica, seu libertate, prout in commercio, sola taciturnitas sufficit absque aliquo actu positivo, ac temporis diuturnitate num. 31.

32 *Scientia præsumitur, quando ignorantia est inverisimilis.*

33 *Paria sunt scire, & nolle scire, vel scire debere.*

34 *Mercatores solliciti sunt in indagandis eorum Negotiis.*

35 *Mercator an teneatur subito contradicere Negotio per suum correspondentem gesto ad effectum, ne dicatur illud approbasse, vel quanto tempore expectare debeat num. 36.*

37 *Scientia requiritur in ratificante pro inducenda tacita approbatione ex non facta reclamatione, & intra quod tempus hæc scientia præsumatur.*

38 *Mercator qui tarde reclamat contra factum, aut excessum sui mandatarii, vel Correspondoris nihil agit, quia ex præterita taciturnitate jus illi jam quæsitum est, quod per subsequentem contradictionem amplius tolli nequit, & num. 39.*

40 *De Consuetudine Mercatorum exigitur, quod Correspondales citò sciant à Mandante an negotium pro eo gestum acceptet ad effectum sibi consulendi in casu contradictionis.*

41 *Culpa redargui non potest Mandatarius, si secutus sit fidem publicorum Ministrorum.*

Et si in Negotio sui Principalis operatus sit eodem modo, quo operatus est in Negotio proprio num. 42.

Et

Et secundum Stilum Mercatorum num. 43.

44 *Mandatarius non tenetur plus agere, quam quod ab aliis Mercatoribus in loco, ubi exequitur mandatum, observatum est.*

45 *Mandatum datum à Mercatore interpretatur ad modum ordinarium, & non extraordinarium illud exequendi.*

Et de ratione num. 51.

46 *Nova Peritorum recognitio non conceditur quando petita est ad protrahendum tantum Judicium.*

47 *Judex expectare non debet probationem quando credit, quod petita probatio fieri non possit.*

48 *Judex ad evitandas lites, & vanos circuitus moveri potest etiam ex certis, licet extrajudicialibus notitiis.*

Præcipue quando non totaliter judicatur ex notitia extrajuditiali, sed etiam ex aliquo facto, de quo constat ex processu num. 50.

49 *Quod præcipue procedit in Judicibus superioribus, & Consiliariis Justitiæ Principis.*

Liburnen. seu Januen. Sarcinarum Carthæ.

DECISIO AUTHORIS,
ET
DISCURSUS CLXXVI.

EX mandato DD. Joannis Mariæ, & Antonii de Roveretis Mercatorum Januen. centum octoginta quinque Carthæ Sarcinas ab Appaltatoribus hojus Florentini Dominii de Anno 1724. die 25. Augusti emit D. Joannes Philippus Huygens Liburnen. Mercator, easque ad Gades cum Navi Gallica nuncupata *la Galea* Magistri D. Antonii Lauré ad manus D. Nicolai Remondini illic commorantis, & Correspondsotis eorumdem DD. Mandatorum transmisit.

Pariserque sub eodem anno de mense Decembris alias de illorum ordine Sarcina 152. ejusdem Carthæ cum altera Navi Anglica D. Magistri Josephi Cornisch ad eundem D. Remondinum direxit.

Post anni, pluriumque mensium intercapeditem à die qua in Gaditana Dohana per D. Capitaneum, seu Magistrum dictæ Navis Gallicæ fuit consignata Dom. Remondiño prædicta prima partita centum octoginta quinque Sarcinarum Carthæ, DD. de Roveretis medio eorum Procuratoris adversus D. Huygens, in Liburnensi Curia Libellum porrexerunt, quo enarrata mala qualitate Carthæ, tam primæ, quàm secundæ partitæ, vel immodica illius difformitate à folio pro specimine vulgo *mostra* à dicto Huygens sibi transmisso, juxta quod contractatæ fuerunt omnes dictæ Carthæ Sarcinæ, petierunt, ut condemnaretur dictus D. Huygens pro quanto minoris valent omnes dictæ Sarcinæ Carthæ attenta illius inferiori qualitate. In quo primo Judicio prodiit Sententia absolutoria ad favorem dicti D. Huygens, quæ postmodum in altero appellationis Nobis devoluto per Nos confirmata fuit.

1 Quamvis enim in hac causa plures cumularentur
ab Informantibus pro Dominis Actoribus conclusiones, quod nempè pro rebus mobilibus, seu mercibus vitiosis competat etiam emptori contra venditorem actio redhibitoria, vel quanto minoris, *Cepoll. in l. 1. in princ. & numer. 4. 5. ff. de ædil. edict. Fabian. de Mont. quæst. 6. princip. numer. 75. Trentacinque var. lib. 3. de empt. resol. 11. num. 1. Capon. controv. 37. num. 13. 14. Balducc. ad Ramon. observ. 84. num. 55. Hermosill. ad LL. Hispan. in L. 65. gloss. 1. num. 2. tom. 2. Paulut. differt. 55. art. 1. num. 70. & art. 3. num. 70. Rot. coram Millin. decis.* 180. *num.* 1. repetita *post 2. volum. Farinac. decis.* 136. latè *Palm. al-*
2 *leg. 3. num. 1. & seq.* & in terminis, quod illa detur contra Mercatorem merces minus bonas vendentem, *Gomez var. lib. 2. cap. 2. sub num. 48. vers. item si quis vendat pannos*, & ibi *Add. Vespignan. de empt. & vendit. consult. 6. num. 3.* latè *Paulut. differt. 55. art. 3. num. 72. Rota Romana decis. 612. num. 1. part. 19. rec. & post Paulut. dicta differt. 55. art. 6. decis. unic. num. 1. & 2.* & magis in punctualibus terminis contra eum qui vendidit merces deteriores
illis, quas emptori indicaverat, aut vendidit merces 3
in aliquo sacco, vel Capsa positas, ponendo in summo sacci, vel Capsæ merces bonas, & in imo malas, aut bonas cum inferioribus permixtas, *Joan. Hevia lib. 1. de commerc. Terrest. cap. 12. num. 20. 21.*
vel actio ad interesse contra mandatarium, qui emit 4
merces vitiosas, aut minus bonas, vel vilioris qualitatis contra ordinem, & mentem mandantis, prout est casus noster, ut damnum per Mandatarium reficiatur, *Card. De Luc. de locat. disc. 12. num. 3. Paulut. dicta differt. 55. art. 4. numer. 67. 68. 69. & seq. Ansald. de commerc. disc. 48. num. 2. Joan. de Hevia lib. 1. cap. 12. num. 18. & seq.* prout similiter eadem 5
actio ad interesse mandanti datur contra mandatarium ad vendendum illius merces, si perperam, & contra mandatum idem mandatarius eas vendiderit, vel alienaverit *Rot. Januen. de Mercat. decis. 9. num. 4. 5. 6. & seq.*

Neque, ut locum habeant hujusmodi actiones, re- 6
quiritur, quod in mercibus venditis adsit aliquod vitium, siva aliquis positivus defectus, sed sufficit in qualitate, seu bonitate, aut perfectione in contractu promissa alicujus gradus defectus, *Bald. in L. si prædium num. 12. Cod. de evictiion. Fab. de Monte quæst. 6. princip. numer. 57. vers. item redhibetur Paris. cons. 78. num. 10. 11. lib. 3. Mangil. de evict. quæst. 25. num. 13. & quæst. 26. numer. 1. Paulut. d. differt. 55. art. 1. num. 48. in fin. & art. 4. num. 166. 167. 168. Palm. allegat. 9. num. 7.* quæ qualitas, seu bonitas, 7
aut perfectio juxta respectiva rerum, aut mercium genera, considerari etiam debet, quoad saporem, odorem, sonum, colorem, novitatem, raritatem, & hujusmodi, ut latè, docteque tradit *Possidon. de empt. lib. 3. dub. 9. & 10.* & generaliter, quod sufficiat rem 8
venditam non esse illius præcisæ qualitatis, vel bonitatis, quæ fuit promissa, tradunt *Paris. cons. 78. numer. 10. & 11. lib. 3. Cyriac. controv. 55. numer. 61. Palm. d. allegat. 9. nu. 7. in fin.* quem sequitur *Balducc. ad Ramon. d. observ. 84. numer.* 52. vel aliquid
adesse, vel abesse in mercibus venditis contra id, quod 9
emptori venditor affirmaverit *Hermosill. ad LL. Hispan. tit. 5. part. 5. l. 66. num.* 30. vel tandem, quod contra ementis voluntatem res empta deservire non va- 10
leret ad usum per eum volitum, vel destinatum *Rot. Roman. coram Molin. decis. 180. num. 1. & Hermosill.* loco citato.

Attamen prædicta omnia, tanquam penitus irrelevantia, in nulla habuimus consideratione, quoniam non constabat in casu nostro, quod qualitas dictæ Carthæ esset inferior altera qualitate foliorum Carthæ, quæ pro specimine fuerunt per Dom. Huygens ad DD. de Roveretis transmissa, nisi per quandam duorum Proxenetarum Petitiam ex pluribus substantialibus defectibus nullam, & informem; Et primo 11
quia non apparebat de eorum electione à Judice facta, ut est necessarium *Pacion. de Locat. cap. 34. §. 5. num. 4. De Luc. ad Gratian. discept. 228. num. 4. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 8. num. 128. Rot. Rom. coram Emerix Jun. dec. 40. num. 10.*

Et licet Notarius, in eodem actu recipiendæ relationis dictorum Peritorum, asserat, eos fuisse à Judice electos, id tamen nihil relevat, quia cum sola No- 12
tarii assertio, vel simplex fides de jure non probet, nullatenus ei est deferendum, ut punctualiter notant *Staiban. resol. 114. num. 8. & Rot. cor. Gregor. XV. decis. 177. num. 6. Rot. divers. part. 2. decis. 285. & part. 5. rec. decis. 289. sub numer. 6. & coram Pinn. dec. 361. num. 5. & coram Cavaler. dec. 322. num. 3. & dec. 609. num. 4. coram Merlin. dec. 137. num. 3. & coram Buratt. dec. 95. in addit. num. 8. Card. De Luc. de Cens. disc. 5. num. 3.*

Secundo quia ne quidem constabat dictos Proxe- 13
netas esse in arte Peritos *Sper. dec. 178. num. 12. Sabell. in verbo Periti num. 1.*

Tertio quia non fuerunt electi de Partium consensu, vel 14
ex eorum confidentibus, ut per textum in *L. hac edictali §. His illud. C. de secund. nupt.* firmant *Rot. cor. Coccin. dec. 1835. n. 11. & Rot. part. 2. rec. dec. 531. n. 1. & post Paulut. differt. 29. dec. unic. n. 7. & coram Cerro dec. 448. num. 3. 4. & coram Emerix Jun. dec. 445. num. 5. Cyriac. contr. 395. num. 22. Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 197. numer. 28. 29. & 44. cum seq.*

Quarto

Quarto quia dicti asserti Periti sine citatione dicti
15 D. Huygens, vel legitimæ personæ pro eo deputatæ, fuerunt electi *Ridolph. in prax. part. 1. cap. 8. n. 128. Rot. coram Cerro decis. 448. num. 3. 4. Cyriac. d. contr. 395. num. 25. & seq. & Rota coram Emerix Jun. dec. 445. num. 5. & coram Dunozett. Jun. dec. 196. nu. 1. & coram Benincasa decis. 266. num. 1. Baron. de citat. quæst. 16. in addit. numer. 130. & 142. tom. 2. Sperel. decis. 54. De Luc. ad Gratian. cap. 228. num. 5. Pacion. de Locat. cap. 24. §. 5. numer. 21. & 74. Ansald. de commerc. disc. 35. num. 25.*

Quintò denique quia subsequens dictorum Proxenetarum relatio facta fuit ad instantiam tantum D. Re-
16 mondini numquam citata, ac inaudita altera Parte, *Rota coram Emerix Jun. dec. 40. nu. fin. & dec. 1362. num. 12. & coram Peutinger. dec. 47. nu. 5. & coram Corcin. dec. 1835. num. 11. Sabell. in summ. verbo Periti num. 3. in fin. Baron. de citat. quæst. 16. in addit. num. 14. tom. 2. Sperell. dec. 54. num..*

Non constabat ulterius, quod plagula illa Carthæ, cum qua Periti prædicti fecerunt comparationem dictæ controversæ Carthæ, esset de illis duobus quinquefoliis à D. Huygens pro specimine transmissis dictis DD. de Roveretis, neque comparationem sequutam fuisse cum omnibus Carthæ sarcinis ascendentibus ad numerum usque 337., sed cum duodecim tantum sarcinis ex singula partita, de quarum pariter identitate nequidem in facto apparebat.

Et quamvis admitterem hanc identitatem mercium, mobilium, ac etiam pecuniarum probari posse ex conjecturis, & indiciis, nempe ex signis, seu Marchis,
17 juncta brevitate temporis, ex qualitate personarum, Libris Dohanæ, vel aliis juxta subjectam materiam Judicis animum captivantibus, ut firmavi in meo *disc. 43. numer. 47. & in addit. numer. 53. & disc. 74. de Commerc.* cui addo *Palm. allegat. 13. num. 4. & seq. & per tot. Castald. consult. 93. num. 7. & seq. Rot. coram Cels. decis. 340. per tot. Rota penes Bertath. vot. 98. per tot.* repetita *post Albit. de inconstant. in Judic. decis. 63. Cyriac. contrlandu. 299. numer. 7. 8.* optimè *Rota decis. 186. num. 10. part. 20. recent. & D. Audit. de Comitibus decis. 75. numer. 26.* cum pluribus ibi citatis *tom. 2. Rot. coram Cerr. decis. 17. num. 6. 7.* plenè *Gratian. discept. forens. cap. 897. per tot.* latè *Staiban. resol. 196. numer. 20. cum seq. Rot. decis. 91. num. 4. & seq. part. 19. rec.*

Nihilo tamen minus DD. de Roveretis id suffragari nullatenus posse ratus fui, nam potius ex circumstantiis in casu nostro concurrentibus nonnulla oriuntur indicia, aut conjecturalia argumenta, ob quæ de harum sarcinarum identitate admodum suspicari valet.

Et primùm, quia D. Remondinus domi suæ, sive in ejus mercatorio promptuario omnes dictas Carthæ Sarcinas à publica Regia Dohana extractas per diuturnum temporis intervallum in ejus omnimodam potestatem, & arbitrium retinuit, cum quo eas aperiendi, carthamque variandi, cumque alia commiscendi, & quicquid ei libuerit faciendi, aliasque sarcinas cum iisdem involucris exterius signatis reficiendi, moram, commodumque simul facile habuit.

Secundo, quia neque D. Remondinus, neque dicti DD. de Roveretis, quoad primam Carthæ partitam numquam ante litem motam, & quoad secundam per aliquod non parvum temporis spatium dicto D. Huygens de mala illius qualitate querimoniam detulerunt.

Tertio quia idem D. Remondinus varius in suis dictis, & depositionibus reperitur, nam in quodam asserto capitulo ejus literæ diei 17. Septembris anni 1725. missæ DD. Roveretis suis Principalibus scripsit circa secundam partitam dictæ Carthæ, illam nimium malæ qualitatis repetiisse „ ibi „ *E mi dispiace, che non lo* „ *potrò conseguire à prezzo alcuno per la qualità tanto* „ *mala* „ Postmodum in prima ejus scriptura diei 20. Aprilis ejusdem anni penes unum ex Actuariis Gaditanæ Curiæ mutata omnimodo loquendi phrasi non amplius asseruit eam, ut antea, esse nimium malæ qualitatis, sed paululum ordinariam „ ibi „ *Un poco or-* „ *dinaria, e le risme disuguali, come anche le mar-* „ *che, e la maggior parte delli quadernetti di dentro* „ *rotti nel mezzo, e nelli lati* „ In altera vero die 25. Septembris ejusdem anni, circa eandemmet Cartham à se inspectam, valdè diversimode deponit per hæc verba “ *E andando a riceverla, ed a confrontare le mostre colla detta Carta, si ritrovarono due de' detti Balloni con avaria, ed oltre di queste erano molte differenti, e lontani in bontà dalla qualità delle mostre* “ & per eadem ferè verba incontinenti eamdem fidem per suum familiarem mediatorem Radam Orenam, à semetipso proprio tantùm motu in Peritum electum, fieri curavit.

Quarto quia ex altera relatione, quamvis nulla, & informi, ut supra vidimus, duorum Proxenetarum in Peritos electorum nequidem constat dictam Cartham fuisse tam longè inferioris, & diversæ qualitatis ab ea Carthæ plagula pro specimine ejusdem Peritis à Dom. Remondino allata, quinimò dicti Periti (& si juxta cor & votum Domini Remondini electi, ut
supponitur, cum fuerint extrajudicialiter ad illius tan- 18
tum requisitionem à Judice dati, prout advertit *Ansald. de commerc. discurs. 35. numer. 25.*) nihil de mala qualitate dictæ Carthæ ausi sunt affirmare in eorum relatione, quod est multum notabile, sed solum deponunt paulominus eam differre in perfectione à plagula illa Carthæ, quæ fuit pro specimine eis tradita “ ibi “ *Si fecero chiamare delli travagliatori quali potessero andare a slegare, e disfare detti Balloni, ed in vero vennero due Uomini, quali, conforme gli fu comandato, tirorno fuori da diverse parti, e siti fino al numero di dodici Balloni, d' ognuna di dette marche, ognuno de' quali fu disfatto, e riconosciuto dalli suddetti Don Raimondo Geraldino, e Don Gio: Arias risma per risma, e vi trovarono, che nessuno era tanto fino, e nè meno della marca ch' era quelle della mostra,* “ quæ verba “ *tanto fino* “ certum est, non excludere
positivam bonitatem, sed eum perfectionis gradum, 19
quem habebat altera philyra Carthæ in specimen allata, ut in puncto tradit *Giovagnon. consultat. 43. numer. 61.*

Neque in nihilo relevat, quod in eadem relatione dicatur, quod marcum Carthæ Sarcinarum erat diversum ab altero, quo erat signata speciminis pagina, cum qua facta fuerat per Peritos comparatio, necnon amplius per eos addatur, quod aliqua Sarcina Carthæ erat in angulis damnificata, & commixta cum alia Cartha magis ordinaria, ita ut nulla Carthæ strues, vulgo *risma* “ reperta fuerit ejusdem qualitatis “ ibi “ *E nè meno della marca, ch' era quello della mostra, ec. e se ne ritrovò anche qualche Ballone, ch' era con molta avaria sopra li canti, e tutto frammischiate con carta più ordinaria, di maniera che non si ritrovò risma, di quante se ne visitorono, e registrorono, che fosse di una sola qualità.* “

Quandoquidem, (præterquamquod Periti loquuntur de aliqua tantum sarcina “ ibi “ *qualche Ballo-*
ne. “ quod verificari potest etiam in uno *Giovagnon.* 20
consultat. 44. numer. 6.) omnia prædicta per eos relata nihil omnino influere possunt ad intentionem DD. de Roveretis, quia citra etiam aliquam culpam, vel fraudem DD. Appaltatorum, & indiligentiam D. Huygens partim poterant esse vera, & partim ita re verà esse debebant, juxta naturam talis negotii; Quæ enim poterant esse vera, sunt diversitas marcorum, & damnum, seu vulgo *molta avaria* repertum in angulis alicujus Sarcinæ; Nam prima nempe diversitas marcorum, procedere potuit ex diversitate ædificiorum dictæ Carthæ, cum per unumquodque ædificium construitur Cartha cum marco diverso ab altero, ut ita semper recognosci valeant quales fuerint Carthæ Fabricatores; & per consequens nil relevare debet, quod sarcinarum recognitarum Cartha fuerit potius diversi marci ab altera speciminis; Nam bene dari potuit, quod duo quinquefolia pro specimine transmissa dictis Dominis de Roveretis essent unius Fabricæ, & paucæ Sarcinæ illæ recognitæ per Peritos, essent aliarum Fabricarum; Et tamen tota Cartha, licet diversorum marcorum, fuisset ejusdem bonæ qualitatis.

Quo vero ad damnum, sive *avariam*, id procedere potuit ab itinere maris, prout revera ita est, & prout ipsimet DD. Remondinus, & Rada mediator deponunt, quod nempè aliquæ Sarcinæ per iter maris aliquod damnum, seu avariam super angulis passæ fuerant, ut videbitur ex tenore eorum attestationum mox infra referendo.

Circa verò alium defectum, qui re vera inesse debebat, illa est, quod Cartha commixta erat cum alia magis ordinaria, quoniam de natura talis negotii in singula Carthæ strue *vulgo risma* apponuntur trini viceni scapi, *vulgo quaderni*, Carthæ infimæ qualitatis, & circum etiam obtritæ, & amplius in unaquaque Carthæ Sarcina quaternæ strues Carthæ mediocris, & in angulis, ut plurimum comminutæ, *vulgo mezzetti buoni*, ut idem sequitur in pluribus aliis mercium negotiis, quæ juxtà mercatoriam consuetudinem, dum venduntur, habere debent aliquam portionem infimæ, vel inferioris qualitatis, quare nil mirum, si reperta fuerit per Peritos aliqua commixtio Carthæ ordinariæ, & aliquantulum etiam super
21 angulis, aut ex alia parte obtritæ; Talem enim defectum, vel vitium, cum ex natura negotii proveniat, nullatenus esse attendendum advertit *Giovagnon. conf. 45. numer. 36*, & melius *Rot. decis. 219. numer. 2. & seq. part. 5. rec. & cor. Coccin. decis.* 1884. & Nos *disc.* 34. *num.* 3.

Quinto quia ad effectum justificandi damnum ex causa dictæ malæ qualitatis Carthæ, licet asseruerit idem Dom. Remondinus in dictis suis depositionibus se centum quinquaginta duos ex dictis Sarcinis Carthæ vendidisse cuidam D. Joanni Antonio Morano pro Indiis negotiatori ad rationem petiarum 30. Hispaniæ pro singula sarcina 32. rismarum, quam venditionem postea adstrictum fuisse dissolvere, ex quo dicta Cartha reperta fuit malæ qualitatis, ut videre est, tum ex prima illius scriptura, & melius ex altera sub die 25. Septembris anni 1721. producta „ ibi „ *E avendoli aggiustati secondo la detta mostra al prezzo di pezzi 30. scudi di plata per ogni 32. risme, che compongono un intero Ballone dentro della Dogana di questa Città con Don Gio: Antonio Morano, per via di Don Alberto Rada, ed Orena mediatore di Loggia del Commercio dell' istessa, e andando a riceverli, ad a confrontare le mostre con la detta Carta, si ritrovarono due di detti Balloni con avaria, ed oltre di questo erano molto differenti, e lontani in bontà dalla qualità delle mostre, il che fu anche riconosciuto nelli altri, per il che la vendita di essi fu disfatta, e fui obbligato a ripigliarmi detta Carta, per indi venderla al prezzo, che avessi potuto* „ Contrarium tamen penitus constat ex depositione ejusdem Domini Morani inducti, & examinati ad instantiam ejusdem Domini Remondini sub die 6. Octobris ejusdem anni, quippè quia dictus Moranus cum ejus juramento deponit tractatum dumtaxat habuisse cum dicto mediatore de emenda dicta Cartha, eumque postea noluisse concludere, non ex quo illa positive esset malæ qualitatis, sed ex quo per ejus juvenem comparativè loquentem recognita fuit illam esse inferiorem altera, quæ fuit pro specimine indicata, itidemque quia non erat de perfectiori Cartha Genuæ constructa vulgo *Fioretto di Genova* „ ibi „ *Ed essendo interrogato a tenore della supplica disse, che essendo giunto a Casa di esso Testimonio un mediatore di questo Commercio a proponergli se comprarebbe una partita di Balloni di Carta, de' quali seco portava la mostra, al che gli rispose, che essendo carta Fioretta di Genova, e di buona qualità si farebbe il negozio, e si aggiustarebbe, e che ad effetto di riconoscerla manderebbe un suo servo intelligente, come così segui, ed essendosi portato a vedere detta Carta il suo Giovane Don Giuseppe dell' Alce, quale essendo ritornato manifestò egli, come il suddetto Mediatore, che avendo riconosciuti li suddetti Balloni di Carta non concordavano alle risme de' Balloni, che furono aperti, colle mostre, poiche era Carta più inferiore, e non di Genova, per il che non si effettuò il contratto, e l' istesso Signor Nicolò Remondino vedendo la differenza, che vi era tra l' una, e l' altra, come anco lo stesso mediatore, unanimi dissero non doversi proseguire ad effettuare il detto Negozio.* „

Sexto quia in facto etiam indubitatè habetur, quod prima partita Sarcinarum 185. Carthæ à Domino Huygens ad Remondinum transmissa, ab isto recepta fuerit de Mense Octobris anni 1724. neque ab eo tempore usque in diem 27. Septembris 1725. qua die ille quandam attestationem d. Radæ Orenæ mediatoris misit DD. de Roveretis, nunquam istos monuit de mala asserta qualitate dictæ Carthæ; Ex quo facto plura profectò sequuntur nimium inverisimilia, & primum, quod dictus Remondinus per unius fere anni spatium steterit ad recognoscendam qualitatem Carthæ primæ partitæ, prout secus fecerat quoad secundam ab eo post plures menses receptam, eoque magis cum jam vidisset in recognitiona dictæ secundæ partitæ, Cartham esse malæ qualitatis, & quatenus diceretur etiam dictam primam partitam fuisse per eum recognitam, eamque pariter inventam fuisse malæ qualitatis, non equidem stetisset per fere integrum annum ad monendum dictos DD. de Roveretis ejus Principales de mala illius qualitate, ex hac enim nimia inverisimilitudine cum argui debeat, quod dicta Cartha postea recognita per duos Peritos à Judice extrajudicialiter electos, vel non fuisset eadem, vel quod phylyra illa Carthæ pro specimine exhibita eisdem Peritis non fuisset ex illis quinque foliis, quæ fuerunt à Dom. Huygens transmissa ad manus Dominorum de Roveretis;
Quamobrem illa contraria probatio identitatis Car- 22
thæ, quæ ab aliquo adminiculo, vel conjectura elici ex adverso prætenditur, penitus per dictam nimiam inverisimilitudinem infirmatur, ut optime tradidit *Rota coram Coccin. decis.* 2342. *num.* 40. 41. *Mans. consult.* 143. *num.* 38.

Septimo quia numquam fuerit per procuratorem DD. de Roveretis productum commercium, tam missivarum, quam responsivarum literarum inter eos, & D. Remondinum habitum, ex quo valeat melius erui hujus negotii veritas, licet pluries illud à Nobis requisitum fuerit, per quam renitentiam magis augetur contra D. Remondinum, & DD. de Roveretis suspicio, quod res aliter se habuerit ex vulgatis juribus.

His igitur omnibus per Nos in contrarium ponderatis, & præsertim, tam summa temporis longitudine, per quam Dominus Remondinus penes se sub silentio retinuit dictas Carthæ Sarcinas, nec non qualitate illius personæ, quæ ex circumstantiis mox supra notatis multum suspecta reddita fuit, potius adhærendum est in casu nostro juris regulæ non præsumen-
tis identitatem in rebus mobilibus, præcipuè in pecu- 23
niis, & mercibus, alii͡sque rebus formæ communis, quarum multa, ac multa alia similia individua possunt facillime reperiri, sed pluralitatem, de qua regula appositè, & magistraliter agit plures distinctiones in hac materia tradendo *Bartol. in tract. de testimon. numer. 30. & Rota post Farinac. tom. 2. decis. 7. Mascard. de probat. tom. 2. conclus.* 1179. *Saminjat. contr.* 59. *num.* 1. *& Rot. post Pacific. de Salvian. interdict. dec.* 127. *per tot. & post Albit. de inconstant. in Judic. dec.* 63. *n.* 3. 4. & plenè *Grat. cap.* 897. *per tot.* (quicquid sit in casu contrario, in quo nempe si ille qui recepisset merces sibi transmissas ab aliquo Mercatore, negaret esse easdem, quæ fuerunt ab eo transmissæ sub assertione, quod aliæ ejusdem fuerint sibi transmissæ; Nam
sicut ille qui negat indentitatem, se fundet in duplici 24
transmissione mercium, & sic super pluralitate factorum, quæ non præsumitur, videtur, quod talem factorum pluralitatem ipse probare teneatur, ut voluit *Rota Januen. decis.* 7. *numer.* 14. *versic. ad tertium.*) Et in proximis omnino terminis, quod licet Marcum, seu
signum sit præsumptio, seu valida conjectura ad pro- 25
bandam identitatem, & dominium in favorem illius, cujus est Marcum, vel signum ex traditis per *Straccb. tractat. de Mercator. part.* 2. *num.* 80. *vers. ego vero.*
Nihilo tamen minus hæc præsumptio cessat, si perso- 26
na, penes quam reperiuntur Sarcinæ signatæ, esset suspecta, ut notavit egregiè *Joann. de Hevia de Commerc. terrestr. libr.* 1. *capital.* 7. *numer.* 17. & ipsemet *Straccb.* loco citato *numer.* 82. *in fin.* Et revera maximæ, seu potissimæ conjecturæ deductæ à Doctoribus ferè omnibus à me mox supra laudatis ad comprobandam identitatem rei mobilis, vel mercis, vel pecuniæ, aliæ non sunt, nisi brevitas temporis, & qualitas personæ integræ fidei, & nominis, penes quam res mobilis signata, aut marcata existit, quæ penitus exulant à casu nostro.

At non sistunt hìc nostræ decisionis fundamenta, nam admissa etiam identitate folii pro specimine transmissi, & sarcinarum Carthæ, adhuc alia longè validiora

proma-

remanent dicenda, ex quibus Nobis visum fuit hanc causam in tuto positam.

Nam primo, posito etiam, quod duo Periti supradicti fuissent legitimè electi, & eorum peritia, ac successive relatio legitimè quoque emanasset, adhuc ea nihil concludere posset, nisi quoad duodecim tantum sarcinas pro singula partita dictæ Carthæ, quia ex eadem relatione constat, quod aliæ 313. Sarcinæ ex toto numero dictarum Sarcinarum transmissarum à D. Huygens dicto D. Remondino, non fuerint visitatæ, neque recognitæ, insuper nequidem, quoad ipsasmet sarcinas inspectas videtur concludere, tum quia possibile est, quod Plagula illa Carthæ pro specimine dictis Peritis tradita, etsi fuisset ex illismet duobus quinque foliis à Domino Huygens dictis DD. de Roveretis pro specimine transmissis, ita fuerit, aut per novam confusionem, aut frequentem contrectationem ad majorem exilitatem perducta, ut facta illius comparatione cum alia Sarcinarum Cartha, de facili affirmare potuerint Periti, quod Cartha reperta in Sarcinis non erat tam exilis, quam altera in specimen allata, & similiter, imò facilius dari potuit, quod ex dictis duobus quinque foliis Carthæ per Dom. Huygens pro specimine Genuam transmissis, unum magis exile, à DD. de Roveretis selectum, fuerit transmissum dicto D. Remondino, unde pariter idem affirmare potuerint dicti Periti in eorum relatione: Et demum, quod in tanto temporis decursu, quo in libera potestate dicti Remondini remanserunt omnes prædictæ sarcinæ, selecti fuerint ex alieno genere Carthæ, vel etiam ex toto numero earumdem sarcinarum ascendente ad Sarcinas 337. aliqui viceni Carthæ scapi, vulgo *quaderni*, qualitatis paulò minus bonæ, & in summo cujuslibet strutis Carthæ superimpositi, & ita refectæ fuerint cum iisdem involucris signatis, prædictæ 12. Sarcinæ Carthæ pro singula partita, quas recognosci instabat per Peritos, quibus
27 possibilibus, vel singulo eorum in contrarium attento, recognitio Peritorum nihil relevat, & penitus corruit *de Comitib. decis. Florent. 28. num. 37. Natta consil. 27. n. 50. Urceol. decis. 81. nu. 61. Rota coram Cerro decis. 565. n. 13. & decis. 604. n. 3. & decis. 738. n. 3. Palm. allegat. 352. n. 15. tom. 4.*

Neque obstat, quod contra ultimum ex dictis possibilibus, quod dictæ duodecim Sarcinæ Carthæ pro singula partita, fuerint per Peritos ante illarum recognitionem hinc, illinc casualiter selectæ ex toto numero sarcinarum 337. quia id nullatenus constat in facto; Nam in dicta eorum relatione non legitur, quod ipsi Periti viderint, & recognoverint adfuisse in eo loco totum numerum dictarum Sarcinarum, quinimmò penitus id excluditur ex eadem relatione, quia in ea dicitur duntaxat repertam fuisse multam portionem dictarum Sarcinarum „ ibi „ *Si ritrovò molta porzione* „ *de' suddetti Balloni di Carta* „ quæ multa portio potest etiam verificari in dictis 24. Sarcinis, quæ fuerunt per Peritos recognitæ, neque pariter verum est, quod ipsi ordinaverint extrahi dictas sarcinas, quas casualiter eligebant, sed dicta relatio tantum impersonaliter loquitur non connotando à qua persona fuerit ordinata extractio dictarum duodecim sarcinarum „ ibi „ *Si fecero chiamare delli Travagliatori, quali potessero andare a slegare, e disfare detti Balloni, ed in vero vennero due Uomini, quali, conforme li fu comandato, tirorno fuori da diverse parti, e siti fino al numero di 12. Balloni d'ognuna di dette marche* „ Imò ex hoc impersonali loquendi modo, eoque magis juncto inordinata, & extrajudiciali via procedendi, ut supra vidimus, magis augetur suspicio, per quam ideo magis debilitatur probatio dictæ Peritiæ.

Secundo esto etiam, quod omnia per Remondinum legitimè gesta, & probata fuissent itaut de qualitate minus bona minimè dubitari posset, adhuc nos tuti fuimus d. D. Huygens nequaquam actione mandati teneri erga dict. DD. de Roveretis ad aliquod damnum eis reficiendum.

Etenim, quoad primam partitam 185. Sarcinarum hoc videtur indubitatum, quoniam, tam dictus Dominus Remondinus, quam dicti DD. de Roveretis numquam conquesti fuerint cum dicto Domino Huygens de mala, aut minori bonitate dictæ primæ partitæ Carthæ transmissæ, unde sequitur, quod illam approbaverit.

Nam satis in jure compertum est, quod si quis, & præcipuè Mercatores, tacuerint, & non reclamaverint, in- 28
telliguntur ex hoc appprobasse negotium, quod à suis corresponsalibus pro illis gestum fuit, licet excesserint mandatarii corresponsores in exequenda commissione rei, vel negotii eis demandati, dummodo aliquis positivus actus ultra taciturnitatem, prout in casu nostro ubi plures, concurrat, latissimè *Rot. part. 1. diversor. decis. 811. per tot.* & præsertim *numer. 26.* & juxta per Nos late cum pluribus authoritatibus laudatis firmata *in disc. 30. à num. 61. per plures seq.* & alibi, quibus addo *Duran. decis. 416. num. 6. & 20. Staiban. jun. resolut. 180. numer. 22. cum seq.* & ibi *Add. tom. 2.* & in punсto, quod dicatur per mercatorem approbata, & 29
ratificata mercium transmissio, quamvis repertæ fuerint deteriores, & diversæ qualitatis statim, ac ille sine ulla contradictione, vel reclamatione eas receperit, Nos *supra disc. 131. num. 3. 4. 5.*

Quæ conclusio etiam procedit in casu, quo taciturnitas diuturnitati temporis conjuncta fuerit, licet nul- 30
lus actus positivus intervenerit *Merlin. Pignatell. controv. forens. cap. 7. numer. 16.* & ibi latius *Scopp. Add. numer. 22. 23. usque in fin.* & idem *Scopp. ad eundem Merlin. centur. 2. cap. 58. num. 16.*

Quinimmò, cum sola etiam taciturnitas absque aliquo actu positivo, ac diuturnitate temporis sufficiat ad 31
consensum, vel approbationem inducendam, ubi agatur, vel de utilitate publica, vel libertate, ideò inter mercatores illa satis superque est, quia in materia mercantili agitur de utilitate publica, & libertate commercii, ut plene per nos firmatum fuit *supra disc. 144. num. 31. usque ad 36.* & tantæ est efficaciæ in jure hæc approbatio à lege præsumpta in eo qui tacet, ut contra eam juris, vel facti error allegari non valeat, latè *Surd. cons. 349. num. 45. 46. & seq.*

Neque hæc evitari valent sub obtentu, quod D. Remondinus, & per consequens DD. de Roveretis nullam ante recognitionem diei 8. Octobris à Peritis factam scientiam habuerint de minori bonitate dictæ Carthæ, tum quia omnino inverisimile est, quod per integrum annum steterit Dominus Remondinus ad recognoscendam qualitatem Carthæ dictæ primæ partitæ, augeturque hæc inverisimilitudo ex quo in facto habetur, quod secunda partita Carthæ paulò post ejus receptionem à dicto Domino Remondino recognita fuit, & de tali recognitione monitos etiam reddidit dictos Dominos de Roveretis suos principales; Cum itaque talis ignorantia sit nimium inverisimilis, præsumi debet scientia in dicto Remondino, ut in his ferè terminis nostris, *Cy-* 32
riac. controv. 319. num. 36. & controvers. 533. num. 9. Altograd. cons. 94. numer. 22. lib. 1. Rot. nostra Florent. decis. 417. tom. 19. & 31. inter recollect. à Palm. Nep. tom. 5. & nos punctualiter cum aliis citatis *disc. 63. num. 8. 9. tom. 2. de Commerc.* & latius *disc. 144. numer. 51. & 52.* & dicam infra §. *Nil penitus*, & per consequens etiam in dictis DD. ejus Principalibus, cum pariter inverisimile sit, quod non fuerint moniti à Domino Remondino illorum mandatario, quinimò id præsumendum ex vulgatis juribus, & aliis punctis infra allegandis in §. *Nil penitus*. Maximè cum noluerint commercium litterarum in actis exhibere; Tum quia cum talis ignorantia esset crassa, supina, & affectata in nihilo relevaret DD. Remondinum, & de Roveretis, nam paria in jure sunt scire, & nolle scire, vel 33
scire debere, ut latè, & doctè tradit *Solorzan. de Jure Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 7. à numer. 42. cum pluribus sequentibus Rocc. cons. 69. num. 6. tom. 2. Leo decis. 142. numer. 9. & pluribus seq. Seff. decis. 403. numer. 30. cum seq.* & plenè *Rota nostra Florent. decis. 417. numer. 26.* cum pluribus sequentibus inter recollectas à *D. Palm. Nep. tom. 5.* & punctim nos d. *disc. 63. n. 9.* & latius *in disc. 144. n. 51.* magisque esset crassa, supina, & affectata in dictis DD. de Roveretis, de quorum principali interesse agebatur, si nunquam contra communes mercatorum mores, qui semper solliciti sunt in inda- 34
gandis eorum negotiis, ut diximus *in disc. 144. nu. 52.* scire curavissent à D. Remondino qualitatem d. Carthæ.

Insuper ex attestatione dicti DD. Radæ Oteræ mediatoris diei 25. Septembris 1725. ex adverso producta constat, quod dictus Dominus Remondinus scientiam habuit de qualitate Carthæ dictæ primæ partitæ, quia in dicta attestatione (sic Deo permittente) dictus Ra-

da mediator deponit, quod sub eodem tempore, quo fuit recognita secunda partita dictæ Carthæ, fuit etiam recognita altera primæ missionis „ ibi „ *E l'istesso fu „ anco riconosciuto nella partita della prima marca, „ che parimente era contrattata, e per la stessa ragio- „ ne fu disfatto il contratto, e vendita.* „

Quo vero ad primam partitam dictæ Carthæ idem prorsus dicendum est, quia illa recepta fuit per dictum Dominum Remondinum sub die 3. Februarii 1725. & successive usque ad diem 17. Aprilis 1725. sub qua scriptum fuit capitulum cujusdam litteræ à Domino Remondino dictis Dominis de Roveretis, & sic per duos menses cum dimidio alterius à die receptionis d. Carthæ absque ulla contradictione, & reclamatione contra dictum Dominum Huygens eadem Cartha retenta fuit, quæ porro retentio per hujusmodi tempus facta satis superque est ad inducendam in retinente approbationem
35 dictæ Carthæ; Nam juxta unam Doctorum opinionem tenetur Mercator in continenti contradicere negotio per suum correspondalem gesto, alias diceretur illud approbasse, *Bald. in Leg. fin. Codic. ad Macedon. Bartol. in Leg. qua cum ff. rem ratam habere Rip. in Leg. admonendi num.* 136. & ibi *Coras numer.* 73. *de Jur. Jurand. Matthesilan. sing.* 22. & ibi *add. Mancin. de confess. cap.* 4. *num.* 4. *Stracc. de assecurat. gloss.* 11. *numer.* 47. *Franc. de protestat. considerat.* 14. *num.* 8. *& seq.* vel saltem, juxta aliam veriorem opinionem, post tale tempus juxta qualitatem negotii arbitrio Judicis perpendendum,
36 intra quod de re, vel negotio gesto per suum correspondalem se certiorem fieri, sibique consulere potuerit, an tale negotium sibi expediebat nec ne acceptare *Carocc. de excuss. bonor. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 65. *vers. & scientia Ancharan. quæst.* 48. *numer.* 5. 6. 7. *part.* 1. *Cancer. variar. resolut. cap.* 22. *num.* 20. *part.* 1. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 699. *num.* 39. & ibi *de Luca numer.* 13 *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 65. *num.* 13. 14. *Franc. de protest. consid.* 14. *numer.* 11. *in fin. Rot. decis.* 811. *num.* 36. *& seq. part.* 1. *divers.*

Cum itaque in casu nostro effluxerint à die receptionis d. secundæ partitæ sarcinarum Carthæ duo menses, & dimidium alterius, non potest dubitari, quin intra dictum tempus potuerit dictus Remondinus recognoscere qualitatem dictæ Carthæ, eamque notificare dictis DD. de Roveretis, ut contradicere, vel approbare possent missionem dictæ Carthæ.

Nil penitus refragante, quod pro inducenda hujus-
37 modi tacita approbatione ex non facta contradictione, & reclamatione contra dictum Dominum Huygens, requiratur probatio scientiæ, tam in dicto Remondino, quam in dictis DD. de Roveretis, quia ista scientia præsumitur, quando effluxit prout in casu nostro, tantum tempus intra quod Dominus Remondinus potuerit dictas sarcinas recognoscere, & scribere dictis Dominis de Roveretis, & isti potuerint reclamare, & conqueri per litteras cum dicto Domino Huygens de mala qualitate dictæ Carthæ reperta, ut punctualiter tradunt *Carocc. de excuss. bonor. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 65. *vers. & scientia Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 65. *numer.* 13. *&* 14. *& Rot. Roman. part.* 1. *divers. decis.* 811. *numer.* 35. cum pluribus ab ea citatis, ultraquamquod hæc scientia assertæ malæ qualitatis dictæ Carthæ, respectu dicti Domini Remondini, probatur per attestationem dicti Domini Radæ mediatoris mox supra relatam, nec non ex dicto capitulo litteræ ab eo scriptæ sub die 17. Aprilis 1725. dictis DD. de Roveretis, & respectu eorumdem DD. de Roveretis ex eodemmet capitulo litteræ per eos in actis producto.

Quinimmò attento dicto litteræ capitulo res caret omni difficultate, quia DD. de Roveretis post acceptam dictam litteram sibi à Domino Remondino scriptam sub die 17. Aprilis 1725. tacuerunt, neque in tempore debito, ut tenebantur, reclamaverunt contra dictum Domino Huygens, & licet postea sub die 23. Junii ejusdem anni scripserint primam litteram dicto Domino Huygens, cum qua eis significabant malam qualitatem dictæ Carthæ, eumque rogabant ex tali causa actionem movere contra Appaltatorem venditorem dictæ Carthæ,
38 tamen d. Littera nihil eis relevat, tum quia non fuit scripta in tempore debito, nempe post silentium unius mensis, ac majoris temporis, quando per plures hebdomadas præcedentes protestationem, & contradictionem suam scribere poterant, ut in puncto advertit *Ancharan. dicta quæstion.* 48. *numer.* 9. *Gratian. disceptat. forens. capite* 524. *numer.* 31. *Rot. Roman. part.* 1. *diversor. decis.* 811. *numer.* 14. & est Doctorum omnium communis sententia, quod si quis statim, ac potuerit contradicere, non contradixerit, censetur tunc temporis quo tacuit, & non contradixit, negotium approbasse, ut videre est ex authoritatibus mox supra citatis in §. *Quo vero ad primam vers. vel saltem*, & ex tali præterita taciturnitate sequitur, ita fuisse jus alteri par- 39
ti jam acquisitum, ut per subsequentem contradictionem tolli amplius non valeat, *Gratian. cap.* 524. *num.* 31. *Cost. de re integr. distinct.* 62. *numer.* 1. *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 15. *numer.* 20. *&* 21. *Franc. de protest. considerat.* 14. *num.* 14. *vers. & generaliter.* Tum quia dicta littera nullam continet contradictionem, vel querimoniam contra eundem Dominum Huygens, sed contra Domin. Venditorem, ex quo etiam sequitur, quod ipsimet DD. de Roveretis numquam intellexerunt habere pro suo debitore dictum Dom. Huygens, sed venditorem tantum, prout de jure, ut mox infra in ultimo fundamento demonstrabo, ita dici debet.

Et hæc potissimum procedunt inter Mercatores, quia ex eorum universali consuetudine tenentur receptis computis, litteris, seu mercibus statim eas considerare, vel recognoscere, ut ea brevitate, qua decet, se deliberare valeant, vel ad approbandum, vel contradicendum negotio per suos correspondales gesto, quatenus non fuerit ab eis integrè observatum mandatum; Cum bona fides commercii exigere videatur, quod correspondales, qui ut plurimum medio ministrorum aliena mercium, vel vendendarum, vel emendarum negotia gerunt, prompte sciant à mandante, si se acquiescat nec 40
ne negotio gesto, ita ut in casu justæ contradictionis sibi statim consulere valeant, & eligere quicquid eis magis expediens videbitur, ut de tali consuetudine advertit *Rot. Roman. cor. Durand. decis.* 416. *numer.* 7. *&* 20. & Nos supra *disc.* 131. *num.* 4.

Demum ponderatum fuit (& hoc est alterum non minus immersabile nostrum Decisionis fundamentum) quod cum Dominum Huygens nulla culpa in transmissione dictarum Sarcinarum notari possit, ideo excusandus est à refectione damni, quod ex asserta minori bonitate dictæ Carthæ d. DD. de Roveretis prætendere possunt.

Ut autem clarè appareat de illius subsistentia, præsciri oportet, quod nemo in hoc Dominio Florentino potest Cartham construere, sed sola facultas construendi Cartham cujusvis generis per Serenissimum Magnum Ducem in publicum Appaltum conceditur sub certis pretiis cuilibet generi Carthæ constitutis, ne ultra ea vendi possit, & ad obviandas fraudes statutum est quod quælibet Carthæ Sarcina per Appaltatores ab ædificiis extracta in loco publico reponatur, ut publici revisores ad hoc munus electi eam recognoscant, si juxta solitam qualitatem, aut bonitatem, & pondus secundum respectivè genera, illa constructa fuerit, ac per eos reperto, quod in solita respectivè qualitate, vel bonitate non deficiat, eam approbant, & signum hujusmodi approbationis super dorso cujuslibet sarcinæ imprimunt, ut ubique Dominii Etrusci, quo illa transmittitur, constare possit de tali approbatione; Quo in facto ita præmisso, licet Cartha ad usum Genuensem empta à Domino Huygens, & postea per Appaltatores Liburnum transmissa, non fuisset illius bonitatis, quæ fieri solet, & promissa fuit ab Appaltatoribus dicto Domino Huygens, nihilominus nulla redargui potest culpa Dominus Huygens, si absque 41
eam revisendo credidit dictam Cartham esse illius bonitatis, quæ ad usum Genuensem esse debebat, juxta plagulas, seu scapos Carthæ ab ipsis Appaltatoribus in specimen et traditos, dum sequi poterat fidem, & publicorum Appaltatorum, & Revisorum dictæ Carthæ, ut in punctualibus terminis, immò majorem præseferentibus difficultatem, firmant per *text. in leg. si tutela in fin. ff. de administrat. Tutor. Rocc. de mandat. notab.* 81. *numer.* 187. & latè *Solorzan. de Jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 49. *Dotian. cons.* 85. *numer.* 26. *lib.* 5.

Ultraquamquod cum in casu nostro ageretur de ingenti numero Sarcinarum Carthæ, quæ continebant inter omnes, quasi centum triginta quinque millinares vicenos scapos Carthæ, & isti penes immensum nume-

numerum quinque foliorum vulgo *quinternetti da cinque fogli*, non tenebatur cum tanto suo gravi extraordinario impendio, incommodo, vel ministrorum suorum ad revisendum tam infinitum individuorum Carthæ numerum, sed sufficit quod aliquando miserit ministros suos, ut assisterent aliquarum sarcinarum Carthæ compositioni, ut dicatur munus suum man-
42 datarii rectè adimplevisse, tum quia ipse fecit in tali negotio suorum Principalium, prout fecit in negotio proprio ejusdem Carthæ ad oras Gadetanas per eum pariter transmissæ *Rota Gen. dec.* 180. *num.* 5. tum quia non est solitum inter Mercatores, qui ordines recipiunt de emenda magna quantitate saccorum, vel sarcinarum rerum consistentium in tam ingenti individuorum numero, omnes sarcinas, omniaque individua in sarcinis, vel saccis existentia, sed aliquas
43 tantum revisere; Mandatarius enim, qui operatur juxta stylum mercatorum numquam potest dici in culpa, Nos supra *discurs.* 144. *numer.* 39. *&* 40. præcipuè Liburni, ubi omnes Mercatores, qui huc usque emerunt aliquem ingentem numerum Carthæ à dictis Appaltatoribus pro ea transmittenda in Hispaniam, non consueverunt nisi ad summum aliquam portionem
44 Carthæ revisere; Nam mandatarius non tenetur plus agere, quam quod ab aliis mercatoribus in loco, ubi exequitur mandatum, observatum est, ut tradit *Stracch. de mandat. numer.* 41. *vers. quod enim*, & mirum in modum *Dec. cons.* 430. *num.* 5. *& seq.*

Et talem interpretari debet fuisse mentem DD. de Roveretis in dando prædicto mandato de emenda dicta Cartha, nam mandatum semper interpretandum est juxta solitum, & in puncto, quod commissiones, seu
45 mandata data ab aliquo mercatore interpretari debeant ad ordinarium, & non extraordinarium modum illa exequendi advertunt egregiè *Dec. dicto cons.* 430. *num.* 7. 8. *& seq. & Stracch. dicto tit. mandati numer.* 41. *Natt. cons.* 435. *num.* 33. *Cephal. cons.* 491. *num.* 24. *Mascard. de statut. conclus.* 5. *numer.* 161. quare contra ipsammet eorum mentem, & intentionem modo venire videntur DD. de Roveretis, si prætendunt, quod eorum mandatum de emenda dicta Cartha adeo extraordinario modo per D. Huygens adimpleri deberet.

In fine tandem, quinimo in limine propemodum ferendæ sententiæ fuit per Dominum Procuratorem DD. de Roveretis requisita nova Peritorum electio, ut per legitimum juris tramitem in Gaditana Curia recognitio dictæ Carthæ iterum fieret, & sic melius veritas facti per novam inspectionem constare posset. Nos verò non censuimus huic instantiæ annuendum fore, quia cum non satis constaret in actis de identitate Sarcinarum Carthæ, minusque de identitate foliorum pro specimine transmissorum, cum quibus fieri debebat per Peritos comparatio, & quatenus etiam de ea constasset, cum nihilominus certè appareret ex rationibus supra deductis D. Huygens ad refectionem
46 damni nequaquam obligatum ire, & sic cum nihil omnino profutura altera Peritorum recognitio, erat quippè dicta nova Peritia tamquam cavillosa ad protrahendum tantum Judicium petita de jure penitus deneganda *Tusch. Lit. P. conclus.* 776. *num.* 28. latè *Fontanell. decis.* 382. *num.* 1. *& seq. Cost. de remed. subsid. remed.* 101. *numer.* 8. *Posth. de manutent. observ.* 101. *numer.* 5. *in fin.* & Nos *discurs.* 99. *numer.* 79. *&* 80. *tom.* 2. *de Comm.* & in fortioribus terminis, quando
47 Judex verosimiliter credit petitam probationem fieri non posse, non est per eum expectanda probatio *Rot. Roman. coram Cerro decis.* 103. *numer.* 7. Addito quoque, quod per indubitatas litteras ipsorum DD. de Roveretis ad nos perventas constabat saltem maximam dictæ Carthæ portionem fuisse per dictum D. Remondinum distractum, ex quo modo redditur impossibilis nova Peritorum recognitio.

Neque obstat, quod dictæ literæ sint extrajudiciales, & extra processum, quia Judex maxime ad evitandam litem, majores expensas, & vanos circuitus, moveri etiam potest ex certis, & indubitatis, licèt
48 extrajudicialibus notitiis, & præsertim ex confessionibus coram se à Partibus factis, ut pluribus citatis firmant *Cavalc. decis.* 13. *num.* 18. *part.* 4. *Afflict. decis.* 28. *num.* 5. *&* 6. *& in Add. verb. in decisione Giurb. decis.* 14. *num.* 11. *& decis.* 17. *num.* 3. *in fin. Altograd. cons.* 24. *num.* 103. *lib.* 1. *Tutr. cons.* 10. *nu.* 16. *lib.* 1. *Magon. decis. Lucen.* 30. *num.* 9. quam opinionem magis communiter esse receptam in Judicibus supe- 49
rioribus, Auditoribus, aut Consiliariis Justitiæ Principis constat ex longa Doctorum Caterva, quos refert Doctissimus *Alvarez. de Valasc. de Jud. perfect. rubr.* 14. *annot.* 3. *numer.* 3. licet contrarios nonnullos allleget *sub numer.* 8. & absque dubio quando non tota- 50
liter judicatur ex notitia extrajudiciali, sed etiam de facto, cujus notitia extrajudicialiter habita fuit, aliquo modo constaret ex processu *Rot. Posth. de manuten. dec.* 9. *num.* 32. prout in casu nostro, ubi jam apparet ex actis, quod solum aliqua portio sarcinarum reperta fuit per Peritos in Cellario dicto D. Remondini, ut ex eorum relatione diei 6. Octobris 1725. attenta etiam inverisimilitudine, quod dicta Cartha post temporis adeo longi decursum modo amplius existat.

A D D I T I O.

Ad num. 45.

Modus extraordinarius judicatur de Jure impossibilis, *Barbos. axiom.* 118. *numer.* ..... *Altograd. cons.* 5. 51
nu. 30. *Altimar. de Contract. tom* 1. *fol.* 439. *n.* 235.

A R G U M E N T U M.

Liberatio, seu Quietatio amplissimis, ac effrænatis verbis per unum ex Transigentibus alteri facta, comprehendit etiam debitum procedens ex causa Depositi, sive regularis, sive irregularis, & omne id quod debetur actione Reali.

An, & quando Tertius, cujus favore factum fuit ab aliquo Depositum Pecuniarum, vel rerum agere possit contra Depositarium, & qua Actione.

Item Depositum Pecuniarum factum favore Tertii sit nec ne quandocumque revocabile ad libitum Deponentis, & quod in Deposito facto pro solvenda Dote.

An, & quando actio acquiratur Tertio absenti ex stipulatione, vel pacto aliquo, seu mandato adjecto ad illius favorem à contrahentibus in eorum contractu.

S U M M A R I U M.

1 *Facti Series.*

2 *Transactio verbis generalibus, & amplissimis concepta comprehendit futura, & incognita, & alia non expressa, & extenditur ad quascumque causas, & prætensiones.*

3 *Transactio, seu quietantia facta ex aliqua causa, licet verbis generalibus concepta, restringitur tamen ad terminos ejusdem causæ. Declara, ut num. 6.*

Fallit tamen, quando Transigentes non possent ex hac restrictione consequi desideratam terminationem omnium prætensionum inter eos vertentium num. 5.

4 *Debitum ex deposito non intelligitur comprehensum in transactione generali inita inter partes.*

Contrarium verius stante generali, & effrenata verborum conceptione, & amplitudine n. 7. & 9.

Declarantur Contraria Authoritates n 8. 10. & 11.

12 *Actio utilis competit Creditori ad consequendum Depositum, licet extrajudicialiter factum ad ejus favorem, & num. 48.*

Contrarium verius. num. 50.

Declarantur Contraria Authoritates. numer. 51.

13 *Favore Dotis acquiritur etiam absenti. Declara, ut num. 17.*

14 *Depositum Rei, vel Pecuniæ factum ex Causa Dotis non potest revocari, & num. 30. & de ratione dicto num. 14.*

Contrarium verius num. 18. & 27.

Explicantur, & declarantur contraria Authoritates. num. 19. 20. 21. 28. 29.

15 *Depositum factum favore absentis potest quandocumque à Depositario revocari, & de ratione ibid.*

Declarantur Contraria Authoritates, n.16.

22 *Dos non est privilegiata nisi in Casibus à jure expressis, in cæteris vero utitur jure communi.*

23 *Mandatum datum ad solvendam Dotem semper revocabile est, quando res est integra.*

Et an extinguatur morte mandantis, vel ab illius herede revocari possit, n. 24. 25. & 26.

31 *Qualitas adjecta verbo verificari debet de tempore verbi.*

32 *Transactio non recipit declarationem ab Observantia, quando illa est clara, & litteralis.*

Observantia inducta per actus factos à Tutoribus minori non nocet, sed adscribi debet eorum inscitiæ, & imprudentiæ, n. 33.

34 *Actio non competit ei, qui in Instrumento non est nominatus.*

35 *Alteri per alterum inter absentes inutiliter stipulatur, si deficiat Notarii acceptatio.*

Quod procedit etiam de Jure Canonico, nisi agatur de persona publica, vel de collatione beneficiorum, num. 52.

Quamvis stipulatio sit Juramento confirmata n. 53.

36 *Stipulatio facta de solvendo tertio non dat tertio actionem contra stipulatorem.*

37 *Actio utilis acquiritur favore absentis adjecti ex pacto, mandato, & stipulatione alterius.*

Declara id procedere quando stipulatio cadit super ipsa re absentis, cujus favore concepta est stipulatio, num. 38.

Vel quando actum sit inter Creditorem, & emptorem pignoris, ut liceat debitori absenti illud redimere, num. 39.

Vel quando super re nostra paciscitur noster procurator, n. 40. & 41.

Vel quando extraneus super re nostra pascitur ad nostrum favorem, vel ad sui tantum commodum, & utilitatem, modo Cessio hoc casu præcedat, num. 42.

Vel si stipulatio concepta favore absentis fiat per stipulantem super re, & pecunia propria ipsius stipulantis num. 46.

43 *Creditores vendentis, vel Donantis hac conditione, ut emptor solvat Creditoribus, de jure communi nullum jus habent in Emptorem, vel Donatarium.*

44 *Pretium in particularibus non succedit loco rei, & numer. 45.*

47 *Mandatum datum ad certam Causam, & finem, non debet ad alteram causam, finemque extendi.*

49 *Mandatarius non potest excedere fines mandati, nec illius obligationem alterare.*

54 *Statutum disponens, quod alteri per alterum stipulari possit, procedit, quando quis voluerit se alteri absenti directe obligare, non vero quando indirecte se obligaverit.*

55 *Statutum non ligat Forenses, neque active, neque passivè ex defectu potestatis.*

Pratensio Pecuniaria seu Depositi.

Veneris 31. Julii 1725.

DECISIO AUTHORIS,

ET

DISCURSUS CLXXVII.

1 DOmini Andreas, & Fratres de Desiis tamquam Donatarii Universales Domini Capitanei Antonii ejus Patrui in Judicio convenerunt D. D. Tutores DD. Teresiæ, & Juliæ Sororum, ac hæredum Domini Joannis de Desiis earum Patris ad sibi restituendum petias mille ab octo regalibus eidem Domini Joanni in depositum traditas, nec non alias petias ducentum indebite per viam compensationis exactas per eumdem Dominum Joannem à Francisco Galgano dicti Domini Capitanei Antonii vigore cujusdam Cambialis cedulæ debitore, super quibus prædicti Actores à Domino Liburni Gubernatore favorabiles sententias reportarunt, in quarum executionem, dicti Tutores summas prædictas dictis DD. Fratribus de Desiis persolvere constricti fuerunt.

Postmodum Nobis commissa Causa ab Illustrissimo Supremo Magistratu, cum restitutionis in integrum adversus dictas sententias per dictas D. D. Sorores de Desiis petitæ, cum aliarum prætensionum hinc inde inter easdem Partes vertentium, eaque accurato examine discussa, tandem prævia restitutione in integrum dictis Sororibus concessa, nec non dictarum sententiarum revocatione, condemnavimus dictos DD. Fratres de Desiis ad restituendum dictis DD. Sororibus, tam dictam summam petiarum mille cum omnibus fructibus, seu interesse desuper decurso, & soluto à dictis Sororibus in summa petiarum 550. quam alteram petiarum 200. tamquam indebite per eos exactas, nec non ad solvendum eisdem DD. Sororibus aliam summam petiarum 240. indebitè pariter exactam à dicto Domino Andrea pro parte crediti ab hæreditate quondam Domini Marchionis de Borro, sive à Pia Domu Liburni in majori summa debitrice, attenta præcedenti cessione dicti Crediti per dictos DD. Fratres de Desiis facta dictis DD. Sororibus de Desiis in Instrumento transactionis inter eos initæ.

Etenim quoad summam Depositi super qua fuit re vera inter Partes restricta difficultas, & unicè certatum, ratio nostræ resolutionis ea fuit, quia cum verba, tam Laudi D. Huygens inter dictas Partes Arbitratoris emanati, quam etiam subsequentis transactionis inter eas initæ, sint clarissima, universalissima, atque effrænatissimo modo concepta, ita ut salva ratione recti sermonis nullam pati valeant restrictionem, ut videre est primo ex Laudo „ ibi „ *Con che detti Sigg. Andrea, e Fratelli Desii non possino mai più pretendere cos' alcuna sotto qualsisia titolo, colore dalle dette Signore Eredi del Signor Giovanni Desii, ne dal detto Sign. Capitano Antonio, ne da loro respettivi effetti, e beni, siansi comuni, proprj, o particolari, ma devono rinunziare a tutto in ogni più valida forma, come dovrà meglio esplicarsi nell' Istrumento pubblico da farsi di questo aggiustamento* „ Secundo ex transactione „ ibi „ *I prefati Signori Andrea, e Fratelli Desii si chiamano, e si confessano interamente contenti, pagati, e soddisfatti dalli detti Signori Eredi per tutto quello, e quanto potessero mai pretendere in qualsivoglia forma, o tempo dalle medeme, come erede del quondam Signore Giovanni Desii loro Padre, o dalla di lui eredità, e patrimonio, e ragione di negozio, siccome dal patrimonio, effetti, o beni del Sig. Capitano Antonio Desii loro Zio, tanto come Donatarj universali di detto Sign. Capitano Antonio, quanto per qualsivoglia altro titolo, o causa pensata, o impensata, e che si richiedesse special menzione, che qui vogliono aversi per espresso,* „ & ibi „ *intendendo, o volendo con le pezze 30. mila parte pagate, e da pagarsi, o con le altre rinunzie, o cessioni sopra espresse aver ottenuto, e conseguito tutto quello, e quanto potessero mai dimandare, o pretendere dalle dette Signore Eredi, e loro Eredi, e successori,* „ & ibi „ *Dichiarando, che tutto quello, che conseguisse per se, e suoi Signori Fratelli asserto, e li viene assegnato nel presente Instrumento, ed in esecuzione del lodo di detto Signore Huygens è l' intero, total compimento di tutto quanto se li deve, ed a loro si aspetta, e che per qualsivoglia causa, azione, e titolo possono potessero pretendere dal patrimonio, eredità, e negozio di detto quond. Sig. Giovanni Desii tanto essi per titolo di successione ab intestato, che ex testamento, quanto per titolo, o ragione di società, o per qualsivoglia altra causa, etiam impensata, quanto per qualsivoglia altra ragione, azione, titolo, o Causa al predetto Sig. Capitano Antonio spettante* „ & ibi „ *Item li medemi Signori Fratelli Desii nel medesimo modo, ec. renunziarono, e rinunziano, cederono, e cedono alle medesime Sigg. Eredi Desii presenti, ec. tutte, e singole azioni, ragioni di qualunque sorte, reali, personali, dirette, utili, miste, e che le competono, o possono competere sopra tutto il patrimonio, effetti, o beni di qualunque sorte, crediti, azioni, e ragioni presenti, o future del Signore Capit. Antonio Desii loro Zio, tanto in vigore della donazione universale fattagli dal medesimo Signore Capitano Antonio per pubblico Instrumento del dì 29. Dicembre 1696. quanto per qualsivoglia altro titolo, o*

causa

„ *causa pensata, o impensata spogliandosi in tutto, e* „ *per tutto di dette ragioni, ed azioni, le quali trans-* „ *feriscono nelle dette Signore Eredi, e loro ec.* & Denique „ ibi „ *e renunziorno, e rinunziano a favo-* „ *re delle medesime Signore Eredi, ogni qualunque a-* „ *zione, ragione, e pretensione di qualsivoglia sorte* „ *niuna eccettuata, etiam incognita, e che abbia cau-* „ *sa di preterito, o di futuro, che li possa mai com-* „ *petere sopra tutti gl' effetti, e beni del quondam Si-* „ *gnor Giovanni, e del Signor Capitano Antonio De-* „ *sii siansi comuni, proprii, o particolari di ciascun di* „ *loro, perchè così ec.* “ ideò indubitatum est, quod pro dictis petiis mille antea per Dominum Joannem
2 Desium alias debitis ex causas depositi dicto quondam Capitaneo Antonio uti comprehensis in dicta transactione, & per eandem transactionem extinctis, non possunt ampliùs dictæ Dominæ Sorores, uti hæredes dicti Domini Joannis molestari, ut latissimè in terminis hujus quietantiæ universalissimæ munitæ verbis, & clausulis adeò effrænatis, immò nequidem ita amplissima loquendi formula conceptæ latissimè firmant *Surd. decis. 176. per totum*, & ibi *Hodiern. numer. 10. & seq. Honded. cons. 49. per tot. libr. 1. Urceol. de transact. quæst. 81. numer. 8. cum pluribus sequentibus, & num. 19. & seq. usque in fin. & consult. 99. num. 18. cum plurib. seqq. & Rot. post Salgad. Labyrint. Credit. decis. 25. num. 11. & decis. 26. nu. 5. & pluribus seqq. & fere per tot.*

In nihilo refragante, quod cum in casu nostro tran-
3 sactio fuerit ex una causa tantum inita, nempè ex causa societatis universalis bonorum, quam dicti Domini Fratres de Desiis fuisse prætendebant inter dictum Dominum Joannem, & Dominum Capitaneum, ideo amplitudo, licet effrænata, & amplissima clausularum, & verborum in dicto laudo, & transactione contenta, non valeat ad extraneas prætensiones, vel res, aut debita ab ea causa prosus independentia, & sic dictum debitum ex causa Depositi comprehendere *Altograd. controv. 82. num. 8. & num. 13. Capyc. Galeot. controv. 42. num. 18. decis. Sicil. aqud Card. de Luca de feud. decis. 35. numer. 119. Rot. in decis. 351. num. 5. & seq. part. 16. Surd. decis. 217. n. 15. Urceol. de transact. dicta quæst. 81. num. 22. & sequ. Fontanell. decis. 379. n. 380. Bich. dec. 492. num. 36. Rot. Emerix jun. decis. 363. num. 2. Bich. decis. 332. Cyriac. controv. 128. numer. 89. Vel. differt. 47. num. 19. 20. Urceol. consult. 99. num. 18. Castill. controv. lib. 4. cap. 42. numer. 42. & 43. Valer. de Transact. tit. 5. quæst. 2. num. 17. & 18. Rot. decis. 119. nu. 9. & 10. part. 13. rec. & post Torr. de Pact. decis. 34. numer. 15. & post Salgad. decis. 25. num. 11. & per tot. & decis. 26. num. 7.* & in punctualibus terminis,
4 quod debitum ex Deposito numquam intelligatur comprehensum in generali, vel universali transactione inita inter Partes firmant *Surd. d. decis. 217. per totum* quem sequitur *Urceol. d. quæst. 81. sub nu. 22. vers. sequitur Surdus Cepoll. cautel. 221. num. 14. Marc. decis. 146. Carocc. de deposit. quæst. 92.*

Quandoquidem in facto non subsistit, quod dictum laudum, & successivè transactio in illius executionem inita emanaverit ex causa tantum dictæ prætensæ societatis bonorum, nam in procemio dicti laudi prius nedum narratur ab Arbitratore quod dicti D. Fratres uti donatarii universales dicti quondam Capitanei prætendissent medietatem totius patrimonii quondam Joannis Desii ex causa dictæ societatis omnium bonorum, verum etiam, quod dictæ Dominæ Sorores Filiæ, & hæredes quondam Domini Joannis Desii obtulissent dicto Domino Capitaneo Antonio pro omnibus prætensionibus, quæ ei competere possent contra totum ejus patrimonium, & hæreditatem dicti earum Patris petias 25000. cum hac etiam conditione, quod dicti Fratres de Desiis renuntiare deberent eorum omnibus Juribus, & actionibus, quas haberent, vel habere possent contra dicta earum bona, & paternam hæreditatem, & quemadmodum dicta oblatio petiarum 25000. non fuit à dictis Domine Fratribus acceptata, ideò dictæ Partes se libere remiserunt dicto Arbitratori, ut ejus prudenti arbitrátu finem imponeret omnibus eorum prætensionibus, pacemque simul, & quietem inter eos firmiter conciliaret, prout clare colligitur ex toto procemio dicti laudi „ ibi „ *E che li Sign. Reverendo Giuseppe Maria, Andrea, e Filippo Fratelli respettivamente, e Figli del Signor Pasquino Desii di Prato Nepoti, e Donatori universali del detto Sig. Capitano Antonio Desii, ec. pretendessero spettare a loro la metà di tutti gl' effetti, e di tutto il Patrimonio del Signor Giovanni lasciato, come acquistati, e mantenuti nella società di tutti i beni, contratta trà detti Fratelli gia da molti anni addietro, e fino al presente continuata, ec. al che esse (cioè le Sorelle, e Figlie del quondam Signor Giovanni Desii) condescendendo offerissero per mezzo di persone terze a i predetti Signori Giuseppe Maria, Andrea, e Filippo Desii di darle la somma di pezze 25000. da otto reali in contanti per tutto quello, che essi potessero pretendere, e se gli spettasse nel Patrimonio suddetto ne modi, e nomi, che sopra, e che facessero rinunzia a loro favore di tutto il resto de' suoi diritti, ragioni, ed azioni sopra di quello, quale offerta non essendo accettata si ricorresse da ambe le Parti alla Persona del Signor Giovanni Antonio Heygens qui parimente negoziante, acciò come soggetto di tutta integrità, e prudenza volesse interporsi in tale affare per quiete, e servizio, e degl' uni, e degl' altri con arbitrio allo stesso di potere per tale effetto risolvere quello, che più opportunamente giudicasse accertato all' ultimazione di questa pendenza* “ Quare cum ex hoc toto procemio dicti Laudi appareat dict. Dominum Arbitratorem non fuisse solum electum super prætensione dictæ societatis universalis omnium bonorum, sed etiam super oblatione petiarum 25000. facta à dictis DD. Sororibus de Desiis pro omnibus Juribus, & prætensionibus dictis DD. Fratribus Desiis competentibus adversus Patrimonium, vel hæreditatem quondam Domini Joannis Desii; Ideò dici non potest, quod verborum, tum laudi, tum transactionis effrænata conceptio restringi debeat ad causam tantum prætensæ societatis universalis bonorum, immò cum dictus Arbitrator vigore dictæ liberæ facultatis a dictis Partibus ei concessæ æquè bene potuerit arbitrari, vel super prætensione tantum dictæ societatis universalis taxando ejus arbitratu aliquam summam, quam pro ea solvere deberent dictæ DD. Sorores, vel super oblatione prædicta declarando, vel summam oblatam, vel majorem dandam esse dictis DD. Fratribus Desiis pro omni eo, & toto, quod ipsi prætendere, & habere possent ab hæreditate dicti quondam Domini Joannis, dicere debemus, quod ipse Arbitrator id fecerit, quia ce vera illius laudi verba ita ad evidentiam præseferre videntur, ut ex tertio Capitulo ejusdem Laudi, ubi post assignationem pecuniarum, & bonorum factam dictis DD. Fratribus Desiis, ita demum concludit „ ibi „ *Con che detti Signori Andrea, e Fratelli non possino mai più pretendere cos' alcuna sotto qualsisia titolo, o colore dalle dette Signore Eredi del Signor Giovanni Desii, nè dal Signor Capitano Antonio, nè da' loro respettivi effetti, e beni, siansi comuni proprii, o particolari, ma devano rinunziare in ogni più valida forma, come doverà meglio esplicarsi nell' Instrumento da farsi di questo aggiustamento.* “

Eoque magis quia si Dominus Arbitrator non judicasset super dicta oblatione, sed super prætensione tantum Societatis universalis, nec ipse, nec partes as- 5
sequi poterant eorum principalem intentum, finem scilicet, & terminationem omnium prætensionum, & differentiarum inter eas vertentium, ac potissimum eam firmissimam pacem, & quietem, quæ ab eis tam necessitudine sanguine conjunctis optabatur, ut in puncto ponderat *Rota post Salgad. labyrint. Credit. decis. 26. numer. 6. & 7. & Urceol. de transaction. quæstion. 81. numer. 18. 19. & 20. & consultat. 99. numer. 20. & 23.*

Sed esto etiam quod compromissum factum fuisset à Partibus super prætensione tantum dictæ universalis Societatis, nihilominus dictum depositum petiarum mille esset comprehensum in dicto compromisso, necnon sub ea portione pecuniarum, & bonorum, quæ fuit assignata per D. Arbitratorem dictis DD. Fratribus Desiis pro omni eo toto, quod prætendere poterant adversus bona, & hæreditatem dicti quondam

D. Joannis, nam sicuti sub prætensione universalis Societatis inter DD. Fratres Capitaneum Antonium, & Joannem de Desiis vertente comprehendebantur etiam dictæ petiæ mille depositatæ per dictum D. Capitaneum Antonium in manibus dicti Joannis ejus Fratris, quia data tali universali Societate ipsum quoque depositum petiarum 1000. esse debebat utrique Fratri commune, ideo D. Arbitrator sub dicta assignatione pecuniarum, & bonorum per eum facta pro dicta prætensione universalis Societatis comprehendere certe intellexerit etiam medietatem dictarum petiarum mille, quæ cadebat sub eadem prætensione, & sic pernecesse sequitur, quod dictæ DD. Sorores non possunt pro dicto deposito amplius molestari. quia cum solutione pecuniarum, & assignatione bonorum ordinata ab Arbitratore extinxerunt, sive restituerunt dictis Dominis Fratribus Desiis medietatem dicti depositi, quæ solum poterat spectare ad dictos Fratres de Desiis; Nam altera medietas spectabat ad dictas DD. Sorores, uti hæredes dicti quodnam D. Joannis, ut mox diximus.

Constito itaque, quod compromissum, & subsequens Laudum amplectatur etiam depositum petiarum mille, ita dicendum est de transactione in executionem ejusdem Laudi emanata.

6 Ulterius potissimum observandum est, an verè, & realiter transactio inita fuerit pro aliqua speciali causa, & re super qua lis, vel controversia erat inter Partes *Castrens. cons.* 333. *num. .... in fine lib.* 2. *& in Liburnen. prætensæ mercedis* 22. *Martii* 1731. *cor. Auditore Venturino fol.* 3. aut verò talis causa specialis in transactione expressa non fuerit à Partibus nominata nisi pro occasione tantum earum transactionis, nam in primo casu, licet Partes successive devenerint ad aliquam universalitatem verborum, attamen non debet transactio ampliari ad alias res, & differentias omnino extraneas, & in his terminis loquuntur omnes authoritates in contrarium laudatæ, secus in secundo casu; Ad cognoscendum autem an causa, vel res, aut controversia specialis sit restrictive, vel occasionaliter tantum apposita, quemadmodum non potest desuper dari certa regula, quia id totaliter dependet à facti circumstantiis, ideo Judicis arbitrio id omnino remittendum est.

Nos itaque reflectentes in casu præsenti, quod Partes in pluribus partibus transactionis digressæ fuerint ad verba adeo prægnantia, ampla, & effrænata, quæ salva ratione recti sermonis restrictionem ullam pati non possunt, quippe indubie censuimus etiam dictum
7 debitum ex causa dicti Depositi inter partes controversum sub dicta transactione cadere, & ex causa ejusdem transactionis, una cum omnibus aliis prætensionibus, & controversiis inter Partes vertentibus fuisse sopitum, ac extinctum, ut ponderata eadem amplitudine, effrænataque verborum conceptione, *Bich. decis.* 332. *num.* 1. *& seq. & Rot. cor. Falconer. tit.* 14. *decis.* 10. *num.* 3. *& cor. Crisp. decis.* 504. *num.* 4. quæ adamussim, imo fortius reperitur in nostro casu, ut ex eorum tenore supra relato, punctualiter tradunt *Urceol. de transact. quæst.* 81. *numer.* 18. *& seq. & consult.* 99. *num.* 18. *& plurib. seqq. & Rot. post Salgad. Labyrint. credit. decis.* 26. *per tot. Surd. decis.* 176. *per tot* & ibi *Hodier.* eoque magis si concurreret, prout in nostro casu, pluries repetitio ejusdem universalissimæ, & effrænatæ loquendi, & verborum formulæ, nec non finis, ac intentio Partium obtinendi inter eas firmam quietem, & pacem, ut notavimus mox supra.

Hinc etiam oritur responsio ad alios Doctores in objecto allegatos, qui voluerunt debitum ex causa Depositi nullatenus comprehendi in liberatione, vel quietantia generali, ex quo nunquam intelligantur remis-
8 sa, aut relicta bona, contra quæ competit rei vindicatio, per textum in *l. Aurelius §. Mævia. ff. de liberat. legat.* & aliis contextibus, de quibus apud Doctores, nam hæc eorum opinio locum minime obtinet in terminis transactionis, & quietantiæ factæ cum verbis universalissimis, & amplissimis, & pluries repetitis, & adeo undequaque effrænatis, ut salva ratione recti sermonis nullam penitus patiantur restrictionem, ut explicant nedum nonnulli ipsimet Doctores in contrarium adducti, nempe *Cepoll. dicta caut.* 221. *num.* 16. *vers. unde necessarium est, & num.* 17. *Surd. decis.* 217. *sub numer.* 14. Verum etiam communiter alii Doctores, & in specie *Bero cons.* 201. *numer.* 18. *lib.* 1. *Corn. cons.* 29. *num.* 1. *&* 2. egregiè *Honded. cons.* 49. *numer.* 38. *& seq. lib.* 1. *Gratian. discept. forens. capit.* 134. *num.* 35. *&* 36. *Rot. coram Seraphin. decis.* 520. *n.* 4. optimè *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 164. *num.* 12. junctis *num.* 15. *&* 16 *Thusch. lit. L. conclus.* 326. *num.* 58. *&* 59.

Cæterum Nos non sumus in casu, quo factum fue- 10
rit depositum regulare, ex quo agi possit rei vindicatione ad rem, vel pecunias depositatas adhuc existentes, sed in Deposito irregulari pecuniarum, quarum dominium sicuti transit in Depositarium, ita cessat rei vindicatio, quo casu non procedere terminos dicti textus *in L. Aurelius §. Mævia*, neque per consequens Doctores in contrarium allatos loquentes tantum de Deposito regulari, aut de rebus, aut bonis contra quæ datur rei vindicatio, notat *Alex. cons.* 170. *num.* 14. *lib.* 2. & in 11
puncto Depositi irregularis cum aliis textibus, & Doctoribus citatis *Didac. de Faria ad Covar. var. resol. cap.* 14. *num.* 6. *vers. sed his locus non erit mihi.*

Agnoscentes DD. Informantes pro Dominis Fratribus Desiis ex hoc capite insuperarabilem Provinciam assumpsisse, se se ad aliud fundamentum convolarunt, quod nempe cum dictus D. Joannes in eadem transactione expresse in se accollaverit omnia debita communia inter eum, & D. Antonium erga Tertios contracta dissolvere, ideoque cum ad dictas DD. Sorores ut hæredes dicti quondam Joannis spectaret solvere dictas petias mille, sine dubio dictis DD. Fratribus Desiis illas, per eosdem tanquam indebitè solutas in causam Dotis D... Perino viro D. Simonæ Nepris dicti Capitanei Antonii, jus repetendi a dictis DD. Sororibus de jure competierit.

Quod hujusmodi depositum esset debitum commune probare satagebant ex eo quod cum dictæ petiæ mille fuerint per D. Capitaneum depositatæ penes dictum D. Joannem ejus Fratrem in causam Dotis D. Simonæ ejus nepris, tam deponens, quàm depositarius obligati remanebant erga dictam D. Simonam, vel ejus virum ad solutionem dictarum petiarum mille, videlicet D. Antonius tamquam promissor dictæ Dotis, & D. Jo- 12
annes, quia recipiendo depositum utili ea ratione, quæ datur Creditori ad consequendum depositum ad ejus favorem, licet extrajudicialiter factum, per textum in *l. Publia, ff. depositi*, & ibi *Bart. Gratian. discept.* 8. *num.* 17. *Surd. cons.* 322. *numer.* 6. *Negusant. de pignorib. par.* 5. *princ. membr.* 3. *part.* 2. *numer.* 29. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *quæst.* 84. *num.* 128. *Olea de cess. tit.* 4. *quæst.* 9. *num.* 13. *& Rota coram Benincas. decis.* 93. *num.* 2. *&* 3. *Rot. post Cenc. de censib. dec.* 475. *num.* 2. *& seqq.* & si id procedit in abstracto, potissimum re-
cipiendum in causa Dotis donatæ, in qua speciale est 13
ut quæratur actio etiam absenti, ut per textum in *l. absenti, ff. de donat.* firmant *De Luca de Dote disc.* 15. *num.* 1. *Rot. coram Merlin. decis.* 77. *numer.* 4. *&* 5. *& post Zacch. de obligat. Cameral. decis.* 266. *num.* 2. &
in punctualibus terminis, quod depositum rei, vel pe- 14
cuniæ factum ex causa Dotis non possit revocari, cum hujusmodi actio statim acquiratur mulieri, vel futuro Sponso, licet absenti, tradit per textum in *l. Si ego* 10. *§. si res, ff. de jur. dotium Thusc. lit. D. conclus.* 213. *num.* 7. quem sequitur *Altimar. de nullit. contract. tom.* 2. *rubr.* 1. *quæst.* 21. *num.* 279.

Verum hujusmodi fundamentum statim corruere visum fuit, quia ex simplici deposito voluntario pecuniæ penes aliquem facto, ut in casu nostro, nullum jus,
vel actio acquiritur Tertio absenti, cujus favore factum 15
fuit depositum, ut communiter tradunt Doctores; Et ideo pecunia depositata potest a deponente quandocumque repeti a depositario, *Negusant. de Pignorib. part.* 5. *princ. membr.* 3. *par.* 2. *n.* 28. *Rovit. decis.* 13. *n.* 3. *vers. primo quia Surd. cons.* 150. *num.* 101. *& seq. Merlin. de pignorib. lib.* 4. *quæst.* 84. *n.* 121. *Rot. post eum decis.* 102. *num.* 10. *& in rec. decis.* 660. *n.* 1. *& seq. part.* 3. *& dec.* 439. *num.* 5. *part.* 18. *Altimar. de nullit. contract. rubr.* 11 *quæst.* 21. *num.* 275. *part.* 2. *Add. ad Burat. dec.* 2. *n.* 15. *Cenc. de censib. quæst.* 111. *num.* 63. *& Rot. post eum decis.* 475. *n.* 9. 10. *&* 11. & in punctualibus terminis *Rota Romana in Romana pecuniaria, seu reintegrationis depositorum* 15. *Maji* 1711. *coram Aldovrando, §. Minus; cum seq.* confirmatoria alterius præcedentis Decisionis in eadem causa emanatæ impressa in fine hujus discursus.

Proce-

16 Procedentibus auctoritatibus contrariis, vel in De-
posito Judiciali, vel etiam extrajudiciali, in quo per
acceptationem simultaneam, vel subsequentem Tertii,
vel per Notarii stipulationem jus quæsitum fuisset Ter-
tio, cujus favore factum fuit depositum, ut optimè ad-
vertit *Rota Romana in d. Romana pecuniaria, seu rein-
tegrationis Depositorum coram Aldovrando §. Quidquid
enim in fin.*

17 Neque obstat, quod favore Dotis jus, & actio et-
iam absenti acquiratur ante acceptationem, quia Do-
ctores allegati loquuntur de promissione, aut donatio-
ne Dotis facta absenti, quare ex hoc nihil aliud præten-
di posset, nisi, quod ex eodem deposito facto pro sol-
venda dote dictæ D. Simonæ inducatur in D. Capitaneo
Antonio tacita promissio dotis ad favorem D. Simo-
næ ejus neptis, vel probatio præcedentis promissionis
ejusdem Dotis, & sic, quod ipse ex tali promissione,
licet in absentia dictæ D. Simonæ facta, teneatur ei
dotem dare, sed nunquam ex tali simplici, & volun-
tario deposito facto ad sui commodum pro faciliori
modo solvendi dotem, quod eidem D. Simonæ acqui-
ratur aliquod jus, vel actio contra pecuniam deposi-
tatam, & depositarium, ut egregiè ponderat dicta De-
cisio *Rota Romana in Romana pecuniaria, seu reinte-
grationis depositorum 15. Maji 1711. §. Quidquid enim
coram Aldovrando.*

Minusque verum est, quod favore dotis ex deposito
18 acquiratur jus, sive actio absenti ante illius accepta-
tionem, quia tam textus in objecta *L. si ego §. si res
ff. de deposit.* quam Doctores ad illius terminos loquen-
tes nihil agunt de Deposito, sed de rebus donatis si-
mul, & traditis, vel ipsi Mulieri, ut nuberet tali viro,
vel ejus futuro marito, ut nuptias cum ea contrahe-
ret, quo casu decidit textus, & Doctores, nequidem
ante sequutas nuptias revocari posse hujusmodi dona-
19 tionem expectantem solum adimplementum causæ, pro-
pter quam datæ fuerunt res, nempè Matrimonii, vel
quia talis contractus sit verè contractus dotis, vel do-
nationis ex causa dotis, & sic nominatus, ut voluit
Covar. var. resolut. libr. 1. capit. 14. num. 16. præ-
sertim penes *fin. vers. sed erit is contractus*, quam
opinionem etiam latè defendit *Boss. de Dote cap. 2.
per tot.*

20 Vel quando esset innominatus, ut latè sustinet *Bar-
bos. ff. solut. Matrim. in rubr. part. 4. à n. 37. usque ad*
44. quia in contractu innominato speciali favore do-
tis non admittitur pœnitentia, ut contra *Covarr. di-
cto num. 16. & num. 17. & Far.* ibi *Add. num. 69. &*
70. plenissimè firmat per textum *in dicta L. si ego*, &
quamplures Doctores allegatos idem doctissimus *Bar-
bos.* loco mox supra citato, quem sequitur *Card. De
Luc. de dote disc. 157. num. 39.*

Esset itaque manifestus error si prætenderetur di-
21 ctam *L. si ego*, vel aliam faventem in casu speciali
causam dotis ampliari ad omnes casus, in quibus de
dote quæstio esset, & sic in casu nostro ad deposi-
tum factum pro dote, quia ex veriori, magisque re-
cepta sententia habemus, quod dos in jure non est ge-
22 neraliter privilegiata, nisi in casibus expressis, in cæte-
ris autem utitur jure communi ex *Boss. de dote cap. 8.
n. 14. Merlin. Pignatel. centur. 2. contr. 59.* latè *Add.
ad dec. 460. part. 4. tom. 2. rec. à num. 39. Card. De*
23 *Luca de dote disc. 83. nu. 5. & disc. 156. nu. 3.* & de
facto in mandato dato ad solvendam dotem etiam ad-
mittitur te integra revocabilitas, prout regulariter in
reliquis mandatis, quia nullus invenitur in jure tex-
tus, qui mandatum favore dotis irrevocabile reddat,
ut latè docet *Barbos. ff. solut. Matrim. in rub. part. 4.
num. 40. in fin. vers. quinimo est expendendum, & nu.
41. cum seq. Covarr. var. resol. lib. 1. cap. 14. nu. 16.*
& ibi *Far. Add. nu. 64. Molin. de just. & jur. disput.
263. numer. 3.* remanente tantum quæstione an illud
duret post mortem mandantis, & ab hærede revoca-
ri possit, in qua quæstione licet nonnulli Doctores
tenuerint, quod juxta illius naturam per mortem ex-
24 tinguatur, vel quod ab hærede revocari possit, ut præ-
sertim voluit *Barbos.* loco citato *num. 41.* ex illa ra-
tione, quod non inveniatur tale mandatum pro dan-
da, vel solvenda dote in jure privilegiatum, attamen
secundum communiorem opinionem se fundantem su-
per dicto textu *in L. si ego §. si res*, qui communi-
ter interpretatur loqui de mandato dato futuro viro,
ut secutis nuptiis convertat res datas in causam do- 25
tis mulieris, contrarium dicendum est, ut videre est
ex *Covarr.* dicto loco citato, ubi plures allegat, & 26
ibi *Joann. Uffel. Add. ad num. 16. vers. favore dotis*,
& Faria pariter *Add. num. 65. P. Molin. de Just. &
jur. disp. 263. num. 3. Mut. in pragmat. Sicil. pragmat.
1. titul. 1. tom. 1. numer. 62. Golin. de procurat. part.
3. cap. 4. num. 15.* & in puncto, quod in deposito 27
pecuniæ facto pro dote mulieris revocari possit ad
libitum deponentis, tradit *Cardinal. Tusch. Lit. D.
conclus. 213. numer. 8.* per regulam juris deductam
ex L. 1. §. si deposuero, & L. licet, & alibi, *ff.
depositi* licet postea se confundens super textu in
dicta *L. si ego §. si res, ff. de jur. dot.* asserat id
esse verum, quoad ipsum deponentem, secus quoad 28
illius hæredem, nam textus ille, nec ullus ex Docto-
ribus, ut vidimus supra, neque ex illis, qui allegan-
tur à dicto *Card. Tusch* loquuntur de deposito facto
pro dote, sed de alio diverso contractu, non merente
aliquam responsionem *Altimaro* ex adverso lauda-
to, quia ipse oscitanter allegat *Card. Tusch.* qui pun- 29
ctim in deposito pro dote facto contrarium determinat.

Sed dato etiam, quod ab hærede deponentis pro do-
te pecuniam non posset revocari depositum juxta fal- 30
sam assertionem *Card. Tusch.* adhuc id nullatenus
prodesset dictis DD. Fratribus Desiis, quia isti non
transegerunt cum dictis DD. Sororibus de Desiis uti
heredes quondam Domini Capitanei Antonii deponen-
tis, sed tamquam illius Donatarii universales inter vi-
vos, in quos ab eodem D. Capitaneo donatore fue-
runt omnia, & quæcumque jura sibi contra D. Joan-
nem ejus Fratrem competentia ex titulo universalis do-
nationis cessa, & translata, & sic etiam jus, & actio-
nem repetendi dictum depositum petiarum mille à di-
cto D. Capitaneo Antonio facto penes dictum D. Joan-
nem ejus Fratrem, ut ad sensum patet.

Præterea (& est secunda responsio ad objectum) ad-
vertendum est in facto, quod in accollando dictis DD.
Sororibus debita communia senserunt Partes transi-
gentes de illis tantum debitis, quæ à principio eorum
creationis, vel sociali, vel communi nomine à dictis
DD. Capitaneo Antonio, & Joanne Fratribus de De-
siis contracta fuissent; itaut ex eodem contractu,
& eadem actione conveniri potuissent, ut apertè in-
dicant verba transactionis „ ibi „ *Dovendo per altro* “
i debiti contratti socialmente, e a nome comune da “
detti Signori Giovanni, e Capitano Antonio Desii, “
o da detto Signor Giovanni Desii in proprio essere in- “
teramente, e del tutto pagati da dette Signore Ere- “
di le quali si accollarno, ed accollano fin' ora tutti i “
debiti già detti “ quæ verba absque dubio percutiunt
tempus, quo simul, vel sociali, vel communi nomi-
ne à dictis Fratribus de Desiis fuissent debita contra-
cta, scilicet ipsum principium actus contrahendi, nam 31
qualitas adjecta verbo restringitur ad ipsum actum,
& sic verificari debet de tempore verbi, ut per tex-
tum *in L. in delictis §. Extraneus ff. de nox. action.
Hodiern. contr. 27. nu. 40. Hermosill. ad LL. Hispan.
Gloss. 8. L. 8. tit. 4. part. 5. num. 18. Rot. coram Coc-
cin. decis. 1369. num. 63. & decis. 1121. num. 67. &
coram Emerix Jun. decis. 278. num. 5.* & in similibus
omninò terminis ita decisum fuit per *Rotam Nostram
Florentinam Cambii inter DD. de Torrigianis, &
DD. de Zattis.* Debitum autem depositi, de quo agi-
tur, non fuit socialiter, neque communi nomine ab
initio contractum à dictis Domino Capitaneo Anto-
nio, & Joanne de Desiis, quandoquidem Dos ab ini-
tio D. Simonæ à D. Capitaneo ejus Patruo unicè
promissa fuit, & pro ea sive ex promissione, sive ex
stipulatu conveniri tantum poterat, & è contra, quo-
ad D. Joannem illud debitum non esset nisi ex post,
& separatim, ac per accidens tantum contractum ex
dicto voluntario deposito, pro quo poterat in sensu
DD. Fratrum de Desiis dictus D. Joannes utili actio-
ne depositi conveniri.

In nihilo denique relevante observantia, quæ per
Informantes pro DD. Fratribus Desiis deducebatur,
quod nempe post dictam transactionem per Tutores
dictarum DD. Sororum de Desiis verisimiliter infor-
matos depositum dictarum petiarum mille fuerit di-
ctis DD. Fratribus de Desiis restitutum, quia cum ex
rationibus per Nos supra deductis ad evidentiam us-
que

que appareat, quod quietantia, & liberatio emissa in transactione, super qua cadere potest prætensa observantia Tutorum, attenta amplissima, & effrænata verborum conceptione sit adeo clara, & literalis, ut indubie etiam dictam pecuniam depositatam complectatur, ideo ab observantia dicta transactio nullam de-
32 clarationem recipere valet, sed consensus Tutorum, & quicquid ab eis gestum fuit, vel collusionis, vel eorum inscitiæ, & imprudentiæ tribuendum est, *Mansf. consult.* 447. *num.* 21. *Rot. decis.* 697. *num.* 10.
33 *part.* 4. *tom.* 3. *& decis.* 363. *num.* 9. *&* 10. *part.* 19. *& apud Palm. decis.* 3. *num.* 15. præsertim in præjudicium DD. Sororum absentium *Carena resolut.* 102. *num.* 13. *Mansf. dicta consult.* 447. *nu.* 21. *& Rot. cor. Buratt. dec.* 129. *num.* 7.

DECISIO ROTÆ ROMANÆ

In Romana pecuniaria, seu reintegrationis depositorum.

Veneris 15. *Maji* 1711.

Coram Aldovrando.

De Voto Sac. Auditorii ad formam Decisionis editæ 17. Decembris 1708. coram Reverendissimo Domino meo Molines Decano protulit A. C. Sententiam, in qua Hilarius de Amicis tamquam indebite pulsatus ad instantiam Æconomi deputati March. Decio Azzolino pupillo pro reintegratione duorum depositorum ab impetitis fuit absolutus, à qua, & si infra decennium interposita fuerit appellatio, prætensum tamen fuit per Hilarium illam transitum fecisse in rem judicatam ob defectum legitimi mandati Procuræ in appellante; Quo circa delegata mihi appellationis Causa subscripsi dubium „ *An sententia lata de Voto Rota sit confirmanda, vel infirmanda, seu potius an constet de re judicata, vel de causis restitutionis in integrum* „ Super quo, exquisito ad præscriptum in Commissione omnium suffragio, Domini, prætermissa postrema ejusdem dubii parte, respondendum autumarunt „ *Sententiam latam de Voto Rota esse confirmandam*.

Validitas quippe in controversiam revocata non fuit; Justitia verò solidè constabilita visa est in geminis Fundamentis Decisionis Reverendiss. Decani, quorum primum consistit in omnimoda deficientia actionis adversus Hilarium, & alterum in eo, quod idem Hilarius mandato distribuendi pecunias depositatas sibi commisso minimè contrafecerit, legemque depositi in singulis partitis controversis ascendentibus ad scuta 5758. plene observaverit.

Et quidem firmissimum compertum est primum defectu actionis: Cupiens enim bonæ mem. Marchio Pompeus Azzolinus Decii Pupilli Pater, & hæres gravatus clar. mem. Card. Azzolini liberare à nonnullis, quibus premebatur, debitis, hæreditatem Reginæ Svecorum eidem Cardinali ex testamento delatam, mutuò recepit per interpositam personam Abbatis Orsoni scuta 20. millia à Monte Pietatis Bononiæ, eidemque dedit in pignus aliquas gemmas; Et quia Orsonus promiserat gemmas præfatas ascendere ad valorem scutorum 20. mille, illasque infra sex menses redimere, nec non solitam persolvere eleemosynam Monti debitam, pro majori securitate favore Montis fidejusserunt, seseque in solidum obligarunt tres Equites Bononienses.

Isti autem Fidejussores, qui propriæ indemnitati consulere studebant, ante quam pecuniæ mutuò receptæ transmitterentur ad Urbem, exararunt mandatum Procuræ in persona Hilarii, cui præscripserunt legem easdem pecunias erogandi cum consensu March. Pompeji in solvendis ære alieno, & legatis ei indicandis, quibus affecta erat hæreditas Reginæ Svecorum cum cessione jurium favore ipsorum Fidejussorum *ad effectum solum jura prædicta experiendi contra hæreditatem prædictam in omnem casum molestia unicuique eorum fortasse inferenda à dicto Sacro Monte Pietatis ex causa dictæ Fidejussionis, & non alias, aliter, nec alio modo*.

Ex quo sanè Mandato Procuræ per Hilarium acceptato, undè totum desumebatur fundamentum actionis à Defensoribus March. Decii Pupilli, in hypothesi etiam, qua Hilarius dici posset formam, legemque sibi injunctam excessisse, nulla exorta fuit actio favore ejusdem Pupilli mediati hæredis Reginæ Svecorum ad effectum cogendi Hilarium pro prætensa reintegratione depositi pecuniarum per eum facti in Sacro Monte Pietatis Urbis, & in Banco Sancti Spiritus ad prædictum effectum dimittendi Creditores, & legatarios Reginæ; Quandoquidem Fidejussores Bononienses idem mandatum exararunt eorum particulari nomine, & pro eorum dumtaxat indemnitate, nulla adjecta expressa stipulatione pro hæreditate, vel hæredibus Reginæ, quamobrem virtute illius quæsita tantum fuit actio di-
recta ipsis Fidejussoribus stipulantibus ad effectum agen- 34
di contra mandatarium ad hoc, ut doceat de adimplemento, sed nulla ex eodem mandato competit actio hæredibus Reginæ, minusque illius Creditoribus absentibus, nemineque pro eis acceptante; Deficiente enim, ut hic, obligatione Camerali consultò omissa à Fidejussoribus, qui eorum tantum indemnitati consulere voluerunt, quo casu nec etiam talis obligatio aliis prodesse potest, ad tradita per *Grat. discept.* 723. *a num.* 1. *cum plur. seq. Rota post Conc. de Cens. decis.* 33. *num.* 1. *& seq.* cum aliis in dicta *decis. Reverendissimi Domini mei Decani* §. 15. Et deficiente etiam Notarii acceptatione pro absentibus in puris terminis
juris, in quibus versamur, alteri per alterum inutili- 35
ter stipulatur, & actio non acquiritur ad *Text. in L. Stipulatio ista* §. *Alteri. ff. de verb. obligat.* cum aliis concordantibus latè relatis in *decisione Reverendissimi Decani.* §. *Procedentes* 8. quibus additur *Mantic. de tacit. lib.* 14. *tit.* 15. *num.* 3. *&* 4. *& tit.* 27. *num.* 1. *Torre de pact. futur. success. part.* 2. *cap.* 45. *numer.* 1. *&* 2. *Capyc. Latr. decis.* 44. *num.* 8. *&* 13.

Hujusmodique legale principium procedit etiam in iis præcisis terminis, in quibus vertitur præsens quæstio absentis nimirum in stipulatione adjecti, vendita
namque, vel donata hæreditate sub expresso pacto, 36
quod emptor, vel donatarius dimittat Creditores Donantis, seu vendentis, nulla quæritur actio directa, vel utilis præfatis Creditoribus contra emptorem, vel donatarium *Textus sunt literales in L. ratio juris* 2. *C. de hered. vel act. vend. & in L. cum res Filio* 22. *C. de donat.* quos optimè exornat *Decisio Reverendissimi Decani.* §. *Quoniam* 11. *&* §. *seq.* egregiè *Torr. d. cap.* 45. *numer.* 3. *& seq. Olea de cess. jur. titul.* 4. *quæst.* 9. *num.* 36.

Non obstat, quod multoties in jure scriptum reperiatur ex alieno etiam mandato, pacto, vel adjectio-
ne acquiri actionem favore adjecti, si non directam, 37
saltem utilem per alios *Text. in L. si res tuas* 8. *C. ad exhiben. L. quod Procurator* 68. *ff. de Procurat. & L. si cum venderes* 13. *de pignorat. act. Bartol. cons.* 71. *numer.* 1. Pro recta siquidem istorum jurium conciliatione advertebant Domini istos benè procedere, quando stipulatio cadit super ipsa re absentis, cujus favo-
re concepta est stipulatio. Nam *Textus in Leg. si res* 38
tuas 8. loquitur de Titio deponente penes Cajum rem alienam cum pacto, quod *eidem Domino* restituatur, decerneturque *Domino* licet ex æquitate competere actionem utilem Deposiô contra Cajum Depositarium.

Textus in *L. si cum venderes* agit de pacto inter 39
Creditorem, & emptorem pignoris, ut liceat debitori absenti pecunia soluta pignus suum redimere, ac statuitur, ut detur utilis actio debitori redimendi suum pignus, quamvis Contractui inter Creditores, & emptorem inito non intervenerit.

Ac demùm in *L. quod Procurator* agitur de Procu- 40
ratore stipulante super re Domini, qui ex facto sui Procuratoris actionem utilem acquirit *Olea de cession. jur. d. quæst.* 9. *num.* 6. *Mantic. de tacit. lib.* 14. *tit.* 24. *numer.* 6. *&* 7. ex quibus manifestè colligitur non esse absolutè veram propositionem in abstracto sumptam, quod favore absentis adjecti acquiritur actio
utilis ex pacto alterius, sed eam procedere cum decla- 41
ratione, vel quando super re nostra paciscitur noster Procurator, tunc enim sive sibi, sive nobis stipuletur, utilis actio nobis acquiritur, benè *Salgad. Labyr. Credit. p.* 2. *cap.* 26. *num.* 46. *&* 47. vel quando super re nostra paciscitur extraneus, tunc enim si extraneus
contrahit ad sui favorem actio utilis nobis acquiritur 42
prævia cessione; Si verò in nostrum favorem pactum

conci-

concipiatur, & tunc utilis actio acquiritur etiam sine
cessione, quemadmodum præfatos textus accuratè ex-
plicat *Olea dicta quæst. 9. num. 12. & seq.*

Hoc posito fit evidens, quod hujusmodi declara-
tio, seu limitatio, regulæ superius constitutæ non ap-
plicatur præsenti casui, quia Fidejussores Bononienses
non erant Procuratores, nec hæredum, nec Credi-
torum, & legatariorum Reginæ, minusque pecuniæ
retractæ ex pignore, super quibus accidit stipulatio
erant propriæ eorumdem Creditorum, & Legatario-
rum, vel hæredum, sed erant propriæ March. Pom-
pei, unde ex adjectione Creditorum, & legatariorum
43 in eodem mandato nulla potuit illorum favore acqui-
ri utilis actio, ad latè firmata per *Salgad. dicto cap.
26. à num. 15. ad plur. seq. Arias de Mesa var. resol.
lib. 3. cap. 50. num. 19. 20. 22. 28. & seq.*

Minimè attento, quod gemmæ oppignoratæ essent
hæreditariæ Reginæ Svecorum, quia non inde illo-
rum pretium dici valet hæreditarium, sed pecuniæ ex
44 oppignoratione retractæ, & in stipulatione deductæ in
liberum, & absolutum dominium March. Pompei op-
pignorantis transierunt, ex recepta sententia apud
*Gloss. in L. qui vas. §. Fin. verbo non furtivum, ff. de
Furt. De Luc. de credit. disc. 26. à numer. 6. ad fin.
R. P. D. Meus Ansaldo de commerc. & mercat. disc.
93. num. 7.* in particularibus namque pretium non suc-
45 cedit loco rei *ad Text. in L. venditor. ff. de hered.
vel act. vendit. L. si quis Uxori, §. Titius, ff. de Fur.
Amat. resol. 4. num. 10. Merlin. dec. 78. num. 2.*

Hinc nihil commune habet cum præsenti casus.
Bart. dict. cons. 71. num. 1. firmantis favore absentis
ex stipulatione alterius acquiri actionem utilem, loqui-
tur enim de stipulatione, sive obligatione solvendi su-
scepta favore absentis per ipsum stipulantem super re,
46 & pecunia propria ipsius stipulantis, & sic non mi-
rum si absens, cui facta erat promissio ab ipso do-
mino potuit actionem nancisci; ut explicat *Castrens.
in L. Publia 2. numer. 1. ad 3. ff. depositi, & in L.
si cum venderet 13. numer. 7. ff. de pignorat. act.* quæ
doctrina hìc non quadrat, quia pecuniæ non erant
propriæ ipsorum Fidejussorum Bononiensium, neque
ipsi, aut Hilarius susceperunt in se obligationem fa-
vore Creditorum, & legatariorum, vel hæredum
Reginæ.

Quæ si procedunt in casu, quo Fidejussores sim-
pliciter mandassent Hilario dimissionem Creditorum,
& legatariorum, quanto fortius procedere debent,
quando illi expressis verbis declararunt, & explica-
runt eorum intentionis fuisse mandatum dare ad so-
lum, & unicum effectum experiendi eorum jura con-
tra hæreditatem Reginæ, quatenùs contingeret illos
47 à Monte Bononiæ molestias subire ex causa Fidejus-
sionis, & non aliàs, aliter, nec alio modo &c. ex
qua declaratione ad evidentiam evincitur mandantes
gerere voluisse dumtaxat proprium, & particulare ne-
gotium, non autem ad effectum prospiciendi credito-
ribus, vel hæredibus Reginæ, eisque parandi actio-
nem utilem contra Procuratorem ab eis ad certam,
& limitatam causam constitutum, quemadmodum ro-
bustè probavit decisio Reverendissimi Decani, §. *Præ-
dictaque 15. cum duob. seq.*

Minùs proficiente Hilarium pecunias sibi Bononia
transmissas deposuisse in Banco Sancti Spiritus, &
in Sacro Monte Pietatis Urbis, cum expressa lege di-
mittendi eosdem Creditores, & legatarios Reginæ,
ex quo saltem quæsita dicatur actio eisdem Creditori-
bus, & legatariis, cum speciale sit privilegium de-
48 positi, sive judicialis, sive extrajudicialis tribuendi ad-
jectis statim actionem utilem sine cessione deponentis
*leg. Publia, L. si is apud quem, ff. deposit. Gomez var.
resolut. tom. 2. capit. 11. numer. 18. versic. Quintus est
casus; Grat. discept. for. capit. 8. numer. 21. Merlin.
de pignor. libr. 4. titul. 2. quæst. 82. numer. 128. Ro-
sa post Cenc. de Cens. decis. 475. num. 2. & seq.*

Quidquid enim dicendum foret si depositum Hila-
rio ordinatum, & injunctum fuisset in dicto manda-
to Procuræ à Fidejussoribus Bononiensibus, & ip-
si urgerent pro adimplemento; hoc unum est, quod
cum isti depositum nullatenus requisiverint, non præ-
sumitur, quod Hilarius pecunias deponendo voluerit
in se assumere eam obligationem, quam ex præmissis
de jure non contraxerat erga Creditores, & Legata-
rios, sed potiùs censetur depositum fecisse pro sui
commoditate, & facilius adimplendi gratia mandatum
sibi commissum à Fidejussoribus, quorum cum ipse es-
set nudus minister, & merus executor, non poterat 49
transcendere, & alterare legem, ac obligationem,
quam ipsum mandatum de jure præscribebat per *Text.
in leg. diligenter, ff. mandat. Rocc. disput. jur. capit.
152. numer. 2. & 3. Rot. decis. 423. numer. 3. & seq.
part. 5. recent.* undè, cum versemur in deposito vo-
luntarie, ac extrajudicialiter facto, jus non fuit quæ- 50
situm Creditoribus, & legatariis sine acceptatione
*Castr. in L. delegare numer. 4. ff. de novat. Surd. cons.
150. num. 101. & seq. Add. ad Baratt. decis. 2. num.
15.* cum aliis in *decis. Reverendissimi Domini mei De-
cani* §. 31. Authoritates verò in objecto allegatæ lo- 51
quuntur, vel in deposito judiciali, vel etiam extraju-
diciali, in quo per acceptationem, vel per Notarii sti-
pulationem creditoribus jus quæsitum fuerat.

Præmissis, quæ ad terminos Juris Civilis certa sunt,
nihil officit dispositio Juris Canonici, quia neque æ-
quitas Canonica patitur, ut alteri per alterum utiliter
stipuletur, & acquiratur, nisi sit persona publica, 52
vel Parochus, vel agatur de collatione beneficiorum,
ut probat *Text. in capit. Quamquam 2. de usur. in 6.
Abbas Panormitanus in Proœmio par. 1. Decretal. quod
incipit Gregorius dividitur num. 25. & in cap. si cautio
num. 6.* circa medium *vers. puto etiam de jure Canoni-
co de fide instrum.* latè *Jason. in L. stipulatio ista 38.
§. Alteri, num. 5. ff. de verbor. obligat. Cancer var. re-
solut. part. 2. cap. 1. numer. 140. & seq.* ubi quod est
necessaria cessio jurium *Gomez var. resol. tom. 2. cap.
9. num. 1. Gabriel. comm. conclus. lib. 3. tit. de verbor.
obligat. conclus. 1. num. 67.* & articulo magistraliter di-
scusso explicatisque juribus contrariis *P. Sanchez de 53
Matrim. lib. 1. disput. 7. quæst. 2. per tot.* signanter *nu.
21. & seq.* imò nec suffragari juramentum de veriori
tradit *Arias de Mesa var. resolut. lib. 3. cap. 50. num.
13. & 14.* nec dissentit *Olea de cess. jur. tit. 4. quæst.
9. num. 32. & 33.* ubi refert opiniones invicem con-
trarias, & eas conciliat, & concludit requiri cessionem,
ad hoc ut absenti quæratur actio de jure Canonico.

Neque utriusque Juris dispositio declinari valet ex
speciali dispositione Statuti Bononiensis disponentis al-
teri per alterum stipulari posse, non obstante, quod sua
non intersit ut in *libr. 3. tit. de cess. bon. contra comm.
Bonon.* ibique *Monterent. Litter. F. Posth. dec. Bonon.
20. n. 18. Coccin. dec. 435. num. 7.* ultra quod enim
juxta verba Statuti illud procedere videtur, quando quis 54
se obligavit directè, non verò, quando, ut hic, re-
spectu hæreditatis Reginæ nulla penitus concurrit obli-
gatio, & respectu Creditorum, & legatariorum Fide-
jussores non fuerunt directè stipulati ad eorumdem Cre-
ditorum, & legatariorum favore, sed ad proprium sti-
pulantium commodum, ut in similibus terminis Legis
Hispanicæ tradit *Salgad. Labyrinth. part. 2. cap. 26.
numer. 40.* prædicta Statutaria dispositio afficere qui- 55
dem valet suos Subditos, at vires porrigere nequit
extra jurisdictionem Statuentium contra Forenses, quos
non ligat, nec activè, nec passive ex potestatis defe-
ctu *Rota decis. 353. per tot. & decis. 526. numer. 6.
coram Merlino, & in rec. dec. 228. à num. 21. part.
8. & decis. 412. num. 10. part. 16. & in Romana, seu
Januen. Legitima 14. Junii 1680. §. In facto coram clar.
mem. Card. Matthejo.*

Actionem verò, quam Marchio Decius, &c.

ARGUMENTUM.

Cessionario debentur fructus crediti Cambiarii sibi cessi, quando Cessio facta fuit translativè: plures conjecturæ referuntur pro Cessione translativa:

Litigiosi vitium quando in Cessione non procedat.

Possessor à Creditore hypothecario conventus, si rem melioravit, offerendo rei æstimationem liberatur, deductis tamen melioramentis à se factis: Et quæ melioramenta deduci debeant, & quomodo in hoc casu probentur.

In

In materia evictionis attenditur pretium rei juxta tempus secutæ evictionis, non autem celebrati contractus.

Et Augmentum intrinsecum proveniens ex tractu temporis cedit in Beneficium Creditoris, & non possessoris.

Melioramenta non compensantur cum fructibus, quando possessor illos percepit jure Dominii, secus si ratione tantum bonæ fidei.

S U M M A R I U M.

1 *Cessionarius justificare debet creditum Cedentis, & docere de Cessione sibi facta, ad effectum succedendi in locum, & jus Cedentis, & numer. 3. & 4.*

2 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, & rem claram, & evidentem, & numer. 29.*

5 *Creditum eodem modo transit in Cessionarium, quo penes Cedentem prius reperiebatur.*

6 *Cessionario debentur fructus Crediti Cambiarii sibi cessi, & num. 9. & 12.*

Non solum ante Cessionem, verum etiam postea decursos num. 10.

Sive Cessio facta sit ex Causa lucrativa, sive onerosa num. 11.

7 *Cessionarius succedit in locum, & universum jus Cedentis.*

Eumdemque in omnibus, & per omnia repræsentat num. 8.

13 *Cessio dicitur facta translative, quando translativa à Contrahentibus denominatur.*

Et quando in instrumento Cessionis adsunt verba Cede, & transferisce *num.* 14.

Nec non etiam clausula Constituens, Ponens *numer.* 15.

Et fit mentio fructuum crediti cessi num. 16.

17 *Cessionarius dicitur proprie ipse primus Creditor.*

18 *Compensatio ipso jure inducitur ad effectum sistendi cursum usurarum.*

19 *Creditor, & Debitor sui ipsius nemo esse potest.*

Sive agatur in actione personali, sive hypothecaria num. 20.

21 *Tertius possessor solvens Creditori anteriori ad effectum eximendi rem per se possessam à vinculo hypotheca, cogere potest creditorem invitum ad cedendum sibi jura: & de ratione numer. 23.*

22 *Creditor non tenetur cedere jura suo debitori.*

24 *Possessor agens ex juribus sibi cessis à Creditoribus anterioribus contra alios compossessores tenetur deducere ratam respectu corporis, seu rei a se possessa.*

25 *Cessio facta pendente judicio nulla est, & invalida.*

Declara tamen non procedere, quando Cessio fiat ex causa necessaria, secus si ex causa voluntaria, num. 27. & 28.

Vel si concurrat bona fides cedentis, & cedatur jus certum, & indubitatum, numer. 29. & 30.

Vel si Cessionarius positus in locum cedentis, & constitutus procurator in rem suam, numer. 31.

26 *Actio, statim ac ex parte Actoris fit litigiosa, non potest alteri cedi.*

32 *Litigiosi vitium procedit tantum respectu Rei, non autem Actoris.*

Declaratur contraria opinio n. 33. & 34.

35 *Possessor à creditore hypothecario conventus si rem melioravit solvendo rei æstimationem liberatur, deductis tamen melioramentis à se ipso factis, & num. 38.*

Quamvis creditor ex dicta æstimatione integrum creditum suum non consequatur nu. 36.

Secus vero si possessor rem non melioravit, nam tunc totum creditum offerre tenetur nu. 37.

Augmentum intrinsecum pretii, seu valoris ex tractu temporis proveniens, cedit in beneficium Creditoris, & non tertii possessoris num. 40.

Distingue, inter Creditorem anteriorem, & posteriorem, ut num. 68.

Rejicitur contraria opinio num. 41. & 42.

39 *In materia evictionis attenditur pretium juxta tempus secuta evictionis, non autem celebrati contractus, & num. 43.*

44 *Emphyteusis est concessio ad meliorandum.*

45 *Emphyteuta non tenetur facere melioramenta magni valoris, & num. 46.*

47 *Melioramenta non spectant ad Dominum directum, si in contractu emphyteusis cautum non sit, quod ad ipsum pertinere debeant.*

48 *Ex pacto devolutionis melioramentorum ad Dominum directum ob Canonem non solutum inferri nequit ad devolutionem melioramentorum finita Emphyteusi.*

49 *Melioramenta quando dicantur probata, & numer. 58.*

50 *Tertius possessor hypothecaria conventus deducere potest melioramenta necessaria.*

Amplia etiam melioramenta utilia num. 52.

Et voluptuaria, si ex istis pretiosior, & utilior res reddita sit num. 56. & 57.

51 *Melioramenta necessaria restituenda sunt etiam possessori malæ fidei.*

53 *Pro repetendis melioramentis necessariis sufficit tantum probare, quid fuerit impensum.*

Secus in melioramentis utilibus, circa quæ attendi debet id, quod est minus inter expensum, &elioratum num. 54.

Quæ regula procedit etiam in melioramentis urbanis num. 55.

59 *Valoris bonorum variatio contingere potest ex augmento intrinseco causato ex cursu temporis.*

Fallit, si constet de melioramentis factis, nam tunc hoc augmentum referendum est melioramentis, non vere beneficio temporis num. 60. & 61.

Præcipue si nondum elapsum sit decennium num. 62. & 63.

64 *Melioramenta non compensantur cum fructibus, si possessor illos jure dominii perceperit, etiam utilis, & num. 67.*

Secus vero si eos perceperit tantum ratione bonæ fidei, nam tunc tenetur illos cum melioramentis compensare num. 65.

Et de ratione num. 66.

Florentina Cessionis.

DECISIO AUTHORIS,

7. Junii 1727.

E T

DISCURSUS CLXXVIII.

JUdicio Concursus intentato à Creditoribus D. Equitis Ferdinandi Alexandri de anno 1721. D. Antonius Franciscus Boddi decimo loco graduatus pro credito cambiario, & fructibus, nec non etiam pro expensis in lite factis, ad effectum prædictum creditum consequendi, io Salviano actionem adversus D. Bernardum Blasini emptorem cujusdam domus dicti D. Equitis Alexandri debitoris promovit, & deinde contra D. Hyeronimum Poletti alterum emptorem, ac possessorem quorumdam bonorum D. Eleonoræ Gambaccini Matris prædicti D. Equitis, ac cum eo pro dicto credito cambiario in solidum obligatæ; Verum D. Blasini obtenta pendente judicio à Domino Boddi dicti crediti cessione mediante solutione scut. 2042. judicium successive de anno 1725. nomine cedentis adversus D. Poletti alterum possessorem bonorum pro dicto credito cambiario etiam obligatorum prosequutus fuit, obtinuitque coram D. Gubernatore Liburni declarari prædictum creditum cambiarium transiisse penes se fructiferum, tam adversus principales debitores, quam etiam contra bona pro dicto credito hypothecata: quo vero ad domum per D. Blasini Cessionarium possessam pronuntiatum fuit deveniendum esse per Peritos ad ejus æstimationem, attendendumque esse valorem de tempore præsenti, habito respectu ad Statum antiquum prædictæ domus, considerandumque esse etiam per Peritos valoris augmentum ex lapsu temporis causatum, deductis tamen melioramentis factis

ctis per Dominum Blasini in dicta domo, nec non et-
iam aeris pretio, quod usque de anno 1706. fuit per
ipsum persolutum ad effectum super prædicta domo
ædificandi.
Verum Judicato non acquiescens D. Poletti, cum no-
vam Judicii aleam in hoc Appellationis gradu coram
nobis subire voluerit, maturè nos juribus utriusque
partis perpensis, ac discussis fuimus in voto senten-
tiam Judicis à quo, utpote Justitiæ, ac Æquitati con-
sonam in omnibus, & per omnia fuisse, & esse con-
firmandam.
De extremis in hoc Judicio necessariis abundè con-
stare nobis visum fuit, cum de credito D. Boddi ce-
1 dentis, quod primum est, ac principale fundamentum
Cessionis ad communiter notata per DD. in *L. si no-
men ff. de hæred. vel act. vend. cum aliis latè Cenc. de
Censib. quæst. 72. sub num. 23. vers. nec etiam Ludovis.
decis. 579. num. 1. & ibi Adden. n. 4. Rot. decis. 114.
n. 14. part. 7. & post Pacific. de Salvian. Interdict. de-
cis. 162. num. 6. & 7.* nec non etiam de ejus anterio-
ritate, & hypotheca docuerit Dominus Blasini per In-
2 strumentum Cambiarium, quod facit probationem pro-
batam *Pacific. de Salvian. inspect. 1. cap. 5. num. 4.
& post eum Rot. decis. 13. num. 1. Palm. Neap. alleg. 281.
n. 2. lib. 3. Andreolus contr. 170. n. 1. Rot. post Merlin.
de Pignorib. decis. 30. num. 1.*
Cessionem jurium translativam, quod est alterum
necessarium requisitum, probaverit per instrumentum
pariter ipsius Cessionis *Rot. post Cenc. de Censib. quæst.
3 72. sub num. 23. §. in hoc autem, & post eum Rot. dec.
255. num. 5.*
Quibus duobus extremis concurrentibus inficiari ne-
4 quit, quin Dominus Blasini vere, ac legitimè in lo-
cum, & universum Jus D. Boddi Cedentis successerit
ad textus *in L. 2. §. non solum, ff. de hæred. vel act.
vendit. Rot. coram Bich. decis. 388. num. 26. & Surd.
cons. 333. num. 5. libr. 3.* & sic cum prædictum cre-
ditum Cambiarium fructiferum esset penes Dominum
Boddi cedentem, ac per eum cum translativè, non
extinctive cessum fuerit, ejusdem pariter naturæ habe-
ri debet, eodemque modo translatum in Dominum
5 Blasini, quo primitus penes ipsum cedentem reperie-
batur, ut optime animadvertit *Rot. decis. 440. num. 9.
part. 14. recent.* quamobrem quemadmodum ante Ces-
6 sionem ex prædicto credito fructus D. Boddi creditori
debebantur, ita illi post translativam Cessionem ad D.
Blasini Cessionarium pertinere debent *Valenzuel. cons.
134. num. 19.* Cum cessionarius in universum jus, &
7 locum Cedentis succedat *Cenc. de Censib. dicta quæst.
67. num. 5. & quæst. 108. num. 21. & post eumdem Rot.
decis. 366. num. 4. Sperel. decis. 177. num. 47. Ansald.
de Commerc. disc. 40. num. 27. Andreol. controv. 348.
num. 1. Gratian. discept. forens. capit. 531. num. 38. &
cap. 936. num. 21.* eumdemque in omnibus, & per o-
8 mnia repræsentet *Cerr. decis. 770. numer. 1. Cenc. de
Censib. quæst. 67. numer. 4.* & in terminis Cessionarii
Census tradit *Cenc. de Censib. dicta quæst. 67. numer.
9 3.* & non solum antea Cessionem, sed etiam postea
decursos fructus ad Cessionarium pertinere firmant
10 *Rot. par. 14. rec. dec. 440. n. 8. Salgad. Labyrint. Cre-
ditorum part. 1. cap. 26. §. unico num. 10.* sive Cessio
facta sit ex causa lucrativa, sive onerosa *Cancer. va-
riar lib. 3. cap 7. de pactis n. 21. 22. 23. 28. Valasch.
11 cons. 8. num. 6. part. 1. Hermosill. ad LL. Hispan. 28.
Gloss. 2. num. 56. tit. 5. part. 5. tom. 2. Rodriquez de
annuis Redditibus libr. 3. quæst. 7. num. 8. Cerr. decis.
12 518 num. 11.* & in puncto, quod Cessionario debean-
tur fructus cambii, firmat *Rot. coram Cerr. in dicta de-
cis. 518. num. 11.*
Translativè vero, non extinctive fuisse D. Blasini di-
ctum creditum cessum ex pluribus conjecturis, ac præ-
sumptionibus, quæ ex ipso Cessionis instrumento resul-
tant, apertissime deprehenditur.
Primò quia Cessio de qua agitur, expresse ab ipsis
contrahentibus non extinctiva, sed translativa denomi-
13 natur, ut ex instrumento „ ibi „ *Cedè, e diede oc.
„ traslativamente non estintivamente il detto suo cre-
„ dito* „ igitur dubitandum non est quin ea vere sit
translativa, cum de voluntate partium volentium ce-
dere translative apertè, ac manifeste resultet *Bich. dec.
631. num. 13. Rocc. Episcopus capit. 131. num. 13. A-
mat. resol. 7. numer. 34. libr. 1. Carleval. de Judic. di-
sput. 35. num. 45. tom. 2. Cenc. de Censibus quæst. 162.
num. 17.*
Secundum ex verbis, quibus ipsa Cessio concipitur
ibi „ *Cedè, e cede, trasferì, e trasferisce* „ quæ, cum 14
veram denotent dominii translationem, translativam
magis, quam extinctivam Cessionem importare viden-
tur, *Carol. Anton. De Luc. Spicileg. de Cess. Jur. quæst.
43. num. 8. Merlin. dec. 83. num. 2. Palm. alleg. 305.
num. 2. Bich. decis. 631. nu. 6. Cenc. de Censib. quæst.
103. sub num. 17.*
Quibus opitulatur altera præsumptio deducta ex clau-
sula *Ponens, & Constituens* apposita in Instrumento, 15
quæ hujusmodi Cessionis translativæ naturam mirifi-
ce confirmat, ut de prima tradit *Carol. Anton. de Luc.
Spicileg. de Cess. Jur. quæst. 43. nu. 8. Rot. post Salgad.
Labyr. Credit. decis. 140. n. 6. Cenc. de Censib. quæst.
103. num. 17. & post eumdem Rot. decis. 363. num. 2.*
de altera vero testatur *Rocc. Episc. cap. 131. n. 13. Bich.
dicta decis. num. 17.*
Denique cum de fructibus crediti principalis mentio 16
habita fuerit per contrahentes, ut ex instrumento „ *Ce-
dè, e cede oc. il detto suo credito di Capitale, e frut-
ti* „ translativam hujusmodi cessionem non extinctivam
monet *Rot. cor. Merlin. dec. 666. num. 1.*
Ad impediendam dicti crediti fructiferi translatio-
nem in D. Blasini minime obstare videtur, quod cum 17
ipse tanquam Cessionarius D. Boddi creditor effectus
esset, tam D. Equitis Alexandri, quam D. Eleonoræ
ejus Matris *Valenzuel. cons. 31. n. 95. Rot. Januen. de
Mercat. decis. 104. numer. 11. Fontanell. decis. 192.
num. 2.* ex altera vero parte tamquam possessor bono-
rum cedenti obligatorum debitor esset, sibi metipsi tam-
quam Cessionario in hoc casu ob concursum crediti,
& debiti in eadem persona inducta esset compensatio
ad effectum sistendi cursum usurarum, quæ ipso jure 18
inducitur *Rocc. Episc. cap. 146. num. 7. & 16. Card.
De Luc. de Camb. disc. 2. numero 21. Rot. decis.
409. num. 21. & seq. part. 9. rec. Fontanel. de pact.
Nupt. claus. 6. Gloss. 2. part. 6. num. 61.* idcirco non
potuisse Dominum Blasini à semetipso tamquam debi-
tore fructus exigere, repugnante juris dispositione, 19
quod nemo possit creditor, & debitor esse sui ipsius *L.
Uranius L. frater à fratre. ff. de condit. indebit. Sperell.
decis. 177. n. 17. Rot. decis. 167. num. 10. part. 4. rec.
De Luc. de pluralit. hominis cap. 101. numer. 1.
Rot. decis. 526. numero 7. part. 18. rec. Olea de
Cess. Jur. tit. 4. quæst. 1. numero 3.* sive agatur in
actione personali, sive hypothecaria *Rot. decis. 331.* 20
num. 9. part. 18. rec.
Nam pro hujusmodi objecti resolutione animadver-
sum fuit deficere unum ex principalibus requisitis ad
inducendam compensationem pro sistendo cursu usu-
rarum, videlicet debitum ex parte D. Blasini, quia
cum ipse liberè dictam domum emerit absque ullo
onere satisfaciendi creditoribus anterioribus, offerendo
crediti solutionem non dicitur propriam obligationem
extinguere, quam non habet, sed potius mediante
solutione acquirere jura adversus debitorem, & ad
hunc effectum posse cogere creditorem etiam invitum 21
ad cedendum sibi jura, cum non debitum proprium,
sed alienum persolvat *Schettin. de Jure offerend. part.
2. cap. 2. sect. 3. numer. 1. 5. & 7.* quod nequa-
quam fieri posset si possessor diceretur proprium de-
bitum persolvere cum à Creditore cedenda non sint
Jura suo debitori *Schettin. loc. cit. numer. 5.* Ter- 22
tius enim possessor solvendo creditoribus anteriori-
bus præsumitur velle tantum eximere rem à se posses-
sam à vinculo hypothecæ, non autem debitorem libe-
rare *Olea de Cess. Jur. tit. 5. cap. 4. num. 28. Schettin.
loc. cit. num. 3.* quare cum in D. Blasini debitum defi- 23
ciat, pro ut requirebatur ad effectum prætensæ com-
pensationis pro impediendo Usurarum cursu, affir-
mandum est legitimè prædictum creditum Cambiarium
penes ipsum transisse fructiferum.
Ad hoc tamen teneri D. Blasini nobis visum fuit,
quod nempe agere non possit adversus D. Poletti reum
conventum pro integra dicti crediti Cambiarii, &
fructuum consecutione, sed teneatur prius deducere
pretium, & valorem Domus à se possessæ, prout à
Peritis æstimabitur eo modo, & forma, quæ traditur
in hac nostra sententia, cum possessor, qui solvit
Creditori, & juribus ab eo cessis experitur contra com- 24
pos-

possessores, teneatur deducere ratam respectu Corpo-
ris à se possessi, ut latissime tradit Schettin. de Jure
offerend. part. 2. cap. 3. sect. 2. num. 1. & seq. & ferè
per tot. cum innumeris Doctoribus ab eo relatis, & sic
tantum à D. Poletti consequi debet quantum deducto
pretio, seu æstimatione Domus superierit ad com-
plendam integram summam dicti crediti Cambiarii;
& fructuum; neque ad effugiendam hanc deductio-
nem potuit Dominus Blasinius cum dictis juribus sibi
cessis simul à se evincere dictam domum, & pro
evictione agere contra bona possessa à D. Poletti,
quia nobis suppositum fuit; quod jura, quæ habebat
D. Poletti ad tuenda dicta bona per eum possessa,
erant anteriora Juribus dicto Domino Blasini com-
petentibus.

Ad infringendam ulterius prædictam Cessionem ad-
debatur ex parte D. Poletti, quod ipsa utpote facta
D. Blasini postquam contra eum Salviani judicium
25 fuit intentatum ex parte D. Boddi cedentis, & sic
pendente judicio manifestæ nullitatis, ac litigiosi vi-
tio laboraret ad text. in L. lite pendente, & L. fi-
nali C. de litigios. Olea de Cess. tit. 3. quæst. 11. num.
3. & num. 17. Prat. discept. 35. n. 8. tom. 2. Rot. Rom.
ad De Luc. in Mantissa decis. 18. num. 14. lib. 7. Actio
26 etenim statim ac ex parte actoris fit litigiosa, non
potest alteri cedi Peregrin. de Jure fisc. lib. 4. tit. 6.
de litigios. num. 19.

Verum nullius momenti, ac roboris hujusmodi
27 objectionem esse censuimus, nam vitium litigiosi pro-
cedit tantum in Cessionibus voluntariis, non autem
necessariis De Luc. de Censib. disc. 13. num. 2. Schettin.
de tertio venient. ad Caus. inspect. 2. numer. 111. part.
2. cap. 2. idcirco cum Cessio relata à D. Blasini pro-
veniat ex Causâ necessariâ, eo quod ipse ad effe-
28 ctum eximendi Domum à vinculo hypothecæ coa-
ctus fuerit acquirere jura D. Boddi creditoris anterio-
ris, dubitari nequit, quin etiam pendente judicio præ-
dicta Cessio de jure fieri potuerit, ut in puncto obser-
vant Schett. & de Luc. loc. citatis animadvertendo ul-
terius, quod cum Cessio contineret jus certum, & in-
dubitatum, prout erat illud Domini Boddi cedentis
cum de illius credito constaret per publicum instrumen-
29 tum, quod rem claram facit, & evidentem Rot. par. 13.
dec. 377. n. 9. & dec. 156. nu. 6. par. 12. rec. & con-
curreret bona fides Cessionarii mediante solutione, quia
Cessionem consecutus est, his sane requisitis concurren-
30 tibus reputari debet cessio validissima, quamvis etiam fa-
cta sit lite pendente Pacific. de Salvian. inspect. 3. cap.
2. num. 906. Olea de Cess. jur. tit. 3. quæst. 11. nu. 22.
Schettin. de tertio venient. ad Caus. inspect. 2. capit. 2.
par. 2. nu. 118. Multoque magis, quod in nostro casu
Dominus Blasini Cessionarius positus fuit in locum Ce-
dentis, & constitutus procurator in rem suam, nam
31 tunc Litigiosi vitium minime contrahi firmavit Schettin.
de tertio venient. ad Caus. loco nuper citato numer. 115.
cum nulla sequatur personarum variatio, semperque
adsit persona D. Boddi Cedentis, quæ per D. Blasini
Cessionarium repræsentatur, neque contingat fieri ju-
dicii mutatio, cum Cessionarius debeat prosequi judi-
cium à cedente factum, ex quibus profecto nullum
præjudicium infertur reo, contra quem cessio obtenta
fuit; Ultra quamquod prædictum vitium litigiosi non
32 videbatur procedere respectu D. Boddi cedentis, &
Actoris, cum illud principaliter tantummodo respectu
rei procedat, ut declarat Eminentissimus De Luc. de
Cens. disc. 13. num. 3. quamvis etiam Cessio facta per
actorem eodem vitio litigiosi affici voluerit Olea de
Cess. Jur. titul. 3. quæst. 11. cum ejus opinio locum pos-
33 set sibi vindicare in casu, quo actor malitiosè oppri-
mendi causa adversarium alteri cessit, ut explicat Can-
cer variar. resol. tom. 2. cap. 12. num. 68. Secus vero
34 quando nullum ex prædicta Cessione reo præjudicium
inferatur, prout hoc loci evenire videtur, cum ex
hac Cessione nullum detrimentum Domino Poletto reo
convento obvenire videatur.

Deveniendo modo ad alteram sententiæ partem,
qua mandatur fieri æstimatio domus per D. Blasini
possessæ juxta valorem præsentis temporis, habito re-
spectu ad Statum illius antiquum, considerato etiam
augmento pretii intrinseco ex lapsu temporis proveniente,
deductis tamen melioramentis factis per D. Blasini, videtur
omni ex parte validissimis juris principiis confirmari.

Certissimum siquidem, & exploratum est in Jure, quod
tertius possessor, quando rem ipsam propriis sumpti-
bus meliorem, ac pretiosiorem reddidit, si à Credito-
re hypothecario conveniatur, poterit beneficio reten- 35
tionis uti non solum pro meliorationibus, sed etiam
pro tota re, soluta ejus æstimatione, deductis tamen
melioramentis Schet. de Jur. offer. part. 1. cap. 2. sect.
3. num. 14. Negusant. de Pignorib. part. 5. membr. 4.
concl. 11. num. 21. Covar. variar. lib. 2. cap. 8. num.
2. & seqq. Magon. decis. Flor. 51. per tot. dicens ma-
gis communem opinionem Franch. decis. 38. num. 2.
referens ita decisum in S. C. & dec. 456. per tot. Ros.
consult. 27. num. 26. Cravet. cons. 98. num. 16. vers.
2. respondeo Mangil. de evict. quæst. 40. numer. 23.
Merlin. de Pignoribus lib. 4. tit. 2. quæst. 81. num. 1.
quamvis creditor ex dicta ejus æstimatione integrum cre-
ditum suum non consequatur Franch. decis. 38. num. 36
2. & ibi De Luc. add. observ. 38. num. 4. Negusant.
de Pignoribus membr. 4. numer. 21. Covar. variar. re-
solut. libr. 2. capit. 8. numer. 2. Cyriac. controv. 194.
Sabel. resolut. 21. num. 27. Contrarium siquidem pro-
cedit in casu, quo res per possessorem non fuisset me-
liorata, nam tunc totum creditum possessor offerre te-
netur Schettin. de Jur. offer. part. 1. capitol. 2. sect. 3. 37
num. 13. De Luc. ad Franch. decis. 38. num. 1. Secus
vero si fuerit meliorata Guzman. de evict. quæst. 20. n.
8. ubi testatur de communi opinione, & quampluri- 38
mos refert, & quæst. 13. n. 73. Arias de Mesa lib. 1.
variar. cap. 49. & hanc opinionem à contrariis defen-
dit Merlin. de Pignoribus lib. 4. quæst. 81. num. 22.

Verum quoad rei evictæ æstimationem prætendeba-
tur ex parte D. Poletti attendendum esse pretium prius
per D. Blasini solutum pro emptione domus, & sic de
tempore celebrati contractus, sed nobis placuit resolu- 39
tum, quod præstandum de tempore præsenti, conside-
rata tamen domus juxta antiquum ejus Statum, ut
punctualiter docet Garzia de expensis cap. 18. nu. 78.
Mangil. de evict. quæst. 40. num. 25. 26. Magon dicta
decis. Florent. 51. numer. 4. Cyriac. dicta controvers.
194. Cenc. de Censib. quæst. 98. numer. 81. Schettin.
de Jure offerend. part. 1. capite 2. sect. 3. numer. 15.
Franch. decis. 38. numer. 5. Augmentum vero intrin-
secum pretii, seu valoris ex tractu temporis proveniens
in beneficium Creditoris, & non emptoris, seu tertii 40
possessoris cedere debet Schettin. loc. nuper cit. Franch.
decis. 38. numer. 5. & ibi De Luc. Add. observat. 38.
numer. 5. & sic non esse deducendum per Peritos
favore Dom. Blasini possessoris, quin imo ei imputan-
dum ad effectum, quod minus pro reintegratione cre-
diti Cambiarii sibi cessi consequi valeat à Dom. Polet-
to reo convento, quamvis primam æstimationem, & 41
pristinum valorem esse solvendum, & augmentum pre-
tii ex tempore causatum possessori acquiri opinatus fue-
rit Gaspar Thesaur. quæst. 71. numer. 5. cum hoc con-
tra communem opinionem affirmet, ut plene demon-
strat ex plurium Doctorum, ac Decisionum authori- 42
tate dictus Schettin. de Jure offerend. part. 1. capit. 2.
sect. 3. num. 15.

Et hæc opinio, quod res æstimari debeat de tempo-
re præsenti deductis tamen melioramentis factis per 43
possessorem, ultra juris dispositionem, habet etiam
magnam æquitatem; Consulitur enim Creditori, qui
habet pretium rei prout hodie valet, & cui nihil abest
de pretio, & relevatur possessor, qui retinet rem, in
qua forsan ei caderet affectio ob meliorationes à se in
illa factas, ut totidem ferè verbis prosequitur Schettin.
de Jure offer. part. 1. cap. 2. sect. 3. numer. 15. in fin.
Arias de Mesa variar. lib. 1. cap. 49. num. 3. Franch.
decis. 38. num. 5. §. Nec decisiones.

Difficultas tamen in nostro casu versari posset in
decernendo Statu antiquo dictæ domus, nam cum de
anno 1713. à Domino Gregorio Alexandri fuerit dicta
domus in emphyteusim D. Blasini concessa, deinde de
anno 1717. eidem vendita, dubitari contingit an atten-
dendus sit Status de tempore concessæ emphyteusis,
vel de tempore secutæ emptionis, & nobis visum fuit,
quod pro antiquo statu dictæ domus constituendo, at-
tendendus potissimum sit Status, in quo prædicta Do-
mus reperiebatur quando fuit de anno 1713. in emphy-
teusim concessa, deducto tamen æris pretio, quod an-
te emphyteusim, & usque de anno 1706. fuit per D.
Blasini persolutum.

Pro

Pro cujus resolutionis confirmatione sciendum est,
44 quod quamvis emphyteusis sit concessio ad melioran-
dum *Valasch. de Jure emphyt. quæst.* 25. *numer.* 7. *Cal-*
das Pereira de empt. cap. 27. *num.* 23. *Garzia de ex-*
pens. cap. 6. *num.* 12. emphyteuta tamen non tenetur
45 ad melioramenta, quæ sint magni valoris *Pacion. de*
locat. & conduct. cap. 34. §. 2. *num.* 13. cum pactum,
quod emphyteuta teneatur meliorare intelligatur de me-
46 lioramentis parvis *Pacion. dicto tract. cap.* 34. §. 2. *nu-*
mer. 15. *Marescott. variar. lib.* 2. *cap.* 109. *numer.* 12.
cum igitur Dominus Blasini de tempore emphyteusis
melioramenta fecerit magni valoris in dicta domo,
ut constat ex Process. à 36. usque ad 81. nec in con-
tractu emphyteusis cautum fuerit per Dominum direc-
ctum, quod ad ipsum finita emphyteusi melioramen-
47 ta devolvantur, utique in hoc casu non poterat per
dominum directum eorum haberi consideratio ad ef-
fectum augendi pretium venditionis, cum prædicta
melioramenta ad D. Blasini pertinerent *Rot. dec.* 193.
num. 13. *part.* 13. *& decis.* 77. *nu.* 8. *part.* 17. *rec. Va-*
lasch. de Jure emphyt. quæst. 25. *num.* 6. *Bonden. collect.*
35. *num.* 25. *libr.* 1. & apud eum alii innumerabiles,
non refragante, quod in contractu emphyteusis con-
ventum sit, quod melioramenta devolvantur ad domi-
48 num directum ob Canonem non solutum, & sic ob
incursam caducitatem, cum ex pacto devolutionis me-
lioramentorum ob Canonem non solutum inferri non
possit ad devolutionem melioramentorum finita emphy-
teusi, cum primus casus ab altero longè differat *De*
Luc. ad Gratian. cap. 394. *Manfred. ad Cypr. Laur. dec.*
320. *num.* 1. *Berlich. concl.* 46. *num.* 45. & 50.

Quo vero ad melioramentorum deductionem facien-
dam in æstimatione dictæ domus res prorsus omni dif-
ficultate carere videtur, nam cum probatus fuerit Status
49 antiquus dictæ domus ex annuis illius pensionibus,
nec non etiam probatum sit in processu, quid impen-
sum, & quid melioratum, utique his concurrentibus
videbantur prædicta melioramenta justificari *Rot. decis.*
12. *num.* 16. *part.* 16. *& decis.* 300. *numer.* 11. *part.*
17. *& decis.* 307. *num.* 8. *& decis.* 366. *num.* 29. *utro-*
bique part. 19.

Hæc melioramentorum deductio non solum extendi
50 debet ad melioramenta necessaria facta per D. Blasini
bonæ fidei possessorem *Marescott. variar. lib.* 2. *cap.*
109. *num.* 2. dum etiam illa malæ fidei possessori re-
stituenda sint *Guzman. de evict. quæst.* 20. *num.* 4. ve-
51 rum etiam ad melioramenta utilia, cum hæc habeant
quamdam naturalitatem cum expensis necessariis *An-*
52 *gel. de impens. art.* 4. *num.* 1. *Marescott. d. capit.* 109.
num. 2. hac sola differentia inter ea vertente, quod
nempe ubi agitur pro repetendis melioramentis neces-
53 sariis non tenetur melioraus probare, quid fuerit per
eum impensum, & quid melioratum, sed tantum suf-
ficit probare, quid fuerit impensum *Pacion. de locat.*
capit. 34. §. 4. *num.* 19. Secus in melioramentis utili-
bus, circa quæ attendi debet illud, quod est minus in-
54 ter expensum, & melioratum *Dominus Auditor Cal-*
deroni resolut. 65. *num.* 31. *Arguel. dec.* 26. *nu.* 58. &
59. *Bich. dec.* 129. *num.* 21. *Merlin. dec.* 546. *num.* 1.
& seq. quæ omnia locum habent etiam in melioramen-
55 tis Urbanis *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 34. §. 4.
num. 32. §. *ego tamen in fine.*

Melioramenta etiam voluptuaria deducenda sunt,
56 dum per ipsa res meliorata utilior, & pretiosior red-
dita est *Angel. de impens. art.* 4. *nu.* 67. cum hoc ca-
su naturam melioramentorum utilium assumant *An-*
gel. dicto tract. art 4. *num.* 68. quod Domus per Do-
57 minum Blasini possessa utilior, & pretiosior reddita
sit, patet ad evidentiam, nam cum ipsa antequam præ-
dicto D. Blasini fuisset in emphyteusim concessa, red-
ditus esset petiarum tantum 170. ut habetur ex justi-
ficationibus in Proc. deductis, nunc autem adscendat
ad redditum petiarum 320. ut probatur ex Proc. in-
ficiari nequit, quin re vera fuerit per Dominum Bla-
sini meliorata; cum melioramentorum probatio reci-
58 piat veritatis fomentum ex augmento pensionis, & an-
nuorum redditunm *Angel. de impensis art.* 6. *num.* 26.
Rot. decis. 251. *num.* 17. *part.* 17.

Nec refragatur, quod prædictarum pensionum aug-
mentum provenire potuerit, vel augmento intrinseco
59 valoris dictæ domus ob lapsum temporis caussato *Rot.*
decis. 545. *num.* 8. *part.* 18. vel quia D. Blasini illam
pro majoribus annuis pensionibus locaverit, quia cum
præcedenter constet de impensis per eum factis, &
quidem magni valoris in melioranda domo, ut vi-
sum fuit ex Proc. hoc annuorum fructuum incremen-
tum referri debet ad melioramenta ab ipso facta,
non ad augmentum intrinsecum bonorum proveniens 60
ex tempore, cum effectus tribuendus sit magis causæ
naturali, quam accidentali, & extrinsecæ, *L. qui Do-*
tem §. hæreditatem in fin. Ciarlin. controv. 34. *num.* 6.
lib. 1. *Rot. decis.* 167. *num.* 9. *part.* 14 Caussæque po-
tentiori, & majoris activitatis referendus *Cyriac. contr.*
394. *num.* 67. *Menoch. de præsumpt. præs.* 29. *num.* 49. 61
Ultraquamquod non posset hoc augmentum valoris
stabilium præsumi ex lapsu temporis, cum nondum
elapsum fuerit decennium, ex quo redditus domus
erat petiarum 170. usque ad tempus quo actus fuit
usque ad summam petiarum 320. idcirco affirmari ne-
quit hoc augmentum ex lapsu temporis provenisse
Pacion. de locat. cap. 19. *numer.* 153. *Rot. decis.* 114. 62
num. 10. *part.* 17. sed stante temporis modicitate re-
ferendum potissimum illud est melioramentis factis
per Dominum Blasini *Rota decision.* 320. *numer.* 4. 63
part. 18.

Cui melioramentorum deductioni obstare non po-
test, quod Dominus Blasini teneatur illa cum fructi-
bus dictæ domus perceptis compensare, nam cum ip-
se tanquam emptor fructus dictæ domus jure Dominii
perceperit, non tenetur cum illis melioramenta à se 64
ipso facta compensare *Guzman. de evict. quæst.* 20. *nu.*
50. *Angel. de impens. art.* 12. *num.* 10. *Marescott. va-*
riar. libr. 2. *capit.* 112. *numer.* 41. & 52. & ad latè
tradita per *Rot. Florentinam in Florentina Fideicom-*
missi de Peruzzis 13. *Septemb.* 1720. *vers. fin.* §. *Pari-*
terque nihil officit, coram me.

Contraria siquidem opinio, quod fructus percepti à
possessore compensandi sint cum melioramentis per ip-
sum factis, procedit in casu, quo fructus percepti es- 65
sent ab eo qui esset solum possessor bonæ fidei absque
tamen ullo Dominii titulo *Maresc. loc. nuper cit. nu-*
mer. 37. *Angel. de impens. d. art.* 12. *num.* 52. quia si-
cuti tali casu ex æquitate tantum Possessor bonæ fidei
facit fructus suos, ideo tenetur illos compensare cum
melioramentis, quæ pariter ex sola æquitate ei resici
debent, cum alias de juris rigore cederent solo, ne 66
simul, & semel admittantur duo æquitates omni ra-
tioni inconsonæ, ut bene advertit *d. Rota Florentina*
loc. cit. cor. me. non autem quando in possessore ul- 67
tra bonam fidem concurrit titulus Dominii etiam uti-
lis, cujus vigore, & non ex æquitate possessor facit
fructus suos, ut punctualiter notant *Negusant. de pi-*
gnoribus membr. 4. *part.* 5. *numer.* 14. *& Rota Florent.*
Guzman. Angel. locis supra citatis &c.

A D D I T I O.

Ad num. 40.

Nota quod si creditor anterior possideret rem sui 68
debitoris sibi datam in solutum, & alter posterior of-
ferendi jure frui vellet, debet iste non solum offer-
re creditori anteriori totum creditum, verum etiam
augmentum intrinsecum rei, quod ex beneficio tem-
poris res obtinuit. *De Luc. ad Franch. decis* 456. *nu.*
6. *Andreol. controv.* 70. *numer.* 9. *Cost. de portion. rat.*
quæst. 65. *numer.* 5. *& sequent. Mastrill. decis.* 201. *nu.*
15. *& seq. Castill. decis.* 52. *in addit. Thesaur. quæst.*
for. lib. 2. *quæst.* 65. *numer.* 8. *Merlin. Pignor. controv.*
93. *numer.* 11. *cent.* 1. *& ibi Scopp. Rot. post albis. de*
Iaconst. decis. 6. *numer.* 18. *Marin. resol.* 219. *numer.*
2. *libr.* 1. *Tondut. Respons. Civil.* 101. *num.* 4. *libr.* 2.
Merlin. de Pignor. quæst. 84. *num.* 6. *libr.* 4.

ARGUMENTUM.

Contractus quo loci inter Mercatores absen-
tes ad invicem contrahentes, dicatur cele-
bratus.

Contractus gestus à Negotiorum gestore, vel
à Corresponsore excedente fines mandati, si
postea à Mercatore ratificetur, an dicatur ge-
stus in loco ratificantis, vel in loco Con-
tractus ab initio gesti: latissime res enucleatur,

Ven-

Venditor habita fide de pretio cum reservatione Dominii, vel specialis hypothecæ in re vendita, donec pretium fuerit solutum, præfertur creditoribus anterioribus expressam hypothecam habentibus, etiam privilegiatis, & ex causa Dotis, sive reservatio Dominii, & hypothecæ apposita sit ex pacto in Instrumento, sive apposita censeatur per dispositionem Statuti.

Statutum loci Contractus, vel Judicii quando attendendum sit, traditur, & probatur Statutum loci Contractus attendendum esse, quando agitur de Conditionibus appositis in Contractu, Statutum vero loci Judicii, quando agitur de qualitatibus contingentibus post Contractum ex negligentia, vel mora.

Debitor quando dicatur proximus decoctioni, & ex quibus circumstantiis deducatur pro validitate, & invaliditate Contractus &c.

S U M M A R I U M.

1 *Contractus, vel negotium inter absentes gestum dicitur in eo loco, in quo ultimus consensus unitur.*

2 *Contractus emptionis, & venditionis inter absentes quo loco dicatur celebratus, si contrahentes primum in pretiò dissentiant, deinde pro minori pretio conveniant, & num. 3. 8. & 9. & 31. & 32.*

4 *Venditio nulla est statim ac contrahentes in pretio dissentiunt, & numer. 5. & numer. 69. & 70.*

Limita ut num. 6.

7 *In lucrativis Contractibus in majori summa semper inest minor.*

10 *Plures Casus effinguntur ad cognoscendum in quo loco celebratus sit Contractus, & quot pariter Contractus celebrati sint, & numer. 12. 13. 16. 27. 28.*

11 *Mercator si mandet suo Corresponsori, ut merces pro se emat, & Corresponsor acceptet mandatum, duo Contractus perficiuntur, & quomodo, & quo loco dicantur isti Contractus celebrati, ibid.*

Et quid si mandatarius, vel negotiorum gestor non à tertia persona, sed à se ipse emeret numer. 12. & 99.

Et quid si Mercator mandans non declaraverit literis se velle directe emere à suo Corresponsore, neque expresse dederit mandatum ad emendum num. 13. & seq.

Et quid si Mercator habens aliquas merces requirat Corresponsorem, ut eas emeret, & Corresponsor nolens eas emere, proponat alium emptorem, quales Contractus celebrentur, num. 15.

14 *Provisiones solvuntur à Mercatoribus tantum pro mandati executione, nec debentur Corresponsoribus quando agunt personam venditoris, & nu. 34. & 71.*

16 *Quales Contractus celebrentur quando Mercator pro altero Corresponsore absente sine aliquo mandato, vel mandatum extedendo aliquem Contractum, & Negotium gerit, quod postea ab absente ratificatur, & num. 17. 18. & 19.*

20 *Contractus, qui à Mercatore absente ratificatur, non dicitur gestus in loco ratificantis, sed in loco, in quo fuit per gestorem dictus Contractus celebratus, & nu. 33.*

Amplia ut num. 25. 26. 27.

Contraria opinio rejicitur, ac declaratur num. 21. 22. 23. 24.

29 *Venditor, qui merces suas vendit habita fide de pretio, & absque ulla Dominii reservatione, nullam habet prælationem in rebus venditis adversus Creditores emptoris, & nu. 36. 37. 41.*

Limita nisi in loco Venditoris adesset Statutum, quod venditor præferri debeat omnibus Creditoribus num. 30. & 42. & seqq.

35 *Venditor in re propria pro pretio præfertur omnibus aliis Creditoribus, etiam anterioribus.*

38 *Venditio per traditionem mercium factam à Procuratore sub nomine, & signo mandantis perfecta dicitur.*

At transfert verum Dominium in emptorem numer. 39.

Etiamsi facta non sit vera, & realis mensuratio, quando merces apposita sunt à mandatario in ballis, & Sarcinis, & tradita sunt nautæ, & vectori num. 40.

41 *Consuetudines Galliæ reservant hypothecam specialem, & potioritatem favore venditoris super re vendita, etiamsi habita fuerit fides de pretio.*

43 *Consuetudines Galliæ, cæteraque Statuta vigentia in pluribus Principatibus reservantia Dominium, & specialem hypothecam pro pretio favore venditoris, etiamsi habita sit fides de pretio, dicuntur rationabilia, uti correctoria responsi Ulpiani in* L. Prucuratoris. §. Plane ff. de tribut. act.

44 *Statuta reservantia Dominium, & specialem hypothecam favore venditoris, donec ille fuerit satisfactus de pretio rei venditæ, extant in Civitate Lucæ, & in Statu Avenionensi, Mantuano, & Ferrariensi, ac etiam in Civitate Eugubii.*

45 *Venditor, cui reservatum sit Dominium, vel specialis hypotheca super re vendita, agere potest rei vindicatione adversus quoscumque Creditores pro consecutione pretii ab eis retracti.*

46 *Venditor per reservationem Dominii præfertur in re vendita quibuscumque Creditoribus, etiam anterioribus.*

Item per reservationem specialis hypothecæ numer. 47.

Et præfertur etiam in mercibus venditis numer. 48.

Nec non præfertur Creditoribus, Dotis privilegiatis, & ex Causa etiam num. 49.

Et agere potest ratione reservationis Dominii, nedum contra Emptorem, verum etiam contra tertium possessorem Emptoris successorem, numer. 50.

Et agere potest extra territorium contra res venditas num. 51.

52 *Hypotheca sequitur rem hypothecatam, tamquam lepra leprosum.*

53 *Argumentum valet à pacto ad Statutum.*

54 *Reservatio Dominii, sive per pactum, sive per Statutum, idem operatur.*

55 *Statutum idem operatur, quod pactum, imo multo fortius operatur, quam pactum.*

56 *Locus Contractus attenditur quoties agitur de Conditionibus, & pactis in Contractu initis.*

Etiamsi Judicium instituatur extra locum Contractus, & in alieno foro num. 57.

58 *Contractus judicatur secundum leges loci, in quo fuit celebratus, etiamsi Lis agatur in alio loco, & territorio.*

59 *Locus celebratis contractus attenditur, quando agitur de viribus Contractus, & locus judicii, quando differitur de modo procedendi in Judicio.*

60 *Locus Contractus attenditur, quando differitur de Conditionibus contingentibus in ipso contractu, & locus Judicii, quando disputatur de conditionibus contingentibus post Contractum ex negligentia, vel mora.*

61 *Etiamsi contrahentes essent Forenses.*

62 *Forensis ligatur Statuto loci Contractus.*

63 *Contractus dicitur celebratus in loco, in quo mandatum à mandatario fuit acceptatum, & executioni demandatum.*

64 *Locus delicti à mandatario commissi attenditur, & non locus, in quo fuit datum mandatum.*

65 *Locus attenditur in quem per Literas transmittitur consensus.*

66 *Locus, in quo Procurator expedivit, & consignavit merces vectori, attenditur, & emptio, & venditio ibi dicitur conclusa.*

67 *Mandati forma est servanda.*

68 *Mandati forma non servata nihil actum dicitur.*

72 Em-

72 *Emptor actione mandati tenetur ad pretium ab eo ordinatum, etiamsi Procurator pluris emisset.*
73 *Utile per inutile in separabilibus non vitiatur.*
74 *Qui negotium pro alio sine mandato gerit, efficitur de Mandatario negotiorum gestor.*
Et in gestione negotii reputatur pro Mandatario num. 75.
76 *Ratificatio retrotrahitur ad diem Contractus, & mandato æquiparatur.*
77 *Ratificatio in negotii gestione retrotrahitur, & ratificans trahit ad se Negotium, tamquam suum.*
Ac etiam in actibus speciale mandatum requirentibus num. 79.
80 *Ratificatio retrotrahitur ad diem actus gesti, ac si actus fuisset gestus à ratificante in loco, & tempore ubi gestus fuit.*
Non retrotrahitur tamen quando actus ab initio est ipso jure nullus, secus quando solum indiget consensu mandantis, seu ratificantis.
82 Parisius Cons. 47. *declaratur.*
83 *Ratificatio habetur pro mandato speciali.*
84 Tiraquel. de retractu Consanguin. §. 1. Gloss. 18. num. 66. 67. & 68. *exponitur.*
85 Lambert. de Contract. ad fin. tract. quæst. 60. num. 198. & seqq. *declaratur.*
86 Rot. in rec. decis. 62. num. 18. & 19. part. 7. *declaratur.*
87 *Dominium Mercium venditarum habita fide de pretio non transfertur in emptorem decoctum, seu proximum decoctioni.*
88 *Decoctus quis sit, vel proximus decoctioni regula certa in jure non est determinata.*
89 *Decoctus, vel proximus decoctioni dicitur ille, qui passus non fuit detrimentum casus fortuiti, & de tempore contractus probatur inops.*
90 *Decoctioni proximus an dicatur ille qui fore cessit per biduum, vel triduum, seu post quatuor, vel sex dies, seu intra decem, vel post quindecim dies.*
91 *Decoctioni proximus quis sit remissum est Judicis arbitrio.*
Etiamsi declaretur decoctus judicialiter post annum num. 92.
93 *Æstimatio communis nominis Mercatoris in foro excludit argumenta decoctionis.*
Secus quando ex statu legitime probato constat contrarium, & ex aliis publicis circumstantiis, num. 94.
95 *Venditor potest agere rei vindicatione adversus res venditas extantes, quando dominium in emptorem non est translatum,*
Et hypothecaria adversus quoscumque Creditores, etiam anteriores, quando est reservatum dominium, vel hypotheca, etiam specialis super re vendita, num. 96.
97 *Revisio est concedenda propter injustitiam.*
Et Sententia est revocanda num. 98.

Nullius, Concursus Creditorum.

DISCURSUS CLXXIX.

ANtequam ad resolutionem cujusdam peregrinæ controversiæ, quæ in casus contingentia excitata fuit, deveniam, primo firmandum est, quo loci inter Mercatores absentes ad invicem contrahentes, aut negotia mandantes dicatur initus contractus, vel negotium.

1 Pro hujus materiæ declaratione præmittenda est regula ab omnibus recepta, quod contractus, vel negotium inter absentes gestum dicatur eo loci, quo ultimus in contrahendo assentitur, sive acceptat, quia tunc tantum uniuntur ambo consensus. Exempli gratia, si Mercator Januensis per literas, aut per nuntium alteri suo Corresponsori Venetiis commoranti, vendere offerat aliquas suas merces pro certo quodam pretio, nempe pro scutis mille, & Corresponsor Venetus emere acceptet, contractus, vel negotium dicitur gestum Venetiis, ubi recipiuntur literæ aut nuntius, & sic ultimus consensus emptoris unitur cum illo præcedenti Venditoris, quia fingitur medio literarum, aut nuntii esse Venetiis præsens, ibique venditionem mercium cum Veneto Mercatore concludere magistraliter. *Rot. decis.* 395. *numer.* 2. *part.* 5. *recent. Card. De Luc. de Credit. disc.* 51. *numer.* 6. *de alienat. disc.* 47. *numer.* 2. *de benefic. disc.* 93. *numer.* 8. *Pacion. de locat. cap.* 16. *numer.* 38. *& seq. Salgad. Labyr. Credit. part.* 1. *cap.* 30. *num.* 19. *&* 20. *Antonel. de loc. legal. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 253. & latè *Dom. Auditor. de Comitibus decis. Florent.* 32. *num.* 55. 56. *&* 57. *tom.* 1. & sic mandati contractus dicitur initus in loco, quo diriguntur literæ missivæ alicujus mercatoris, si alter ad 2 quem diriguntur, eas recipit, & acceptat mandatum. *Antonel. dicto loco in fin. De Luc. de Jurisdict. discurs.* 71. *numer.* 4. *Rocc. de mandat. numer.* 163. *Rot. Gen. decis.* 161. *num.* 4. *Mascard. de stat. interpret. concl.* 7. *num.* 72. *&* 73. *Dom. Auditor de Comitibus decis. Florent.* 32. *num.* 51. *lib.* 1.

Verum si Venetiis Mercator non acceptasset emptionem pro mille, sed rescripsisset se pro 800. tantum scutis emere paratum esse, & postea Januensis pro dicto minori pretio sibi oblato venditionem facere acceptasset, tunc contractus venditionis diceretur perfectus Januæ, & non Venetiis, quia ambo 3 consensus tunc uniuntur Genuæ, ibique per consequens perficitur contractus respective venditionis, & emptionis.

In cujus assumpti comprobationem præmittere de- 4 beo, quod statim ac Contrahentes in pretio dissentiunt, nulla est venditio, textus est expressus in *l. in venditionibus* 9. *ff. de contrahen. vendit.* & ibi scribentes omnes, *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 5. *Molin. de Just. & jur. disp.* 340. *num.* 15. *Altimar. de nullit. contract. rubr.* 1. *part.* 2. *quæst.* 15. *num.* 64. *Merlin. decis.* 567. *num.* 4. 5. 6. *&* 7. & in 5 puncto, quod si unus offerret vendere pro centum, & emptor responderet velle emere pro quinquaginta, vel è contra, si emptor exhiberet quinquaginta & venditor vellet vendere pro centum, nulla fit venditio, ac si nullus contrahentium consensus intervenisset. *Hermosil. ad ll. Hispan. tom.* 2. *l.* 20. *gloss.* 1. *num.* 1. *tit.* 5. *part.* 5. *Gomez var. resol. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 4. *vers. quod tamen. Molin. de just. & jur. disp.* 340. *num.* 15. *Possidon. de emption. lib.* 1. *dub.* 5. *numer.* 7. quod se- 6 cus esset, si emptor vel interrogando, vel respondendo venditori centum pro pretio exhibuisset, & venditor pro 50. vendere intenderet, nam tunc venditio in pretio pro quinquaginta valebit, quia minor summa inest in majori, quando nullum præjuditium, quinimo utilitatem afferret contrahentibus, ut per *text. in l. si decem ff. locati*, tenent *Molin. de just. & jur. dict. disput.* 340. *num.* 15. *vers. si tamen Venditor. Possidon. loc. cit. num.* 85. *Bruneman. in l. in venditionibus* 9. *ff. de contrah. Vendit. in fin. Hermosill. ad ll. Hisp. d. l.* 20. *gloss.* 1. *num.* 2. *&* 3. prout in contractibus lucrativis, in quibus semper, & indistincte, sive ex parte interrogantis major summa, vel minor promittatur, sive ex parte respondentis minor, aut major summa acceptetur, contractus in minori summa valet, quia in contractibus lucrativis semper 7 in majori summa inest minor, *Gomez var. resol. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 4. *& seq.*

Quo itaque posito, modo infero ad casum nostrum, quod sicuti primus consensus venditoris Januensis, missus per literas ad emptorem in alio loco commorantem non potuit se unire cum alio emptoris Veneti, quia iste dissensit pretio scutorum mille; pro 8 quo Venditor merces suas vendere volebat, ita ex isto primo consensu non potest dici facta venditio in loco emptoris, si huic primo consensui venditoris suum non accommodavit, statim ac per literas illum recepit; Quamobrem si emptor postmodum, ac etiam in incontinenti rescripserit venditori, quod ipse pro scutis 800. paratus erit ad emendum, & venditor receptis hujusmodi literis acceptaverit, contractus tunc venditionis perfectus dici debet, quia consensus emptoris offerentis pretium scutorum 800. unitur cum altero novo consensu venditoris illud idem pretium acceptantis, & sicuti talis unio consensuum non fit Venetiis, sed Genuæ, ideo talis venditionis contractus dici debet Genuæ initus, & perfectus, & non Venetiis, per ea quæ egregie tradit *Surd. cons.* 136. *numer.* 32. *cum seqq. & dec.* 70. *num.* 13. *&* 14. *Angel. cons.* 314. *n.* 4. *&* 5. *Pacion. de locat. cap.* 16. *num.* 46. *Hermosill. ad ll.*

Hispan. tom. 2. leg. 8. gloss. 1. number. 4. vers. idem Surdus, & optime faciunt firmata per *Ansal. de Commerc. disc. 6. num. 10.*

Quæ omnia tamen procedunt quando Mercatores hinc inde inter se per literas, aut nuntium tanquam simplices, & principales Partes, vel contrahentes inire intelligunt aliquod negotium, vel venditionis, & respective emptionis contractum; Alia autem res est cum ipsi non uti simplices, & principales inter se negotia agunt, sed unus tanquam simplex Procurator alterius, vel Procurator simul, & contrahens negotium gereret.

Exemplum primi casus est, quando Mercator alteri suo Correspondenti mandat, ut aliquas merces pro se emat, easque sibi transmittat, quo casu si Correspondent acceptet mandatum, & in illius executionem ab aliqua tertia Persona merces commissas
10 emat, duo perficiuntur contractus: Primus mandati inter mandantem, & mandatarium, & alter emptionis, & respective venditionis inter eundem mandatarium uti emptorem nomine mandantis, & venditorem, & ambo perficiuntur in loco mandatarii: Nam quoad mandati contractum ratio est, quia consensus mandantis per literas unitur cum ultimo consensu mandatarii in loco, quo mandatarius reperitur, & acceptat mandatum, eoque magis quoad alterum ven-
11 ditionis, & respective emptionis, quia mandatarius vere emit in loco, in quo & ipse, & venditor existunt, ut punctum tradunt *Rocc. de mandat. not. 163. Salgad. Labyrint. creditor. part. 1, cap. 30. number. 19. & 20. Rot. Jan. de mercat. decis. 161. num. 4. Antonel. de loco legal. lib. 2. cap. 1. num. 253. Card. de Luc. de jurisdict. disc. 71. num. 4. Mascard. de Stat. interpret. concl. 7. num. 72. Marquard. de jure mercat. lib. 2, cap. 10. number. 57.* Nos *disc. 9. number. 21. & 22. de Commerc. & D. Auditor de Cambiis. decis. Florent. 32. num. 51, 52. & seqq.*

Si vero Correspondent mandatarius (& hoc est exemplum secundi casus) non a tertia persona, sed a semetipso merces emeret (quod juxta universalem
12 mercatorum stylum, de quo alibi diximus permissum est) tunc similiter duo interveniunt contractus, unus mandati inter mandantem, & mandatarium, & alter venditionis & respectivè emptionis inter ipsummet mandatarium, uti venditorem ex una parte suarum mercium, & emptorem nomine mandantis ex altera parte, nempe uti ementem à se ipso nomine mandantis, ut punctualiter firmant *Gratian. discept. forens. cap. 500.* & ibi *Carol. Anton. De Luca number. 11. vers. e contrario, & number. 13. Card. De Luc. de empt. & vendit. disc. 5. number. 6. 7. & 8. & de debit, disc. 23. number. 9. & seq. Altimar. de nullit. contract. part. 4. quæst. 39. number. 120. Rot. coram Coccin. decis. 116. num. 1.* & Nos *disc. 38. num. 51. & seq. disc. 120. num. 34. & 35. de Commerc.* & in meo tractatu vulgari *il Cambista istruito cap. 8. number. 2. 3. 4. & seqq.* post dictum meum tractatum *decis. 7. num. 5.*

Nunc pro majori declaratione hujus materiæ pone casum, in quo mercator in literis non expressè declaraverit se velle directe emere à suo Correspondente, tanquam principaliter secum contrahente, neque pariter expressè dederit mandatum ad emendum, sed simpliciter per literas suas Correspondenti commiserit, seu ordinaverit quod sibi transmittat, aut provideat sive per terram, sive per mare de aliquibus mercibus pro pretio currenti in Foro, ut plurimum loquuntur Mercatorum literæ; Dubium forte oriri potest in hoc casu, an Mercator, qui ita merces sibi transmittendas Correspondenti commisit, intellexerit contractum emptionis mercium simpliciter inire velle cum suo Correspondente, uti principali Venditore, vel potius ei dare mandatum ad easdem merces pro se comparandas.

13 Sed ex praxi potius mercatorum dubium de medio tollitur, nam per tales simplices commissiones, vel ordines intelligi debet datum fuisse mandatum ad comparandas merces, ut advertit *Card. De Luc. disc. 5. number. 8. de empt. & vend. & disc. 23. number. 10. de Credit. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. discept. 500. num. 13.* & Nos *disc. 38. num. 51, 52. & seq.*

Et adeo verum est, ut per Correspondentes receptis talibus commissionibus mercium, & executioni demandatis, ultra pretium mercium, solet in computis dari debitum de provisionibus, quod clarius convincit tales commissiones de providendis, seu transportandis mercibus simpliciter datas præseferre mandatum de illis emendis, quo adimpleto, ut vidimus, duo prædicti perficiuntur contractus, aliàs rectè non possent obtinere Correspondentes dictas provisiones, quæ solvuntur tantum à Mercatoribus pro mandati executione, ut palam est, & diximus alibi, si agerent tan- 14
tum personam venditoris, & non mandatarii, ut apposite in puncto advertit *Card. de Luc. de empt. & vendit. disc. 5. num. 8. vers. quod clarius.*

Tale vero dubium omnino cessaret in casu contrario, nempe si Mercator habens aliquas merces suum Correspondentem per literas requireret, ut eas emeret, & Correspondent responderet se emere velle, quia in hoc casu clarum est, quod isti Mercatores nullam aliam personam induunt, nisi respectivè principalium inter se contrahentium, emptoris nempe, & respectivè venditoris; Verum si iste Correspondent requisitus 15
à venditore ad emendum, vel ob non indigentiam hujusmodi mercium, aut ob aliam rationem recusaret eas emere, sed proponeret alium, loco sui, emptorem, & venditor acceptaret, tunc Correspondent, cujus medio venditor merces suas alteri emptori vendit, non aliam gerit personam nisi mandatarii, ut diximus mox supra in exemplo primi casus per nos adducti.

Ultimus denique casus est, quando nempe Mercator pro altero Correspondente suo absente sine aliquo mandato, vel ultra mandatum, aut excedendo fines mandati aliquem contractum, vel negotium gerit cum tertia persona, quod postea ab absente ratificatur, & 16
in isto casu duo pariter interveniunt contractus, unus gestionis inter se, uti gestorem Mercatoris absentis, quia quoties unus absque mandato alienum negotium gerit, negotiorum gestor dicitur ex vulgatis juribus, vel si habens mandatum illud excedit, vel 17
contra facit, de mandatario statim negotiorum tantum gestor efficitur. *Alex. in l. fin. num. 5. vers. aut emit nomine C. de negot. gest. & ibi Salicet. sub nu. 2. vers. sui autem nomine illius Epis. Rocc. disput. lib. 2. cap. 94. num. 1. penes fin. vers. recte advertens. Rot. Januens. de Mercat. dec. 23. n. 18.* & alibi late *Scacc. de Commerc.* §. *2. gloss. 5. num. 364. 365. & 367.* & ipsummet Mercatorem absentem, qui contractus licet ab initio ante ratificationem non sit, nisi quasi con- 18
tractus §. *Quint. instit. de obligat. quæ ex quasi contract. nascunt.* & ibi *Oynotom.* ac omnes Institutistæ, & *l. 2. ff. de negot. gest.* & ibi scribentes, post tamen subsequentem ratificationem vim & naturam prorsus similem contractui mandati assumit inter gerentem, & illum pro quo negotium gestum fuit *Ancharan. cons.* 19
123. numer. 4. & seq. Paris. cons. 78. num. 12. & 13. lib. 3. P. Raymund. Nud. reg. 10. num. 30. & 31. de regul. jur. in 6. ut alibi in hoc tractatu demonstravimus, & infra dicemus, alter emptionis, & respectivè venditionis inter se, uti pro dicto Mercatore absente negotium gerentem, & tertium venditorem, qui pariter ambo contractus perficiuntur in loco gerentis, & non Mercatoris ratificantis, & ratio est, quia ille ratificationis consensus, licet emittatur 20
in loco ratificantis, & ibi videatur se unire cum altero præcedenti gerentis consensu, qui venit à loco gerentis ad locum ratificantis, retrotrahitur ad tempus, & ad locum, in quo fuit per gestorem initus contractus emptionis, vel aliud negotium pro absente, & ratio rationis est, quia consensus ratificantis non unitur in loco suo ad aliquem actum, seu contractum perficiendum, sed acceptandum contractum, vel negotium pro se in loco gestoris jam factum, ac si eodem tempore, & loco, in quo fuit per Gestorem negotium gestum, ipsemet ratificans esset præsens, ibique contraxisset, ut egregie firmat omnium antesignanus *Cyn. in l. si pecuniam 9. n. 2. vers. fin. ff. de negot. gest.* ibi „ *Sed in quarto genere negotii, scilicet in eo, quod* „ *natum est ratihabitione, tunc oritur post ratihabitionem,* „ *non tamen ex ratihabitione, sed ex gestione præcedenti.* „ & ibi „ *quia actio negotiorum gestorum quasi nativa est, quæ ratihabitione secuta oritur ex gestione* „

& mo-

„ & melius ibi „ *Dices tu modo quis est effectus hu-* „ *jus quæstionis? Respondeo, quod magnus, nam tu scis,* „ *quod ratione contractus quis sortitur Forum ut ff. de* „ *Judic. l. omnem, unde si dicamus, quod actio oritur* „ *ex ratihabitione dicitur quasi contractum, ubi est ista* „ *ratihabitio, si non dicitur quasi contractum ubi est* „ *gestio facta, & similiter ibi Bartol. numer. 2. & 3. Bald. numer. 5. usque in fin.* & post eos communiter clarius, & prolixius, & mirum in modum *Ancharan. consil.* 123. *num. 4. & seqq. Carlev. de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 4. num. 279. Card. De Luc. de alienat. disc. 47. numer. 9. Jov. de solemnit. in contract. minor. gloss. 22. §. 13. num. 11. 12. & 13. Rot. decis. 82. num. 5. 6. & 7. part. 6. rec. & part. 10. rec. dec. 244. num. 11. & part. 23. decis. 433. numer. 11. Cost. de retrotract. cap. 2. num. 13.* & egregie *cap. 10. effect. 3. & cap. 8. cas. 8. numer. 1. & seq. Natt. consil. 126. num. 6. & cons. 262. num. 10. Gregor. Lopez ad ll. Hispan. part. 3. tit. 2. lib. 32. in gloss. en a quella tierra, lit. K. Barbos. de reg. jur. in 6. reg. 10. num. 11. & 12. P. Raymund. Nidus de reg. jur. in 6. d. reg. 10. numer. 31. & 32. Rocc. respons. 7. numer. 11. lib. 1. Rot. part. 2. divers. dec. 132. num. 23. Thesaur. decis. 7. num. 2.* latè *Scopp. ad Gratian. decis. 105. numer. 12. & seqq. Surd. decis. 70. per tot.* præsertim à *num. 18.* & ibi *Hodiern. num. 3.* & omnium latissime *Altimar. de nullit. judic. rub. 11. quæst. 39. à numer. 59. ad 80. tom. 2.*

21 Neque aliquam difficultatem ingerunt alii Doctores tenentes, quod ratificatio non trahatur retro ad tempus, & locum contractus, sed quo tempore, & ubi ea sequitur, ibi, eodemque tempore intelligi debeat initus contractus, & sic valeat ex nunc, non ex tunc, ut præ cæteris *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. num. 66. 67. & 68. Gratian. cap. 124. num. 30. 31. & 32.* & ibi *De Luc. Add. num. 9. Antonel. de loc. legal. lib. 2. cap. 15. numer. 63. & seq. Duran. decis. 25. num. 10. 11.*

Nam eorum opinio procedit in casu, quo insub-
22 sistentia, vel nullitas primi actus, vel contractus postea ratificati provenirent, non ex illa Causa dependenti à sola supervenientia consensus ratificantis, sed ex alia causa, ratio autem est, quia contractus initus à negotiorum gestore non est nullus, quia lex non improbat contractum factum à negotiorum gestore, quinimo illum expresse fieri permittit, & sic cum remaneat Jure permittente in Statu pendenti, donec accedat consensus, vel reprobatio Domini, pro quo factus fuit, statim ac sequitur ratificatio, ille consensus primus gestoris, Lege operante, de pendenti in absolutum transit, & efficitur absolutus, quia lex fingit in primo consensu gestoris adfuisse consensum ratificantis, ut respondendo huic objecto, sive declarando contrarios Doctores, advertunt magistraliter *Ancheran. consil. 123. per tot. Rot. decis. 82. part. 6. per tot. P. Raymund. Nid. reg. 10. n. 52. de reg. Jur. in 6.* ubi egregie *Surd. dec. 70. numer. 22. & seqq.* & ibi latè *Hodiern. num. 1. & seqq. Scopp. ad Gratian. decis. 105. num. 12. 13. & seqq. Mans. consult. 439. num. 16. & seq. Jov. de Contract. minor. gloss. 22. §. 23. num. 76. Rota Rom. decis. 324. n. 16. part. 11. & in Viterbien. Salviani 20. Junii 1718. §. Cujus quidem cor. Crispo, & ferè per tot.* & omnium latissimè *Altimar. de nullit. rubr. 11. quæst. 29. à num. 57. & 58. usque ad 72.* vel
23 procedit in casu, quo lex communis non posset hanc fictionem retrotractionis operari, prout in casu alicujus actus, vel contractus faciendi ad formam Statutorum, ut de contractu mulieris, vel minoris faciendo servatis statuti solemnitatibus, vel de retractu ad formam Statuti, quia sicuti in statutis non intrat fictio, imo per statuta intelligitur exclusa, ideo ratificatio postea facta non potest retrotrahi per hanc fictionem à lege communi inductam ad tempus, & locum primi contractus, ita perbelle se explicant *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. num. 73. Lamberteng. de contract. minor. ad fin. tract. quæst. 60. numer. 198. & seq. Antonel. de loc. legal. lib. 2. cap. 15. numer. 63. & seq. Duran. decis. 27. numer. 10. & 11. Gratian. cap. 124. numer. 30. 31. & 32.* ubi dicit,
24 quod si mulier ratificaverit contractum in loco ubi extat Statutum nullas solemnitates exigens à mulieribus, sed servatur tantum Jus commune, talis ratificatio retrotrahi non poterit ad locum celebrati contractus, ubi requiruntur ex statuto talis loci solemnitates, & ita in his terminis loquitur *De Luc. Add. ad Gratian. d. cap. 124. num. 9.*

Et hæc sine dubio procedunt in Mercatoribus, qui 25
aut habeant mandatum, aut non habeant, negotia suorum correspondentium semper agunt non expresso mandato, vel nomine eorum, quorum negotia gerunt, nos *disc. 76. num. 5. tom. 2.* & in puncto Mercatoris negotiorum gestoris *Reiger. in Thesaur. Jur. verb. negotiorum gestor. in 2. Addit. num. 2. in fin. Marquard. de Jur. Mercat. lib. 2. cap. 8. num. 4.*

Quamobrem sequitur, quod contractus, vel negotia gesta non stant in statu pendenti, sed habent suum validitatis statum, & firmitatem in persona gestoris, etiamsi non ratificarentur ab eis, pro quibus vere ge- 26
sta fuerunt, & quatenus ratificentur, tunc solum eorum commodum, vel incommodum à die ratificationis incipit ad ratificantem pertinere, ut firmavimus *in disc. 37. num. 7. 8. 9. & 19. & disc. 5. num. 26. & 27.* & alibi.

Quæ diximus in hoc ultimo casu procedunt etiam in altero omnino simili, nempè quando mer- 27
cator negotium pro absente absque mandato, vel excedendo mandatum, gerendo, non à tertia persona, sed à semetipso merces emisset; etenim cùm nihil omnino differat unus casus ab alio, ex quo idem Mercator duas personas repræsentat, unam negotiorum gestoris, & alteram tanquam tertiam Venditoris, ut supra vidimus, ideo per easdem rationes adductas in hoc ultimo casu, idem dicendum in præsenti.

Deveniendo modo ad resolutionem controversiæ, quæ in facto contigit super casu, quo Mercator per 28
literas requisiverat alium absentem, ut sibi venderet aliquas merces pro certo, & præfixo pretio, & iste acceptis literis accenso in suis libris debitore in majori pretio dicto Mercatore committente, ultra solitas Mercatorias provisiones dictas merces transmiserat, eodemque tempore per literas admonendo committentem de transmissione, & de majori pretio dictarum Mercium, de quo illum constituerat debitorem, ex quo pro viliori pretio ab eo oblato non poterat dictas merces vendere: His receptis literis per alterum Mercatorem emptorem tale negotium fuit per eum approbatum, & ratificatum, perventis mercibus in loco emptoris, & illis per alios suos creditores sequestratis, quæsitum fuit, an Mercator illarum venditor, sit cæteris aliis creditoribus in dictis mercibus sequestratis præferendus: Dicebat enim Venditor se præferri debere super dictis mercibus, quia licet de jure qui vendit habita fide de 29
pretio, & absque reservatione dominii nullam habeat prælationem super rebus venditis, sed in Judicio concursus venire debeat cum aliis creditoribus, inter quos debet fieri creditorum graduatio, juxta temporum anterioritatem, vel æqualitas servari, si omnes sint Chirographarii, vel ubi stante aliquo Statuto creditores omnes, sive hypothecarii, sive Chirographarii tantum concurrere debent per æs, & libram, attamen cum venditio dictarum mercium se- 30
cuta fuerit in loco ipsius venditoris, ubi viget Statutum, aut consuetudo, quod venditor omnibus aliis creditoribus semper præferatur in re vendita, ac si expresse sibi Dominium reservasset, vel præambulam hypothecam, & cum debeat in decisoriis circa ea, quæ ab initio de tempore contractus oriuntur, Statutum servari per ea, quæ latè firmavimus supra in *disc. 43. num. 19.* & latiùs *disc. 130. num. 27. cum pluribus seqq. & disc. 166. numer. 33. & in Cambista Instruite cap. 7. num. 13. & 14.* quibus addo *Tornill. cons. 21. per tot. Antonel. de loco legal. lib. 2. cap. 15. quæst. 5. num. 68. & seq. Jov. de solemnit. contract. minor. gloss. 22. §. 23. num. 15. Rot. Gen. dec. 38. num. 3. & 4. Mans. consult. 209. num. 18. & 19. Coccin. decis. 116. num. 3. & 4. Rot. rec. part. 17. decis. 101. num. 1. & seq.* ideo eum omnibus Creditoribus præferri debere super dictis mercibus à se venditis.

Verum alii Creditores respondebant, quod hæ rationes locum habere non possunt in casu præsenti, quia contractus emptionis non intelligitur initus

in loco dicti Venditoris, sed in loco emptoris, ubi
31 servatur Jus commune, quia cum consensus emptoris de emendis dictis mercibus pro minori pretio non fuerit acceptatus à venditore, sed immo cum rescripserit iste pro majori pretio ad eum transmisisse merces, ideo iste novus consensus venditoris, missus ad locum emptoris in eodem loco emptoris unitus dici debet cum altero ejusdem emptoris ratam habentis venditionem pro majori pretio sibi factam.

Super enim hoc dubio nos profectò censemus dictum venditorem bonum jus fovere, & propterea omnibus aliis Creditoribus super dictis mercibus ab eo venditis præferendum esse.

Nam licet primus consensus emptoris non potuerit se unire cum consensu venditoris, quia iste dissensit à minori pretio per emptorem oblato; & sic ex hoc capite dici non possit istum contractum respectivè emptionis, & venditionis initum, seu perfectum fuisse in loco venditoris, tamen cum iste ven-
32 ditor, qui uti simplex venditor noluit assentiri venditioni, attento minori pretio sibi per emptorem oblato, & sic non dederit locum primo contractui, ad alios actus postea deveniendo, nempe ad transmissionem dictarum mercium accendendo in suis libris emptorem in majori pretio debitorem, dici necesse debeat eum induisse aliam novam personam, nempe negotiorum gestoris pro dicto emptore, & uti gestorem illius à semetipso, uti venditore, novum emptionis contractum sub probabili spe habendi approbationem, seu ratificationem à dicto emptore, qua
33 deinde obtenta, sicut iste novus consensus emptoris, nil aliud est, quam ratificatio alterius novi contractus emptionis facti à dicto venditore, uti gestore emptoris cum semetipso, uti venditore, quæ per fictionem Juris retrotrahitur ad tempus, & locum contractus, ideo iste novus contractus emptionis dicitur factus in loco venditoris, & non emptoris ex firmatis supra in §. *Quæ diximus* in casu, de quo ibi egimus.

Quod clarius convincitur ex provisionibus, de quibus dictus venditor constituit debitorem dictum emptorem in transmittendo ei merces, nam sine dicta repræsentatione novæ personæ gestoris, sive novo contractu ab eo uti gestore emptoris cum semetipso facto, dictæ provisiones non poterant in debitum
34 emptoris poni, ut documus supra. §. *Et adeo hoc verum est &c.* Et ita fuit judicatum per Rotam Nostram Florentinam de anno 1727. coram doctissimo Collega meo D. Auditore Calderono, ut in illius elaborata decisione à me mox infra registrata, quæ in omnibus hunc præsentem discursum refert, & sequitur.

Liburnen. Pecuniaria,

Sabbathi die 20. Septembris 1727. Coram Domino Auditore Calderono.

DAvid Cayrel in celebri Emporio Liburni Mercator in hæc verba Epistolam scripsit, sub die 14. Februarii 1721. Dominis Astruch, & Sociis Mercatoribus in Civitate Nemausi Regni Galliæ ejus correspondalibus.

„ *Nel resto se vi trovate qualche assortimento di*
„ *Droghetti, Calissi di Clisus lesti, e che voi voglia-*
„ *te darmene a pezze trenta la Canna per pagare in*
„ *agosto prossimo in moneta effettiva al prezzo Comune*
„ *gli piglierò, quando ve ne fusse ancora dugento Pez-*
„ *ze, purchè vogliate darmele alle condizioni di so-*
„ *pra, rese franche di spesa a Bordeaux per tutto il*
„ *prossimo Mese d' Aprile, in tal caso ve le potrete*
„ *mandare, facendone l' indrizzo al Sig. Menoire a*
„ *mia disposizione.*

Et attento tenore dictæ commissionis transmissæ fuerunt, & expeditæ à Domino Astruch dictæ merces, & consignatæ Nautæ pro transportatione ad Portum Liburni in quantitate enunciata in Epistola Domini Astruch, scripta sub die 2. Junii 1721. tenoris sequentis.

„ *Non aviamo vostre Lettere da rispondere; il che*
„ *ci causerà maggior brevità la presente servirà per*
„ *accompagnare la fattura de 10. Balle Calissi alla*
„ *Delfina, che contengono 246. pezze, ascendendo*
„ *con l' imballaggio a pezze 876. da otto reali, del-*
„ *le quali vi piacerà darci credito, le aviamo spedi-*
„ *te questa mattina per Tolosa, assieme con 14. Bal-*
„ *le per nostro conto per mandare a Bordeaux al Si-*
„ *gnor Menoire, e di li a Nantes al Signor Pie-*
„ *tro, e Giovanni Michel per esser caricate secondo*
„ *il vostro ordine sopra la vostra Nave.* "

De qua expeditione certioratus David Cayrel illam in omnibus suis partibus approbavit, & ratificavit, prout per Epistolam ipsius sub die 20. Junii 1721. tenoris sequentis,

„ *Ho ricevuto tutte alla volta in questa settima-*
„ *na le tre care vostre de' 23. 26. passato, e 2. del*
„ *corrente, per l' ultima sento con piacere, come*
„ *avevi spedito per via di Bordeaux alli Signori*
„ *Michele di Nantes, Balle dieci Calissi fini alla*
„ *Delfina, per conto dei quali ne ricevo fattura,*
„ *per l' ammontare de quali vi darò credito di pez-*
„ *ze 876. da otto reali, per pagare frà sei Mesi,*
„ *benche passate li detti Calissi a ragione di pezze*
„ *tre, e mezzo la Pezza, prezzo molto alto riguar-*
„ *do al Cambio, stante che il mio limito era assai*
„ *meno, ma non importa, voglio facilitare con la*
„ *speranza, che voi ne praticarete l' istesso, e che*
„ *mi accorderete alle medesime condizioni.* "

Pendente verò dicta commissione, & expeditione, & detecta insufficientia, & impotentia David Cayrelli in solvendo, non tam dictas Merces, quam cætera debita contracta cum Dominis Orsuccis ex Nobilioribus Familiis Civitatis Lucæ, & cum aliis pluribus creditoribus, vix perventæ dictæ Merces in Portum Liburni, positæ fuerint sub sequestro à Capitaneo Navis pro Cambiis maritimis, & ab aliis creditoribus ejusdem David Cayrelli pro eorum creditis, & introducto Judicio concursus super ejus bonis, & super dictis Mercibus, seu eorum pretio, coram Domino Gubernatore Liburni, acerrimè disputata Causa inter dictos Creditores ex una, & inter Dominum Astruch ex altera parte, prætendente Dom. Astruch prælationem, & potioritatem super illis, tanquam propriis, non tam ratione Dominii ob decoctionem ejusdem Cayrelli paulò post declaratam, quam ratione specialis hypothecæ reservatæ per consuetudines Galliæ *Articulo* 177. favore Venditoris super rebus venditis, donec fuerit de pretio satisfactus, Dominus Astruch succubuit, prout etiam à causa cecidit in secunda Instantia, coram Dominis Consulibus Maris in Civitate Pisarum, à quorum sententia interposito recursu ad REGIAM CELSITUDINEM CLEMENTISSIMI DOMINI NOSTRI, pro revisione, nobisque delegata cognitione, an Revisio esset concedenda cum facultate etiam cognoscendi super Justitia Sententiæ Dominorum Consulum Maris Civitatis Pisarum, positis ad trutinam rationibus utriusque Partis; nobis sufficienter constare visum fuit de injustitia dictæ sententiæ; ad effectum non solum concedendi petitam revisionem, verum etiam ad effectum illam revocandi, prout ipsam revocandam esse existimavimus,

Domini Orsucci, cæterique creditores prætendentes trahere in concursum, & contributum Dominum Astruch, & illum, excludere à prælatione, & potioritate super dictis mercibus, seu super earum pretio, deducebant, quod sicuti vera, & receptissima est Theorica desumpta à *Bartol. in l. si cum Dotem. §.*
Final. ff. solut. Matrim. quod Venditor in re pro- 35
pria simpliciter vendita præferatur pro pretio aliis creditoribus, non ratione hypothecæ, sed ratione Dominii penes venditorem manentis usquequo pretium fuerit solutum, quam sententiam, uti æquissimam, & communem tuentur per *Text. in §. Vendita Instit. de rer. divis. & in l. Procuratoris, §. Plane, ff. de tribut. action. Bartol. in dicta l. si cum Dotem* 23. *§. Final. n.* 10. *ff. Matrim. solut. & Merlin. de pignorib. & hypothec. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 41. *numer.* 1. *&* 6. *Papon. in suis Arrest. libr.* 11. *tit.* 3. *de Hypothecis, Altograd. consil.* 9. *numer.* 4. *versic: Unde ex his tom.* 1. *Mans. consult.* 10. *a numer.* 1. *usque ad* 8. *tom. primo. Card. De Luca de credit. & debit. disc.* 23. *num.* 6. *& seqq.*

Ita

36 Ita communi placito amplexa est in Foro limita-
tio, quod venditor pro pretio, cujus fidem habuit,
nullum habeat potioritatis privilegium, in ipsismet
bonis venditis in concursu creditorum Emptoris, ad-
eout ab anterioribus vincatur, atque in hoc casu in-
hærendum sit regulæ, ut qui prior in tempore, esse
debeat potior in Jure. *Amat. Var. resol. cap. 3. nu-
mer. 40. & 41. Gratian. discept. forens. 911. n. 25.
& 26. Merlin. de pignorib. & hypothec. lib. 4. quæst.
41. n. 4. Capyc. Latr. dec. 24. n. 16. Fontanell. de
pact. nuptial. clauf. 7. gloss. 1, part. 9. num. 33. cum
seqq. Card. De Luca de credit. & debit. disc. 23.
n. 2. & disc. 26. nu. 10. Constantin. ad Stat. Urb.
cap. 128. annot. 30. art. 1. n. 8. tom. 1.* & ego ipse
in *resol. 30. n. 1. tom. 1. part. 1. Sabell. in Summ.
divers. tractat. tom. 4. Lit. V. §. 7. n. 4. Mell. ob-
servat. Forens. 45. num. 50. & observ. 112. nu. 13.
Castald. consult. 63. num. 2. & 3. Ansald. de Com-
merc. & Mercatur. disc. 56. num. 3.*

37 Idemque procedat in venditore mercium, habita fi-
de de pretio, qui nullum pariter privilegium habet
circa merces, etiam extantes, ad *text. Vulgat. in d.
l. Procuratoris, §. Planè ff. de tribut. action.* cujus
hæc sunt verba „ *Sed si dedi mercem meam venden-* "
„ *dam, & extat, videamus, ne iniquum sit in tri-*
„ *butum me vocari, & si quidem in creditum ei abii,*
„ *tributio locum habebit* " idest concursus, cum
quo concordat *Petrus Barbosa in l. cum Dotem. §.
Final. num. 32. ff. solut. Matrimon. Gait. de credit.
cap. 4. tit. 11. numer. 1211. 1214. 1215. & 1222.
Merlin. de pignorib. & Hypothec. lib. 4. d. quæst. 41.
numer. 4. Salgad. Labyrint. credit. part. 1. cap. 11.
num. 78. Card. De Luc. de empt. & vendit. disc. 5.
per tot.* & ego ipse *dicta resol. 20. num. 3.*

In quo casu limitationis nos versari asserebant ha-
bitæ fidei de pretio, prout ex tenore dictarum epi-
stolarum David Cayrelli sub die 14. Februarii 1721,
& ex tenore epistolæ DD. Astruch, & Sociorum sub
die 2. Junii ejusdem anni, ex quibus apparet, non
solum de fide habita de pretio, sed etiam de acce-
ptatione mandati per Dominum Astruch, & de illius
executione, cum subsecuta traditione mercium, &
lanarum venditarum, mediante consignatione facta
38 Procuratori dicti David Cayrelli mandantis, imo cum
consignatione facta Nautæ pro David Cayrello sub
ejus nomine, & signo, quæ eundem operatur effe-
ctum, ac si consignatio facta esset personæ ejusdem
Cayrelli committentis, juxta textus punctuales in *l.
traditio. §. Ultimo. ff. de acquiren. rer. domin. & in
l. 1. §. Per Procuratorem* cum glossa ibi in *verbo
acquiritur, & l. commun. 42. ff. de acquirend. vel
amittend. possess. Rocc. de mandat. num. 108. & re-
sponf. 19. num. 1. & seqq. tom. 2. Rot. Januen. dec.
13. numer. 17.* Insignis noster Dominus *Casareg. de
Commerc. disc. 56. num. 31. & seqq.* & post tracta-
tum del Cambista Instruito *dec. 8. numer. 2.* & in
terminis Mercium traditarum Vectori, seu Nautæ de
mandato committentis *Gratian. cap. 500. numer. 12.
& 20. & 21.* & ibi *Carol. Anton. De Luca, &
Card. De Luca de empt. disc. 5. num. 6. & disc. 6.
num. 9. D. Casareg. in tractat. del Cambista Instrui-
to, dicta dec. 8. num. 3.*

39 Ac etiam operatur alium effectum translationis veri
Dominii in eundem emptorem *Gratian. discept. fo-
rens. 500. numer. 17. & per tot. Card. De Luc. de
empt. & vendit. disc. 5. num. 1. & per tot. & de
credit. disc. 23. num. 9.* idem Dom. meus Casareg.
in *tractat. de Commerc. d. disc. 38. in addit. n. 51.
& seqq. & in tractat. del Cambista Instruito cap. 3.
numer. 48. & 49. & dec. 8. numer. 7. & seqq. post
eundem tractat.*

40 Etiamsi non constaret de vera, & reali mensura-
tione, & traditione facta Personæ ejusdem Cayrelli,
cum eo ipso, quo merces apponuntur in Ballis, &
ponuntur in Sarcinis, ac traduntur Nautæ, & Ve-
ctori cum solitis notulis, & adnotationibus in li-
bris, & cum Apocis oneratoriis, censeatur implicitè
facta mensuratio, quæ sufficit, ut dicatur vera men-
suratio necessaria pro translatione dominii, prout de
hac implicita mensuratione bene *Mans. consult. 275.
Card. De Luc. de empt. & vendit. disc. 5. n. 6. & seqq. &
de credit. & debit. disc. 23. num. 20. Dom. Casareg. in
tractat. del Cambista Instruito in dec. 8. n. 6. & in tractat.
de Commerc. disc. 10. n. 38. & n. 121. Rot. in recent. dec.
340. num. 8. part. 18. tom. 1.*

Ac proinde translato dominio in David Cayrellum,
super cujus Bonis ob ejus decoctionem introductum
est Judicium Concursus, nulla ratio amplius domi-
nii sit considerabilis in Domino Astruch venditore,
& Commissionario, & sic merces venditæ, ut transla- 41
tæ in dominium Cayrelli, hodie subjaceant hypothe-
cis creditorum, & procedendum sit cum regula prio-
ritatis in tempore, seu per viam contributi cum Cre-
ditoribus Chyrographariis, juxta Textum *in supraci-
tata L. Procuratoris, §. Planè, ff. de tribut. action.*
cum aliis supra relatis in §. *Ita communi placito*, &
in enunciata mea *resolut. 20. numer. 4.* quibus addi
possunt *Salgad. in Labyrint. Credit. part. 1. cap. 11.
num. 78. Capic. Latr. decis. 24. numer. 16. Mans.
consult. 10. num. 9. 10. 11. & seqq.* Dominus meus
Casaregis in citato doctissimo tractatu de *Commerc.
in Addit. ad disc. 38. num. 91. & disc. 56. num.
53. & in tract. del Cambista Instruito cap. 3. nu-
mer. 49.*

Quibus tamen non obstantibus in contrariam nos
devenimus sententiam favore Domini Astruch, nam
reassumpta prætensa limitatione in contrarium dedu-
cta à Dominii translatione in David Cayrellum em-
ptorem, visum fuit, rationem decidendi desumi non 42
posse à subjectione Mercium venditarum hypothecis
aliorum Creditorum propter obstaculum Legum, &
consuetudinum Regni Gallorum in dicto *Articulo
177.* indemnitati venditorum consulentium cum re-
servatione dominii, seu specialis hypothecæ, donec,
& quousque pretium rerum venditarum consecuti
fuerint, etiam si à Venditore habita fuerit fides de
pretio, de quibus Legibus, & consuetudinibus teno-
ris sequentis „ *Non ostante ancora, che avesse da-* "
to tempo al pagamento, se le cose si trovano in "
mano del Debitore sequestrate ad Instanza d' altri "
Creditori, il Venditore può impedire la Vendita, "
ed è preferito sopra tali cose agli altri Creditori "
& usu receptis in toto Regno, & in Civitate Ne-
mausi, testimonium facit egregius vir Consiliarius
Regius, & Procurator Generalis in Regno Tholo-
sæ, cui, tanquam Officiali Regio testimonium fa-
cienti de re ad suum Officium spectante, plena fi-
des est adhibenda, ad tradita per *Altograd. Jun. con-
trov. 32. numer. 4. & 5. Libr. 1. Rot. apud Tor.
Var. Jur. quæst. part. 1. decis. 5. numer. 19. tit. 12.
lib. 1. & coram Benincas. decis. 243. numer. 4. &
decis. 292. num. 15. & coram Othobon. decis. 182.
num. 11. & seqq. & coram Ansald. decis. 22. num.
23. & in recent. decis. 54. numer. 16. & decis. 63.
numer. 9. & decis. 275. numer. 2. & decis. 292.
num. 2. & decis. 322. num. 23. & decis. 359. nu-
mer. 12. part. 11.*

Et de quarum Legum validitate, Justitia, & æqui- 43
tate generaliter ad corrigendam asperitatem responsi
Ulpiani in dicta *l. Procuratoris* loquuntur *Thesaur.
quæs. forens. lib. 2. quæst. 74. num. 1. versic. verum
ego, Card. De Luc. de credit. & debit. post tertiam
partem supplementi observ. 133. & Ansald. de Com-
merc. & Mercat. disc. 56. num. 3. 4. & seqq.* & in
specie *Papon. in suis Arrestis lib. 11. tit. 3. de hy-
potec.* ubi pluries pro venditore refert fuisse judica-
tum in parlamento Tholosano.

In qua ratione æquitatis fundata sunt alia plura
Statuta ejusdem tenoris rationabiliter condita in aliis
locis, & Principatibus, prout de Statuto Lucensi 44
*Soccin. Sen. consf. 176. lib. 5. n. 2. Altograd. consf. 9.
num. 40. & seqq. lib. primo Magon. decis. Lucen. 31.
num. 32.*

De Statuto Avenionensi *Hieronym. de Lauren. de-
cis. 96. in princip. Card. De Luc. d. observat. 133.
& in tract. de Dote disc. 81. sub num. 6. & disc.
166. numer. 63.*

De Statuto Mantuano *Mantuæ. decis. 36. num. 4.
Thesaur. dicta quæst. 74. numer. 1. Versic. & ideo,
Surd. decis. 56. in princ. & decis. 139. pariter in
princip. Cyriac. contr. 81. in princ. & contr. 463. n.
12. & 13. Card. De Luc. d. disc. 166. num. 64. de Dote.*

De Statuto Papiensi *Cost. remed. subsid. 12. numer.
15. & remed. 124. num. 40.*

Et de Statuto Ferrariensi *Pigant. ad Statut. Ferrar. lib. 2. rubr. 24. num. 15. Bonden. collect. 49. numer. 31. in fin. lib. 2.*

Ac denique omissis aliis de Statuto Eugubino, *Conciol. ad idem Statut. Eugub. lib. 2. Rubr. 53.*

Ita, quod inhærendo rationi, & æquitati dictarum Legum vigentium ad favorem Venditoris super re
45 propria, non sit dubitandum de privilegio competente Domino Astruch venditori pro vindicatione Mercium venditarum, seu pro consecutione pretii ab eis retracti adversus quoscumque Creditores, etiam privilegiatos, ratione reservationis Dominii, seu specialis hypothecæ juxta Censuram dictarum Legum, ut probant *Magon. decis. Lucen. 31. num. 52. Altograd. Sen. cons. 9. per tot. lib. 1. Gob. apud Bonden. collect. 49. numer. 175. 176. cum seqq. volum. 2. Pigant. ad Statut. Ferrar. dicta Rubr. 24. num. 13. lib. 2. Ansald. de Commerc. disc. 56. num. 5. Conciol. ad Statut. Eugub. libr. 2. Rubr. 53. per tot. Card. De Luc. de credit. & debit. post tertiam partem supplementi in dicta observat. 133. & de Dote disc. 81. numer. 6. & disc. 166. num. 63.*

Prout si ipsemet Astruch Venditor sibi specialiter ex pacto reservasset dominium super re vendita, qua
46 reservatione mediante in Foro receptum est, nemine discrepante, quod venditor obtinet potioritatem adversus quoscumque Creditores, etiam anteriores, ex traditis per *Carleval. de Judic tom. 2. disp. 8. sect. 5. num. 67. cum seqq. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 4. quæst. 41. ante numer. 54. vers. Duodecimus casus, Addent. ad decis. 666. numer. 113. part. 4. tom. 3. recent.* & ego ipse *dicta resolut. 20. numer. 3. part. 1. tom. 1. Salgad. in labyrint. Credit. part. 1. cap. 11. num. 14. & seqq. Magon. decis. Florent. num. 7. Gob. apud Bonden. collect. 49. numer. 148. & 149. & seqq. tom. 2. Castald. consuit. forens. cap. 93. per tot. Constant. ad Statut. Urb. adnot. 30. art. 1. numer. 5. 15. & 16.* ubi in specie super mobilibus, *Card. De Luca de Credit. & debit. disc. 6. num. 6. & Rot. coram Dunozeet. Jun. decis. 537.* repetita *decis. 128. part. 8. & decis. 184. num. 1 part. 13. recent.*

47 Sicuti si sibi reservasset specialem hypothecam, quæ eumdem operatur effectum ut venditor remaneat prior, & potior, donec pretium fuerit solutum *Bartol. in d. lege, si cum Dotem 25. §. final. num. 32.* idem *Gratian. discept. forens. 911. numer. 24. & 25. Gait. de credit. & debit. d. cap. 4. quæst. 11. numer. 1208. &*
48 *& 1218.* ubi inquit, creditorem mercium virtute specialis hypothecæ præferri anterioribus *Merlin. de pignor. & hypothec. dicta quæst. 41. num. 5. Hodiern. ad Surd. decis. 56. num. 1. Amat. Panormit. resol. 3. numer. 26. & 27. Cost. de privileg. Credit. reg. 2. ampliat. 4. num. 1. & seqq. Constant. d. annot. 30. art. 1. num. 6. fol. 489. num. 1.* & in citata mea *resolut. 20. num. 4. & 5. tom. 1.*

49 Quibus modis bene temperatur Juris Civilis rigor, & venditori consulitur adversus Creditores quoscumque, etiam privilegiatos, ac etiam ex causa Dotis *Gratian. discept. Forens. 670. numer. 3. Capol. cautel. 224. vulgaris num. 1. versic. fallit quando Merlin. de pignor. dicta quæst. 41. numer. 51. Card. De Luca de Dote disc. 166. num. 39. Joseph de Rosa consult. 25. num. 18. versic. nihilominus, Bonden. collect. legal. 48. num. 3. volum. 1. Urceol. consult. 5. num. 67. Rota apud Bonden. collect. 49. numer. 154. & 155. tom. 2. Ansald. de Commerc. & Mercat. disc. 84. nu. 7. Balducc. dec. 37. numer. 7. tit. de Dote Amat. Panormit. dicta resolut. 3. nu. 26. & 27. part. 1. Constantin. ad Statut. Urb. annot. 30. artic. 1. num. 6. in fine,* & ego ipse in *dicta resolut. 20. num. 5. Rot. coram Cavaler. decis. 429. num. 3. & coram Caprara dec. 615. num. 1.*

50 Ac ita etiam consultum est Venditori, ad effectum, ut ei permissum sit agere, non tam contra emptorem, quam contra Tertium possessorem ejus successorem, ut observant *Merlin. de pignor. lib. 4. dicta quæst. 41. num. 54. & 65. Postb. resolut. 122. num. 2. & 3. & seqq. Gratian. discept. 523. num. 25. Urceol. dicta consult. 5. numer. 63. & 64.* cum aliis ibi citatis.

51 Atque etiam, ut valeat agere super rebus obligatis extra Territorium *Bald. in l. cunctos Populos, Cod. de summ. Trinit.* „ ibi „ *unde postea, ex quo Jus est certum, non tollitur mutatione loci* “ *Suarez. in l. post rem Judicatam, ff. de re Judicat. §. Circa Judicem videndum, pag. 155. de Pont. cons. 34. num. 9. Gait. de credit. cap. 4. quæst. 11. num. 2263.* ubi quod hy- 52
potheca sequitur rem hypothecatam tamquam lepra leprosum.

Et sive per pactum, sive per Statutum dicta Juris 53
Communis dispositio correcta sit, seu moderata, cum à pacto ad Statutum valeat argumentum, & e contra *Barbos. loc. commun. argument. Jur. loc. 105. Gratian. discept. 348. num. 28. Pacion. de Locat. cap. 63. num. 73. Mastrill. dec. 147. num. 99. Rot. cor. Greg. dec. 204. num. 28.*

Ut in specie casus nostri, quod idem operetur re- 54
servatio Dominii, sive per Statutum, sive per pactum expressum provisum sit ad favorem Venditoris, optime firmat *Altograd. sen. dicto cons. 9. numer. 44. &*
45. lib. 1. cum, quod valide fieri potest per pactum, 55
possit etiam fieri per Statutum, & illud idem, quod operatur pactum, multo fortius operetur Statutum *Ruin. cons. 54. num. 13. Altograd. dicto consil. 9. num. 45. Rota coram Mantic. decis. 63. num. 9.*

Nihil refragante objecto allato pro creditoribus, quod Judicium hujus Causæ pro executione Contractus, & pro solutione pretii intentatum fuerit coram Domino Gubernatore Liburni, ubi pendet Judicium concursus Creditorum super bonis David Cayrelli communis debitoris, ideoque non esse attendendas Leges, & consuetudines Regni Tholosæ, sed Leges, & Statuta Etruriæ, aut Jus Commune, à quibus nullum privilegium prælationis, vel potioritatis impartitum est venditori, qui habuit fidem de pretio.

Quia hoc non obstante, recedendum non esse à dispositione particulari dictarum Legum in Civitate Nemausi receptarum Nos arbitrati sumus, ea ratione, quod dictum privilegium pro securitate, & cautione venditoris respiciat merita causæ, & desuma- 56
tur originaliter ab eodem Contractu celebrato. Nemausi, & sic observandæ sint Leges loci, in quo initus fuit Contractus, quia contrahentes ad Leges loci Contractus respexisse censeantur, prout ex ratione *l. si fundus 6. ff. de evictionib.* communi Doctorum calculo receptum est, & in specie per *Bartol. in d. l. cunctos Populos numer. 15. & 16. Cod. de summ. Trinit. & Fide Catholic. Tornid. cons. 21. per tot.* qui super simili Lege, seu consuetudine Veneta respondit in causa Mantuæ agitata, & decisa secundum consuetudinem Venetam *Coler. de process. exequut. par. 2. cap. 3. num. 171. & seqq. Antonel. de loco Legal. lib. 2. cap. 15. quæst. 5. num. 68. & 69. Jov. de solemnit. in contract. minor. gloss. 22. & 23. num. 15. Rot. Januen. de Mercat. dec. 38. num. 3. & 4. vers. & eo maxime Gob. consult. decis. 27. num. 1. & 5. & per tot. tom. 2.* ubi pariter Mantuæ in Judicio concursus inter Mercatores Borgomenses judicavit secundum dictam Legem Venetam *Constant. ad Stat. Urb. in prælud. artic. 2. numer. 115.* Dominus meus *Casareg. de Commerc. disc. 43. numer. 19. Mans. consult. 209. num. 18. & 19. tom. 3. Rot. coram Cerrin. decis. 116. num. 3. & 4. & coram Seraphin. decis. 352. num. 8. & in recent. dec. 101. num. 1. & seqq. part. 17.*

Quæ conclusio locum sibi vindicat, etiamsi Judi- 57
cium instituatur extra locum Contractus, & in alieno Foro, *Alexander cons. 58. num. 2. lib. 7. Surd. cons. 485. numer. 3. Antonel. de loco legal. lib. 2. cap. 15. num. 64. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 14. in fin. Gob. dicta consult. decis. 27 num. 7. tom. 2.* ubi quod non est novum, quod Lis in uno 58
loco agatur, & tamen Contractus secundum Leges alterius Territorii judicetur.

Communissima enim est distinctio, quod, aut dis- 59
feritur de modo procedendi in Judicio, aut de Juribus Contractus, cui robur, & specialis forma tributa est à Statuto, vel à contrahentibus, & in primo casu attendendum sit Statutum Loci, in quo Judicium agitatur; In secundo verò casu attendatur Statutum Loci, in quo fuit celebratus contractus, ut distinguendo docent *Decian. cons. 11. numer. 185. & 186. lib. 1. Alderan. Mascard. de Stat. interpret. conclus. 7. num. 80. usque in fin. Mans. consult. 209. num. 18. & 19. tom. 3.*

Cui

60 Cui distinctioni adstipulatur altera, quod, aut disseritur de qualitatibus, & conditionibus contingentibus in ipso Contractu, & tempore Contractus, prout in præsenti, & tunc inspiciendus sit locus Contractus, aut de qualitatibus contingentibus post contractum ex negligentiis, vel mora, & tunc inspiciendus sit locus, ubi illa mora contracta est, prout ut ex *Bartolo in L. cunctos Populos Cod. de Summ. Trinit. Salycet.* ibidem *num.* 6. *& Bald. num.* 21. *& Hodiern. ad Surd. dec.* 312. *num.* 3. *&* 4. ubi in Terminis hypothecæ exercibilis extra Territorium.

61 Et conclusio procedit, etiamsi Contrahentes essent forenses, *Coler. de process. execut. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 171. *& seqq.* ubi dicit, quod contrahens, et-
62 iam forensis ligatur consuetudini loci contractus, adeo, ut secundum illam consuetudinem actus videatur esse declaratus, quem refert, & sequitur *Antonel. de loco legal. lib.* 2. *cap.* 15. *quæst.* 5. *numer.* 68. *&* 69.

In dubium verò revocari non potest in casu nostro, quin contractus fuerit celebratus, & conclusus in Civitate Nemausi, quia ex serie facti supra exposita, benè patet, quod David Cayrel Liburni, moram trahens, direxit ordinem ad Dominum Astruch commorantem in dicta Civitate pro transmissione Mercium, & quod ordo, seu mandatum fuit acceptatum per Dominum Astruch, imo fuit in dicta Urbe executioni demandatum cum consignatione Mercium Naotæ ad formam ordinis Cayrelli committentis, ex quo sequitur, quod, cum Nemausi DD. Astruch, & Socii receperint Epistolam, & Mandatum acceptaverint, & merces consignaverint Procuratori Cayrelli sub expresso nomine ejusdem, benè
63 dicatur ibi celebratus contractus, quia illic conjuncti fuerunt consensus mandantis, & mandatarii, & in dicto loco negotium fuit gestum, & venditio fuit conclusa, & executioni demandata, ut punctualiter in terminis mandantis, & Mandatarii, & loci, in quo contraxit mandatarius *Antonel. de loco legal. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 253. *in fin. Salgad. in Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 30. *numer.* 18. 19. *&* 20. ubi quod Contractus non censetur factus in loco, quo fuit datum mandatum, sed in loco, quo consensus contrahentium conjuncti fuerunt, & Procurator contraxit, ac mandati executio facta fuit, afferendo exem-
64 plum mandati ad delinquendum, in quo casu attenditur locus, quo mandatarius perpetravit delictum
65 *Rot. Gen. decis.* 161. *num.* 4. ubi quod in mandato attenditur locus, in quem per literas transmittitur consensus *Card. De Luc. de Jurisdict. disc.* 71. *numer.* 4. *Francisc. Roct. de mandat. num.* 163. *vol.* 2. & Dominus meus Auditor Jacob da Comitibus in *decis.* 32. *Florent. num.* 53. *&* 57. *tom.* 1. *Rot. Januen. de Mercat. decis.* 168. *Dominus Cæsareg. de Commerc. disc.* 9. *num.* 21. *&* 22.

66 Quod in individuo casus nostri locum habet in venditione Mercium facta à Mercatore loci, cui Merces fuerunt commissæ à suo correspondali absente, nam per consignationem earum sub nomine committentis remanet venditio perfecta, & dicitur inita in loco mandatarii, ut monet præcise *Card. De Luca de empt. & vendit. disc.* 5. *num.* 8. „ ibi „ *ideo ex „ tunc contractus remanet perfectus, atque dominium „ transferatur in emptorem* " *& disc.* 6. *in princ.*

Non resistente altero objecto, in quo insistebant creditores, quod in præsenti hypothesi non agatur de mandato, sed de venditione directe, & immediate conclusa inter contrahentes, quodque sive agatur de mandato ad transmittendas Merces, sive de directa emptione, & venditione Mercium inter ipsos Mercatores, nullatenus constet de unione consensuum in Civitate Nemausi, sed potius in Civitate Liburni, ubi Cayrellus approbavit emptionem pretio volito per Dominum Astruch.

Ea ratione quoad mandatum, quod non fuerit per
67 Astruch illud susceptum, & acceptatum in pretio taxato à Cayrello, dum Merces fuerunt expeditæ pretio majori, & ideo nihil actum, quia forma mandati non fuit servata *L. si diligenter ff. mandati, Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 7. *tit.* 16. *Bonac. de Contract. disput.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 6. *num.* 11. „ ibi „ *nam quæ*
68 *„ fuit contra, vel præter, vel citra formam Mandati, non valet, nam aliud agere videtur* " *Onnat. de contract. tractat.* 13. *disput.* 43. *de mandato sect.* 4. *num.* 87. 88. *& seqq. tom.* 2.

Et sic etiam nulla dicatur in dicta Civitate inita, seu perfecta venditio, & respective emptio, stante dicto dissensu in pretio, quod est de substantia Contractus emptionis, & venditionis, ut eleganter expli- 69
cat Ulpianus in *l. in venditionibus* 9. *ff. de contrahen. empt.* & ibi scribentes omnes, *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 5. & Dom. meus Cæsareg. in magistrali *disc.* 179. *num.* 4. *&* 5. *de Commerc. & Rot. coram Merlin. decis.* 567. *numer.* 4. 5. *&* 6. *&*
seqq. ubi quod deficiente pretio, tamquam de sub- 70
stantia sustineri non possit Contractus.

Nam hoc quoque objecto non obstante nos censuimus, Contractum tam Mandati, quam venditionis Nemausi initum fuisse.

Quo enim ad primum non dubitavimus de mandato Cayrelli, & de acceptatione Astruch in substantia ejusdem mandati, quia statim, perventa epistola missiva Cayrelli ad Dom. Astruch, merces commissæ, in earum natura, & substantia fuerunt consignatæ Procuratori Cayrelli, ac ad eum expeditæ, & transmissæ ex superius narratis, juxta tenorem, & formam commissionis, & fuit adnotatum pretium ad debitum in libris D. Astruch, & fuit certioratus Cayrellus mediante epistola responsiva D. Astruch de transmissione, & de annotatione pretii ad ejus debitum, quæ omnia convincunt reciprocum consensum, & acceptationem Domini Astruch, & præsertim cum idem Astruch in suis libris, & computis ante expeditionem ultra pretium Mercium dederit debitum Cayrello de provisionibus, quod manifeste ostendit, & probat non solum Mandatum, sed etiam acceptationem man-
dati, dum hujusmodi provisiones in specie obtineri 71
36 *Pretii subrogatio loco rei alienæ, vel furtivæ sicuti est casus, vel actus à lege fictus, ideo non habet locum in Statutis, & dispositionibus hominum.*

Limitatur primo, quando eadem viget ratio in casu ficto, quam vero num. 37.

Secundo, quando alias oriretur aliquod absurdum, vel dolus per Statutum nu. 38.

Tertio, in materia subrogationis num. 39.

40 *Pretium rei alienæ, vel furtivæ si quis retinet, dicitur locupletari cum alterius jactura.*

41 *Qui locupletatur cum alterius jactura dolosus, & fraudolentus dicitur.*

42 *Locupletari cum alterius jactura, tam à lege divina, quam naturali vetitum est.*

43 *Pretii subrogationem loco rei furtivæ, vel alienæ in subsidium lex civilis eatenus induxit, quatenus ita exigit naturalis ratio.*

44 *Fingere lex civilis non dicitur, quando derogando alicui per ipsam legem inducto, redit ad jus primævum naturæ.*

Londinen. seu Liburnen. Sequestri.

Jovis 10. Februarii 1728.

DECISIO AUTHORIS, *ET* DISCURSUS CLXXXII.

MOyses Silvera de Mattos Hebræus sub die 3. Junii 1728. per quandam literam falsam Cambii exegit à Dominis Knox, & Nesbitt Mercatoribus Londinensibus libras sterlinas 541. 1. 4. pro valore ejusdem literæ Cambialis, & postmodum eadem die cum majori parte ejusdem monetæ, nempe cum libris 400. sterlinis duas cambiales literas petiarum 1860. recepit à D. David Martin Mercatore pariter Londinensi super Dominos Recanatos Hebræos commorantes Liburni solvibiles ad ordinem S. P. Jacobi Treve, à quo incontinenti sibi illas cedi, vel girari fecit, & sub nocte ejusdem diei à Londino aufugit, & se Liburnum contulit, ubi fuit admissus cum solita amplissima exemptione, & securitate olim concessa à SERENISSIMO MAGNO DUCE FERDINANDO II. Gloriosissimæ recordationis omnibus Mercatoribus, sive Christianis, sive Hebræis, sive cujuscumque alterius nationis, vel religionis, qui ad ibi, vel Pisis se habitandum contulerint non tam quoad eorum personas, & Familias, verum etiam quoad eorum res, merces, & bona, ab omnibus, & quibuscumque debitis Civilibus, & Criminalibus alibi per eos contractis.

Fraudem, & falsitatem dictæ literæ Cambialis sibi traditæ interea detegentes DD. Knox, & Nesbitt statim mandaverunt DD. Lambert, & Charron suis Correspondentibus Liburni Commorantibus, ut penes dictos DD. Recanatos Tractarios D. David Martin, sub sequestro dictam summam petiarum 1860. ponerent, prout feliciter executum fuit, cujus sequestri occasione lite orta inter dictum de Mattos, & DD. Lambert, & Charron dictis Nominibus agentes, prætendente altero sequestri nullitatem, & injustitiam ob dictum exemptionis, vel securitatis amplissimum privilegium; Contendentibus vero aliis illud ei nullatenus suffragari, fuit dicta controversia, seu lis à Tribunali Liburni ad se per SERENISSIMUM MAGNUM DUCEM avocata, ac DD. Auditoribus Jacobo de Comitibus, & Francisco Antonio Bonfinio, mihique cum omnimoda facultate, remissaque etiam quacumque Judicii formula, & solemnitate, delegata, ut desuper quicquid pro jure consulendum fore censebimus, ei referamus; Injunctaque nobis insuper celeri ejusdem Causæ expeditione. Nos itaque in horum Supremorum mandatorum obtemperationem sollicito, maturoque simul studio ad rei absolutionem incumbentes, auditis pluries partibus, tandem SUÆ CELSITUDINI REGIÆ retulimus dictum sequestrum ritè, & rectè in dictam summam petiarum 1860. injectum fuisse, ideoque dictis DD. Lambert, & Charron dictis Nominibus eam fore, & esse liberè relaxandam.

Ad ita referendum Nos moti fuimus quia cum dictum exemptionis, vel securitatis privilegium non comprehendat, nisi res, merces, pecunias, vel alia bona propria assecurati, ut clare constat ex tenore ejusdem privilegii „ ibi „ *Vi rendiamo ancora liberi, esenti,* " *e sicuri per le persone, beni, e Mercanzie vostre da* " *qualsivoglia debito Civile, e Criminale, che da Voi,* " *e da Vostra Famiglia fossero stati fatti fuori delli Stati del Dominio nostro* „ & sic excludat res, & bona 1 furto subtractas, ideo pro dicta summa petiarum 1860. censuimus dictum securitatis privilegium dicto Hebræo de Mattos minime suffragari posse, ut in punctualibus terminis hujusmodi securitatis, licet amplissimis verbis conceptis, firmant *Castrens. cons.* 203. *n.* 5. *lib.* 1. & latissimè *Pignatell. consult. canon. consult.* 67. *n.* 17. *cum plurib. seq. tom.* 5. Tum quia bonorum, & mercium securitas ex dicto privilegio concessa venientibus ad habitandum in Etruria, quoad eorum tantum debita civilia, & criminalia restricta legitur, quorum appella- 2 tione illud solum comprehenditur, quod ex propria obligatione, vel contractu, seu quasi per aliquem debetur, secus vero, quod in actione rei vindicationis, vel quacumque alia actione reali restitui debet, vel vindicari potest, ut per textum *in L. Aurelius §. Mevia, ff. de liberat. legat.* firmant *Handed. cons.* 49. *nu.* 38. *lib.* 1. *Covar. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 14. *à n.* 1. *& seq.* & ibi plenius. *Far. numer.* 2. 3. 4. *& numer.* 5. 6. *Alex. cons.* 170. *num.* 6. *libr.* 2. nec non in fortioribus terminis egregie *Surd. decis.* 174. & ibi *Hodiern. per tot. Franc. decis.* 714. *per tot.* & ibi *Add. Scapucin. de Salvian. interdict. lib.* 1. *quæst.* 4. & abunde *lib.* 2. *quæst.* 23. *per tot.* & in puncto salvi conductus *Castrens. cons.* 203. *num.* 5. *versus fin. lib.* 1.

Quod autem in casu nostro prædicta summa petiarum 1860. sit furtiva, dubitari non potest, quia 3 fuit per falsam literam Cambii à dictis DD. Knox, & Nesbitt extorta, ut punctim tradit *Rot. Roman. coram Cels. decis.* 340. per totam. *Reverter. decis.* 302. *numer.* 3. *Ansald. de Commerc. disc.* 39. *numer.* 30. *Sanz. de re Criminal. controv.* 37. *numer.* 1. 2. 3. *&* 16. *& controv.* 38. *numer.* 20. *sed Sanz. sub numer.* 20. videtur tenere quod non sit proprie furtum, sed falsi delictum, pecunia extorta falsis literis, quod mihi non videtur verum, per ea quæ late tradit *Farinac. de Furt. quæst.* 170. *part.* 1. *& part.* 2. *per tot. & Sabell.* in ejus Relatione facta Seren. M. Duci impressa *in summ. post verb. Furtum numer.* 18. *cum sequent.*

Et quamvis in contrarium per Dominos Informantes pro Hebræo de Mattos dicebatur non posse hanc Juris conclusionem in casu nostro procedere, quia non agitur hic de eadem pecunia furto subtracta, sed de alia pecunia, quæ licet ex prima furtiva comparata sit, nihilominus non potest amplius dici furti- 4 va, sed propria ipsius Furis, ex ea receptissima Juris conclusione, quod in particularibus Judiciis pretium non succedit loco rei, neque res loco pretii per textum *in L. si ex ea Cod. de rei vindic.* & alios contextus, de quibus apud *Merlin. Pignatell. controvers. forens. centur.* 2. *cap.* 67. *numer.* 19. & ibi *Scopp. num.* 5 7. *& ad cent.* 1. *capit.* 92. *numer.* 3. *& Rocc. Episcop. cap.* 150. *num.* 9. & nos *disc.* 91. *num.* 33. ac alios agentes de hac materia, in nostris punctualibus terminis textus est expressus in *L. qui vas* 49. *§. Fin. ff. de furt. Cardin. De Luc. de Credit. disc.* 26. *per tot. Ansald. disc.* 28. *numer.* 10. *& disc.* 93. *numer.* 5. 6. *de commerc. Scopp. ad Merlin. Pignatell. censur.* 1. *cap.* 92. *num.* 4.

Eoque magis cum præsens pecunia litterarum Cambii non sit immediatè, sed mediate, 6

nem-

nempè per circulum acquisita, quia prima pecunia furtiva commutata fuit in aliam pecuniam, ex qua postea acquisitæ fuerunt dictæ Literæ Cambiales à dicto D. David Martin solvibiles in Civitate Liburni, textus est expressus *in l. sed etsi lege* 28. §. *ff. de petit. hered. & in l. quamvis* 3. *Cod. in quibus Caus. pignor. & hypoth. Manent. decis.* 33. *num.* 11. *&* 12. *Gait. de Credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1406. *& seq. Hodiern. ad Surd. decis.* 15. *num.* 47. *&* 48. *Cenc. de Censib. qu.* 67. *numer.* 25. *vers. sed posset in dubium*, & post eum *decis.* 422. *num.* 3. 4.

Attamen cum dicta pecunia ab Hebræo de Mattos furto subtracta medio literæ falsæ esset jam consumpta, neque pariter ille sit in præsentiarum amplius solvendo, & sic cum agatur in nostro casu in subsidium tantum contra dictas petias 1860. pretium dictarum literarum Cambialium acquisitarum à dicto Hebræo ex dicta pecunia per eum furto subtracta, ideo prædictæ petiæ 1860. productæ à dicta pecunia furtiva in jure haberi debent, ac si ipsæ essent illamet prima pecunia, quæ fuit per dictum Hebræum furto subtracta à dictis Dominis Knox, & Nesbitt Mercatoribus Anglis; Nam lex in casu subsidii semper, & indistinctè
7 admittit subrogationem pretii loco rei, vel pecuniæ alienæ, aut furto subtractæ, & amplius non existentis, vel per confusionem consumptæ, aut peremptæ, aut difficiliter vindicandæ à tertiis, & viceversa subrogationem rei loco pretii, vel pecuniæ, & in vim dictæ subrogationis actionem utilem rei vindicationis Domino rei, vel pecuniæ elargitur, ut sunt textus expressi in *L. uxor Marito ff. de donat. inter vir. & uxor. & L. prima Cod. de distract. pignor.* & ibi *Gloss. in verb. jubebit L. res quæ* 55. *ff. de Jur. dot. L. si ipsa res* 18. *ff. de eo, quod metus causa L. si eum servum* 23. *ff. de reb. credit.* & in utraque Lege glossa, & Doctores *Castrens. in cons.* 62. *& cons.* 106. *per tot. libr.* 1. *Gait. de Credit. capit.* 4. *quæst.* 11. *numer.* 1394. *cum seq. & numer.* 1527. 1528. 1529. *Rot. coram Buratt. decis.* 874. *numer.* 12. *& seq. & coram Duran. decis.* 63. *numer.* 1. *& seq. & decis.* 212. *numer.* 1. *& post Cenc. de Censib. decis.* 421. *numer.* 14. 15. *& part.* 11. *recent. decis.* 351. *numer.* 13. 14. *& sequent. & part.* 15. *decis.* 393. *numer.* 5. *Cardin. De Luc. de Credit. disc.* 35. *numer.* 57. *Perier. de empt. capit.* 31. *numer.* 2. *August. Barbos. ad L.* 1. *Cod. reb. alien. non alien. num.* 14. 15. *&* 16. ubi dicit, quod
8 etiam hoc locum obtineret, licet res non esset perempta, si esset difficilis illius persecutio, vel difficiliter ea vindicari posset à tertio possessore, quod idem comprobatur à *Perier.* loco citato, & *Gait. de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *nu.* 1395. *& seq. & Rot. coram Duran. dec.* 212. *n.* 16. Nos *disc.* 44. *in fine* in punctualibus nostris terminis *Rota Romana cor. Cels. decis.* 340. *per totam* cum aliis decisionibus per eam citatis.

9 Et licet textus in *d. l. res quæ* 55. *ff. jur. dot.* non videatur ad hunc propositum allegari posse, quia loquitur de pecunia dotali, & sic de casu privilegiato dotis favore, attamen non subsistit hæc consideratio, vel objectio, nam ad dotis favorem non est à jure introductum, ut res cum pecunia dotali à marito acquisita succedat loco pecuniæ dotalis, quinimo aliud in jure regulariter determinatur, quod nempe illa non subrogetur, ut constat ex textu expresso in *l. ex pecunia, C. de jur. dot.* sed pro dotis privilegio hoc tantum specialiter datum fuit, quod nempe non obstante, quod pecunia pro dote per mulierem viro tradita in dominium viri transeat, propterea que res cum illa per virum comparata, non uxori, sed viro acquiratur, tamen in subsidium viro existente, vel effectò non solvendo, lex, speciali favore uxoris, dominii pecuniæ dotalis, quod fuit in virum translatum, ita usque ab initio resolutionem inducit, ut pecunia dotalis nunquam censeatur fuisse in viri dominio, qua talis dominii resolutione per legem ipso jure inducta, res ex ea pecunia dotali à viro acquisita haberi debet ac si ex pecunia propria uxoris acquisita fuisset, ex quo tantum proinde sequitur, & non ex directo uxoris favore, quod ipsi competat in subsidium utilis actio rei vindicationis concessa à *d. l. uxor marito* 55. ac aliis legibus mox supra citatis, quarum vir-
10 tute in subsidium pretium succedit loco rei alienæ distractæ à non vero Domino in favorem cujuscumque

personæ etiam non privilegiatæ, ut perbellè tradunt *Gait. de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1457. *&* 1482. *&* 1504. *Merlin. Pignatell. contr. forens. centur.* 2. *cap.* 67. *num.* 35. *& seq. & num.* 37. *ac numer.* 38. & ibi *Scopp. Add. Manent. cons.* 104. *nu.* 19. *&* 20. *doctissimus Barbos. ff. solut. matr. in rubr. par.* 3. *n.* 75. *in fin. fol. mihi* 136. *&* 76. *in fin. & num.* 86. *Bruneman. in l. ex pecunia in fin. C. de jur. dot. Marin. ad Reverter. dec.* 202. *num.* 5. *Rocc. Episc. disput. jur. cap.* 46. *num.* 35. *versic. licet enim. Mant. special. jur. verb. subsidium numer.* 20.

Quæ omnia procedunt etiam in præjudicium Cre- 11
ditorum anteriorum hypothecam habentium, nam data in suis terminis ista subrogatione pretii loco rei, vel rei loco pretii jus prælationis super omnes, & quoscumque Creditores statim oritur ei, tanquam vero Domino rei, vel pretii subrogati, cujus favore in subsidium lex subrogationem inducit, *Barbos. ff. solut. matrim. in rubr. part.* 3. *numer.* 85. *vers. & in his terminis Bruneman. in l. uxor* 55. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* latè *Gait. de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1460. 1476. *& seq. Merlin. de pignor. lib.* 3. *quæst.* 32. *n.* 3. 4. 5. *&* 6. *Rot. coram Cels. dec.* 340. *per tota*, & ferè cæteri omnes supra laudati in §. *Attamen cum*.

Neque obstat *Salgad. labyrint. Credit. part.* 2. *cap.*
24. *num.* 20. *& seq.* qui firmare videtur quod in præ- 12
judicium Creditorum ista subrogatio admittenda non sit, tum ex authoritate *Hermosillæ*, tum ex eo juris principio, quod æquitas, quæ uni suffragatur, non debet alteri nocere, nam hæc duo *Salgadi* fundamenta nullam habent subsistentiam; Etenim quoad authoritatem *Hermosilla* illa nullatenus est curanda, quia ipse nullum adducit juris principium, vel Doctorem ad comprobandum suum assumptum, sed tantum se fundat super exemplo illius, qui rem habita fide de pretio vendit, quo casu certum est venditorem, licet olim fuerit verus Dominus rei venditæ, tamen nequidem super eademmet re sua ullam habere prælationem in præjudicium Creditorum anteriorum emptoris, quod profecto exemplum nihil ad rem nostram facit; Eatenus enim in isto casu venditori lex noluit succurrere, quatenus ille in actu venditionis potuit sibi consulere cum pacto reservationis dominii, aut præambulæ hypothecæ, sed in casu nostro lex Domino succurrit cum hac actione utilis rei vindicationis in subsidium, quia ipse nulla est in culpa, aut negligentia alienationis rei suæ per alterum, eo inscio, & invito, factæ. Quo vero ad regulam, quod æquitas non debeat Tertio nocere, longè minus applicabilis est, quoniam illa procedit in casu æquitatis non scriptæ, secus in casu nostro, ubi æquitas est expressè scripta per plures leges etiam in præjudicium Creditorum, vel Tertii, ut ex textibus, & Doctoribus supra citatis demonstravi.

Præterea si bene perpendatur *Salgad.* ex eo colligitur
sub *n.* 62. quod in tantum ipse tenuit dominum pecu- 13
niæ excludi ab anterioribus Creditoribus super re ex ejus pecunia comparata, in quantum regulariter Dominus non habet nisi actionem personalem juxta textum in *l. si ex pecunia* 6. *& l. si ut proponis C. de rei vindicat.* at in casu subsidii in quo Dominus ex æquitate, & beneficio aliarum legum habet utilem actionem realem, contrarium ipsemet firmat, ut videre est in præcedentibus *num.* 13. 14. *& seq.*

Denique *Salgadus* in suo themate non agit in recto de hac subsidiaria utili rei vindicationis actione, nam etiam præcisive ab ea loquendo prætendit in casu suo rem emptam ex pecunia majoratus ad ipsum majoratum spectare, & non ad possessorem majoratus, qui eam emit, & id ex pluribus rationibus per eum eleganter adductis nihil commune habentibus cum hac nostra quæstione, ut observat etiam *Cardin. De Luc. de Cred. disc.* 26.

Itaque de medio sublata authoritate, & rationibus 15
Salgadi corruunt per consequens auctoritates *Card. De Luc. disc.* 26. *de credit. Ansald. disc.* 28. *de Commer. & Rodriguez de concurs. Cred. par.* 2. *art.* 4. *n.* 8. quoad illam partem, ubi se fundant super doctrina, & rationibus ejusdem *Salgadi*; Quo vero ad *l. qui vas* 49. §. *fin. ff. de furtis*, cæteraque juris fundamenta per eos adducta falsa deteguntur ex iis, quæ late per me infra in decursu hujus discursus decisivi deducentur,

P 3 quam-

quamvis satis esset allegare *Rot. Roman. decis.* 340. *coram Cels.* ubi in eadem causa, super qua *Cardin. De Luc.* uti advocatus edidit dictum *disc.* 26. quem incaute sequutus fuit *Ansald. in d. disc.* 28. contrarium per dictam *S. Rotam* judicatum fuit.

Quemadmodum igitur Textus, & Doctores omnes
16 prædicti loquuntur expressè in personis non habentibus in jure aliquod privilegium, ita erronea, & prorsus falsa detegitur altera nonnullorum DD. opinio, qui voluerunt hanc subsidiariam subrogationem tantum personis in jure privilegiatis competere, nempe mulieribus, militibus, pupillis, minoribus, furiosis, prodigis, Ecclesiæ, Fisco, & hujusmodi, alias dici non posset tale remedium prædictis personis specialiter à legibus introductum, sed regulare, quare data specialitate in favorem dictarum personarum, quam omnes admittunt, magis comprobatur regula in contrarium, quod nempe regulariter nemini præter supradictas Personas in jure specialiter privilegiatas competere possit hujusmodi utilis rei vindicatio in subsidium contra pretium loco rei alienæ distractæ, vel viceversa, ut ita videntur ratiocinari, & concludere *Altimar. ad Rovit. cons.* 38. *num.* 8. *cum plurib. seq. lib.* 2. *Merlin. Pignattel. d. centur.* 2. *cap.* 67. *num.* 22. *& seq. usque ad fin.* & ibi *Scopp. num.* 8. qui tamen latius agit materiam in additione ejusdem *Merlin. Pignattel. ad cap.* 92. *centur.* 1. *Rot. post Cenc. decis.* 165. *numer.* 10. *Card. De Luc. disc.* 26. *num.* 8. *de Credit. Ansald. de Commerc. disc.* 93. *num.* 10. *Leotard. de usur. quæst.* 97. *num.* 13.

17 Utque magis pateat de insubsistentia dictæ opinionis Doctorum se hallucinantium ob argumentum desumptum à speciali favore à Legibus elargito personis mox recensitis, ex quo firmari videtur regula in contrarium, advertendum est, quod quemadmodum cuilibet jus denegat hanc utilem actionem rei vindicationis contra pretium rei alienatæ; & viceversa, ex quo noluit regulariter in particularibus pretium succedere loco rei, neque res loco pretii, seu pecuniæ, ita ei placuit illam specialiter elargiri prædictis personis majorem miserationem, & auxilium ob imbecillitatem sexus, vel ingenii, aut pietatem respective merentibus, quo specialitatis favore attento possunt personæ istæ privilegiatæ semper, & absolutè hac utili actione pretium tamquam loco rei, vel rem loco pecuniæ succedentem persequi, & vindicare, itaut ista specialitas à jure introducta in eo tantum consistat, quod semper, & indistinctè favore dictarum personarum pretium succedat loco rei, & viceversa, sivè debitor, aut ille qui rem, aut pecuniam minoris, pupilli, prodigi, militis, Ecclesiæ, & hujusmodi distraxit, sit solvendo, vel non solvendo, quod locum minime habere potest in cæteris aliis personis non privilegiatis, quibus resistit prædicta regula in contrarium, à qua solum pro eis receditur in casum tantum subsidii, nempè in casum tantum, quo ille, qui distraxit rem alienam, non esset solvendo; Quare ex prædictis corruit omnino argumentum contrariorum existimantium, quod si omnibus hæc utilis actio rei vindicationis de jure competeret, nihil esset speciale pro dictis personis privilegiatis, sed regulare.

18 Quod adeo verum est, ut ipsimet Doctores contrarii, & alii hanc distinctionem communiter tradunt, quod nempe si ille, qui rem minoris, pupilli, prodigi, militis, Ecclesiæ, & hujusmodi distraxerit, esset Tutor, vel Curator, aut Administrator tunc minori, pupillo, prodigo, Ecclesiæ indistinctè competat hæc utilis rei vindicatio contra pretium loco rei alienatæ, vel viceversa, si vero esset extraneus nullum habens officium, vel administrationem circa res, vel personam minoris, pupilli, prodigi, furiosi, Ecclesiæ, & hujusmodi, tunc istis competere non posset hæc utilis actio, sive alia similis specialis hypothecæ prælativè quoad omnes alios creditores, licet anteriores hypothecarios alienantis contra pretium rei suæ distractæ, vel alienatæ, & è contra, nisi in subsidium, nempe in casu, quo extraneus alienans non esset solvendo, ut videre est penes *Gomez. ad ll. Taur. in lib.* 50. *num.* 36. *Gait. de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1521. *usque ad* 1530. latè agentem de materia *Merl. Pignattel. centur.* 2. *cap.* 67. *nu.* 25. *cum plurib. seqq. Altimar. ad Rovit. cons.* 38. *num.* 8. *& seq. lib.* 2. *Larrea dec.* 92. *per tot.*

19 Ex qua distinctione negari profectò non valet, quin mirabiliter nostrum comprobetur assumptum, quod nempe favor hujusmodi personarum privilegiatarum in eo consistat, quod indistinctè, & absolutè in earum gratiam specialiter à jure introducta sit subrogatio pretii loco rei alienatæ, & è contra, in casu, quo per earum Tutorem, Curatorem, vel Administratorem res, vel pecunia sua fuerit distracta, sive Tutor, Curator, Oeconomus, Administrator, vel hujusmodi essent solvendo, sive non, quod non reperitur concessum aliis quibuscumque personis non privilegiatis, nisi in subsidium tantum, juxta textus, & Doctores mox supra plena manu allegatos in §. *Attamen cum.* Aliàs esset omnino falsa dicta communis distinctio; Nam dato in sensu adversariorum, quod hoc privilegium subrogationis in casum subsidii non competat cuicumque personæ, sed tantum Pupillis, Minoribus, Ecclesiæ, Militibus, Furiosis, & hujusmodi, illud quippe competere non posset ipsis personis privilegiatis nisi in subsidium, sive agatur de alienatione rerum facta per earum Tutores, Curatores, Administratores, sive per extraneos, quod penitus contrarium esset prædictæ communi Doctorum distinctioni.

Quinimo ipsimet Doctores contrarii; & præ ceteris *Merlin. Pignattel. d. cap.* 67. *centur.* 2. prolixius hanc agens materiam convictum se denique videns ex punctuali dispositione textus in *d. l. uxor marito* 55. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* expressè concedente hoc subsidiarium remedium utilis rei vindicationis personis etiam in jure non privilegiatis in casu, quo alienans non esset solvendo, & res esset præscripta, vel perempta; libenter fatetur *sub numer.* 39. illud etiam procedere in omnibus personis etiam non privilegiatis, quando tamen res, vel pecunia aliena nunquam 20
antea fuisset in dominio alienantis, quam declarationem libenter amplectimur, neque à nemine impugnatur, quia re vera termini hujus nostræ quæstionis locum tantum habent in casu, quo res, vel pecunia furto subtracta, vel aliena distracta fuisset à non vero Domino, qui ex eadem pecunia aliena rem comparas- 21
set, vel ex re aliena vendita pretium retineret, & similiter in his terminis procedere rectè ajunt dictam *l. uxor marito*, & alios contextus, doctissimus *Barbos. ff. solut. matrim. in rubr. part.* 3. *numer.* 85. *vers. item non solum in pecunia, & num.* 86. *in fi. Gait. de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *n.* 1474. *&* 1476. *& seqq. &* 1503. *&* 1527. 1528. *& seq. Merlin. de pignorib. lib.* 3. *quæstion.* 32. *num.* 18. *Bruneman. d. l. uxor marito in fin.* necnon alii Doctores supra laudati in §. *Attamen cum, &* §. *seq.*

Quapropter hinc oritur, quod contra Tertium, qui 22
acquisivit ex causa onerosa, & justo titulo, nempe venditionis, aut dationis in solutum, rem, vel pecuniam alienam, non potest hac utili actione agi in subsidium, si res, vel pecunia aliena per eum acquisita, esset perempta, vel consumpta, aut confusa, licet penes dictum Tertium reperiretur altera res, vel pecunia, quæ ex dicta re, vel pecunia aliena ab eo comparata fuisset, quia leges concedentes vero Domino, vel hoc subsidiarium remedium utilis rei vindicationis, ut ex *l. uxor marito* 55. *de donat. inter vir. & uxor.* ac aliis citatis supra in §. *Attamen*, vel aliud negotiorum gestorum, ut in *l.* 1. *C. de distract. pignor.* & ibi 23
gloss. verb. pretium & verb. jubebit el. 2. ubi adducit alios contextus *Rot. coram Buratt. decis.* 874. *num.* 8. procedunt tantum contra eumdemmet, qui rem alienam distraxit, vel contra tertium possessorem ex causa lucrativa, ut mox dicam, penes quem altera res, vel pretium rei distractæ reperiretur, quia in eorum tan- 24
tum odium admissa fuit hæc subrogatio, secus contra tertium possessorem ex causa onerosa, ut in hoc reprobato *Gaito*, rectè sustinent *Merlin. de pignor. libr.* 3. *quæst.* 32. *num.* 13. *& seq. Manent. consil.* 114. *numer.* 21. *& seq. Barbos. ff. solut. matrim in rubr. part.* 3. *num.* 85. *vers. unde videndum est in fin. Card. De Luc. de Credit. disc.* 35. *num.* 48. *D. Ansald. de commerc. disc.* 28. *num.* 2. *& seqq. & Rot. coram Buratt. decis.* 874. *num.* 9. & per ea, quæ latè deduximus supra in *disc.* 123. *&* 124. Nisi iste tertius possessor rem alienam, licet ex causa onerosa acquisitam, dolo desierit possidere, ut notat Idem *Cardin. De Luc. d. disc.* 35. *num.* 59. 60. 61. & Nos *disc.* 91. *num.* 41.

Et

25 Et quod è contra ea utilis actio rei vindicationis in subsidium competat etiam contra Tertium possessorem ex causa lucrativa communiter affirmant, *Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 11. num. 1394. & seq. Negusant. de pignorib. part. 2. membr. 4. num. 58. & part. 9. mebr. 1. num. 48. Rot. coram Buratt. dec. 874. num. 9. Marin. ad Reverter. decis. 202. numer. 1. penes fin. Card. De Luc. de credit. disc. 35. numer. 57. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 179. numer.* 10. & Nos supra *disc. 44. in fin. & disc. 91. numer. 44.*

26 Neque adversus prædictam utilem actionem rei vindicationis, quam firmavimus cuicumque personæ etiam non privilegiatæ in subsidium competere, obstant textus in *L. qui vas 49. §. Fin. ff. de furt. & L. si ex pecunia Cod. de rei vindic.* & alii contextus, qui allegari possunt, ex quibus expresse denegatur hæc utilis actio, ex quo in particularibus pretium non succedit, vel subrogatur loco rei furtivæ, vel alienæ, & è contra: Nam cum prædictarum legum, ac aliarum dispositio regulariter tantum procedat, nil commune habet cum limitatione nostra ab aliis legibus elargita in casu subsidii, nam sæpissime leges, quidquid pro regula positum fuerit, in certis casibus limitare solent, ut in puncto ad dictos textus in contrarium allegatos respondent *Merlin. Pignatell. controv. for. centur. 2, capit. 67. numer. 40. Rot. Rom. decis. 51. numer. 4. 5. & 6. part. 10. rec. & dec. 393. num. 5. part. 15. recent. Menoch. de adipiscend. remed. 3. numer. 125. in fin.* aliique Doctores per me citati supra in *§. Attamen cum.*

Firmata itaque ex veriori, & magis communi DD. opinione tali interpretatione super *dict. L. qui vas & L. ex pecunia*, & aliis contextibus, earumque inapplicatione ad casum subsidii, corruunt per consequens authoritates *Card. de Luc. de Credit. disc. 26. & Ansald. disc.* 28. & aliorum, qui ad excludendam hanc subsidiariam subrogationem, & actionem utilem se fundant super dictis textibus generaliter tantum loquentibus extra casum subsidii.

27 In nihilo pariter refragante altero objecto, quod nempè in casu nostro non habeat locum subrogatio pretii, vel pecuniæ in dictis literis cambialibus contentæ loco alterius pecuniæ furto subtractæ, ex quo non agatur de immediata, sed mediata subrogatione per circuitum facta ob authoritates supra citatas in contrarium.

Quandoquidem juxta veriorem, & magis communem Doctorum, ac Tribunalium opinionem semper, & indistincte subrogatio pretii loco rei, & viceversa, sive sit immediata, sive mediata in subsidium est admittenda, ut locum habeat utilis actio rei vindicationis, ut uno ore, & constanter docent *Paris cons. 80. num. 29. lib. 1. Menoch. de adipiscen. possess. remed. 3. n. 125. Rot. Rom. coram Burate. dec. 685. &* melius *in decis. 784. num. 9. 10. & decis. 874. num. 6. 7.* & in confirmatoriis in eadem Causa penes *Duran. decis. 63. num. 3. 4. 5. & decis. 212. nu. 1. & num. 29. & 30.* quas sequitur altera *Rota coram Cels. decis. 340. in fin. Rot. post Conc. de Censib. decis. 421. num. 14. 15. & part. 11. recent. decis. 351. n. 13. & 14. & seq. Hodiern. ad Surd. dec. 97. num. 12. 13. Pacion. de locat. cap. 33. num. 35. 36.*

28 Præterea si ad trutinam fundamenta contrariæ opinionis revocamus, reperiuntur re vera insubsistentia. Tria sunt juris fundamenta, super quibus se fundat prædicta contraria opinio. Primo super textu in *L. quamvis 3. C. in quibus caus. pignor. vel hypothec.* ubi dicit, quod licet fructus prædii locati sint tacitè obligati lo-
29 catori, tamen non esset obligata res, quæ ex fructibus prædictis esset comparata. Secundo super ea receptissima Doctorum limitatione, quod nempè etiam in universalibus Judiciis, in quibus licet regulariter datur de jure subrogatio pretii loco rei, & è contra, attamen de jure ea tantum admittitur in pretio, vel re immediate acquisita, secus in re mediate, & per circulum comparata, ut nempè si ex pretio rei hæreditariæ fuerit altera res acquisita, ista non succedit loco rei hæreditariæ, quia non est immediatè acquisita ex re hæreditaria, sed ex pretio rei hæreditariæ per textum expressum in *L. sed etsi lege 28. §. 1. ff. de petit. heredit.*

Tertio, quia plura specialia circa id concurrere non possunt, ut de his tribus rationibus videre est penes ipsos authores supra citatos in contrarium in *§. Eoque magis.*

Verum nullum ex dictis fundamentis habet subsistentiam. Primum enim deductum ex *d. l. 3. Cod. in* 30
quib. pign. vel hypothec. loquitur, vel debet intelligi regulariter extra casum subsidii, nempe extra casum, quo conductor non esset solvendo, ut punctim sic explicat dictum textum *Menoch. de adipiscend. possess. remed. 3. q. 16. num. 125. in fin.* quem sequitur *Hodiern. ad Surd. dec. 97. n. 12. & Pacion. de Locat. cap. 33. num. 36.* quam declarationem textus etiam tenet communis illa Doctorum opinio, quæ sustinet, quod res empta ex pretio fructuum rei locatæ in subsidium succedit loco fructuum rei locatæ, & sic illa remaneat hypothecata locatori, prout erant ipsi fructus rei locatæ, ut facilè est videre penes *Pacion. de locat. cap. 33. n. 34. 35. 36. & Hodiern. ad Surd. decis. 97. n. 12.* prout pariter eandem interpretationem communiter tradunt Doctores omnes per me citati supra in *§. Neque adversus* super aliis similibus legibus hanc subrogationem regulariter in particularibus denegantibus. Quare ex his clare dignoscitur nimium audacter nulloque jure per *Gaitum dicto cap. 4. quæst. 11. num. 1490.* reprehensum fuisse *Menochium* dum ille male supposuit *Menochium* sustinentem in casu subsidii etiam in particularibus pretium succedere loco rei, & è contra, loquutum fuisse contra apertum textum in *d. L. 3. C. in quibus pignor. vel hypothec.*

Ad secundum fundamentum deductum per Doctores à *d. L. Sed etsi lege §. 1. ff. de per. hered.* similiter respondetur, quod ejus dispositio procedit tantum regu- 31
lariter, secus in casu subsidii, quia tunc res seu pretium sive sit immediatum, sive mediatum, semper quoad istum effectum, de quo agitur, succedit, vel subrogatur rei furto subtractæ, vel alienæ distractæ à non Domino, ut latè, & magistraliter declarando dictum textum firmavit *Rot. Rom. cor. Buratt. dec. 774. n. 9. 10.* & melius *in dec. 874.* per tot confirmata deinceps coram *Duran. dec. 63. & decis. 212. Rot. post Conc. de Censib. decis. 421. n. 14. & 15.* quos sequitur altera *decis. 340. num. fin. coram Cels. & Card. De Luc. de Credit. disc. 35. numer. 46.* & in his terminis mediatæ subrogationis eandem opinionem tenent *Hodiern. ad Surd. dec. 97. n. 12. 13. Pacion. de locat. cap. 33. n. 35. 36. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 3. qu. 16. n. 120. usque ad 126.*

Quoad tertium elicitum ex regula, quod plura specialia non possunt circa idem concurrere [omisso quod ista regula non est in jure pacifica, imò latè, & ma- 32
gistraliter eam impugnat per plures textus, ac innumeros Doctores in contrarium citatos doctissimus *Robles de repræsentat. lib. 1. cap. 12. num. 37. & 38.*] triplici responsione illud de medio tollitur.

Primo quia regula illa non procedit, quando eadem æquitas à lege introducta contra rigorem juris communis non minus intrat in uno, quam in duo- 33
bus specialibus, ut tradit *Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 47. n. 8.* & sic cum in casu nostro eadem intret æquitas à lege introducta in casu pretii, vel rei comparatæ immediatè ex re vel pecunia furtiva, vel aliena, quam in casu mediatæ acquisitionis, ut in puncto notat *dec. 874. n. 6. cor. Buratt.* confirmata per alias sequentes coram *Duran.* ideò inapplicabilis est casui nostro regula prædicta.

Secundo pariter non habet locum quando alterum speciale venit in alterius consequentiam, vel subordinate, optimè *Barbos. ff. solut. Matrim. leg. 1. part. 3.* 34
numer. 46. penes finem *Menoch.* dicto loco citato *n. 9. & 10. & quæst. 43. numer. 2. Valenzuel. cons. 4. num. 16. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 44. numer. 37. 38. Larr. de anniverf. capit. 10. num. 94. Card. De Luca de servit. disc. 70. numer.* 13. prout in casu nostro, quia posito, quod immediatè res, vel pretium acquisitum ex re furtiva, vel aliena de jure loco istius subrogetur, in consequentiam venit, quod res altera, seu pretium mediate, seu cum circulo acquisitum succedat loco ejusdem rei furtivæ, vel alienæ, ut ferè in puncto notat *Paris cons. 80. num. 24. vers. prout etiam objectio. lib. 1.*

Tertio denique limitatur quando duo specialia pro- 35
cedunt ex diversis factis, vel fontibus *Menoch. dicta*

quæst. 43. *numer.* 3. *& quæst.* 47. *num.* 1. *lib.* 3. *de præsumpt. Cels. Ugo cons.* 1. *numer.* 15. *Lart. de anivers. cap.* 10. *numer* 94. *Aylon. ad Gomez. var. libr.* 1. *capit.* 3. *num.* 29. quæ pariter limitatio adamussim adaptatur casui nostro, quia plura specialia, quod istam subrogationem proveniunt ex pluribus factis. Nam pretium immediate productum ex re furtiva, vel aliena provenit ex primo facto alienationis, & res acquisita ex illo pretio provenit ex altero facto novæ acquisitionis, & sic dicendum de successivis alienationibus, & respective acquisitionibus.

36 In nihilo refragante, quod ultimo loco opponebatur per Informantes pro dicto Hebræo de Mattos, quod nempè cum hæc subrogatio pretii loco rei alienæ, vel furtivæ non sit, nisi ficta per legem ex æquitate introducta in casu subsidii ad favorem veri Domini rei à non vero Domino distractæ, vel alienatæ, & sic illa actio utilis rei vindicationis non sit nisi impropria, quia oritur ex ficto dominio resultante ex dicta ficta subrogatione, cum re vera pretium ex re aliena, vel furtiva elicitum, vel res ex pecunia aliena, aut furtiva comparata transierit in dominium furis, vel non Domini alienantis ad tradita in terminis per *Acost. de privileg. credit. reg.* 1. *ampliat.* 8. *numer.* 23. *& seqq.* quo itaque posito non potest dicta utilis rei vindicatio locum habere in casu nostri privilegii, aut securitatis per SERENISSIMUM MAGNUM DUCEM concessæ, quæ propriè, & non impropriè intelligi debet ex notis juribus.

Quandoquidem, licet verum regulariter sit, quod in Statutis, legibus, & Constitutionibus, aut privilegiis Principis casus fictus, vel improprius in illis non comprehendatur, attamen dicta conclusio plures limitationes patitur; inter quas sunt sequentes.

Primò enim id limitatur per Doctores quando ea-
37 dem viget ratio in casu ficto, quæ in casu vero, nec alia reddi possit rationabilis causa differentiæ *Masc. de general. Statut. interpret. conclus.* 10. *numer.* 37. *Salgad. labyrint. Credit. part.* 1. *capit.* 32. *numer.* 37. *& sequenti.*

Secundò, quando induceretur aliquod irrationabile,
38 absurdum, vel dolus, aut fraus *Mascard. d. conclus.* 10. *n.* 36. *& alteram conclus.* 2. *n.* 81. *& seq. Rot. Rom. par.* 1. *diversf. decis.* 724. *numer.* 16. *in fin.*

Tertiò, quando sumus in materia subrogationis per
39 legem communem inductæ *Mascard.* loco citato *num.* 47. *Card. Thusc. lit. F. conclus.* 221. *num.* 57, 59. 60. *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 80. *numer.* 7. 8. 9. *& seq. & n.* 16. *ac* 17. latissimè *Bellon. de jur. accrescend. cap.* 9. *q.* 12. *num.* 16. *& seq. & n.* 35. *& seq. & num.* 39. *& seq. Robles. de repræsent. libr.* 3. *cap.* 1. *numer.* 10. *&* 11.

Quarum unaquæque limitatio nostro themati optimè adaptatur, nam quoad primam non potest dubitari, quod ratio, propter quam nostrum securitatis privilegium voluerit tantum assecurare res, & bona illius, qui venit ad habitandum in hoc Dominio, & sic excludere rem furtivam, vel alienam, non sit, ne quis contra Divinum, & naturale præceptum alienam rem occupet, & retineat, quæ ratio penitus eadem viget in re, & pretio subrogato, quia retinere preti-
40 um, vel rem ex pecunia respectivè, vel re aliena acquisitam non est, nisi locupletari cum alterius jactura, quod eodem modo prohibitum est per idem jus divinum, & naturale, dum locupletatio cum alterius jactura in rei substantia nil aliud sit, quam rem alienam rapere, vel occupare, ex latè deductis usque ad satietatem per *P. Raymund. Nid. de reg. jur. reg.* 48. *n.* 4. 5. 22. *&* 24. ubi allegat non solum quamplures textus civiles, & canonicos, verum etiam plura testimonia Sanctorum Patrum, & ita in his ferè nostris terminis ratiocinatur *Rot. cor. Burat. dec.* 874. *n.* 6.

Quo verò ad secundam pariter nil dubium, quod si privilegium securitatis intelligeretur noluisse comprehendere hunc casum subrogationis, induceret absurditatem, fraudem, & iniquitatem, quia permitteret quemque posse cum alterius jactura, & damno locupletari
41 contra Præceptum Divinum, & naturale, ut mox diximus, dolosus enim, & fraudator verè dicitur, qui cum alterius jactura locupletari intendit per textum expressum in *l. planè, ff. de petit. hæredit. & l.* 1. *§. Et an in pupillum, ff. deposit. l. si quis mancipiis* 19. *§. Proculus, ff. de instit. action. Natt. cons.* 384. *n.* 12. *& seq. Barbos. axiom.* 139. *n.* 1. *vers. cum aliena enim*, & latissimè *P. Nid. de reg. jur. reg.* 48. *n.* 4. 5. *&* 22. & denique præ ceteris applicatur tertia, quia nos verè sumus in materia subrogationis à Lege inductæ.

Præterea advertendum est, quod inspecto jure naturæ, & veritate facti res comparata ex pecunia furtiva, vel aliena, vel pretium ex re aliena retractum, non ad eum pertinere debet, qui rem, aut pecuniam furtivam distraxerit, quando non est solvendo, sed ad eum, cujus erat prima res, vel pecunia distracta, ne alias contra idem naturæ præceptum de alieno cum alterius jactura aliquis locupletetur *l. jure naturæ ff. de reg. jur. l. nam hoc natura §. ultim. ff. de condict. indebit. l. si ipsa res* 18. *ff. de eo, quod met. caus. l. ultim. ff. de usucap. pro empt.* egregiè *Castrens. cons.* 62. *ferè per tot.* præsertim *num.* 2. *vers. item non obstat quod ex laudo usque in fin. & cons.* 106. *n.* 4. *vers. item non obstat quod ultimo libr.* 1. & latè *P. Nid. de reg. jur. reg.* 48. *n.* 4. 5. 22. *&* 24. & pariter advertendum quod hæc subrogatio eatenus à lege civili inducta fuerit,
quatenus præfatum naturæ principium exigit, ne cum 42
alterius damno aliquis locupletetur, ut clarè colligitur ex textu in *l. si ipsa res* 18. præsertim *in fin. ff. de eo quod metus causa*, & notant in puncto *Cald. Pereyr. de empt. & vendit. cap.* 12. *sub num.* 2. *vers. non enim extincta, & in fin. vers. qui hoc casu, Paris. cons.* 80. *num.* 20. *libr.* 3. *& Rot. Roman. coram Buratt. decis.*
874. *num.* 4. Quare si lex civilis ex æquitate in ca- 43
sum subsidii subrogando respectivè pretium, vel rem loco rei, vel pecuniæ alienæ illud dominium rei ex pecunia aliena comparatæ, vel pretii ex re aliena retracti resolvit, utilemque rei vindicationem concedit adversus pretium, vel rem ex re, vel pecunia aliena, seu furtiva acquisitam, nil aliud facit quam ad primævum jus naturæ redire, & revocare ea quæ de jure positivo communi, vel civili introducta sunt, & ideo inducendo in tali casu subsidii hujusmodi subrogationem nullatenus fingit, sed veritatem, & justitiam juxta naturæ præceptum deregit operando, quod res, vel pretium ex aliena pecunia, vel re respectivè comparatum remaneat illius, ad quem juxta naturæ jus realiter pertinebat, ut in his similibus terminis plenè, doctèque tradunt *Alexand. cons.* 93. *numer.* 6. *cum plurib. seqq. lib.* 1. *Mans. consult.* 442. *num.* 1. *cum plurib. seqq. Cyriac. contr.* 207. *num.* 57. *&* 58. *Episcop. Rocc. cap.* 182. *num.* 35. *&* 36. egregiè *Bammcar. Comment. feud. ad cap. naturales de feud. defunct. quæst.* 4. *num.* 39. *&* 40.

A R G U M E N T U M.

An & quando pretium succedat loco rei hypothecatæ, & per debitorem distractæ, ita ut contra illud agere valeat Creditor cum eadem hypotheca, quæ sibi super re obligata competebat.

S U M M A R I U M.

1 *Pretium regulariter in particularibus non succedit loco rei hypothecatæ, quare Creditor super eo non valet suam hypothecam exercere, quæ sibi super re competebat.*

2 *Limita primò, quando res esset perempta, vel præscripta, vel difficiliter vindicari posset à Tertio possessore, & Debitor non esset solvendo.*

Amplia limitationem ad casum, quo pretium reperiretur penes Tertium ex causa lucrativa n. 3.

Secus si Tertius retineret pretium ex causa onerosa, ibid.

Declara, nisi rem hypothecatam dolo desiisset possidere, quia tunc nihil referret, quod ille habuerit rem hypothecatam ex causa onerosa n. 4.

5 *Limita secundò, in casu, quo debitor alienans, vel ipse tantum vel simul cum acquirente rem obligatam expressè, vel tacitè per viam conjecturarum, subrogaverit pretium loco rei hypothecatæ.*

Extende limitationem istam ad casum etiam, quo sub-

subrogatio loco rei obligatæ demandata fuisse per Principem, vel Superiorem num. 6.

7 *Limita tertiò, quando pretium non deberetur uti pretium, sed tanquam interesse.*

8 *Limita quartò, quando res hypothecata fuisset distracta de Judicis mandato pro satisfaciendis Creditoribus, vel aliqua ex urgenti causa.*

9 *Quintò limita ubi alias daretur inanis circuitus, qui evitari debet.*

10 *Limita sextò, quando res, vel merces hypothecatæ fuissent penes aliquem sequestratæ, & sequester eas vendidisset, nam tunc pretium ab illarum venditione per sequestrem retractum loco earundem rerum succedit.*

Nullius Hypotheca.

DISCURSUS CLXXXIII.

IN præcedenti discursu latè egimus de subrogationis materia quoad res alienas à Fure, vel non Domino distractas, an nempe, & quando pretium in particularibus succedat loco rei furtivæ, vel alienæ; vel e contra; Nunc breviter videndum est, an; & quando pretium succedat loco rei propriæ per Dominum hypothecatæ; & deinde per eum distractæ, vel in alios alienatæ, & e contra.

1 In qua equidem quæstione similiter constituendum est pro regula, quod pretium non succedat loco rei hypothecatæ, itaut Creditor hypothecarius nullatenus valeat super illo pretio eam hypothecam, quæ sibi prius super re competebat, amplius exercere *Negueral. allegat. 1. num. 59. Merlin. de pignor. & hypothecis lib. 2. quæst. 51. num. 29. & 30. & lib. 4. quæst. 179. numer. 8. & 9. Gait. de credit. cap. 4. quæsit. 11. num. 1378. & seq. & num. 1403. Marstian. disp. 74. numer. 9. & 10. Card. De Luc. de credit. disc. 35. numer. 55. Episc. Racc. select. disp. cap. 150. num. 9. & 10.* & latè Nos *disc. 91. numer. 33. & seq.*

Plures tamen patitur limitationes regula prædicta per Nos mox infra recensendas.

2 Et prima, quando ageretur de casu subsidii, nempe in casu quo res hypothecata, quam Debitor alienavit, esset peremptа, vel præscripta, vel difficiliter ea vindicari posset à tertio possessore, & Debitor non reperiretur solvendo, nam tali casu pretium absque dubio ex juris æquitate loco dictæ rei succedit, quare contra illud eamdem hypothecam, quæ sibi contra rem competebat, poterit experiri, ut expressè determinat *Gloss. in l. 1. ff. de distract. pignor. in verb. Possessores in fin.* quæ ab omnibus approbationem obtinuit, ut videre est penes *Bartol. Angel. Jas.* cæterosque scribentes in eadem *l. 1. & Gabriel. cons. 37. num. 2. lib. 1. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 3. à num. 120. cum seqq. Surd. decis. 306. numer. 14. Gait. de credit. cap. 4. quæsit. 11. numer. 1394. & 1403. juncto num. 1406. Pacion. de locat. cap. 33. num. 35. & 36. Hodiern. ad Surd. decis. 97. num. 12. & 13. Manz. special. in Jur. verb. subsidium num. 57.* & latè Nos *disc. 44. in addit. numer. 69. & disc. 91. num. 47. & 48.*

3 Quod procedit etiam si pretium non esset penes Debitorem, sed Tertium, dummodo iste Tertius illud retineret ex titulo, vel causa lucrativa; quia nempe ille Tertius rem hypothecatam ex aliqua causa lucrativa acquisivisset, eamque postea alteri vendidisset, & pretium illius recepisset; Nam aliter dicendum foret, si ex causa onerosa illud haberet *Marin. ad Reverter. dec. 202. Gait. de credit. loc. citat. num. 1394. & seq. Card. De Luc. disc. 35. numer. 57. de Credit. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 4. quæst. 179. num. 10. Negusant. eodem tract. part. 2. membr. 4. num. 58.* & Nos *d. disc. 44. in fin.* & latiùs *disc. 91. n.*
4 *44. & seq.* aliique Doctores mox supracitati; In quo tamen advertendum est, quod si iste Tertius retinens pretium ex causa onerosa rem hypothecatam dolo desiisset possidere, tali casu pretium loco rei hypothecatæ per eum fraudulenter, vel dolosè in alterum alienatæ succedet, suamque per consequens hypothecam creditor contra ipsum pretium, tanquam contra rem ipsam, exercere valebit *Card. de Luc. de Credit. d. disc. 35. num. 59, 60. & 61.* aliique DD. per Nos citati in *d. disc. 91. num. 41. & seq.*

Secunda limitatio est, quando vel Debitor ipse in 5
venditione rei hypothecatæ, vel simul cum emptore, aut alio acquirente rem hypothecatam expressè convenerit, quod pretium vel deponendum, vel reinvestiendum remaneret subrogatum loco rei hypothecatæ, sive tacitè ex conjecturis id resultaverit, ut nempe si pactum inter eos fuisset, quod pretium rei hypothecatæ impliceri deberet in aliis bonis, vel locis montium pro securitate emptoris, vel acquirentis dictam rem hypothecatam in casum cujuslibet evictionis, vel ex aliis facti circumstantiis arbitrio Judicis ponderandis, quia in talibus casibus procul omni dubio pretium sive reinvestitum, sive reinvestiendum habebitur loco rei hypothecatæ, atque hypotheca illa, quæ Creditori contra eandem rem competebat, exercibilis erit contra ipsum pretium, ut latè tradunt *Gait. de Credit. cap. 4. quæsit. 11. num. 1382. & seq. & 1411. Surd. dec. 308. n. 12. Card. De Luc. de Credit. disc. 35. n. 62. Merlin. de pignor. lib. 2. quæst. 51. n. 9. & 18. 26. & 27. & lib. 4. quæst. 179. nu. 13. Merlin. Pignatell. centur. 2. cap. 67. n. 36.* & Nos cum aliis citatis supra in *disc. 91. num. 35. & seq. & num. 40.*

Quæ limitatio similiter, imò fortius procedit quan- 6
do per Decretum Judicis, Superioris, aut Principis subrogatum fuerit pretium loco rei alienandæ, ut pariter cum pluribus allegatis firmavi in *d. disc. 44. numer. 69. & disc. 91. num. 38.*

Tertia in casu, quo pretium rei non deberetur tan- 7
quam pretium, sed tanquam interesse, quia interesse de jure, vel de sui natura stat loco ipsius rei, quæ dari, restitui, vel præsentari debet *Gait. de Credit. d. cap. 4. quæsit. 11. n. 1410. Rot. dec. 393. n. 4. part. 15. rec. Surd. dec. 306. num. 7. & 11. Rot. cor. Cels. dec. 383. num. 9. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 2. quæst. 51. num. 41. & lib. 4. quæst. 179. num. 14.*

Quarta, quando res obligata, seu hypothecata ven- 8
dita aut distracta esset de mandato Judicis pro satisfaciendis Creditoribus, vel pro aliquo alio onere adimplendo, vel ex aliqua urgenti causa *Card. de Luc. de feud. disc. 98. n. 6. vers. adhuc tamen, & de credit. disc. 27. n. 11. & disc. 35. num. 63. Constantin. ad Stat. Urb. annot. 30. artic. 1. numer. 35. Hodiern. ad Surd. decis. 306. num. 4.*

Quinta in omni casu, quo si ageretur contra pos- 9
sessorem rei hypothecatæ, Possessor regressum haberet contra pretium depositatum, vel jam reinvestitum; Nam tunc ratione hujus circuitus inutilis evitandi admittenda est hæc subrogatio pretii loco rei, contra quod exercibilis sit eadem hypotheca, quæ adversus ipsam rem obligatam competebat *Card. De Luc. de feud. disc. 98. num. 6. in fin. & de credit. disc. 35. numer. 66. & 67.* & Nos supra *in disc. 91. num. 45.*

Sexta denique, quando res aut merces debitoris fuissent sequestratæ ad instantiam alicujus creditoris hy-
pothecarii; & sequester eas vendidisset, earumque pre- 10
tium penes se haberet; Nam pariter in hoc casu pretium loco rerum, & mercium distractarum succedit, ideoque exercibilis est contra dictum pretium eadem hypotheca, quæ contra ipsas res, vel merces tentari poterat per dictum creditorem ex rationibus plenè deductis *per Surd. dec. 306. per tot.* quam sequuntur communiter Doctores, & etiam est ratio, quia sequester non potest res aut merces penes se sequestratas alienare, ideo cum ex earum indebita distractione dicatur in dolo, vel fraude, aut mala fide, & sic dolo desiisse eas possidere, vel conservare, pretium indubiè loco earum succedit *Card. De Luc. de Credit. disc. 35. num. 59.* cum aliis citatis mox supra in §. *Et prima.* Hæc enim postrema limitatio, licèt quodammodo coincidat cum tertia, tamen pro majori explicatione materiæ, de ea distinctim mentionem fecimus.

ARGUMENTUM.

Mandatarius si omnia gessit de consensu mandantis per literas sibi præstito, nullatenus dici potest excessisse fines mandati.

Quantitas si est in obligatione, bona verò in executione, pro faciliori nempè modo sol-

vendi

vendi indicata, debitor in quantitate semper tenetur debitum solvere, & non in bonis.

Valor frumenti, vini, & hujusmodi quando probetur, neque attendi debet tempus messis, vel recollectionis.

S U M M A R I U M.

1 *Mandatarius si mandati fines non excessit, ad nihilum tenetur.*

2 *Pro indebiti repetitione agi debet via ordinaria.*

3 *Dolus non arguitur in eo, qui libere, & palam operatur.*

4 *Consensus non minus ex verbis, quam ex facto colligitur.*

5 *Aliud pro alio solvi non potest quando electus est certus modus solutionis.*

6 *Debitor tenetur in quantitate, & non in bonis debitum solvere quando quantitas est in obligatione, bona vero in executione.*

7 *Valor rerum sicuti variatur non bene probatur à precedentibus contractibus, sed ab ultimo.*

8 *Valor frugum; vel cibariorum probatur ex fide publici Officialis Annonæ.*

9 *Valor frumenti non est attendendus de tempore messis, & num.* 11.

10 *Læsio non consideratur in contractu, qui haberi potest, tam ad damnum, quam lucrum.*

12 *Contractus ob defectum consensus ab initio impugnari non potest ab eo, qui postea illum approbavit, neque per longum tempus reclamavit.*

Asculana Pecuniaria.

Veneris 6. Martii 1693.

CORAM R. P. D. PRIOLO,

ET

DISCURSUS CLXXXIV.

DE Commenda Sancti Joannis ad Templum vacante per obitum Raymundi de Turre provisus fuit Eques Augustus Piccolomineus, qui suum Procuratorem constituit Franciscum ejus germanum; Iste verò consulendo fraternis negotiis, varias epistolas scripsit Aloysio Cataldo, ut tamquam Nepos Commendatoris prædefuncti, & verosimiliter informatus de qualitate Commendæ certioratum redderet Franciscum scribentem, & aliquam Personam proponeret, cui committi posset administratio ejusdem Commendæ, & demum post varias literas hinc inde conscriptas, eidem transmissa fuerunt à Francisco scuta 500. ut illa erogarentur in beneficium, dictæ Commendæ.

Post triennium reversus ab Insula Melitæ Commendator Augustus in Curia Episcopali pulsavit Cataldum ad docendum prædictam summam erogasse in beneficium Commendæ, vel ad restitutionem dd. scutorum 500. & non obstante exhibitione per Cataldum facta de Instrumento affictus, & subaffictus, & illius retrocessionis ad commodum Commendatoris, mandatum executivum obtinuit ab A. C. confirmatum, & à signatura Justitiæ canonizatum cum clausula *sine præjudicio* ad effectum deponendi Verum obtenta per Cataldum à Sanctissimo commissione mihi directa cum obligatione de stando unicæ decisioni, consului Dominos meos sub dubio uniformi rescripto, an constaret de credito, itaut esset consignandum depositum, & cum in prima propositione habita sub die 23. Januarii præteriti rescriptum fuisset, ut coadjuvarentur probationes hinc inde, & exhiberentur Epistolæ scriptæ per Aloysium Franciscum; his omnibus adimpletis, Domini censuerunt in hodierna repropositione non constare de Credito.

Cum enim prædefunctus Raymundus Prædecessor Commendatoris Augusti fecerit nonnullas impræstantias concorditer valutatas in scutis 500. circiter, ut Conductores melius colerent Bona Commendæ, & solverent etiam majorem affictum, & ex literis modo exhibitis appareat, Aloysium de consensu Francisci erogasse similem summam scut. 500. in redemptionem earumdem Impræstantiarum, dicendum est ipsum 1 non excessisse fines mandati, & per consequens ad nihilum teneri, si obligationem, quam in se susceperat, plenissime adimplevit per *Text. in l. si vero §. si mihi mandaveris, & l. qui mutuam. §. sumptus, & l. inter causas ff. mandat. Jason. in l. si servus ff. de legit. & Rota Januen. dec.* 110. *num.* 1. *cum seqq.*

Hanc actionem ex tali causa tanquam insubsistentem agnoverunt etiam scribentes pro Commendatore; Ideoque in repropositione causæ assumentes novum genus defensionis, instabant sibi consignari depositum ex defectu consensus, & hoc probare conabantur.

Primo ob diversitatem rerum mutuatarum, illi namque semper suppositum fuit has impræstantias consistere in quantitate scutorum 500. non vero in specie, quæ alteratio satis fuisset ad suspendendam pecuniarum transmissionem, cum Franciscus motus fuerat ad illa exbursanda, quia in fine affictus totidem se recepturum sperabat.

Et secundo quia neque res mutuatæ ascendant ad scuta 500. sed vix constituunt summam scut. 360. ex quibus excluditur contrahentis consensus, cum nemo supponatur velle contrahere in proprium damnum, quando nulla aderat necessitas ita contrahendi.

Verum, & si hæc omnia subsisterent, mutatio petitionis sufficeret ad detegendam incompetentiam actionis à Commendatore intentatæ, quia cum Aloysius non teneatur, nisi de proprio facto, etiamsi solutio scut. 500. fuisset indebite facta, & non doceretur de credito cum Affictuariis, nec tantumdem re- 2 stitueretur Commendatori, pro repetitione soluti agi debuisset via ordinaria, *Gratian. decis. Marchi.* 137. *num.* 14. *Rota coram Celso decis.* 359. *numer.* 2. *& in recent. decis.* 395. *num.* 6. *part.* 5.

Sed prædicta nec etiam in facto subsistunt, nam præmittendum est, quod Aloysius bona fide hæc omnia gessit, non solum pluries scribendo, & rescribendo Francisco, sed etiam illum rogando, ut se transferret ad Civitatem Asculi, vel aliquem suum familiarem transmitteret, ut posset hæc omnia ocularitet intueri, illi etiam exhibendo propriam Dominum, summario Commendatoris *numer.* 4. quod sa- 3 nè convincit ipsum non habuisse animum decipiendi, cum dolus argui non possit in eo, qui voluit negotium suum liberè, & palam pertractare *Rot. coram Buratt. decis.* 182. *num.* 23.

Præmittendum est etiam, quod in toto tantarum Epistolarum commercio nil aliud conclusum fuit, quam quod Sorores de Turre reciperent affictum Commendæ pro scutis 105. pro primo Anno, & pro reliquis quinque ad rationem scutorum 145. & cum eisdem pactis, & conditionibus illam sublocarent aucto annuo Affictu in scutis 40. ex causa hujusmodi Impræstantiarum, hac tamen conventione adjecta, quod si Commendator pro dictis Impræstantiis transmitteret Sororibus de Turre intra duos menses scuta 500. subaffictus una cum augmento cedere deberet commodo ipsius Commendatoris, talis enim contractus in nihilo videtur præjudicialis, quia pendebat ex illius arbitrio, vel continuare in primo Affictu, vel exbursando scuta 500. acquirere una cum augmento omnes actiones, quæ ex causa subaffictus habebant Sorores de Turre, & præcipuè quia Franciscus Procurator Commendatoris de his omnibus certioratus per minutas per extensum transmissas, omnia gesta laudavit; Summario hodierno Aloysii *numer.* 8. & 10.

Verum si postea consideratis eisdem minutis, utilius credidit, redimendo prædictas Impræstantias subingredi in Jura, & actiones Sororum de Turre, & ita sc. 500. pro Impræstantiis soluta investiret ad rationem scutor. octo pro quolibet centenario, cum augmentum subaffictus ascendebat ad annua scuta 40. dicendum est Franciscum utilia gessisse, & non potuisse ignorare ea omnia, quæ modo opponuntur pro exclusione consensus, cum illa literaliter videantur in ipsis minutis transmissis, antequam expeditæ fuissent literæ Cambii, ut colligitur ex summario Commendatoris *num.* 15. & 16. Quapropter consensus non 4 minus ex verbis, quàm ex facto colligitur ad Textum in *l. Paulus, ff. rem ratam habere, & cap. dilecti in*

secun-

secundo de appellat. Rot. decis. 812. numer. 19. cum sequentibus part. 1. diversor. & decis. 291. numer. 12. part. 9. recent.

His ita præmissis, deveniendo modò ad objecta, non relevat primum, quia benè submovetur ex minuta Instrumenti subaffictus per extensum dati, eodem summario *num.* 15. & 16. Ibi enim ex confessione subconductorum non solum constat de quantitate, sed etiam de qualitate rerum mutuatarum, ac de modo illa restituendi, cum subaffictuarii expressè dicant recepisse à Sororibus de Turre scuta 271. 40. *in contanti*, & ita cum emerent tot pecudes, boves, fænum, & paleam, aliasque res ad culturam spectantes, & ulterius fateantur sibi tradita fuisse 50. rubra frumenti secundæ speciei judicialiter appretiati in sc. 4. & bon. 80. pro quolibet rubro in totum ascendentia ad scuta 111. non obstante, quod frumentum esset in specie restituendum, quia cum Franciscus ex confessione debitorum emissa in dicta minuta potuerit recognoscere quomodo, & quando eadem scuta 500. erant Commendatario restituenda, sperare non poterat se totidem recepturum fuisse in fine affictus,
5 cum ex lege adjecta in Instrumento conventus fuisset certus modus solutionis, qui operatur, ut aliud pro alio solvi non posset ad tradita per *Cenc. de censib. quæst.* 3. *num.* 4. *quæst.* 85. *numer.* 21. *cum seq. Rot. in rec. decis.* 42. *num.* 1. *part.* 1.

Ex his etiam excluditur secundum objectum respiciens valorem rerum mutuatarum, quamvis enim in præcedentibus affictibus Impræstantiæ consisterent in variis speciebus; In hoc tamen ultimo contractu ad duas tantum redactæ fuerunt, nempè ad scut. 271. & 40. & ad dictum frumentum.

Et quoad primam nulla cadere potest læsio in damnum Commendatoris, quia cum Pecudes, Boves, aliæque species supra enumeratæ non essent restituendæ, sed tantum reperiantur specialiter hypothecatæ pro restitutione dict. scutor. 271. hæc summa erit Commendatario restituenda, cum ista veniat sub obligatione restitutionis, bona verò cadant sub executione, ut scili-
6 cet facilior detur modus solutionis. Ideoque subaffictuarii tamquam Debitores quantitatis solvere non possunt in specie per *Text. in l. cum à quo Cod. de solut. Soccin. Sen. cons.* 214. *post num.* 1. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 65. *numer.* 10. *lib.* 2. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 6. *gloss.* 3. *part.* 3. *num.* 53. & *Rota coram Gregor. decis.* 352. *numer.* 2.

Non relevante, quod prædictæ species longè minùs æstimatæ in aliis affictibus modo non æquivaleant pre-
7 tio scut. 271. quia cum fortè tunc possent esse inferioris conditionis, illarum valor non est desumendus à præcedentibus contractibus, sed ab hoc ultimo *Peregr. de Jur. Fisc. libr.* 6. *tit.* 4. *numer.* 8. *Rot. in recent. decis.* 302. *numer.* 4. *part.* 17. eoque magis quia subconductores in d. Contractu non dixerunt species recepisse, sed scuta 271. cum quibus fassi sunt illas emisse; Ideoque etiamsi tanti non valerent, semper tamen tenerentur ad restitutionem summæ mutuatæ ex superius allegatis.

Verum hæc sufficerent ad sustinendum contractum, & ad illius justitiam comprobandam, quæ semper est principale fundamentum, sed ad submovendam quamcumque difficultatem fuit animadversum, quod in dictis scut. 271. comprehenduntur etiam novalia, hoc est *Maesi* sub illis verbis „ *& altre robbe per loro servizio,* „ quæ valutantur, & assignantur Affictuariis in quolibet principio locationis prout in aliis locationibus comprehensæ fuerunt; Undè etiamsi esset reddenda ratio non de pecunia, sed de ipsismet speciebus, constat, Aloysium plenè satisfecisse suo muneri, dum juxtà æstimationem præcedentium affictuum justificatur, Boves, Pecudes, & Paleam una cum novalibus ascendere in totum ad dicta scuta 271. summario hodiernæ propositionis *num.* 2.

8 Non minus quoad secundam speciem consistentem in frumento, concludenter enim probavit Aloysius illius valorem non solum ex publica attestatione officialis ad id deputati deponentis de Mense Maji venditum fuisse pro scutis 4. & bon. 80. pro quolibet rubro, cujus fidei est plenè deferendum *Rot. coram Burat. decis.* 921. *num.* 7. sed etiam ex Judiciali illius appretiatione facta in Instrumento affictus, quæ probat illius valorem, & ad tale tempus referendum, cum attendi non debeat va-
lor currens de tempore messis, nempe de tempore vi- 9
lioris æstimationis ad firmata per *Escobar. de ratiociu. cap.* 17. *num.* 21. *cum seqq. Rot. cor. Coccin. decis.* 1006. *num.* 3. & *in rec. dec.* 343. *numer.* 2. & *decis.* 478. *numer.* 14. *part.* 9.

Nec dicatur, quod Commendatori restituendum veniat frumentum, & non pretium, quia Franciscus totum hoc jam sciverat; Ideoque cum illius pretium potuerit non minus augeri, quàm minui, talis incertitudo calculari non debet pro damno certo, & læsio non
consideratur in contractu, qui haberi potest tam ad da- 10
mnum, quam ad lucrum *Alex. in leg. de fideicommiss. num.* 2. *Cod. de transact. Menoch. cons.* 156. *numer.* 37. *vers. secunda est ratio Surd. cons.* 451. *num.* 40. & *cons.* 576. *num.* 10. *cum aliis adductis per Cyriac. controvers. forens. controv.* 1. *num.* 35. & *Gratian. cap.* 27. *num.* 23. *vers. cum non consideretur*, & maximè in casu præsenti, in quo creditum frumenti erat fructiferum usque ad rationem sc. 8. pro quolibet centenario, quo fit, ut cujuscumque damni possibilitas exclusa remaneat, alias sinè tali incertitudine fructus saperent usuram.

Ad ostendendam tamen excessivitatem pretii in dicto frumento, duo valdè exagerabantur, unum scilicet, quod frumentum fuisset valutatum in scut. 9. pro quolibet rubro, alterum quod ad summum illius valor de mense Decembris 1686. & à mense Julii usque ad mensem Octobris 1687. tempus celebrati contractus, fuisset longè inferior, nempè in scut. 2. & bon. 23. pro quolibet rubro juxta fides datas. Verum, ultra quod attestationes non percutiunt tempus in Instrumento enunciatum, neque destruunt illas ab Aloysio exhibitas, primum enim cessare visum est ex minuta data in summario Commendatoris *numer.* 16. nam rubra 50. ibi valutantur in scut. 240. & sic totum ad rationem sc. 4. bon. 80. pro quolibet rubro, error vero forsan oriri potuit ex mensura, qua utuntur Cives Asculani, quæ dicitur salma, & hæc est rubrorum duorum; Quapropter non benè calculatum fuit de salma ad rubrum, sed si pretium unius salmæ dividatur, utique correspondet pretio duorum rubrorum. Secundum magis insubsistens apparuit, nam in eodem summario Commendatoris *num.* 16. datur attestatio Officialis, in qua de mense Decembris 1688. & ita eodem anno, quo frumentum appretiatum fuit inter dictas Sorores, & Colonos dicitur „ *Che li Signori Scandaglieri hanno fatto lo scandaglio de'* " *grani venduti a ragione di Sc.* 2. *e* 23. *il quarto*, " sed posteà subditur *il quale quarto è di quattro quarti* " *alla misura Asculana, ed alla Romana poi fa mezzo rubbio*; „ Ideoque ex hac attestatione bene arguitur
quod pretium integri rubri fuit Sc. 4. Bononen. 46. non 11
multum distans à valore in Instrumento judicialiter expresso, neque aliæ fides sunt attendendæ, cum sint post novas recollectas, de quo tempore valdè minuitur pretium.

Verùm justificata validitate contractus minùs obstare visum est alterum objectum, quod nempè Franciscus ignoraverit Aloysium esse maritum unius ex dictis Sororibus, & alterius Cognatum, ac cum illis convivere, quia si hoc scivisset, non ità libere se remisisset illius arbitrio, sed illum considerando tamquàm Interessatum, cautius consuluisset fraterno negotio.

Nam DD. dixerunt hoc minimè spectare ad substantiam contractus; Aloysius enim quamquàm maritus, tenebatur omnia ritè, & rectè agere, prout fecit, semper certiorando de omnibus gerendis Franciscum, & illius consensum priùs exigendo, nec diversimode facere potuisset, etiamsi fuisset extraneus.

Sed ulterius animadversum quoque fuit, quod cum saltem cognoverit Franciscus Aloysium esse maritum Domitillæ ex Instrumento retrocessionis, illudque approbaverit statim per Epistolam, neque per biennium post numquam ab eo reclamaverit; Istam minimè posse dici
Causam sufficientem ad inducendum defectum consen- 12
sus, ex quo desumebatur usque à principio invaliditas hujus Contractus.

Nec dicatur, quod nulla aderat necessitas ita celeriter concludendi hunc Contractum toties ab Aloysio exagerata; datur enim in summario Aloysii *num.* 16. Epistola Josephi Sacerdotis, & Fratris unius ex subconductoribus requirentis finalem resolutionem, etsi verè consideretur tempus, quo fuit initum Instrumentum Affictus, nempè die ultimo Octobris, clare patebit; An tempus

tempus ferendi esset imminens, vel remotum, & per consequens, an urgeret etiam necessitas conclusionis hujus tractatus, nec contra tale factum prævalere possunt fides exhibitæ lite pendente, & extrajudicialiter procuratæ.

Et ità Causa bis proposita, & utraque Parte semper Informante resolutum fuit, &c.

ARGUMENTUM.

Mercator filiis suis pupillis plures reliquit Tutores, alteri tamen ex eis olim negotii sui Complimentario administrationem solum decrevit, cum hoc onere, quod in cambiis creandis, vel pecuniis investiendis nihil agere valeret, nisi cum consilio, & interventu alterius ex Contutoribus; Quæritur in hoc casu an de male gestis per dictum Tutorem administratorem alii Contutores, quibus non fuit data administratio, in solidum teneantur, vel solum de consilio præstito quoad cambia, & pecuniarum investimenta, & resolvuntur magistraliter plures quæstiones cum suis distinctionibus in hac materia cadentes.

SUMMARIUM.

1 *Tutorum plura genera enumerantur.*

2 *Tutores in solidum teneatur erga pupillos pro administratione, & gestis etiam ab altero Contutore, & licet inter ipsos tutela fuisset divisa.*

3 *Tutores non administrantes, si conveniuntur ad reddendam rationem, habent plura beneficia hic remissive indicata.*

4 *Tutor non tenetur de gestis ab altero Contutore quando divisa fuit tutela à Testatore, vel Judice.*

5 *Tutor honorarius quis dicatur.*

6 *Tutores, licet eis non fuerit data administratio, tenentur in mores, gesta, & administrationem, ac rationes Tutoris administrantis inquirere, ut sciant si male ille gerat administrationem sua tutela.*

Limita, & declara num. 19. & seqq.

7 *Tutores dati notitia causa absque administratione à Testatore tenentur instruere, & informare alios Tutores administrantes de statu, rebus, & negotiis Testatoris.*

8 *Tutores sive honorarii, sive dati notitia causa, seu quilibet alii administrationem non habentes, non tenentur de gestis, & culpa vel negligentia aliorum Tutorum administrantium, secus si defecerint in eorum respective officio, vel munere, & num. 10.*

9 *Referuntur obligationes, & munera, quæ habent de jure Tutores relicti, vel dati absque administratione.*

11 *Tutores dati ad protectionem tantum pupillorum quinam dicantur.*

Et isti Tutores ad nihil tenentur erga pupillos pro gestis, & administratione aliorum Contutorum, nisi de dolo positivo. Ibid.

12 *Consiliarius, seu consultor relictus Tutoribus, ut cum illius consilio omnia gerant ad nihil tenetur erga pupillos, nisi de dolo adhibito, in consilio.*

Amplia ad casum, quo fuerit Consultor etiam simul relictus Contutor, absque tamen administratione numer. 15.

Limita, si fuisset relictus Contutor cum administratione num. 16.

13 *De consilio nemo tenetur nisi esset consilium datum cum dolo.*

14 *Dolus in Consiliario debet concludentissimè probari.*

17 *Tutores non tenentur sequi consilium consultoris à Testatore relicti, licet Testator mandaverit nihil sine eo agi posse per Tutores.*

Secus si Consultor esset simul relictus Tutor, tam in officio, quam in administratione n. 18.

20 *Viro bono, & digno si quis credit, de jure excusatur.*

21 *Negligentia, aut culpa imputari non potest illi, qui habuit justam causam concedendi aliquam personam idoneam, licet tenebatur de ea prius se informare.*

Præcipue si justa causa credendi orta fuisset ex facto, & dato Partis contrariæ n. 22.

23 *Tutores tenentur de lata, & levi culpa, non autem de levissima.*

Et de ratione. Ibid.

Januen. Redditionis Rationis.

DISCURSUS CLXXXV.

Antequam ad difficultatis punctum in hac Causa mihi propositum deveniam, præmittendæ sunt cum earum declaratione aliquæ juris Conclusiones, ex quibus vera dependet illius resolutio.

Advertendum igitur est primo, quod plures dari pos- 1
sunt Tutorum species, alii qui vere in omnibus, nempe, tam in officio, quam in administratione Tutores sunt, alii, qui honorarii appellantur, alii notitiæ Causa, nempe pro aliorum Contutorum instructione dati, alii verò ad solam protectionem, auxiliumque, tum Pupillis, tum etiam eorum Tutoribus præstandum instituti.

Qui autem in officio, & administratione simul insti- 2
tuti sunt Tutores, omnes insolidum erga Pupillos tenentur pro administratione, vel gestis etiam ab altero Contutorum, & licet inter ipsos Tutelam, seu Tutelæ munera Tutores divisissent, ut per textum expressum in *Leg. Tres Tutores 56. ff. de Administrat. & pericul. Tutor.* tenent omnes ibi scribentes, ac de materia agentes Doctores, & præsertim *Bersan. de Pupill. cap. 5. quæst. 9. à n. 44. usque in fin.* penes quem, & alios 3
notantur beneficia, tum ordinis, tum divisionis, tum Cessionis, atque utilis actionis, quæ possunt competere Tutoribus, dum conveniuntur ad reddendam rationem cum solutione residui, quod ex redditione rationis apparebit, quorum non est modo nostra inspectio. Ve- 4
rum si à Testatore, vel Judice divisa fuerit Tutela distribuendo unicuique ex Tutoribus officium, quod exerceri per eos debebit, tunc unus Tutor tenebitur tantum de culpa, aut negligentia propria quoad munus sibi demandatum, & non de altera sui Contutoris, ut pariter per textum expressum in *Leg. 2. Cod. de dividen. Tutel.* firmant communiter Doctores, signanter *Gutierez de tutel. part. 1. cap. 15. numer. 6. Galganet. eod. tractat. lib. 2. tit. 26. num. 20. Cancer variar. lib. 1. cap. 7. de Tutor. numer. 44. Rot. Roman. part. 6. recent. decis. 3. num. 18. Decian. respons. 85. numer. 1. & seq. tom. 5. Hartman. Pistor. libr. 1. quæst. 6. & ibi Add. Mastrill. decis. 41. numer. 5. cum seq. Eugen. cons. 19. num. 1. lib. 1. Magon. decis. Florent. 74. num. 6. Bersan. de Pupill. cap. 5. quæst. 9. numer. 45. Mans. consult. 470. numer. 16. & consult. 471. n. 11. & 12.*

Tutor verò honorarius justa opinionem *Galganet.* 5
de tutel. lib. 3. quæst. 30. numer. 7. & aliorum, qui allegantur *à Bersan. de Pupill. cap. 5. quæst. 10. numer. 1.* ille dicitur, qui datur Pupillo non ut administrationem gerat, sed ut Pupillus ab aliis Contutoribus in honore magis habeatur ob illustrem qualitatem talis Tutoris, utque etiam ob illius reverentiam alii Contutores ad benè gerendam tutelam magis incumbant, sed justa veriorem sententiam ille ita dicitur, quia sine onere administrationis datur à Judice, vel à Testatore, ut firmat, & rectè *Bersan. de Pupill.* dicto loco *num. 2.* sed quicquid sit de hoc parum utili quæstione, hoc unum 6
tamen est apud Doctores omnes pacifice firmatum, quod hujusmodi Tutori, cui non fuit data administratio, collata intelligatur cura invigilandi, & perquirendi ad instar Custodis, vel observatoris, an ne cæteri Tutores administrantes bene, aut male se gerant in administratione Tutelæ, ut per Textum apertum in *Leg. si plures 3. ff. de administr. & peric. Tutor.* aliumque in *Leg. si quis Tutor. ff. de rit. nupt.* docent *Cardin. Thusc. litt. T. conclus. 444. numer. 4. Bersan. de Pupill. dicto capite 5. quæst. 10. numer. 2. 3. 4. & sequ. Galganet. de tutel. lib. 3. tit. 3. num. 8.* cæterique per eos laudati.

Qui autem dati sunt ad informandum, instruendumque alios Contutores, quibus sola gestio, & admini- 7
stratio commissa fuit, de statu, qualitate, & natura nego-

negotiorum, & bonorum Pupilli, ex quo notitiam rerum omnium, & rationum Testatoris plenè habent, Tutores notitiæ causa dati in jure appellantur, ut ex textu *in Leg. quod si forte. §. Si quidam, ff. de solut. Bruneman. ad L. 1. circa med. Cod. de administrat. per tutor. Guttierez de Tutel. par. 1. capite 17. numer. 2. Montan. de Tutor. capit. 7. num. 18. Capyc. Latr. consult. 58. numer. 11. Cardin. de Luc. de Tutor. disc. 3. numer. 7. & Bersan. de Pupill. cap. 5. quæst. 10. num. 13. 14.*

8 Cum itaque isti Tutores honorari, & dati notitiæ
causa non sint in omnibus, & circa omnia electi Tutores, sed quoad munera, vel officia particularia, ut mox vidimus, nullatenus de mala gestione, & administratione Contutorum tenentur, nam quando divisa sunt Tutelæ exercitia per Judicem, aut Testatorem, Tutor non tenetur de culpa, & negligentia sui Contutoris, secus verò si dicti honorarii, vel dati notitiæ Causa Tutores in eorum respective munere defe-
9 cerint, nempe si omiserint instruere, notitias necessarias, & opportunas tradere Tutoribus, eosque consulere, eoque magis si male id fecerint, aut cum illis colluserint, vel si supine, & crasse neglexerint mores, & conversationes Contutorum inquirere, ejusque gesta observare, rationemque sibi in modum saltem extrajudicialem reddi facere, aut cum viderent male eos versari, neglexerint suspectos allegare, & removeri facere à Tutela, vel denique hujusmodi ad eorum officia pertinentia agere, quia tunc absque dubio tenerentur, licet in subsidium tantum, etiam de mala
10 administratione suorum Contutorum, ex quo si illi in suo respectivè officio non defecissent, mala illorum administratio sequuta non fuisset, Textus est expressus *in dicta Leg. si plures 3. §. 1. & 2. ff. de administr. & pericul. Tutor.* & ibi Commentatores *Decian. respons. 85. num. 5. lib. 5.* latè *Eugen. cons. 19. nu. 55. & seqq. lib. 1. Guttier. de Tutel. cap. 17. numer. 5. cum seqq. Galganet. eodem tractat. lib. 3. cit. 30. numer. 5. 6. 7. 8. Capyc. Latr. consult. 58. numer. 6. 7. & seqq. & num. 13. 14. & sequ. Cardin. de Luc. de Tutor. disc. 4. numer. 21. & disc. 5. numer. 7. Rota Romana decis. 208. numer. 7. part. 16. recent. Bersan. de Pupill. cap. 5. quæst. 10. num. 8. & 15. & 16. & Rot. Marcb. coram Florio penes Migliorucc. Institut. Canon. lib. 4. cit. 1. differt. 10. §. Vel quando, & §. seq. Christin. volum. 3. in 5. lib. Cod. decis. 164. numer. 1. 2. 3.*

11 Cæteri verò Tutores, qui dati sunt principaliter
protectionis Causa, puta in casu quo à privata persona ultra Tutores conjunctos, vel amicos, quibus pro qualitate Patrimonii, & status, seu conditionis Pupillorum Tutela congruit, dati fuissent aliqui Primates, seu Optimates primi ordinis, vel Cardinales, Principes, & hujusmodi Personæ in summa dignitate constitutæ, quibus viceversa tum attenta adeo magna differentia gradus inter eos, & Pupillos, tum etiam illorum occupatione in publicis negotiis illa nullatenus congruat, unde cum non videantur certè scripti à Testatore, nisi ad eum principalem finem præstandi eorum supremum favorem, vel protectionem tum Pupillis, tum eorum Tutoribus, nec non ut etiam ipsis Tutoribus, & Ministris major incutiatur timor, & stimulus ut benè se gerant, minusque sub umbra alarum suarum alienis molestiis, & litibus Pupilli subjaceant, consequenter non dato positivo dolo, ad nihilum eos teneri, prudenter de more advertit *Cardin. de Luc. de Tutor. disc. 5. numer. 8. 9. quem sequitur Migliorucc. Instit. Canon. lib. 4. cit. 1. differt. 10. numer. 175. vers. efficacius adhuc.*

Sæpe etiam solent Testatores Tutoribus, quibus per eos commissa fuit administratio, præcipere ne in quibusdam rebus, vel negotiis gravioribus aliquid agere valeant, nisi cum consensu, & consilio alicujus personæ, de cujus industria, & prudentia multum confidunt, quare non erit abs re de his Consultoribus aliquid etiam ultra opportunitatem præsentis Causæ breviter dicere; Circa quos itaque advertendum est primo, an Consultor fuerit tantum ad consulendum
12 à Testatore, vel Judice datus, aut simul, & semel
Tutor etiam relictus; Nam primo casu ad nihil ille tenetur erga Pupillos, nisi de dolo in ejus consilio adhibito, magistraliter *Capyc. Latr. dict. consult. 58. nu. 16. cum plurib. seqq.* quem sequitur *Bersan. de pupill. cap. 5. quæst. 10. num. 10. 11.* & regulariter quod de 13
consilio nemo teneatur, licet non bene res successisset, quando nullus adfuit in Consulente dolus, habetur *ex L. Consilii 48. ff. de reg. Jur. Bersan. de Pupill. dict. quæst. 10. num. 12.* & ex iis, quæ late per me deducta fuerunt in *disc. 126. per tot.* qui dolus ulterius
nunquam præsumitur, sed concludenter probari debet, 14
ut punctim notat *Capyc. Latr. dict. cons. 58. num. 21. & 25. Gratian. cap. 123. à num. 10. per plures seqq.*

In secundo verò casu ita distinguendum est, aut
Consoltor electus etiam in unum ex Tutoribus est abs- 15
que administrationis officio, & tunc tanquam simplex Tutor absque administratione non plus teneri potest, quam Tutor honorarius, vel notitiæ causa datus, quia Tutor simpliciter relictus, nempe absque administratione intelligitur datus, vel uti honorarius, vel notitiæ causa, ut supra per nos comprobatum fuit *in §. Tutor vero honorarius.* Tamquam verò Consultor ad nihil tenetur nisi de dolo positivo in consilio adhibito, per ea, quæ pariter diximus supra *in §. Sæpe etiam.*

Aut vero Consultor datus fuerit etiam Contutor
tam in officio, quam in administratione Tutelæ, tunc 16
sine dubio teneretur, quia cum simul, & semel sit Tutor, non minus ipse teneri potest in solidum, quam cæteri Contutores, ut probavimus supra in principio *§. Qui autem.*

Notari hic quoque debet alia maxima differentia, 17
quæ intercedit inter casum, quo à Testatore aliquis datus fuisset Tutoribus simplex Consultor, ne scilicet sine ejus consilio aliquid gerant, & gerere valeant, & alterum, quo simul, & semel datus fuisset Consultor, & Contutor tam in officio, quam in administratione, primo enim casu Tutores non tenentur sequi illius Consilium, secus in secundo casu, ut per textum ex-
pressum *in L. Titium 48. ff. de administrat. & peric.* 18
Tutor. firmant ibi Gloss. & alia Glossa in *Addit. Gothofred. Jas. Bartol.* & cæteri scribentes, & latè *Capyc. Latr. consult. 58. num. 22. & seqq.*

Quibus ita præmissis accedendo modo ad casum nostrum, ubi Testator post mortem suam Ascanium olim Complimentarium ejus Negotii inter alios Filiorum suorum Pupillorum Tutorem, & unicum administratorem Patrimonii, ac hæreditatis suæ reliquit, collata ei amplius facultate prosequendi ejus negotium, cum hac tamen conditione vel onere, quod in aliquibus negotiis majoris momenti, & præsertim in creandis cambiis, & pecuniis investiendis nil agere valeret, nisi cum consensu, & interventu alterutrius Contutoris, & ad resolutionem dubii mihi desuper propositi deveniendo, an nempe pro male gestis ab Ascanio Administratore alii Contutores participes tantum officii, & non administrationis obligati remaneant, profecto existimo eos ad nihil teneri erga Pupillos, nam quoad ea, quæ ille perperam gessit absque Contutorum consilio, certum indubitatumque est in nihilo eos teneri, neque pariter quoad ea, in quibus eorum consilium intervenisset, quia fuerunt relicti Tutores officii tantum participes, & non administrationis, ad firmata supra *in §. In secundo vero casu & §. seqq.*

In nihilo refragante, quod saltem uti Contutores 19
in officio participes tenebantur in mores Ascanii inquirere, ejusque gesta, & rationes observare, & cum viderent eum male gerere, removeri facere à Tutela, aut saltem ab administratione ex traditis supra *in §. Cum itaque*; Quandoquidem cum Ascanius tam in vitam Testatoris, quam postea bonis moribus semper assixerit, nullamque malæ vitæ conversationem egerit, quinimmò prudentiæ, frugalitatis, ac moderationis continua argumenta ostenderit, itaut communiter homo pietatis, optimique consilii reputaretur, nec non in educandis, instruendisque Pupillis labori, & curæ non pepercerit, eosque jugiter amore tamquam paterno fuerit prosequutus, atque propriam pecuniam in notabili etiam quantitate in dissolutionem debitorum Testatoris sæpè erogaverit; profecto in talibus circumstantiis non merentur dicti Contutores redargui de aliqua omissione, & negligentia si gesta dicti Ascanii in lucerna perscrutari non fuerunt, vel computa, & rationes
sibi docere non petierunt, quia nullus homo, licet ma- 20
xime prudens, potuisset eum pro suspecto habere, vel

de

de illius gubernio dubitare ad latè tradita per *Riminald. jun. conf.* 210. *numer.* 8. 9. *&* 69. *Solerzan. de jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 7. *à numer.* 42. usque *ad* 50. *Salgad. Labyr. Credit. part.* 2. *cap.* 4. *numer.* 30. *& seqq. Rocc. de mand. not.* 81. *numer.* 186. *&* 187. & in similibus terminis, quod nulla possit negligentia, & culpa notari ille, qui licet teneretur conditionem, & qualitatem alicujus personæ investigare, id facere omiserit, si habuerit justam, vel probabilem causam credendi illam fuisse idoneam, tradunt *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 88. *numer.* 15. *& seqq. Capyc. Latr. controverf.* 32. *num.* 23. *cum seqq. lib.* 1. *Cæsar. Peregr. quæst. quæst.* 41. *num.* 15. *versic. & ipso addo Carleval. de Judic. tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 4. *num.* 244. *& seqq.* & Nos *disc.* 176. *num.* 41. *& in tractat. il Cambista Instruito cap.* 5. *num.* 27. & in punctu casus nostri latissimè docet *Decian. respons.* 85. *num.* 26. 27. *& pluribus sequentibus usque ad fin. lib.* 5. ubi adducit etiam textum *notab. in Leg. si tutela* 9. *ff. de administrat. & pericul. Tutor.* & faciunt etiam similia ad excusandam Tutorum negligentiam tradita per *Galganet. de tutel. lib.* 2. *tit.* 26. *num.* 29. *vers. an autem teneatur & numer.* 30. *Gratian. cap.* 125. *numer.* 43. *& cap.* 240. *numer.* 15. *& Rot. Roman. coram Penia decis.* 768. *num.* 3.

Addito insuper, quod aliqui ex ipsismet Pupillis, qui adhuc durante Tutela dictorum Tutorum quoad alios Pupillos interim facti fuerunt majores, permiserunt per plures etiam annos dicto Ascanio integram administrationem pacificè prosequi sine aliqua reclamatione, & contradictione, tam quoad proprias personas, quam ad alios Fratres suos Pupillos, vel minores, quare ex hoc etiam magis creverat in dictis Contutoribus justa causa credendi optimam esse Ascanii administrationem,
22 nam nulla magis justa causa credendi dari potest, quam ea, quæ oritur ex proprio facto ipsius Partis contrariæ, textus est *in Leg. fin. ff. de exercit. action. Torr. de pact. futur. succeff. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 58. & Nos *disc.* 144. *n.* 17. *&* 57. *de Commerc.*

23 Et quatenus aliqua negligentia attribui posset dictis Tutoribus, non deberet illa reputari, nisi levissima, de qua Tutores minimè tenentur, cum eorum officium non est voluntarium, sed necessarium *Peryer. in Leg. si Curatorem Cod. de integr. restit. minor. verb. sine Curatore num.* 5. *&* 6. *Cancer variar. libr.* 1. *cap.* 7. *num.* 163. *Gutierez de Tutel. part.* 2. *cap.* 16. *n.* 8. 9. & punctim *Decian. respons.* 85. *n.* 40. *usque ad* 46.

ARGUMENTUM.

An ex solo centenario temporis cursu cum cessatione solutionis opponi valeat contra debitum centenariæ exceptio, & cum ea præsumptus titulus, vel solutionis, satisfactionis, vel remissionis, aut quilibet alius de mundo; Et similiter an ex solo cursu 30. vel 40. annorum cum solutionis cessatione opponi possit debiti præscriptio; resolvitur hæc materia cum pluribus casuum distinctionibus, suisque declarationibus.

SUMMARIUM.

1 *Centenaria exceptio opponi potest contra debitum, quod constaret per Centum annos antea non fuisse solutum.*
Nec non contra petentem annuos census, vel alias annuas præstationes per antiquissimum tempus decursas num. 2.
Limita, & declara num. 3. *& seq.*
4 *Præscriptionis, vel centenariæ, aut immemorabilis exceptio, ut locum habeat contra debitum petitum non sufficit solus cursus 30. vel 40. vel respectivè centum annorum à die creationis debiti cum cessatione solutionis.*
Sed probari debet debitum fuisse petitum, & denegatum, & denegationi per 30. vel 40. annos, vel centum creditorem se acquievisse n. 10. 11.
5 *Refelluntur aliquæ decisiones Florentinæ, & numer.* 8.
6 *Præscriptio, vel centenaria, vel immemorabilis probari debet cum omnibus suis requisitis per eum, qui illam allegat, & n.* 7.
9 *Præscriptio debiti probata remanet ex solo lapsu temporis cum cessatione solutionis, itaut creditori incumbat probare solutionem pro interruptione præscriptionis.*
Contrarium firmatur num. 10. *& seq.*
12 *Actor, & Reus non debent ad imparia judicari, quare Actor suam probare tenetur Actionem, Reus autem exceptionem suam.*
13 *Negativam non tenetur probare Reus, quando simpliciter negat, secus quando excipit, vel replicat.*

In eadem Causa.

DISCURSUS CLXXXVI.

QUo vero ad alterum dubium an Ascanius ad evitandam solutionem annuorum censuum scutor. 50. per dictos hæredes Pupillos petitorum allegare valeat centenariæ exceptionem, quam ipse deducit ex cessatione illorum solutionis per lapsum centum annorum, ac longioris etiam temporis decursi à die creationis census usque in præsens, cum varias repererim Doctorum opiniones, alias nempe pro centenaria stantes, alteras verò contra eam determinantes, & cum bene viderim hanc opinionum varietatem processisse ex inconsiderata casuum distinctione, ideo pro attingenda vera hujus dubii resolutione, ita distinguendum esse omnino arbitror.

Aut agitur non de annuis præstationibus, sed de aliqua pecuniarum summa mutuata, vel ad cambium data, aut legata, aut alio titulo debita, quæ post centum annorum cursum à Creditore, vel ejus hæredibus petatur, & tunc indubitatum est posse debitorem se tueri centenariæ exceptione, allegando scilicet solutionem, vel remissionem debiti, vel alium quemcumque meliorem titulum ex vi dictæ centenariæ præsumptum, quia cum in hoc casu centenariæ exceptio, consistens in negativa solutionis per centum annos continuata, probata remaneat statim ac creditor petit dictam summam sibi debitam ex instrumento, vel apoca per centum annos antea confecta, dum per talem petitionem ille confitetur sibi numquam per centum annos eam summam fuisse solutam, ideo nil dubii quin allegabilis sit in tali casu dicta centenariæ exceptio, & cum ea omni possibilis titulus extinctionis vel satisfactionis debiti, ut magistraliter docet *Rot. Roman. in Mantiss. ad Card. de Luca de dot. decis.* 2. *per totam.* 1

Aut vero agitur de censibus, vel annuis legatis, vel quibuscumque aliis similibus præstationibus annuis, & tunc iterum distinguendum est, aut præstationes annuæ petitæ per Creditorem sunt annorum centum, vel ultra, & tali casu similiter dicendum est debitorem, ejusque hæredes per hujusmodi centenariæ exceptionem se tueri, ac eximere posse à solutione dictorum annuorum censuum, vel præstationum, prout fuit conclusum in præcedenti casu, ex eademmet ratione ibi adducta, ut pariter in puncto advertit *Rot. Rom. coram Falconer. decis.* 13. *num.* 15. *sub tit. de Censibus & in Romana Census* 17. *Junii* 1715. §. *Ultraquamquod & seq. cor. Scotto.* Si vero præstationes annuæ, vel annui census petiti sunt intra annos centum, prout in casu nostro, & tunc hujusmodi centenariæ exceptioni locus esse non potest, quia cum centenaria negativa solutionis annuorum censuum, vel præstationum, ex qua tantum oritur hæc exceptio, non remaneat ex tali petitione Creditoris probata, ideo impossibile est, quod illa per debitorem allegari valeat, ut punctim firmant *Rota nostra Florentina, coram D. meo Auditore de Comitibus decis.* 106. *numer.* 12. *Card. de Luc. de Censibus disc.* 20. *num.* 9. *& egregiè Rot. Roman. coram Falconer. tit. de censib. decis.* 13. *num.* 5. *vers. onus est*, ubi plures aliæ Decisiones concordantes *Paulut. differt.* 80. *numer.* 9. *& seq.* Quamobrem ubi agitur de censibus, aut hujusmodi annuis præstationibus debitis ex aliquo antiquissimo instrumento per centum, vel plures annos antea celebrato, multum cautus debet esse creditor in formanda petitione annuorum censuum, vel aliarum præstationum decursarum, quas ille sibi solvi prætendit à debitore; Quoniam si petierit Creditor census, vel præstationes per centum annos decursas, tunc statim poterit debitor oppo- 2 3 4

opponere dictam centenariæ exceptionem absque eo quod probet centenariam negativam solutionis, nam satis ad ejus favorem probata remanet ex tali creditoris petitione, vim judicialis confessionis habente, ut mox diximus; E contra vero si census, vel annuas præstationes intra centum annos decursas tantum petierit, tunc si volet debitor hujusmodi centenariæ exceptionem proponere, tenebitur dictam centenariam negativam solutionis tamquam suæ intentionis fundamentum probare, quæ negativa aliàs probari non potest, nisi probetur, quod aliàs voluerit Creditor exigere, & debitor solutionem denegaverit, & supra centum annos se dictæ denegationi Creditor acquieverit, ut tradunt, & firmant authoritates omnes, & Decisiones supra citatæ, & aliæ infra citandæ. §. *Unde præscindendo, & §. seq.*

5 Neque obstat si dicatur, quod hujusmodi onus probandi hanc negativam solutionis debitor subire non cogitur, ubi concurrit lapsus centum annorum cum cessatione solutionis ex parte debitoris; Nam centenaria unita tali cessationi solutionis per se solam absque alia probatione sufficiens est ad probandam extinctionem, vel satisfactionem, aut remissionem debiti, ut dictum fuit in *Montis Sancti Sabini concursu Creditorum 24. Augusti* 1717. §. *quibus coram Sebastiano Lomi* olim illius loci Commissario, confirmata 21. *Aprilis* 1718. §. *Ideoque Doctores nostri coram D. Senatore de Cerretanis*,

6 Quandoquidem sicuti libenter admittimus, quod centenaria apta sit ad producendum titulos omnes imaginabiles de mundo ad liberandum debitorem, faciatque præsumi omne id, quod necessitas exigit, ita constanter negamus, quod probari illa non debeat, nedum quia contra regulam *Gloss. in L. prima Cod. de Dot. promiss.* ita admitteretur præsumptio præsumptionis, scilicet præsumerentur tituli ex centenaria præsumpta, verum etiam quia contra naturalem ordinem insisteretur super causato, & effectibus centenariæ, absque eo quod ostenderetur causa, & principium productivum, quod nullo pacto voluere Doctores, sed sivè agatur de præscriptione, sivè de centenaria, sive de immemorabili, sivè demum de consuetudine, semper ab allegante voluerunt probari cum omnibus suis requisitis de jure necessariis, ut de præscriptione, quæ cum sit facti, probari debeat sunt *text. utriusque Juris in l. Emancipati Cod. de Collat. cap. ex literis in fine de probationib. Caball.* hujus inclytæ Rotæ olim Auditor *consult.* 178. *num.* 1. *& seqq. tom.* 1. *Valenzuel. cons.* 178. *numer.* 50. *&* 51. *libr.* 2. *Tranchedin. consult.* 75. *num.* 8. *&* 9. *tom.* 1. *Bonden. collect.* 48. *numer.* 48. *tom.* 1. *Petr. Barb. de præscript. ad tit. Cod. de præscript.* 30. *annor. num.* 2. *Mascard. de Probationib. conclus.* 1213. *num.* 1. *& seqq. Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 35. *num.* 2. *Altimar. de Nullitatib. tom.* 7. *rubric.* 1. *part.* 5. *quæst.* 43. *sub num.* 45. §. *præscriptio non præsumitur*, ubi cæteri concordantes, & de immemorabili, quæ potius est centenaria, licèt illi æquiparetur, quia
7 memoria hominum centum annos non excedit, quod non probata non juvet *Staiban. tom.* 2. *resolut.* 188. *num.* 40. *&* 41. *Tranchedin. consultat.* 43. *numer.* 40. *tom.* 2. *Balduc. ad Ramon. cons.* 24. *num.* 61. *Mascard. de Probat. dict. conclus.* 1213. *numer.* 5. *Jovius de solemnit. in contract. minor. tom.* 1. *gloss.* 16. §. 15. *num.* 26. *Sperell. decis.* 67. *numer.* 19. *Rota Roman. coram Emerix Jun. decis.* 440. *num.* 7.

8 Neque adversus prædicta per nos firmata officere possunt authoritates in præfatis contrariis motivis sparsim allegatæ, quia nonnullæ loquuntur extra terminos nostræ quæstionis, aliæ tantum probant, quod juxta opinionem Doctorum hodie communiter receptam census etiam extinctio, vel satisfactio, licèt sit irrepetibilis illius sors, vel capitale à Creditore, probari possit per præsumptiones, & conjecturas, quæ quæstio est penitus diversa à præsenti, nonnullæ denique prætensam limitationem illam, ut scilicet probatio hujusmodi negativæ solutionis, quæ alioquin eam allegantì incumbit, facienda non sit in centenaria à Debitore, minime comprobant, sed quæstionem tantum agentes in terminis præscriptionis, ubi quis eam allegat ad evitandum debitum Censuum, vel alterius annuæ præstationis, disputant, quis teneatur probare cessationem, vel solutio-
9 nem, & quia non solutio sit probata ab ipso temporis lapsu, vel allegatio solutionis sit præscriptionis interruptio, onus in Creditorem refundunt ita *Mar. Antonin. variar. lib.* 2. *resol.* 5. *ex num.* 14. *Cancer variar. resolut. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 41. *Cenc. de Censib. quæst.* 117. *num.* 7.

Undè præscindendo à centenaria, ejusque titulis, 10
quæ in proposito probationis nullum privilegium majus habet præscriptione, quæstionem expendentes in terminis, in quibus eam examinant supra allegati Doctores, eorum opinio, ultra contrarios supra relatos in §. *aut verò agitur*, ubi signanter adducitur *Card. de Luc. Rota nostra, & Rota Romana*, alios habet contradictores volentes, quod debitor annuæ præstationis, ut tutus sit præscriptione negativam solutionis debeat probare, ita tradunt *Franciscus Herculan. Perusin. de proband. negativ. numer.* 26. *versic. secundo infertur inter tractat. Magn. tom.* 4. *pag.* 14. *Castill. controv. Jur. lib.* 6. *de Tertiis cap.* 13. *numer.* 17. *tom.* 7. *Episcop. Rocca cap.* 149. *numer.* 16. ubi plurimi, *Rota in Romana census, & fructuum* 12. *Martii* 1714. §. *Ita univocè versus medium coram Crispo*.

Et rectius quidem sensisse videntur, nedum quia ve-
rum non est, quod per solum temporis lapsum non so- 11
lutio resultet apta ad præscribendum, cum enim non solutio sit non ens, tamquam non factum; non potest tribuere possessionem aptam ad præscriptionem, sed ut talis oriatur, necessarium est, ut debitor fuerit interpellatus, & cum scientia creditoris, negaverit solvere, & hæc est non solutio sufficiens ad inducendam præscriptionem *Venturin. cons.* 1. *ex numer.* 388. *ad* 395. ubi quod absque hoc requisito præscriptio in negativis non inducitur, nec per mille annos *Beniell. cons.* 88. *numer.* 25. latè *Rocca select. disput. dict. cap.* 149. *num.* 18. *& seqq.* ubi plures, *Lancellot. Gall. cons.* 25. *num.* 46. *& seqq. Tranchedin. tom.* 2. *consult.* 44. *num.* 31. *& seqq. Rovit. decis.* 97. *n.* 7. ubi de lapsu centum annorum.

Verum etiam, quia contraria argumentatio, quod Creditor allegans solutionem, tamquam se fundans in interruptione præscriptionis, hanc suam intentionem fundare debeat, non reus præscriptionem, videtur contra æquitatem, tamquam actorem, & reum in necessitate probationis impariter judicans, ita enim teneretur actor præcisè docere de replicatione, & reo sufficeret allegare exceptionem præscriptionis, quod recta judicio-
rum ratio non patitur, cum tam actor, quam reus æ- 12
quali graventur onere probandi, alter actionem, alter exceptionem. *Pacian. de Probat. lib.* 1. *cap.* 51. *num.* 29. *Mascard. de Probat. conclus.* 1247. *num.* 5. & pulchrè distinguendo, quod ubi reus simpliciter neget, quod
probare non debeat negativam, quia nihil petit, secus 13
ubi replicet, vel excipiat, quia ita negando petit *Zabarel. cons.* 140. *sub num.* 13. *versic. ad aliud de negativa. Tusch. practic. conclus. lit. P. conclus.* 769. *n.* 54.

Denique advertendum remanet, quod in casu contrariorum motivorum petiti fuerunt census supra centum annos decursi, & sic cum centenaria negativa solutionis ibi constaret ex eadem petitione creditoris, resolutio ad favorem debitoris optimè capta fuit, non attentis iis, quæ citra necessitatem, sed potius ad pompam extensionis motivorum juxta morem, alioquin detestabilem, deducta fuerunt.

Et juxta prædictas rationes, & juris fundamenta ita judicavi in causa Pupillorum, vel minorum de Gamuccis contra Dominum de Chiarenti, qui pro evitanda solutione annuorum censuum a dictis Pupillis intra centum solum annos petitorum, allegabat contra eos hanc centenariæ exceptionem cum cessatione solutionis a die creationis census.

Et hic labori nostro finem imposuimus; Optinam ad sempiternam gloriam, & honorem Divinæ Omnipotentis Triadis, & Domini Nostri Jesu Christi, ac Sacratissimæ Virginis Mariæ ejus Matris cedat, ac saluti animæ nostræ proficiat, pro qua humillime, ac ex toto corde rogamus infinitam misericordiam Domini Dei Nostri, ut nobis cum vera, vehementique peccatorum nostrorum contritione mori concedat, ne mea me perdat iniquitas, quem fecit Omnipotens bonitas sua; Amen.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Si Mercator alienas merces alteri in pignus dederit, an poterit illarum Dominus contra pignoratarium actione vindicationis agere, ut eas sibi absque aliqua pretii refusione restituat, vel contra emptorem ad vindicandum pretium adhuc in ejus manibus existens, si fuerint per dictum pignoratarium alienatæ. Materia iterum acta ad majorem exornationem *disc.* 124.

Itidemque discutitur an Creditor pignoratarius præferri debeat super rebus, quas pro mutuata pecunia habuit in pignus a debitore, omnibus aliis creditoribus hypothecariis anterioribus ob utilitatem publici commercii ad dilucidationem *disc.* 120. *& disc.* 123.

Creditor hypothecarius posterior, si est Mercator, præfertur aliis creditoribus anterioribus hypothecariis, qui non sint Mercatores.

Creditor ex causa depositi cum hypotheca, licet esset posterior, præferri debet aliis creditoribus anterioribus hypothecariis ex ratione duplicis juris privilegii, & sic omnes alii Creditores duplici juris privilegio muniti, licet posteriores, præferuntur omnibus aliis creditoribus habentibus tantum privilegium anterioris hypothecæ.

Explicantur Statutum Florentinum in *Rubr.* 10. *de Creditoribus Cessantium, & fugitivorum lib.* 3. & alterum Curiæ Mercantiæ *Rubr.* 2. *de Cessanti, e fugitivi lib.* 3. nec non reformatio super eo emanata *diei* 11. *Aprilis* 1715. §. *Occorrendo*.

SUMMARIUM.

1 *Dominus rei, per alterum inscio Domino pignoratæ, eam vindicare potest a Pignoratario absque refusione pretii, & num.* 9. *&* 10.

Nulla habita ratione publici Commercii numer. 2. *&* 11.

Contrarium firmatur inter Mercatores, tum eorum universali stylo attento, tum etiam ad terminos Juris Communis num. 3. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. *&* 21. *ubi de ratione.*

4 *Stylus, vel consuetudo à Mercatoribus introductus pro majori libertate Commercii est rationabilis, & ideo inviolabiliter servandus.*

5 *Stylus Mercatorum, quando est Judici Notorius, non indiget probatione.*

6 *De stylo Mercatorum potest Judex se extrajudicialiter informare.*

7 *De stylo Doctoribus fidem facientibus est deferendum.*

16 *Ratio, sive favor publicæ utilitatis, vel Commercii consideratus in aliquo casu extenditur ad omnes alios casus, in quibus eadem ratio publicæ utilitatis militat.*

17 *Mercator, qui super pignore pecuniam suam mutuavit, si non esset præferendus creditoribus hypothecariis, impediretur libertas publici Commercii.*

19 *Dominus Mercium non potest illas vindicare sine refusione pretii a Tertio, in quem ex aliquo titulo onerose alienatæ fuerunt per Navarcum, aut Mulionem, aut alium, cujus fidei consignatæ fuerunt à Domino.*

20 *Pignoratio rei alienæ minus malum est, quam illius venditio.*

21 *Creditor duplici juris privilegio munitus, licet sit posterior, præfertur omnibus aliis creditoribus anterioribus hypothecariis.*

22 *Creditor hypothecarius, si est Mercator, præfertur omnibus aliis Creditoribus anterioribus, & hypothecariis, & ibi de ratione.*

Amplia in Mercatore Florentino, qui habet vigore Statuti ex partitis Libri Debitoris hypothecam num. 23.

24 *Creditor ex causa depositi, & hypothecam habens præfertur omnibus aliis Creditoribus anterioribus hypothecariis non Mercatoribus.*

Amplia in Creditore hypothecario alicujus Mercatoris ex causa Cambii, vel mutui quamvis posteriore num. 25.

Declara num. 26.

27 *Leges Romanorum loquentes de antiquis Argentariis procedunt etiam in Mercatoribus nostri temporis.*

28 *Privilegium datum antiquitus à Lege deponentibus pecuniam penes Argentarios habet etiam locum in deposito facto apud modernos Mercatores.*

29 *Explicantur Statuta Florentina in* Rubr. 10. de Creditoribus Cessantium, & fugitivorum, *& aliud Curiæ Mercantiæ* Rubr. 2. de' Cessanti, e fuggitivi, *& numer.* 30. *& sequenti ac numer.* 38.

31 *Argumentum à lege derogata fieri non valet:*

32 *Statutum extendi non potest ob majoritatem rationis ad ea quæ sunt diversa, & num.* 37.

33 *Argumentum à majoritate rationis non habet locum in diversis, multo minus in correctoriis, & numer.* 36.

Et pariter non procedit in privilegiis num. 34.

35 *Statutum mandans in bonis fallici omnes creditores pares esse debere fundatur super publica utilitate Commercii.*

Florentina, seu Ferrarien. Pignorum.

Die Merc. 29. Martii 1730.

DECISIO AUTHORIS, *ET* DISCURSUS CLXXXVII.

Domini Berzinus, & Minuti Mercatores Florentini quandam serici sarcinam, sibi a Simone de Cavaglieris Hebræo Mercatore Ferrariæ commorante pro ea vendenda transmissam, pignori dederunt D. Michaeli Vanni pro securitate cujusdam pecuniarum summæ per eundem Vanni eis mutuatæ, quæ serici sarcina fuit postmodum vendita per dictos DD. Berzinum, & Minutum Domino Chiavistello, juncto onere solvendi dicto Vanni pignoratario dictam summam per eum eisdem DD. Berzino, & Minuto mutuatam, quorum decoctione postea secuta, contendit modo Hebræus Cavaglieri utpotè dominus dictæ serici sarcinæ pretium illius penes Dominum Chiavistellum emptorem adhuc existens, & loco serici de jure subrogatum vindicare, per ea, quæ latè diximus in *disc.* 182. *per totum*, cui requisitioni se opposuit Dominus Vanni pignoratarius, prætendens in vim pignoris sibi dictum pretium deberi.

Iterum propterea in hac causa fuit coram me acriter disputatum, an Dominus rei per alterum, eo inscio, pignoratæ præferri debeat, sive super re ipsa, sive super illius pretio adhuc existente penes rei emptorem, vel ipse pignoratarius, qui pro securitate pecuniæ mutuatæ in pignus illam rem accepit.

Super quo juris articulo fuit similiter per nos resolutum ad favorem D. Vanni pignoratarii, per ea quæ latè firmavimus *in disc.* 124. *de Commerc.* non obstantibus iis denuò coram nobis ingeniosissime replicatis ad declinanda jura per nos in eodem discursu deducta.

1 Etenim quamvis admittebam, quod regulariter competat dominò rei pignoratæ actio rei vindicationis contra pignoratarium, ut latè firmatum fuit per Rotam nostram Januensem coram Domino Bellutio in ejus decisione emanata in causa Genitoris mei contra D. Octavium Centurionum, quæ est per nos impressa inter nostros discursus de *Commerc. disc.* 106. *num.* 9. & alibi in nostris discursibus.

2 Neque, ut addebant DD. Informantes pro Hebræo, à tali regula recedi possit sub colore publici commercii per tradita à me *disc.* 120. *& disc.* 123. *numer.* 1. *& seq.* & in fortioribus terminis *Rot. Roman.* penes eundem meum *disc.* 120. *numer.* 47. ubi spreta ratione publici commercii in contrarium allegata firmavit etiam super rebus à debitore alteri creditori pignoratis præferri debere creditores anteriorem hypothecam habentes ad exclusionem pignoratarii, quamvis iste sub securitate pignoris pecuniam mutuaverit, etsi debitor res pro-

propriás, & non alienas pignori dederit, qua decisione attenta multo magis favendum est Domino vindicanti res suas furtim à non vero domino pignoratas.

3 Attamen respondebam, hæc nullatenus procedere inter mercatores, quia de eorum universali stylo, aut consuetudine contrarium servatur, & sic cum juri communi iste præcipuus stylus, seu mercatorum mos prævalere debet, ideo cessant omnes juris regulæ, quæ desuper in contrarium allegantur, vel allegari possunt. *Rot. post Salgad. Labyrint. Credit. dec. 149. num. 7. & coram Ludovis. decis. 126. num. 1. 2. & 3. Carocl. disquisit. Jur. fol. 253. nu. 46. Ansald. de Commerc. disc. ultim. general. n. 41. & seq.* cum pluribus ab eo citatis *Rot. post Torr. de Camb. decis. 34. sub num. 4. §. Qui quidem stylus* cum pluribus etiam ab eo laudatis, & nos pluribus in locis nostri tractatus de *Commerc. & Cambista Instruito* præsertim quando stylus est rationabilis,
4 & introductus pro majori libertate, & bono publici commercii, ut notat *Rot. Rom. coram Ludovis. dicta dec. 126. num. 3. & seq.* & altera post *Torr. de Camb. decis. 34. sub num. 4. vers. Qui quidem stylus*, prout præsens, de quo agitur, & punctim observat *Marquard. de Jur. Mercat. lib. 2. cap. 8. num. 86. & cap. 9. num. 14.* & comprobant etiam Europæ nonnulla statuta expresse hanc prælationem pignoratario concedentia, nec non *Card. de Luc. disc. 22. num. 23. de credit.* & melius *disc. 7. num. 8. de usur.*

Porrò enim de hoc universali mercatorum stylo (exceptis tamen illis civitatibus, vel emporiis, ubi per leges particulares fuisset contrarium dispositum) quod nempè mercator, qui sub pignore rerum, vel mercium alteri aliquam summam pecuniarum mutuavit, vel cambio dedit, præferri debeat cuicumque creditori habenti etiam
5 priorem, vel anteriorem hypothecam, cum apud me ob diutinam praxim, qua de rebus mercantilibus diutine potior, compertum esset, & sic tamquam mihi notorius, de eo nulla indigebam probatione *Rocc. de as-*
6 *securat. not. 68. num. 248.* licet ad majorem cautelam à quamplurimis melioribus mercatoribus extrajudicialem informationem desuper habere non omiserim, quam sufficere judici firmant *Castill. decis. Sicil. 3. num. 10. & Rocc.* loco citato *numer. 249. Ansald. de Commerc. disc. ultim. general. num 47.*

7 Ultra quam quod de hujusmodi more vel stylo fidem facit *Barthol. de Bosch.* omnium consulentium antiquissimus *cons. 540. n. 5. & Stracch. de decoct. in 3. part. septima, sive ultima partis tit. qui potior. in bonis decoct. hab. numer. 11. De Luc. de credit. disc. 10. num. 20. in fin. & disc. 22. numer. 22. in fin.* quem sequitur eadem illius verba referendo alter *De Luc. ad Franch. dec. 708. num. 5. usque ad 6. & ad Gratian. cap. 262. num. 3. Scacc. de Commerc. & Camb. §. 2. gloss. 5. num. 438. Gait. de Credit cap. 4. quæst. 8. n. 1067. Targ. in suis ponderat. maritim. capit. 74. §. Al contrario se un comprasse*, & comprobant cæteri Doctores omnes infra citandi, qui ad favorem creditoris pignoratarii contra alios quoscumque anteriorem hypothecam habentes opinionem super rebus, aut mercibus pignoratis tenuerunt.

Et proinde penitus extraneam à casu nostro esse dicebam quæstionem, quæ præcisivè à stylo prædicto mercatorum inter Doctores acriter agitur, an nempè ad terminos juris communis, sive agatur inter Mercatores, sive inter alios, creditor pignoratarius, qui sub securitate pignorum aliquam pecuniam alteri mutuavit, privilegium prælationis habeat in rebus sibi pignori datis super omnes creditores etiam hypothecarios anterio-
8 res. In qua quæstione Alii sustinuerunt de jure hujusmodi prælationem pignoratario competere *Maur. de retent. quæst. unic. numer. 24. post tractat. de fidejuss. Scacc. de Commerc. & Camb. §. 2. gloss. 5. num. 438. Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 8. num. 1067. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. fin. num. 143. Capon. controv. forens. 67. num. 25. Barthol. de Bosc. cons. 540. Card. De Luc. de credit. disc. 22. num. 21. & 22.* deducentes authores isti hujusmodi privilegium, vel ex textu *in l. pupillus 24. ff. quæ in fraud. creditor.* vel ex identitate rationis publici commercii elicita ex textu *in l. cum Tabernam 34. ff. de pignor.* quæ licet loquatur de distractione mercium, vel rerum manualium, attamen illius ratio extendi posse videtur ad res pignori datas, nam pignoratio inter alienationis species saltem lato modo connumeratur, ut punctim ponderat *Bosc. d. cons.* 540. *numer. 3. vers. Præterea videtur, & numer. 4. & Card. De Luc. d. disc. 22. num. 21. & 22.* quem sequitur alter *De Luc. ad Gratian. cap. 262. num. 3. & ad de Franch. dec. 708. n. 5. vers. contrarium in hoc casu.*
Alii verò & quidem rectius contrarium penitus firma- 9
runt, quod nempè creditores hypothecarii anteriores etiam super pignoribus pignoratario creditori posteriori semper debeant præferri ob textus expressos in *l. si prior §. fin. ff. qui potior. in pign. hab. & in §. Ab hac autem Auth. de litig. collat. 8.* ut videre est ex *Salgad. Labyrint. credit. part. 1. cap. 12. num. 1. & seq.* & signanter *num. 8. Acost. de privileg. credit. in præfat. ad reg. 3. num. 93. & 94. Merlin. de Pignorib. libr. 4. quæst. 2. numer. 5. 17. & 18. Tondut. de prævent. judic. part. 1. cap. 31. num. 47. ad 50. Gob. consult. 84. numer. 12. & seq.* latissimè *Constantin. ad Statut. Urb. tom 1. annot. 30. art. 3. a nu. 374. ad 386.* & hanc opinionem ego quoque libenter amplexus fui, ut ex meo *disc. 120. numer. 7. 8. de Commerc.* sub cujus finem per extensum transcripsi decisionem Rotæ Romanæ in *Romana restitutionis Dotis 20 Martii 1712. cor. R. P. D. Scotto* ubi discusso plenissime hoc articulo fuit demum conclusum per illud tribunal ad favorem creditorum anteriorum hypothecariorum contra pignoratarium.

Et revera ad terminos juris communis non subsistunt 10
jura, quibus pro pignoratario innititur altera opinio, nam textus in *l. si pupillus 24. ff. quæ in fraudem credit.* non probat illius assumptum, quia textus non loquitur de eo creditore posteriori, qui fuit tantum diligens in sibi cavendo de pignore, sed in procuranda effectiva solutione, qui casus multum distat à nostro, nam res pignori data non exit à dominio debitoris, neque per pignoris dationem extinguitur illius obligatio, è contra per solutionem extinguitur substantia ipsius crediti, neque solutione jam sequuta, amplius avocari potest pecunia per anteriorem creditorem hypothecarium posteriori soluta, ut precisè huic contrario fundamento optimè respondent *Tondut. de prævent. part. 1. cap. 31. num. 50. Constantin. ad Statut. Urb. d. an-*
not. 30. artic. 3. numer. 379. & 380. & Rot. Rom. pe- 11
nes dictum meum *disc. 120. de Commerc. num. 43.* & similiter corruit secundum fundamentum innixum identitati rationis publici commercii deductæ ab æquitate *l. cum Tarbernam ff. de pignor.* quia cum illa lex pro libertate commercii privilegiare voluerit casum effectivæ distractionis mercium, vel rerum manualium factæ in aliquem tertium, itaut hypotheca super rebus subjectis manuali contractationi deleatur, ac perimatur statim, ac in alium illæ titulo oneroso alienentur, vel distrahantur, nullatenus est trahenda ad alium diversum casum, nempè ad res pignoratas, quæ tam civiliter, quam naturaliter semper remanent in dominio debitoris, ac ideo nulla est repugnantia, propter quam continuari debeat super eis hypotheca anterioris creditoris, cui absque violatione publici commercii subjiciuntur de jure etiam ipsa mobilia, & merces, quousque sunt in dominio debitoris hypothecantis, ut punctim huic altero fundamento contrario similiter respondent *Gob. consultat. 94. numer. 10. & Rot. Roman. in Romana Monilis 27. Novembris 1699. §. Magnaque cor. Ansald.* & in *d. Romana Restitutionis Dotis 20. Martii 1712. §. Prout similiter cor. D. Scotto impress. post meum disc. 120. num. 47. de Commerc.*

Hinc proinde, cum aliud diversum sit, ut mone- 12
bam, hanc quæstionem agere ad terminos tantum juris ab altero casu, quo illa agitur inter mercatores juxta eorum stylum, de plano percipitur authoritas *Stracch. de Decoct. in 3. parte septima, sive ultimæ partis tit. qui potior. in bon. decoct. hab. numer. 11.* qui à doctoribus diversimodè modo pro una, modo pro altera directè contraria opinione laudatur; nam quemadmodum ibi *Stracch.* duo tradit, primò nempè illam juris regulam, *quod prior in tempore est potior in jure* procedere etiamsi creditori posteriori res hypothecata tradatur, adhuc enim prior est potior per textum in *l. si prior. §. Fin. ff. qui potior. in pignor. hab.* secundo advertit id durum videri mercatoribus " ibi " *quod durum Mercatoribus videtur*, " deinde subdit se vidisse aliquando contrarium servari à mercatoribus " ibi " *vidi enim aliquando Mercatores " posteriorem creditorem, cui res tradita est, potiorem " facere quadam colore, quod posterior non credidisset "*

„ pecuniam , *nisi pignore sibi præcavisset* „ Ita quoad primam partem , in qua juxta juris communis regulam firmat creditorem pignoratarium nullatenus præferri anteriori creditori hypothecario bene citatur ab his , qui ad terminos juris sustinent opinionem favore anterioris creditoris hypothecarii contra pignoratarium; quo verò ad alteram partem, ubi testatur prædictam juris regulam contra pignoratarium durum videri mercatoribus, & sa vidisse ab eis contrarium servari, bene pariter laudatur ab his Doctoribus, qui asserunt in mercatoribus prædictam juris regulam locum non habere, attento contrario eorum stylo, quare, non merebatur adeò aspere, & absolutè à *Constantino* loco supra citato *numer*, 381. & 582. vellicari. *Gait. Scacc. Antonell.* aliique , ex authoritate *Stracche* sustinentes opinionem favore pignoratarii, etsi creditoris posterioris, ex quo idem *Stracch.* contra pignoratarium expressè sententiam teneat. Quandoquidem cum dicti Authores (si attentè legantur) præcipuè loquantur in terminis mercatorum, & non ad terminos juris communis, ideò juremerito ad eorum intentum laudant in authorem *Straccham* in ea parte, qua ipse nedum profitetur illam regulam juris communis pignoratario contrariam nimium duram videri mercatoribus, sed etiam vidisse ab eis contrarium in praxi servari.

13 Et reverà *Gait. de Credit. d. cap. 4. quæst. 8. n. 1067.* qui citat *Straccham de Mercat.* expressè de Mercatoribus loquitur „ ibi „ *tertiò adnotabitur , nam creditor* „ *in pignore si fuerit Mercator , præfertur anteriori* „ *creditori in illo pignore, sic æquitate negotiationis suadente* „ & similiter *Scacc. de Mercat. & Camb. §. 2. gloss. 5. n. 438.* in hoc eodem sensu , & præcisis terminis mercatorum *Straccham* allegat, & in iisdem pariter *Antonell. de tempor legal. lib. 4. cap. fin. n. 103.* Straccham, & Scacciam citat. Itidemque pro mercatoribus *Capon, controv. 67. numer. 25.* laudat *Gaitum, Scacc. & Straccham*, licet postea ipse subdat hoc procedere posse etiam in quocumque alio creditore pignus habente in manibus per *l. pupillus ff. quæ in fraud. creditor.* quod non est de jure verum, ut supra vidimus, & sic omnes alii super *Straccha* pro pignoratario creditore opinionem firmantes intelligendi sunt ad terminos ejusdem authoris citati, nempè ad terminos styli, & praxis mercatorum tantum, quapropter nos in nostro *disc. 120. d. de Commerc.* licet ibi principaliter discurrendo ad terminos juris communis sustinuerimus pro creditore anteriore contra pignoratarium posteriorem, attamen advertimus sub *num. 9.* alteram opinionem favore pignoratarii posterioris procedere tantum in causis mercatorum.

14 Eoque fortius admiratione correptus fui de *Tondut, & Acost.* alioquin JJ. CC. doctissimis , dum primus in suo *tractat. de prævent. judic. part. 1. cap. 31. numer. 49.* absolutè, vel simpliciter dicit , quod male allegatur *Stracch.* pro opinione favorabili pignoratario creditori posteriori , dum ipse ita distinguere tenebatur , aut ille adducitur à Doctoribus hunc articulum ad terminos juris agentibus, utique male allegatur pro opinione favorabili pignoratario posteriori, nam verè ipse contrarium de jure firmat, aut verò citatur in causis mercatorum ; & tunc optimè allegatur in favorem pignoratarii adversus creditorem anteriorem. Alter dum in suo *tractat. de privileg. credit. in præfat. ad reg. 3. numer. 94.* asserit quod *Stracch.* loco supracitato redarguit mercatores contrarium sentientes , quod longè à veritate alienum est , quia *Straccha* nihil aliud dicit, ut vidimus supra, nisi, quod ipse viderit in praxi, mercatores pignoratarium creditorem , licet posteriorem , potiorem facere, quoniam alias pignoratarius non credidisset pecuniam, nisi sibi pignore præcavisset , neque poterat ritè , & rectè *Straccha* mercatores redarguere , quia mercatorum stylus , dummodò sit rationabilis , prout iste ratione libertatis commercii introductus , est omninò servandus, quamvis sit contra jus commune , ut supra probatum fuit.

Dubitari tantummodo posset, an iste stylus verè inter mercatores reperiatur , verum quia nedum *Straccha* profitetur vidisse ita per mercatores usque de suo tempore practicari , sed etiam nobis hoc idem confirmare videntur Doctores omnes, qui eundem authorem in hac parte pro causis mercatorum proponunt; præterquam quod de tali communi mercatorum usu fidem faciunt Doctores per nos supra citati in §. *Utraquam quod*, ac præcipuè super eodem more, & stylo addita etiam fide nostra, tum ob diutinam experientiam, quam de mercatura habemus, tum ob extrajudicialem informationem desuper habitam.

Et quatenus , inquam , dici posset , quod de isto stylo mercatorum in specie legitimè non constaret, adhuc pro creditore pignoratario posteriori respondendum foret, dummodo causa inter mercatores ageretur . Etenim cum semper de jure ad favorem mercaturæ vigeat illa generalis æquitas, seu ratio libertatis publici commercii adaptabilis ad omnes casus, in quibus aliàs illius libertas impediretur , vel turbaretur, ut vivo argumento desumpto ex textu in *l. 6. ff. de Offic. Præsid.* probant communiter *Mauson. de contrib. quæst. 3. numer. 8. Philipp. Knipsch. de jur. univers. lib. 5. cap. 22. num. 77. in fin. Cloth. cons. 37. num. 360. de Philipp. different. Fiscal. 30. num. 25.* egregiè *Rocca Episcop. disput. Select. cap. 75. n. 11. Ansald. de Commerc. disc. ultim. general. n. 8. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 2. lib. 2. Rubr. 1. num. 9.* præ cæteris plenius atque satius nos in *disc. 76. per tot.* & præsertim *numer. 12. cum seq. de Commerc.* & generaliter quòd favor publicæ utilitatis consideratus a lege in aliquo casu extendi debeat ad omnes alios casus , in quibus de jure militat idem publicæ utilitatis favor notat *Alex. in l. fin. numer. 9. vers. Puto tamen, Cod. de negot. gest. Paris. cons. 69.* ferè *per tot. lib. 4. Capyc. latr. cons. 557 numer. 35.* cumque certum sit, quod si mercator sub pignore mutuans, vel cambio pecuniam præstans , non esset potior in rebus pignoratis cuicumque alteri creditori anteriori hypothecario, impediretur, aut turbaretur mercaturæ libertas, ut sensibus patet, & punctum ponderat *Berlich. conclus. jur. libr. 2. conclus. 39. numer. 51.* & post eum *Targ. ponderat. maritim. cap. 74. vers. Al contrario se uno in med. Marquard. de Jur. Mercat. lib. 2. cap. 9. num. 4. Paris. cons. 69. nu. 7. & seq. lib. 4.* ideo doctè, & solidissimè vera Jurisprudentia duce Doctores , præter usum, & mercatorum consuetudinem , ob dictam etiam rationem generalem libertatis publici commercii , in mercatorum præcipuè causis magis stringentem, concludunt, quod mercator qui sub pignore mutuavit, vel cambio pecuniam dedit, sit in re pignorata de jure potior cuicumque alteri anteriori , & hypothecario creditori *Cardin. de Luc. de Credit. disc. 10. numer. 19. & 20. & disc. 22. num. 18.* & alter *de Luc. ad Gratian. cap. 262, num. 3.* & melius *ad Franch. decis. 708. n. 5. Scacc. de Camb. & Commerc. §. 2. gloss. 5. num. 438. Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 8. numer. 1067. & Bosch. d. cons. 540. num. 3. 4. & 5.* 15 16 17 18

Et similiter ob eam rationem non turbandæ libertatis commercii in dubitabilioribus terminis, nempè mercatoris, vel magistri navis, vel Vectoris mala fide alienantis , vel distrahentis, seu disponentis de rebus , aut mercibus sui respectivè Correspondentis principalis contra illius mentem, seu ordines, quod alter mercator illarum emptor, seu acquisitor ex aliquo titulo oneroso non teneatur vero domino illas restituere nisi sibi prius soluto tali pretio firmat *Cardin. de Luc. de regal. disc. 115. num. 5. & 6.* ubi, licet contrarium fuerit decisum in casu suo ob malam fidem emptoris probatam, amplius advertit sub *num. 13. in fin.* quod alioquin prædicta conclusio absque dubio admittebatur à judicibus & *disc. 129. num. 4. & seq. Sabell. in summ. verb. emptio num. 57. Vespignan. de empt. & vendit. consult 4. n. 12. vers. forte limitatur*, ubi loquitur etiam in casu de mercibus alienis à non vero domino venditis *Targ. in suis ponderat. maritim. capit. 74. §. Al contrario se uno* ubi plura judicata refert, & nos *disc. 76. numer. 4. cum seq. tom. 2.* & latius *disc. 134. numer. 2. de Commerc. & in Cambista Istruito cap. 4. num. 42. 43. & 44.* novissimæ impressionis, ubi plures alias congessi authoritates, quas non adduximus in prima impressione. 19

Quamobrem si in istis dubitabilioribus terminis hujusmodi propositio procedit, eo magis locum sibi vindicabit in casu nostro, ubi serica dicti Hebræi Cavaglieri à DD. Berzino , & Minuto non totaliter fuerunt distracta , sed tantum pignorata , minoris enim mali, vel præjudicii est rem totaliter in alium transferre, quam solo pignori dare, *Gratian. cap. 580. numer. 5. & 6. Merlin. de pignoribus lib. 1. tit. 1. qu. 3. num. 14. & lib. 2. quæst. 11. num. 21. & quæst. 42. numer. 78. & 95. 96.* 20

Aliud

Aliud nunc addendum superest juris motivum, omnium solidissimum, ex quo multo certius credebam mercatorem, qui sub pignoris securitate pecuniam mutuo, vel cambio dedit, super re pignorata præferri debere cuicumque simplici creditori hypothecario, etsi anteriorem hypothecam habenti.

21 Etenim cum transeat absque dubio inter Doctores, quod inter creditores hypothecarios, si reperiatur aliquis, in quo ultra tacitam, vel expressam hypothecam, utilitas etiam, vel favor publicus concurrat, nempè hypothecam habeat cum assistentia publici favoris, vel utilitatis, tunc iste utpotè duplici privilegio, hypotheca scilicet, & publica utilitate munitus, licet esset posterior, præferendus erit cuicumque creditori simplici anterioris hypothecæ privilegio potienti, egregiè *Acost. de privileg. credit. in præfat. ad regul. 2. num. 6. cum seq.* & clarius in ipsamet *regul. 2. num. 30. & num. 31. §. Addidi quæ duplici Rodrig. eod. tractat. part. 2. art. 1. num. 121. Peguer. decis. 38. numer. 15. 16. usque in fin. Berlich. jur. conclus. part. 1. conclus. 66. n. 62.*

22 Proinde et hoc inferendum quippè est mercatorem, qui sub pignore pecuniam credidit super re pignorata potiorem esse quocumque alio creditore hypothecario anteriore, nam ille est duplici privilegio munitus, & pignore, & favore publici commercii, & utilitatis ad sui favorem militante. Quod autem mercatoribus, tum de jure assistat publica utilitas, & favor commercii, nullatenus est ambigendum, ut latè demonstrat *Ansald. de Commerc. disc. ult. & general. num. 4. Cyriac. controv. 176. num. 11.* & plenius Nos cum pluribus allegatis *in disc. 144. num. 34. 35. de Commerc.* tum etiam ex usu, & consuetudine, ut supra docuimus.

23 Ex quo etiam aliud notabile, & proficuum sequitur, quod nempè mercator, qui sit alterius creditor ex partitis in libro sui debitoris scriptis habentibus ex particulari lege, vel Statuto, ut Florentiæ, hypothecam, præferri deberet cuilibet alio creditori anteriori hypothecario non mercatori, quia mercatori, etsi posteriori creditori, ultra hypothecam sibi à Statuto elargitam, assistit amplius favor, vel utilitatis publici commercii.

24 Idemque resolvendum est in casu, quo quis, sive mercator, sive non, deposuisset per viam irregularis depositi penes mercatorem aliquam pecuniarum summam, & pro illa vigore alicujus Statuti, aut Legis Municipalis deponens hypothecam haberet, nam iste utpote duplici privilegio munitus, videlicet hypotheca, & altero depositi privilegio ratione publicæ utilitatis commercii elargito ex *leg. si hominem §. Fin. cum l. seq. ff. depositi* deponentibus pecuniam apud mercatores, pariter alteri cuicumque hypothecario anteriori creditori non mercatori super bonis omnibus depositarii mercatoris præferri debebit, verum si ille non deposuisset, sed cambio dedisset mercatori aliquam pecuniarum quantitatem, non videtur ei posse talem potioritatem competere adversus alios hypothecarios creditores anteriores, quia dicta *l. si hominem §. final. cum leg. sequenti* non elargitur privilegium prælationis, nisi ei, qui apud mercatorem pecuniam deposuerit, & sic non potest illud competere ei, qui pecuniam cambio mercatori dedit, cum oppidè diversum sit deponere, & cambio dare.

25 Contrarium tamen verius esse puto, quia eadem ratio publicæ utilitatis commercii sanè dimicat, tam in casu depositi, quam in casu pecuniæ ad cambium datæ mercatoribus, ut firmant *Bruneman. in d. l. si hominem in fin. Berlich. jur. conclus. part. 1. conclus. 64. num. 14.* & ceteri per eos laudati; Utilitas enim publica, quæ consideratur in dicta *l. si hominem §. Final.* juncta *leg. sequenti*, oritur ex eo, quod nimium necessarius est usus nummulariorum, & argentariorum, ut ex verbis dictæ legis „ ibi „ *Idque propter necessarium argenta-„ riorum usum ex utilitate publica* „ quæ ratio profectò omninò procedit in cambiis pro summa necessitate, quam habent homines cambiandi pecuniam de uno in alium locum.

Neque obicem ingerit authoritas *Rodriquez de privileg. credit. part. 1. art. 6. nu. 216. usque ad* 218. quia ille relinquit indecisam, hanc quæstionem, imò Doctores per eum ibi laudati sub *num.* 218. pro contraria opinione nullatenus ejus probant assumptum, quia nihil aliud dicunt, ut cuique eos legenti patere potest, nisi quod pro litteris cambii non datur hypotheca, quod nihil commune habet cum hac nostra quæstione, nam aliud quippe est quærere, an ei, qui cambio dedit privilegium prælationis competat vigore dictæ *leg. si hominem §. Final.* aliud si pro litteris cambii sibi à mercatore traditis habeat ille hypothecam.

26 Advertendum tamen est, quod extensio hujus privilegii per nos admissa ad favorem etiam illius, qui cambio dedit mercatori, intelligenda est de cambio directo, nempè de danda mercatori pecunia pro ea habenda in alio loco, secus de cambio obliquo, seu pecuniis datis ad negotiandum super cambiis, etenim pro pecuniis datis lucri faciendi gratia, ut sunt istæ datæ ad negotiandum super cambiis, vel sub aliquo interesse, aut usuris, non competit privilegium dictæ *leg. si hominem §. Fin. & leg. seq.* ut per eosdem textus communi ore firmant *Bruneman.* super eadem *leg. si hominem §. Final.* ibique cæteri scribentes *Castill. controver. lib. 3. cap. 16. per tot. Carleval. de Judic. tit. 3. disp. 28. nu. 28.* & latius *disput. 31. Berlich. conclus. part. 1. conclus. 64. numer. 7. 8. & 9.*

Minimeque prædictis officere valet, quod dictæ *l. si hominem, & l. 8. sequ.* loquantur de antiquis argentariis, quorum officium tunc temporis publicum erat, 27 quandoquidem, quod in argentariis per legem Romanorum antiquitus dispositum, hodie locum habeat in mercatoribus, & nummulariis nostrorum temporum nemo dubitat, ut docent *Ansald. de Commer. disc. 72. n. 9. Card. de Luc. de Credit. disc. 25. per tot. Marquard. de Jur. Mercat. lib. 3. cap. 10. numer. 16. cum seq.* & Nos *disc. 102. n. 5. 6. & 7. de Commerc.* & in puncto hujus 28 privilegii prælationis ex dictis legibus procedentis *Bruneman. in ead. l. si hominem §. Penult. n. 10.* penes *fin. ff. depositi*. Præterquamquod prædictæ leges tam de argentariis publicis, quam de nummulariis privatis promiscue loquuntur.

Ad evitandam denique difficultatem, quam ex rationibus huc usque per nos deductis intus sentiebant ipsimet informantes pro Hebræo Cavaglieri, licet exterius, ut eorum mos est; illam dissimulabant, subtiliter subdebant, quod etsi de jure, vel de generali mercatorum consuetudine pignoratarius super re pignorata præferri deberet cuicumque hypothecario creditori anteriori, attamen de jure municipali Florentiæ contrarium reperitur 29 dispositum ex Statuto Communis *Rubr. 10. de Creditoribus cessantium, & fugitivorum libr. 3.* Nam illius vigore omnes creditores decocti, tum hypothecarii, tum pignoratarii, sive chirographarii pares efficiuntur, & in bonis debitoris decocti per æs, & libram concurrere debent, sive in tributum venire pro rata omnium respectivè suorum creditorum, nulla considerata inter eos potioritate, sive hypothecæ, sive pignoris, aut quolibet alio privilegio, vel prælatione; quamobrem si Statutum Florentinum denegat creditori pignoratario hanc potioritatem super rebus pignoratis in præjudicium aliorum inferiorum concreditorum, multo magis intellexerit Statutum denegare pignoratario jus retentionis pignoris in præjudicium Domini, illud jure Dominii vindicantis ab ipso pignoratario, quippè quia jus Dominii longe potentius est jure crediti, & hypothecæ; neque talis statuentium mens ob majoritatem rationis elicita à dicto Statuto ad favorem Domini vindicantis rem suam mala fide per alium pignori datam creditori suo, hodie cessat per alias posteriores municipales Leges Flo- 30 rentiæ, nempè per Statutum Curiæ Mercantiæ *Rubr. 2. de cessanti, e fuggitivi lib. 3. relatum per totum à Mans. consult. 11. sub numer. 20.* & alteram reformationem *diei 11. Aprilis 1713. §. Occorrendo di qui* vigore quarum municipalium legum consultum fuit pignoratarios creditores, nedum mercatores, sed etiam quoscumque alios præferendos fore, & esse cuicumque creditori, etsi anteriori hypotheca potienti, nam prædictæ posteriores leges, cum loquantur tantum de creditoribus pignoratariis, quibus à debitore fuerunt pignori datæ res, seu merces propriæ, & non alienæ, ideo derogare non valent *Rubricæ 10. libr. 3. Statuti* Communis Florentiæ in ea parte, sub qua ex majoritate rationis etiam videtur concessum Domino jus vindicandi res proprias ab altero non Domino mala fide pignoratas.

Nam objectum istud propter nimiam suam subtilitatem ex semetipso hebetescit, ut ex sequentibus pluribus responsionibus apparebit.

Et primo procedendo etiam sub falso supposito, quod ex Statuto Communis Florentiæ disponente, quod pignoratarius non sit in pignore potior, sed debeat rem pignoratam ceteris aliis creditoribus pro rata communicare, deduci valeret, ob majoritatem rationis, argumentum, quod teneatur illam vero domino restituere, cum sit potentius jus dominii, quam juris creditorum,
31 nihilominus cum dicto Statuto Communis, per aliud Statutum curiæ Mercantiæ, & legem posteriorem anni 1713. super dispositione principali derogatum fuerit, ut supra notatum fuit, hinc sequitur illationem sive argumentum, quod à dicta dispositione principali fieri prætenditur, quodque cessatum, & sublatum fuisse, egregiè *Joh. Tabor. de loc. commun. verb. principale axiom. 1. per tot.* & optimè conferunt latè deducta per *Salgad. de retent. Bullar. part. 2. cap. 26. a num. 38. ad num. 45.* & Nos plenè in *Florentina, seu Pisana Jurisdictionis privativæ competentiæ 31. Augusti 1726. §. Et quemadmodum, & §. Ratio autem cum §§. seqq.* infra impressa.

32 Secundò respondetur, quod attenta maxima diversitate, quæ versatur inter jus creditorum, & jus dominii, non potest ob majoritatem rationis extendi statutum concedens creditoribus jus concurrendi per æs, & libram super rebus propriis debitoris decocti, quæ fuerunt ab eodem debitore uni ex creditoribus pignoratæ, ad casum domini vindicantis ex jure dominii res suas mala fide à debitore suo creditori pignoratas, ut benè notat *Zaul. ad Statut. Favent. tom. 2. libr. 5. rubr. 25. in addit. num. 18. vers. imo etiam illud. Altograd. Sen. cons. 29. num. 32. lib. 2. Rot. recent. part. 6. decis. 346. num. 24.*

Tertio quia dictum Statutum Communis Florentiæ efficiendo pares omnes creditores decocti est contra jus commune, & universalem etiam consuetudinem mercatorum, quia reddit hypotecarios pares aliis creditori-
33 bus personalibus tantum, tum quia tollit jus potioritatis pignoratarii, & ideo cum simus in correctoriis, argumentum etiam à majoritate rationis nunquam locum habere potest, ut egregiè declarat *Cephal. cons. 516. n. 85. 86.* & præsertim *n. 88.* & cum pluribus citatis *Altograd. d. cons. 29. n. 26. tom. 2. Farinacc. in fragment. part. 1. verb. extensio n. 73. & 75. Castill. quotid. controv. lib. 5. cap. 171. num. 16. Mascard. de interpret. statut. conclus. 4. num. 51. 52. & 53. & num. 54.* ubi præsertim id procedere notat quando fieret extensio de persona ad personam, ut in casu nostro, quo extenderetur Statutum à personis creditorum ad personam domini,

34 Quarto quia similiter hujusmodi argumentum non habet locum in privilegiis *Ricc. collect. decis. part. 7. collect. 2802. & in prax. var. resol. capit. 17. Barbos. loc. commun. argum. loc. 69. numer. 5.* & sic non potest procedere in casu nostro ubi statutum intendit privilegiare creditores posteriores, aut inferiores decocti, eos pares reddendo potioribus, vel anterioribus hypothecariis,

35 Quinto, quia ratio propter quam Statutum Communis Florantiæ mandavit in bonis decocti pares dijudicari debere creditores omnes, fuit introductum propter publicam utilitatem commercii, ut scilicet omnes creditores, qui cum eo contraxerunt, communem sortem habeant, neque dari possit, quod aliquis ex eis integrum creditum, alter verò nihil consequatur, ut monet *Bich. decis. 627. numer. 4. & 5. Rot. recent. part.*
36 *14. decis. 503. num. 14. & 15.* & nos *disc. 130. num. 4.* ratio vero, quæ favet domino est adeo diversa, ut se opponat publicæ utilitati commercii, propter quam non permittitur domino vindicare res suas pignoratas, concurrente bona fide in pignoratario creditore, ideo, sive attenta diversitate rationis in casu nostro, argumentum à majoritate rationis silere debet, ut docent *Rot. Lucen. coram Monac. decis. 66. numer. 21. Altograd. cons. 29. num. 27. 28. 29. & 30. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 2. lib. 5. rubr. 25. in addit. num. 18. Farinacc. in fragm. crimin. part. 1. verb. extensio num.*
37 *60.* sive quia in casu nostro ratio, quæ militat favore creditorum, cessat in casu domini rerum pignoratarum, ut ponderat *Farinacc. in fragment. crimin. part. 1. verb. extensio num. 55. 56. cum seq.*

38 Sexto quia Statutum Communis Florentiæ emanatum ad favorem creditorum retorqueretur in odium, si extenderetur ad dominum rerum pignoratarum, nam creditor pignoratarius, si teneretur in actione vindicatoria restituere domino res pignoratas, concurreret cum aliis creditoribus in aliis bonis debitoris decocti, & sic creditores minus consequerentur; itaque ne retorqueatur in odium creditorum quod fuit in eorum favorem introductum, non potest statutum loquens de creditoribus ad dominum extendi, quod esset contra mentem statuentium,

---

ARGUMENTUM.

Societas inter plures ab initio pro limitato tempore inita, quæ cantabat sub Nomine N. & sociorum non est amplius eadem, sed nova societas, si post illud tempus fuit prosequuta, seu continuata, quamvis sub eodem nomine: & propterea erga creditores creatos post tempus primæ societatis solum remanere debent obligati, qui eam societatem continuaverunt usque quo fuerit palam dissoluta, neque ab hac obligatione eximi possunt illi, qui postea etiam ab eadem continuatione societatis absque ulla notificatione publice data Mercatoribus præsertim exteris recesserunt,

Explicatur Lucanum Statutum Mercatoriæ Curiæ quoad societatis materiam.

SUMMARIUM.

1 *Facti series.*
2 *Actus continuatio illa dicitur, quæ in eodem statu, & terminis permanet.*
3 *Actus novus dicitur non solum ille, qui ex integro fit, sed etiam qui aliquo modo augetur, vel diminuitur, vel innovatur sive ratione loci, vel rei, aut personæ.*
4 *Societas pro limitato tempore contracta, si prorogetur, vel tacite per illius continuationem, vel expresse in scriptis pro alio tempore dicitur nova, & diversa, & num. 5.*
6 *Societas prorogata pro alio tempore, licet dici posset eadem societas, & non quoad ipsos socios nova, tamen quoad Creditores, & Tertios reputari debet pro nova.*
7 *Actus prorogatus pro alio tempore dicitur per fictionem juris idem actus quoad ipsos contrahentes prorogantes, secus vero quoad Tertios numer. 8. & 9.*
9 *Pro actu prorogato debetur nova gabella quia novus actus dicitur.*
10 *Pro renovatione, seu prorogatione sive tacita, sive expressa alicujus societatis eadem requiruntur solemnitates, quæ necessario ab initio pro illa contrahenda intervenerunt,*
11 *Et similiter in renovatione, vel prorogatione conductionis, sive tacita, sive expressa per aliud tempus eadem solemnitates sunt necessario iterandæ, quæ ab initio intervenire debuerunt,*
Et de ratione num. 12.
Declara num. 13.

Lucana Societatis.

DISCURSUS CLXXXVIII.

PRudentissime pro bono Mercaturæ regimine quoad 1
ineundas societates disponit Lucensis Mercatoriæ Curiæ Statutum, quod de quacumque societate illic contrahenda ad prædictam Curiam notitia deferri debeat in hæc verba *Con esprimersi il nome in chi canti, il giorno, che averà avuto principio, e il tempo, che averà a durare, il Ministro Governatore, ed avente compimento per essa, uno, o più, che fiano, e tutti i Compagni di quella nominati, o non nominati, e gli aventi Interesse in quella, tanto per cagione di loro Misse, quanto per Vantaggi, che chi avesse per conto di loro Persone, e se alcuno de' Compagni non nominati vi fossero non liberamente, ma sotto titolo, o nome di accomandita, cioè con condizione di non poter perdere più della sua Missa, o vero con altra limitazione d' altra somma precisa, dichiarando in tal caso espressamente quanta sia la detta Missa, o somma, che il detto Compagno intenda di poter perdere.*

Ma

„ *Ma quelli, che al modo predetto non apparissero*
„ *nella detta Corte dati, e descritti, in qualunque*
„ *modo si sieno Compagni, o liberi, o vero per acco-*
„ *mandita, o con altre condizioni, o limitazioni nella*
„ *d. Compagnia, come di sopra, vogliamo, che tutti in*
„ *un medesimo modo sieno tenuti per li fatti della d. lo-*
„ *ro Compagnia Insolidum, o ciascuno per il tutto, come*
„ *di sopra, come Compagni liberi, non ostante, che*
„ *apparisse alcuni di loro esser veramente entrati nella*
„ *detta Compagnia sotto nome di accomandita, e sotte*
„ *condizione, o con limitazione, come di sopra, o que-*
„ *sto attesa la pertinacia loro di non essersi dati in*
„ *scritto, come di sopra, e per ovviare quanto si pos-*
„ *sa, che nessuno sia fraudato.* „

Juxta tenorem præfatæ municipalis dispositionis ad prædictam Mercatoriam Curiam delata fuit quædam societas inita Anno 1711. à q. D. Cæsare Benassai sub ejus nomine, & sociorum cantanda, per triennium duratura una cum omnibus sociis, vel accomendantibus, nec non cum omnibus pactis, & conventionibus inter socios, seu accomendantes firmatis.

In fine postmodum triennii aliqui ex dictis sociis, vel accomendantibus à dicta societate recesserunt, duo vero, qui fuerunt DD. Carolus Controni, & Petrus Franciscus Benassai in eadem perseveraverunt, nulla alia notitia de hac eorum continuatione eidem Curiæ porrecta; In hoc enim rerum statu modo quæritur, an pro toto eo tempore, quo in posterum usque ad Annum 1729. duravit prædicta societas dicti D. Cæsaris Benassai sub ejus proprio nomine, & alio appellativo sociorum, nempe sub nomine *di Cesare Benassai, e Compagni* remanserint erga Creditores, qui cum ea à fine dicti triennii usque ad Annum 1729. contraxerunt, etiam obligati prædicti DD. Carolus Controni, & Petrus Franciscus Benassai, & proinde eorum hæreditates, bona, ac hæredes.

Nos pro rei veritate desuper hoc dubio consulti affirmativè respondendum fore censuimus, nam nimium nobis contra eos urgere visa sunt verba prædictæ municipalis dispositionis, ex qua adeo strictum quibuscumque sociis, vel accomendantibus, sive expendentibus, sive non, proprium nomen, injunctum fuit onus notificandi eorum societatem, vel accomenditam prædictæ Curiæ cum omnibus qualitatibus, pactis, & conventionibus, ac limitationibus, sub quibus inter socios instituta fuit eorum societas, quare si post primam societatem, quæ in fine triennis expiravit, altera per dictum q. Cæsarem sub eodem suo proprio nomine, & appellativo sociorum renovata fuit, perseverantibus in ea dictis Dominis Carolo, & Petro Francisco absque ulteriori notificatione hujus renovationis ad prædictam Mercatoriam Curiam delata, dignum utique, & justum est, ut illius sanctioni, injungenti omnibus sociis in hoc deficientibus obligationem in solidum, erga quoscumque Creditores in posterum ab eadem societate creatos ipsi quoque subjaceant.

Nil penitus refragante, quod prædictum Curiæ Mercatoriæ Statutum loqui videatur, vel saltem intelligi debeat disponere voluisse circa societatem, quæ ex integro instituitur, secus de continuatione alicujus præcedentis societatis, quæ nova dici non potest, & proptereà in casu præsenti illius dispositio locum sibi vindicare non valeat.

Quandoquidem hic non agi de vera, & propria continuatione præcedentis societatis plusquam manifestum est, quia per recessum aliquorum sociorum à prima societate ob lapsum triennii finita, nullatenus dici potest fuisse per Dom. Cæsarem primam societatem post
2 triennium continuatam, sed alteram omninò novam instauratam; vera enim continuatio alicujus actus illa dicitur, quæ in eodem statu, & terminis permanet *leg. Divus, ff. de Offic. Præsid. Rebuff. in leg. nationem 99. §. 1. ff. de verb. signific.* egregiè *Rot. Rom. coram Falconer. sub titul. de Salvian. interd. decis. 18. numer. 3. §. Attenta potissimum, & numer. 4.* Quamobrem cum societas prædicta non fuerit continuata cum iisdemmet personis, cum quibus fuit ab initio contracta, sed cum duabus tantum ex eis, nempe cum dictis DD. Controni, & Benassai, numquam dici valet eadem pro suc-
3 cessivis temporibus continuata, sed penitus nova; Novum enim dicitur non solum, quod ex integro fit, & antea non erat, verum etiam si aliquo modo augeatur, vel diminuatur, vel aliquo modo innovetur, sive ratione loci, vel rei, aut personarum, optimè *Eugen. cons. 72. n. 8. & 9. lib. 2. Gabriel. Commun. conclus. tit. de dilation. conclus. 2. nu. 25. & Balduc. ad Cons. Ramon. observat. 25. nu. 75. & 76. Salgad. Labyrint. Credit. part. 2. cap. 17. n. 13.* & alii per eos citati.

Ob alteram insuper evidentissimam juris rationem so- 4
cietas per dictos DD. Controni, & Benassai cum d. D. Cæsare post triennium continuata pro nova reputari debet, quia nempe illa fuerit, primò inter omnes socios contracta pro limitato tempore triennii; Quoties enim societas pro aliquo determinato tempore contrahitur, licet finito tempore à sociis, vel tacite per solam continuationem, vel expresse in scriptis pro alio ulteriori tempore renovetur, aut prorogetur, nova prorsus dicenda est, per ea, quæ eleganter tradunt *Decian. cons. 72. numer. 15. & 16. libr. 2. Neguerol. allegat. 21. numer. 24. & 25.* plenè, & doctè *Gabriel. commun. conclus. tit. de dilation. conclus. 3. per totum, Bursat. cons. 220. num. 27. lib. 2. Salgad. Labyr. Credit. part. 2. capit. 27. numer. 59. cum pluribus seq. & Rot. Rom. coram Falconer. sub tit. de Salvian. interd. decis. 18. num. 3.*
& in puncto continuationis prioris societatis jam finitæ, 5
textus est apertus in *§. Item si quis in fine Instit. de Societ. & leg. si quod 59. §. Si servus ff. pro socio,* & communiter firmant *Felic. de Societ. capit. 41. num. 31. & 32. Menoch. cons. 122. num. 51. Gratian. disceptat. Forens. cap. 962. numer. 11.* & ibi *Carol. de Luc. Add. numer. 5. Riminald. cons. 280. numer. 27. & seq. lib. 3. Cephal. cons. 475. numer. 40. usque ad fin.* & præcipuè *numer. 67. Bursat. cons. 220. num. 1. & 2. Michalor. de fratribus part. 2. cap. 41. numer. 1. cum seq. & capit. 42. fere per tot.* & Nos latè *in disc. 144. numer. 6. & 7. & disc. 145. num. 12. & disc. 146. num. 5. & 12.* quarum authoritatum pars maxima loquitur de continuatione societatis per lapsum temporis finitæ, ut ex eis facile est videre.

Et quatenus etiam per malam hypothesim supponere- 6
tur, quod continuatio societatis, de qua agitur, esset eadem societas, ut in casu, quo durante adhuc primo tempore fuisset prorogata, id tamen intelligendum esset, quo ad ipsos tantum socios contrahentes, secus quoad creditores, & Tertios, nec non ipsam quoque Mercatoriam Curiam, exigentem notificationem cujuscumque societatis initæ pro majori indemnitate, & securitate eorum, qui cum ea contrahere debebunt *Gabriel. commun. conclus. tit. de dilation. conclus. 2. num. 24. Manens. decis. 31. num. 16. Naguerol. allegat. 21. num. 22. & Rot. Roman. coram Falconer. sub tit. de Salvian. interd. decis. 18. num. 7.* Nam licet lex permittat, ut per 7
fictionem juris quoad ipsos principales contrahentes, qui actum, vel contractum aliquem ad aliud tempus prorogant, actus, vel contractus prorogatus idem cum primo censeatur, ut per textum expressum in *leg. sed & si manente 5. ff. de precar.* notant *Bald. cons. 436. numer. 1. vers. præterea si volumus vol. 1. Soccin. Sen. cons. 99. sub num. 3. vers. quinimo fortius libr. 3. Rot. decis. 284. numer. 2. Tiraquel. de retract. convent. §. 1. gloss. 7. numer. 40. vers. nec interim;* Nihilominus ratio 8
æquitatis non patitur, quod hæc fictio in præjudicium Tertii, vel in fraudem alicujus Statuti pro bono reipublicæ editi locum habeat, ut advertunt *Gabriel. Manens. Naguerol. & Rot. Rom.* mox supracitati.

Quod autem in casu nostro fraus fieret Lucensi Statuto, & Creditoribus præjudicium inferretur, indubitatum est, quia non posset Mercatoriæ Curiæ, ejusque medio palam fieri qualitas prorogationis societatis jam finitæ; an nempè prorogatio fuerit tacite, vel expresse facta, & pro quanto tempore, quamobrem dari posset casus, quod adhuc terminato tempore prorogato, & sic finita societate aliquis ex sociis expendentibus proprium nomen continuaret quidem negotium, & tamen alii socii non essent amplius ob lapsum temporis prorogati erga Creditores obligati, & 9
quemadmodum rectè per Doctores ex præmissis infertur, quod si Statutum pro validitate actus exigeret gabellam, non potest in fraudem hujus Statuti actus per aliud tempus prorogatus idem reputari cum primo, sed penitus novus, ac diversus, ut *Decius cons. 93. num. 3. & Decian. cons. 72. num. 15. vers. dixit quod lib. 2. Manent. decis. 31. num. 17. Neguerol. allegat. 21. num. 22.* Ita eandem illationem Statuto dictæ Mercatoriæ Curiæ Lucensis applicando concludere

debemus, quod respectu illius Statuti exigentis pro bono Commercii de qualiber societate eidem Curiæ cum omnibus pactis, conditionibus, modis, & qualitatibus notitiam deferri; societas prorogata dici nollatenus valet eadem societas cum prima, sed à prima diversa, & omninò nova, alias fieri posset, ut diximus, fraus legi, & Creditoribus præjudicium, quibus consulere Statuentium Lucensium prudentia unicè studuit.

Et adeo hoc verum est, quod prorogatio, seu continuatio, sive expressa, sivè tacita primæ societatis, per
10 lapsum temporis jam finitæ sit nova societas, ut constans, & communis Doctorum opinio affirmet, quod in renovatione societatis jam per lapsum temporis finitæ eædem solemnitates, quæ fuerunt ab initio pro illa ex integro instituenda, necessariæ, iterari debeant, ut vidère est penes *Menoch. cons.* 131. *numer.* 101. *& seq. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib.* 6. *tit.* 26. *numer.* 26. *Michaler. de fratribus part.* 2. *cap.* 41. *num.* 4. *&* 10. *De Luc. de Alienat. disc.* 34. *num.* 2. & cæteros qui al-
11 legari possunt; Prout similiter in prorogatione, seu renovatione conductionis per aliud tempus, sive expresse, sive tacite facta *Mart. Medic. exam.* 59. *numer.* 14. *&* 22. *Rot. Roman. post Posth. de Manut. decis.* 269. *n.* 8. *Pacion. de Locat. cap.* 64. *numer.* 84. *Caldas Perier. de renovat. emphyteus. lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 3. *& sequ. D. Massa ad decis. Carthar. observ.* 91. *numer.* 23. *&* 24. *Sperell. decis.* 91. *num.* 52. *tom.* 1. *Jov. de Solemnit. in contract. min. gloss.* 16. §. 7. *num.* 101. & ratio est, quia
12 reconductio, sive renovatio conductionis, quamvis tacita in vim continuationis ad invicem à partibus finito primo tempore toleratæ, vere dicitur novus contractus respective locationis, & conductionis, ut advertunt ipsimet Doctores, & præsertim *Berai. cons.* 116. *numer.* 17. *cum pluribus seq. Caldas Perier. de renovat. emphyteus. lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 15. *& quæst.* 3. *numer.* 1. *& seq. & quæst.* 14. *num.* 3. *Cardin. de Luc. de Feud. disc.* 4. *numer.* 24. Quapropter jure merito *Rot. Roman. dec.* 335. *numer.* 12. *part.* 10. *rec.* reprobatur à *Pacion. loc. supra citato numer.* 85. *&* 86. quia illa male supposuit hujusmodi tacitam reconductionem per aliud tempus continuatam non esse novam conductionem, & propter tale falsum suppositum perperam allegat *Castrens. Pic. ad Stat. Urb. & Tiraquell.* expresse loquentes de actu fa-
13 cto à muliere, vel minore ex necessitate saltem causativa, procedente, seu dependente ab altera præcedenti obligatione legitimè per mulierem, aut minorem contracta, quod penitus adaptari non valet ad casum reconductionis tacitæ, merè voluntariæ, utpotè procedentis à nova libera, & independenti partium voluntate, & non ex aliquâ necessitate præcedenti influente in secundam, &c.

ARGUMENTUM.

Quemadmodum favore publici Commercii, vel Mercaturæ res, seu merces impropriè furtivas,
1 nempe per truffam ablatas, non tenetur Mercator restituere, nisi sibi refuso pretio, secus si res essent propriè furtivæ nempe per furtum proprium à Domino subtractæ; Ideò hic magistraliter traditur, quale sit Furtum proprium, & quale improprium, & successivè proceditur ad quæstiones in hac materia magis inter Doctores controversas, & distinguuntur singillatim, etiam per casuum enumerationem, Furta propria ab impropriis; itaut sciatur in omni casu contingibili quando Mercator teneatur, necne res, vel merces alienas ab eo emptas, vel in pignus receptas, vel alio modo in eum perventas restituere vero Domino cum refusione, vel sine refusione pretii.

Materia pro Mercatoribus utilissima, rursumque à Nobis acta ad majorem explicationem *disc.* 123. 124. *&* 182.

SUMMARIUM.

1 *In furto improprio favore publici Commercii non datur Domino rerum furatarum actio, vindicationis contra emptorem, aut alium titulo onerose eas possidentem, nisi refuso pretio.*

Secus in Furto proprio num. 2.

3 *Furti proprii definitio, & illius explicatio.*

4 *Furti improprii explicatio.*

5 *De explicatione aliquarum Legum Codicis, & Digestorum indistinctè loquentium de Furtis.*

6 *Furtum proprium committit Falsus Procurator, & sic ille, qui se simulans esse personam veri Procuratoris, alienam pecuniam exigit, & numer.* 16.

Item ille qui fingit habere mandatum, & non habet, vel illud habet insufficiens num. 7.

Amplia in falso procuratore in rem propriam num. 18. 19. 20. *&* 21.

Quod procedit etiam in casu, quo procurator falsus, seu falsus Cessionarius exigeret pecuniam non à debitore, sed à Procuratore, vel Administratore ipsius Debitoris num. 26.

Respondetur variis objectis in hac materia, numer. 8.

Declara num. 10. *&* 11.

9 *Invitus nedum dicitur, qui contradicit, verum quoque, qui consensisse non probatur.*

12 *Contra voluntatem Domini semper præsumitur fuisse a Fure res contrectata.*

13 *Dominium pecuniæ solutæ à Debitore vero Procuratori, in hunc non transit, sed in Dominum medio Procuratoris, & n.* 14. *&* 17.

Quod procedit non obstante commistione, quam facit Procurator de pecunia aliena cum propria, numer. 14.

22 *Falsus Procurator, vel quilibet alius exigens vigore falsarum scripturarum alienam pecuniam Furtum proprium committit.*

23 *Falsus Nuntius pariter exigendo pecuniam alienam proprium Furtum committit. Secus si Nuntius, vel Famulus missus fuisset ab aliquo ad deferendum alteri pecuniam, aurum, aut alias res numer.* 33. *& ibi de ratione.*

24 *Furtum quoque proprium committit Procurator, sive Falsus, sive verus, qui scienter indebitum exigit, & num.* 25.

27 *Falsus Creditor si exigit ex falsa Causa indebitum Furtum proprium committit, secus si se finxit esse aliam personam.*

Sed contrarium indistinctè firmatur n. 28.

Et de rationibus num. 29.

30 *Furta impropria vulgariter* Truffa, *vel* Barattaria *appellata quamplurima singillatim hic referuntur n.* 31. *& seqq.*

Et assignatur ratio cur impropria dicantur nu. 32. 33. 34. 35. *&* 36.

Conciliantur plures Leges Digestorum & Codicis, quæ videntur inter se contrariare n. 33. *&* 34.

Nullius Pecuniariæ, aut Falsitatis Mandati.

DISCURSUS CLXXXIX.

SUb falso, aut simulato unius Mercatoris ordine, seu mandato ab altero illius debitore, & correspondali nonnullas merces in solutum quidam recepit, quas idem falsus Procurator, seu Institor postmodum alteri tertio Mercatori numerato pretio vendidit; Debitor autem, & Dominus prædictarum mercium eas tamquam furtivas ab emptore vindicare contendebat; In hac casus contingentia quid de jure statuendum 1
quærebatur; & quamvis admittebatur distinctio per Nos superius tradita in *disc.* 124. iterumque confirmata in altero *disc.* 182. quod ubi nempè agatur de re impropriè furtiva nullatenus valeat ob publici Commercii favorem verus Dominus illam absque pretii refusione à Tertio vindicare, in quem à fure, vel truffatore titulo oneroso alienata fuerit, secus verò ubi a- 2
geretur de re propriè furtiva, attamen disceptatum admodum fuit, an prædictus falsus Procurator, seu Institor in recipiendis nomine veri Creditoris dictis mercibus in solutum, furtum proprium, vel impro- 3
prium commiserit, super qua re, licet aliquid supra tetigimus in nostris *disc.* 123. *&* 124. ubi præsertim sub ejus principio quamplurima compendiosè impropriorum furto-

furtorum exempla retulimus, ex quibus ad aliorum cognitionem de facili deveniri posset, tamen occasione hujus onperrimæ disputationis, super qua de nostro veritatis sensú requisiti fuimus, rem hanc pro nostro familiari studio altius inquirere, & excutere nobis complacuimus, & quæ passim, & indigestè, vel summatim ab aliis tradita collegimus in hunc discursum ad publicam oostrorum Professorum utilitatem planius redegimus, ut in casibus io diem cootingentibus sciatur, ubi viodicationis actio a Mercatore contra Tertium pecunias suas, vel merces retinentem absque refusione pretii experiri valeat.

Pro inconcusso hujus nostri discursus fundamento præmittere debemus essentialem differentiam, quæ inter furtum proprium, & improprium, vulgo *truffa*, vel *barattaria* appellatum, versatur, itaut ea semel, ac benè intellecta ad rectam casuum decisionem procedi valeat.

3 Proprium enim furtum illud est, & communiter nunc appellatur, cum sub ipsomet initio, quo res per aliquem invito ejus Domino amovetur, vel aufertur, intervenit dolus ipsius amoventis & huic proprio furto solum convenit ea defioitio, quam desumptam ex textu in *l. 1. ff. de furtis* communiter tradunt Doctores, quod oempè furtum est dolosa, seu fraudolosa contrectatio rei alienæ invito Domino.

4 Furtum verò improprium, quod vulgo, ut plurimum *truffa* appellatur, illud dicitur cum ab initio contrectationis, seu amotionis rei a Domino non intervenit fraus, vel dolus contrectantis, vel amoventis, sed dolosa contrectatio postea sequitur, videlicet cum ille, qui rem a Domino habuit, in alium usum contra illius voluntatem, vel promissionem, vel fidem ei datam disponit, quare huic furto improprio nullatenus convenire potest definitio furti proprii mox recensita, nam in furto proprio verè intervenit de tempore amotionis contrectatio dolosa rei alienæ iovito domino, quia statim, ac res contrectatur, seu a Domino amovetur adest in amovente fraus, & dolus, secus in furto improprio, quia statim, ac res contrectatur non adest dolus, sed ille post licitam contrectationem supervenit, ideoque in furto improprio, quando ille qui rem a Domino habuit in alios usus convertit contra voluntatem Domini, non benè, & propriè dicitur rem dolosè a Domino fuisse amotam, quia jam contrectatio absque dolo sequuta fuit, sed propriè dici debet translatio, seu conversio dolosa rei alienæ, sive contrectatio dolosa non per viam amotionis, sed translationis io alios usus contra Domini voluntatem, vel fidem ei datam, & hanc differentiam essentialem ad effectum distinguendi furtum proprium ab improprio, licet paucioribus verbis, egregiè præ cæteris docent doctissimi *Carpzov. in prax. crimin. part. 2. quæst. 85. numer. 1. & 2. Hieronym. Calà super pragmat. 11. de emption. & vendit. part. 1. num. 112. & 113. & 114. Ant. Matth. de Furt. cap. 4. n. 2. Raynald. observat. crimin. observat. 14. in rubr. de furt. n. 13. 14. 15. & plurib. seqq. Scannarol. de visit. Carcerat. lib. 1. §. 13. c. 3. n. 20. cum plurib. seqq.*

5 Ex qua præmissa cognitione veri, & proprii furti, quam ab illius definitione Nobis per Paulum J. C. in dicta *l. 1. ff. de furtis* primitus tradita accepimus, facile est discernere ubi de furto proprio, & ubi de improprio Romanorum Leges senserint, quamvis sæpe sæpius de eo indistinctim sub titulis de furtis, ac de condictione furtiva, & alibi tum in Digestis, tum in Codice loqoutæ fuerint. Advertendum est itaque, ut supra docuimus ad casum in quo unaquæque ex dictis Legibus disponit, & ubi constabit, quod contrectatio dolosa ab initio, invito Domino sequuta fuerit, tunc dicendum est, quod de furto proprio lex loquatur, ubi verò apparebit, quod non a principio, sed postea ea dolosa contrectatio intervenerit, tunc dicendum est, Legem in eo casu de furto improprio loqui, & prout melius in progressu hujus discursus rem hanc per exempla declarantes demonstrabimus, & quantumvis Romanorum Leges actione, & pœna proprii furti, reos de furto improprio teneri sæpissimè disposuerint, id tamen nil refert; Nam pro aliis dubiis, & quæstionibus decidendis multum prodest scire, & distinguere proprium furtum ab improprio, & præcipuè ad effectum de quo egimus in nostris superioribus discursibus 123. & 124. & in præsens iterum agimus.

Hinc inferendum est primò pro elucidatione hujus materiæ, quod si aliquis, puta Titius simulando se esse personam Caji, qui est verus Procurator Sempronii Creditoris, pecuniam a Sejo debitore dicti Semproniō debitam exigit, furtum proprium committit, oam usque ab initio Titius dolosè contrectat pecuniam alienam invito Domino, ut per textum expressum io *l. si vendidero 82. §. Falsus autem procurator ff. de furtis* omnes in hoc conveniunt ibi scribentes, & *Hieronym. Cala ad dictam Pragmat. de empt. & vendit. part. 1. num. 115. Anton. Matth. de re crimin. tit. de furt. cap. 1. num. 6. Farinac. de Furt. quæst. 168. nu. 29. & quæst. 179. part. 1. num. 9. Vermigliol. cons. 466. num. 55.* 6

Quod procedit etiam in eo, qui se fingens habere mandatum, illud oon habet, vel habet insufficiens, ut per textus in *l. falsus procurator C. de furt. & d. l. si vendidero §. Falsus autem, & l. falsus creditor §. Falsus Procurator ff. de furt. & l. cum quis 38. §. 1. de solut. & l. si quis uxori 53. §. Apud Labeonem ff. de furtis, & l. hæc ratio 3. §. Sed etsi debitorem ff. de Donat. inter vir. & uxorem*, firmant pariter ibi scribentes, & præsertim *Farinac. de Furt. dicta quæst. 170. part. 1. num. 1. cum plurib. seqq. & in cons. 178. num. 15. part. 2. Sabell. in sua Relat. num. 18.* inserta in ejus summa post verbum Furtum, *Reverter. decis. 302. num. 3. Cæsar. in Specul. peregr. quæstion. lib. 1. quæst. 8. num. 3.* 7

Et quamvis videatur tàm in primo, quàm hoc secundo casu non invito debitore, sed spontaneo falsum procuratorem pecuniam ab eo exigere, quia pecunia ab ipsomet debitore falso procuratori, vel creditori falso traditur, verum cum illa voluntaria pecuniæ traditio, vel solutio ex errore tantum procedat, quia eatenus per debitorem fit, quatenus credit hujusmodi procuratorem, aut creditorem verum esse, & non falsum, ideò dici non potest adfuisse in debitore voluntatem solvendi, cum errantis nullus sit consensus *l. nihil consensui 116. §. ultim. ff. de reg. jur.* quinimò addi potest, quod hujusmodi voluntas solventis non est nisi conditionalis, nempè sub conditione tacita, quod ille cui solvitur sit verus Creditor, aut verus Creditoris Procurator, quamobrem semoto in debitore, ob errorem tantum solvente, tali consensu, vel voluntate, omninò sequitur hujusmodi pecuniam verè fuisse per procuratorem falsum, invito debitore exactam. 8

9 Invitus enim non ille tantum accipiendus est, qui contradicit, verum quoque qui ex animo sciens, prudensque consensisse non probatur *l. Filius Familias 8. §. Invitus ff. de procurat. l. Invitum autem ff. de servit. Urban. prædior.* & egregiè textus in *l. qui vas 49. §. Vetare ff. de Furtis; Golin. de procurat. part. 1. cap. 5. numer. 77. versic. dicitur etiam invitus*. Itaque huic eidem dubio similiter respondens advertit *Jo: Otton. Tabor. var. tractat. tom. 2. in racemat. definit. racemat. 5. fol. mihi 96. impress. Lipsiensis §. ad l. falsus Creditor cum §§. Sequentibus*.

Id tamen locum nullatenus habet, si præter actum solutionis expresè ex alio in facto constaret, quod debitor voluerit in falsum procuratorem pecuniæ dominium transferre, ut punctim habetur ex textu in *l. falsus creditor 43. §. Falsus procurator vers. quod si ità ff. de furtis*, & ibi *Gloss. & scribentes*, prout in casu, quo debitor, quamvis cognoverit procuratorem falsum esse, vel non habere sufficiens mandatum, ei nihilominus solvere voluerit, ut tantundem posteà suo creditori solvat, vel eum liberare a Creditore faciat; sive in casu, quo supponendo procuratorem esse verum ei solvere voluerit cum eodem simili pacto, quod postea suo Creditori solvere promittat, vel a Creditore eum liberare faciat, vel contentum suum Creditorem reddat, vel alio denique modo, ex quo hujusmodi voluntas clarè appareat, ut ootatur per *Gloss. in d. l. falsus creditor §. Falsus procurator verb. procuratoris fiant ff. de furtis, & Farinac. de Furt. quæst. 170. numer. 31.* 10

11 & ita absque dubio intelligendus est textus in *d. §. Falsus procurator* in ea parte, quæ pro hac limitatione communiter allegatur, quamvis ibi Scribentes se multum iovolverint, dum ex simplici actu solutionis procuratori factæ semper præsumi debet, quod voluerit debitor pecuniæ dominium non in procuratorem, sed medio procuratoris in suum creditorem transferre, ut ex aliis textibus supra citatis in §. *Quod procedit*

clarè convincitur, & quod in dubio contra volunta-
12 tem Domini quamvis ignorantis præsumatur res à Fure contrectata per textum expressum in *leg. qui vas* 49. *§. Vetare ff. de furtis* tradunt *Conciol. resolut. Crimin. §. Furtum resolut.* 5. *num.* 6. *Wesembec. consf.* 314. *numer.* 72. *part.* 7. *Sabell. in Relatione impressa penes ejus summ. post verb. furtum numer.* 20. Nec non mirum in
13 modum probatur ex altera Doctorum Communi opinione firmante, quod per solutionem pecuniæ à debitore factam vero procuratori, pecuniæ solutæ dominium non acquiritur verò procuratori, sed medio procuratoris ipsi Creditori, in quem debitor solvendo dominium pecuniæ transferre intelligit, ut habetur *ex leg. si ego* 25. ibique *Gloss. verb. non acquiritur ff. de Negot. gest.* & in *leg. si procurator* 13. & *leg. traditio* 20. *§.* 1. *ff. de acquir. rer. domin.* & probant *Angel. in dict. leg. si ego*, *& Castrens. in leg. falsus Creditor.* 19. *per tot.* & præsertim *sub num.* 8. *vers. Quartus casus est Codic. de furtis*, & ibi *Bruneman.*, atque egregiè, ac punctim *Ruin. consf.* 143. *sub num.* 2. *lib.* 5. *Hect. Felic. allegat.* 32. *num.* 15. *part.* 1. *Rot. Rom.* post *Salgad. Labyrint. Credit. decis.* 3. *num.* 7. *& coram Dunozet. Jun. decis.* 533. *num.* 13. *&* 14. *Ansald. de Commerc. disc.* 30. *numer.* 3. nec non in similibus terminis tradunt *Mantic. de Tacit. & Ambig. lib.* 8. *tit.* 11. *numer.* 3. *&* 9. *Rot. Romani. part.* 5. *recent. decis.* 392. *num.* 5. *cum sequent.* Nos denique latè in *disc.* 43. *numer.* 39. *&* 40. *disc.* 44. *numer.* 19. 20. 26. 27. 29. *& disc.* 56. *numer.* 21. 22. *&* 23. & antea *disc.* 5. *numer.* 58. *& disc.* 9. *numer.* 10. *vers. aut contraxit*, & melius in *Cambista Istruito capit.* 8. *numer.* 13. *cum pluribus sequentibus*, & quamvis
14 contrarium teneat *Vermigliol. in consf.* 466. *num.* 8. *&* 9. ex eo, quod debitor procuratori solvens censetur ea intentione solutionem fecisse, ut non eadem pecunia, sive eadem species soluta debeat creditori reddi, sed tantumdem, quia procuratores solent pecunias pro aliis exactas cum suis commiscere, non est illius dictum penitus attendendum, quia loquitur de directo contra prædictas textuum dispositiones, & contra communissimam Doctorum sententiam, ex quibus manifestè habetur, quod per solutionem pecuniæ factam à debitore vero procuratori sui Creditoris, non intelligitur dominium pecuniæ per solventem traditum ipsi procuratori, sed illius medio Creditori suo, neque diversa intentio in solvente deduci potest, ex eo quod soleant procuratores pecunias exactas cum suis commiscere, ut ponde-
15 rat idem *Vermigliolus*, quia licèt hujusmodi commistio sequatur, nihilominus procurator ex ea commixtione pecuniæ exactæ cum propria facta non acquirit illius dominium, sed dominium pecuniæ exactæ, vel remanet penes debitorem solventem, si procurator est falsus, vel penes Creditorem, cui per ejus procuratorem verum fuit à principio acquisitum, ut egregiè tradit *Surd. consf.* 4. *num.* 41. & Nos abundè in *Cambista Istruito cap.* 8. *num.* 13. *cum plurib. sequ.*

16 Cum itaque compertum in jure sit, quod solvens pecuniam vero procuratori sui Creditoris non habet animum transferendi illius dominium in procuratorem, sed in Dominum Procuratoris, necessariò idem dicendum est, quando per debitorem solvitur pecunia falso procuratori, quem debitor credit esse verum, cum ex parte solventis idem est animus tam in solvendo vero, quam falso procuratori, quem credit esse verum; Quamobrem eo minus sustineri potest opinio, quam tenet *Vermigliol. in consf.* 466. *num.* 55. & alii antiquiores ab eo laudati, quod in dubio præsumendum sit, debitorem dum procuratori solvit, voluisse in eum dominium pecuniæ transferre.

17 Ultraquamquod imperceptibile est formari posse in praxi hanc quæstionem, an nempè in dubio censeatur dominium pecuniæ à debitore in procuratorem translatum, cum debitor alicui tamquam sui Creditoris procuratori solverit, nam quoties aliquid agitur cum uno uti alterius procuratore, nullatenus hujusmodi dubium dari potest, quia tunc contrahens, vel agens cum procuratore nihil penitus cum eo proprio nomine agere intendit, neque procurator pro se, sed animus quippè tum contrahentis, vel agentis aliquid cum procuratore, tum ipsius procuratoris est, ut omnis actio vel dominium, & possessio acquiratur mandanti, seu domino procuratoris textus sunt in *Leg.* 1. *§. Per Procuratorem & Leg. Cumpulis §. Procuratore ff. de acquir. possess.* & *L. si procurator.* 13. *ff. de acquir. rer. domin. Hector Felic. allegat.* 32. *numer.* 15. *part.* 1. *Rovit. consf.* 29. *per totum lib.* 3. & ibi *Altimar. Additionator* latè *Bonden. collect.* 7. *numer.* 49. *usque ad fin. libr.* 2. *Rot. Roman. coram Emerix Jun. decis.* 673. *num.* 2. & Nos *disc.* 21. *num.* 21. *&* 22. *de Commerc.* ac meliùs, quinimò punctualiter id comprobant alii textus, & authoritates supra laudatæ in *§. Et ita intelligendus.*

Diximus huc usque de falso procuratore simplici, quid 18
nunc statuendum in falso procuratore in rem suam, vel Cessionario falso, qui à debitore illius, cujus simulat se habere mandatum in rem, aut causam propriam, seu cessionem, pecuniam exegerit? Maxima Doctorum pars fuit in opinione super hoc puncto, quod hujusmodi falsus procurator, vel Cessionarius exigendo pecunias à debitore, proprium furtum non committat, ex quo videtur in eum translatum fuisse dominium pecuniæ à debitore solvente, & ita per *Gloss. in l. falsus creditor* 44. *§. Falsus procurator verb. Procuratoris fiant ff. de furtis*, ac aliam *Gloss. in l. Falsus Procurator* 19. *verb. conveniatur Cod. de Furtis* firmarunt quamplures allegati per *Farinac. de Furtis dict. quæst.* 170. *numer.* 29. in quam opinionem videtur ipse quoque inclinare ut *numer.* 30.

Verum hæc opinio Glossæ, super quâ se fundant om- 19
nes in contrarium laudati, & qui laudari possunt, non mihi videtur vera. Primò quia sicuti indubitatum est in jure, quod si creditor falsus scienter exigit summas sibi non debitas ab aliquo, qui credit se esse illius debitorem, furtum proprium committit, ut infra firmabimus; Ita prorsus dicendum est de procuratore falso in rem propriam, qui in jure in omnibus pro creditore reputatur per textum in *l. quæ omnia* 25. *l. si quis in rem* 34. *l. Procurator* 55. *ff. de Procurat. l. sed si tantum* 14. *ff. de pactis Golin. de procurat. part.* 4. *cap.* 1. *nu.* 2. & Nos *disc.* 44. *n.* 20. *de Commerc.*

Secundo, quia cum dispositio textus in *dict. leg. Quo-* 20
niam indistinctè loquatur de eo, qui nummos sibi non debitos exigit „ ibi „ *Quoniam furtum fit, cum quis indebitos nummos sciens acceperit* „ ideò æquè bene ea adaptatur, & Creditori falso, & falso procuratori in rem suam, nec non Cessionariò falso, & similiter textus in *l. falsus Creditor ff. de furtis* non minus adduci potest pro falso Creditore, quàm pro falso procuratore in rem suam, quia cum ipse loquatur de eo, qui se simulat esse creditorem, comprehendere etiam videtur falsum procuratorem in rem suam, aut cessionarium, cum hujusmodi procurator vigore falsi mandati in rem suam, vel cessionis simulat se esse Creditorem illius, à quo pecuniam indebitam exigit.

Præterea etiam respectu falsi procuratoris in rem suam 21
militant eædem responsiones, vel rationes superius adductæ in casu simplicis falsi procuratoris, quod nempè ex parte solventis, sive solvas falso simplici procuratori, sive falso procuratori in rem suam, quem credis esse verum, nullus considerari potest animus transferendi in eum pecuniæ Dominium, cum errantis nullus sit consensus, tum quia semper intelligi debeat talis solutio sub hac conditione per debitorem facta, quatenus scilicet procurator in rem propriam sit verus, & non falsus.

Quæ omnes difficultates eo minus procedunt in pro- 22
curatore, sive simplici, sive in rem suam, qui vigore falsarum litterarum, vel scripturarum, aut instrumentorum pecuniam alienam exigit juxta firmatá per *Rovertor. decis.* 302. *num.* 3. *Cæsar. quæst.* 8. *numer.* 3. *Rot. Roman. decis.* 340. *cor. Celso. Sabell. in sua Relatione impress. apud ejus summ. post verbum furtum nu.* 18. 23. 24. 25. *&* 26. & præcipuè *in fin. n.* 26. Nos *disc.* 182.
num. 3. *de Commerc.* & cessant penitus in falso Nuntio, 23
quia nemo ex Doctoribus dubitavit, quin ille exigendo pecuniam, vel rem alienam sub nomine alterius, à quo simulas, seu fingit se missum fuisse, furtum proprium committat, ut per textum expressum in *l. si quis uxori* 52. *§. Apud Labeonem ff. de furt.* & ibi *Angel.* & scribentes omnes *Cynus in leg. falsus procurator* in 8. *Cod. de furt.* & ibi *Bartol. num.* 15. *Vermigliol. consf.* 466. *num.* 55. *vers. Et hic casus. Farinac. de Furtis quæst.* 168. *num.* 27. *& quæst.* 170. *part.* 1. *num.* 5. *& consf.* 178. *num.* 11. *cum seqq. & num.* 15. *lib.* 2. *numer.* 5. *Calà ad pragmat. Regn. de emption. & vend. part.* 1. *numer.* 113. & similiter cessant in procuratore 24
falso indebitum exigente, quia cum ex parte erronei

solvere-

solventis indebitum non posse esse animus transferendi dominium pecuniæ, quam verè non debet, ideò procuratorem falsum, qui illam exigit, furtum proprium committere probant textus in *leg. si vendidero §. Si tertius ff. de furt. l. quoniam 18. ff. de vendit. furtiv. Wesembec. cons. 314. n. 69. part. 7. Farinacc. de Furt. quæst. 170. num. 6.* tum quia sicuti dominium absque ti-
25 tulo de jure in alium transferri non potest, ita in procuratorem sive verum, sive falsum, vel quemlibet alium dominium pecuniæ absque ullo titulo, sed ex errore tantum ei solutæ transferri non valet plenè *Sabell. in sua relatione impressa in summa post verbum furtum num. 23. 24. 25. & 28.* & Nos *disc. 44. numer. 13. de Commerc.*

Notandum hic remanet, quod ea, quæ diximus de procuratore falso exigente à debitore pecuniam, locum sibi etiam vindicant in procuratore falso, qui non à
26 debitore, sed à procuratore, vel negotiorum gestore debitoris pecuniam recepit *Farinac. de Furt. dicta qu. 170. num. 12.*

27 Quo verò ad falsum Creditorem non defuerunt, qui putarunt illum exigendo scienter indebitum furtum proprium non committere, quando solvens non erravit in persona Creditoris, credendo nempè Titium esse Sempronium creditorem suum, sed in causa, credendo se esse debitorem ob aliquam causam, quæ vera non erat, vel quando non fuit aliquo positivo dolo inductus à falso Creditore ad solvendum indebitum, ut videre est penes *Vermigliol. cons. 466. nu. 39. & Farinacc. de Furt. d. quæst. 170. num. 38. & 40.* sed quod indistinctè furtum proprium committat, sive erraverit solvens in persona Creditoris, sive in cau-
28 sa, sive dolo fuerit inductus, sive non à Creditore falso, firmandum utique est ob textus claros, & apertos indistinctè loquentes in *l. falsus creditor ff. de furtis, & l. Quoniam 18. de condict. furtiv.* & hanc sententiam veriorem, ac communiorem inter Doctores esse fatentur *Farinac. d. quæst. 170. num. 39. 40. 41. & cons. 144. num. 22. in med. & num. 35. lib. 2. Vermigliol. cons. crim. 466. num. 41.* & id ex duplici ra-
29 tione, primo quia in debitore errante, sive in persona Creditoris, sive in causa nullatenus potest esse animus, vel intentio transferendi pecuniarum dominium in eas exigentem, cum errantis nullus sit consensus, ut latè ostendimus supra, ubi de procuratore falso actum fuit; secundo quia absque ullo titulo nequaquam dominium transferri valet, ut pariter advertimus in §. *Quæ omnes difficultates vers. & similiter cessant*, ubi de falso procuratore indebitum exigente sermonem habuimus.

In his enim quæstionibus, & casuum speciebus, qui inter Mercatores frequentius contingere possunt, ac in jure nostro difficultatem maximam pariebant, planè jam vidimus furtum verum, & proprium committi, in quo Domino, etsi Mercatori, furtim mercium, aut pecuniarum vindicatio contra Tertium de jure competere potest, ad latè tradita per Nos in *disc. 123. de Commerc.* Nunc verò pro eadem Mercaturæ utilitate æque opportunum est certam, indubitatamque regulam tradere, ex qua furta impropria cognosci valeant, in quibus Mercatori contra tertium denegatur hujusmodi rei suæ vindicatio, ut per Nos firmatum fuit in *disc. 124.* & alibi.

30 Pro regula igitur constituitur tunc furtum improprium committi, quando res, quæ data, seu credita est alicujus administrationi, vel fidei, Curæ, vel Custodiæ in alium usum invito Domino per eum convertitur, & improprium quippè dicitur, tum quia non sequitur ab initio amotionis rei à Domino contrectatio dolosa, tum quia illa contrectatio dolosa, quæ postea sequitur in casu conversionis rei in alium usum invito Domino, non est vera contrectatio, sed dolosa translatio rei in alium usum, quia fit amotio rei non à Domino, sed à semetipso, qui jam illam rem penes se, vel sub administratione, vel fide, cura, vel custodia habet, ad differentiam veræ contrectationis, quæ fit immediatè per amotionem rei à Domino per eos, quæ egregiè tradit *Carpzov. in prax. Crimin. part. 2. quæst. 85. num. 1. & 2. Raynald. de re Crimin. part. 2. cap. 14. num. 13. & seqq.* & plenissimè Nos sub principio hujus discursus cum aliis ibi citatis.

31 Et propterea Mulio, Vector, Navarchus, Nuntius, famulus, quibus traditæ, & creditæ fuerunt merces, vel pecuniæ, aut aliæ res per illos ad aliquem deferendæ, nec non Pignoratarius, Commodatarius, Fullo, Sarcinator, Institor, Depositarius, Curator, Administrator, & quilibet alius, cujus fidei, vel Curæ tradita res fuit, intercipiens, & convertens merces, vel pecunias, vel alias res in alium usum, quam in illum, pro quo fuerunt sibi traditæ, aut concreditæ, vel eorum fidei commissæ, furtum improprium committunt, ut notavimus supra in *disc. 144. num. 1. &*
2. & ratio est quia contrectatio dolosa non sequitur 32
à principio amotionis rei à Domino, sed postea, & illa, quæ postea sequitur non est vera contrectatio, sed translatio rei, ut diximus mox supra in alium usum: Quæ ferè omnia furti improprii exempla referuntur à *Carpzov. dicta quæst. 85. a num. 3. usque in fin. ejusdem quæstionis*, & *Raynald.* loco citato, nec non *Sabell. in verb. furtum num. 3. usque ad nu. 4. & Gala ad pragmat. Regn. de vendit. & emption. part. 1. nu. 132. cum seq. Scannarol. de Visit. Carcerat. lib. 1. §. 13. cap. 3. n. 20. cum plurib. seqq. fol. 175.*

Neque obstat quod in pluribus Romanorum Legi- 33
bus hujusmodi personas, quarum fidei, curæ, vel custodiæ res fuerunt commissæ, vel concreditæ, reos de furto notari, & actione furti teneri appareat, cùm illas res in alium usum convertunt, ut in Nuntio, aut famulo misso ad deferendum alicui aurum, vel argentum, & illud intercipiente, loquuntur *l. si mandavero la 2. §. Tibi centum ff. mandati l. si is cui §. de furtis, & l. si quis uxori §. Julianus ff. eod.* nec non
in Creditore pignoratario in alium, vel proprium 34
usum convertente pignus *l. si pignore, & l. si is. qui*
pignori ff. de furtis, nec non in depositario in alium 35
usum depositum commutante §. *Furtum autem Instit. de obligat. quæ ex delict. nascuntur*, & similiter in commodatario præter usum destinatum re commodata abutente *d. §. Furtum autem Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. & l. si peregre §. 1. & l. is cui, & l. qui jumenta ff. de furtis.* Item in Fullone, Sarcinatore vesti- 36
mentus, quæ ad poliendа, vel sarcienda acceperit, diversimodè utente *l. Fullo, vel Sarcinator l. qui vas §. Si ego l. si pignore §. 1. vers. & si quis usum ff. de furtis.*

Quandoquidem prædictæ Leges, vel hujusmodi, 37
quæ allegari possunt, non intelligunt prædictas personas in alium usum convertentes res sibi concreditas, reos facere de furto proprio, sed de furto improprio, & ita intelligendæ sunt, quamvis de furto simpliciter ibi loquantur, nam definitio furti proprii, quam in primordio tituli Digestorum de furtis Paulus J. C. pro regula, ut bene ad illius naturam addiscendam, & distinguendam ab altera furti improprii instruamur, consultò tradidit, nullatenus prædictis furtis, de quibus præmissæ Leges sermonem habent, convenire potest, ut latè advertimus supra in §. *Pro immersabili cum seqq. & §. Pro regula igitur* ad quos Nos remittimus, &c.

ARGUMENTUM.

Mercator an teneatur mandata, sive ordines ab aliis Mercatoribus exteris, sive suis Corresponsalibus sibi datos ad peragenda, & tractanda eorum negotia acceptare, & exequi, latè hic discutitur cum suis ampliationibus, ac limitationibus.

Item latissimè agitur de negligentia Creditoris Cambii, vel ejus Giratarii in præsentando, vel exigendo literas Cambii, vel protestando, ac denunciando infra legitima tempora scribenti earum inadimplementum, ac de effectibus talis negligentiæ, ac aliis quamplurimis hanc materiam concernentibus.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum de jure nemo acceptare tenetur.*
2 *Mandatarius, ob cujus negligentiam, vel culpam aliquis damnum sensit, tenetur illud emendare.*
3 *Literæ Cambii non sunt de substantia Cambii.*

4 *Mer-*

4 *Mercator si omittit facere, quod fieri solet ab aliis, est in culpa.*

5 *Mercator non potest recusare mandatum sibi datum ab altero Mercatore extero pro suis negotiis peragendis; & num. 9.*

Præsertim attentis oblatoriis literis transmissis ad exteros Mercatores num. 11.

6 *Nautæ tenentur recipere Merces, & Vectores in suis Navibus pro illis alio vehendis.*

Maxime si tabellam palam exposuerint pro illis invitandis num. 10.

Limita num. 11. & 12.

7 *Caupones tenentur pariter recipere in eorum Hospitiis Peregrinos, & Hospites.*

Præcipue si exposuerint aliquod signum ad eos invitandum num. 10.

Limita num. 11. & 12.

8 *Artifex quicumque sive Tabernarius non potest ab eorum negotio adventores rejicere neque recusare cum eis contrahere super rebus ad eorum artem spectantibus.*

Præsertim si ante Tabernam aliquod signum exposuerunt num. 10.

Limita num. 11. & 12.

13 *In materia Commercii non attenduntur Juris regula, quando æquitas, & bona fides aliud servari Mercatoribus dictat.*

14 *Culpa non debet culposo nocere quando nihilominus absque illius culpa casus contigisset.*

15 *Mercator non potest dici in proximo statu decoquendi de tempore, quo aliquas literas Cambii solvit.*

16 *Dator literarum Cambii pro valuta habita numquam liberatur, nisi fuerint litera completa.*

Amplia licet fuerint literæ acceptata num. 17.

18 *Decoctio illius qui literas Cambii acceptavit, cedit in damnum scribentis, & non illius cujus favore acceptata fuerunt.*

Et ratio est, quia dicta litera intelliguntur data pro solvendo, & non pro soluto num. 19. & num. 22.

20 *Creditor literarum Cambii, vel illius Giratarius si fuit negligens in præsentandis literis, vel præsentatis non denunciaverit intra debitum tempus scribenti morositatem, seu reluctantiam illius, cui pro eis solvendis directa fuerunt, nullum regressum habet contra scribentem.*

Etiamsi postea qui eas solvere debebat, decoxerit num. 21.

22 *Mora Cessionarii, vel Giratarii in exigendo ei non nocet; si debitoris cessio facta fuit tantum pro solvendo, & non pro soluto.*

Declara num. 23.

23 *Inter moram magnam, & parvam notabilis intercedit differentia, & diversus effectus ab eis producitur.*

24 *Culposus dicitur, qui non exegit, dum exigere potuit à Debitore cesso, vel girato.*

25 *Creditor Cambii, vel illius Giratarius non potest se excusare ab omissione protesti, vel denunciationis non facta scribenti de reluctantia acceptantis in non solvendis literis Cambii sub prætextu, quod scribens aliunde sciverit literas non fuisse completas.*

Et de ratione ibid.

26 *Dans literas Cambii Romæ pro Hispania tenetur juxta particularem stylum Romanorum Mercatorum docere infra certum tempus de earum solutione, alias reddere tenetur Creditori Cambii earum valutam.*

Quod procedit in literis Cambii datis pro Hispania certa persona secus in literis datis all' ordine S. P. *num. 27.*

28 *Judicium Mercatorum super eorum stylo est a Judice in decidendo sequendum.*

29 *Creditor Cambii, vel ejus Giratarius tenetur elevare protestum, & denunciare scribenti moram, neque inadimplementum literarum Cambii.*

30 *Mercator non potest dici proximus decoctioni de tempore quo aliquas literas Cambii solvit, imo præsumi debet ex solutione aliquarum tractarum, quod cæteras alias solvisset, si creditores eorum diligentes fuissent in exigendo.*

31 *Decoctus dici non potest Mercator de tempore, quo adhuc vivebat in bona opinione, & credito apud Mercatores.*

Nullius Recusata acceptationis Mandati.

DISCURSUS CXC.

NOnnullis ab hinc annis à quodam Amico meo Mercatore, & Cambista expertissimo, dum simul de Cambiorum materia domesticè pro nostra potius animi recreatione sermonem habebamus, fuit mihi enarratus sequens, & rarus quidem casus; super quo tunc temporis, utpotè admodum dubio, nihil inter Nos conclusum fuit, sed serio magis examine indigere illum dijudicavimus.

Nuperrimè tamen, dum meditabar hunc secundum Tomum in lucem edere, mihi in mentem venit prædicti Casus enarratio, & ob illius raritatem mea me traxit voluptas ad illum accuratè discutiendum, meumque postea verum, ingenuumque sensum aperiendum, ut si fortè alter casus similis in praxi occurrisset, labor hic, quicumque ille sit, iis prodesse posset, quos necessarium desuper eo judicandi munus obstringeret.

Casus ille ita erat „ Titius Mercator Romæ commorans pro se, sive pro proprio suo Negotio (vulgariter inter Mercatores *per conto suo*) remisit Sempronio alteri Mercatori Lucæ degenti petias duo mille tractas super Mutium vigore literæ Cambii datæ à Cajo Taurino, jam ab eodem Mutio acceptatæ; quam petiarum duarum millium remissam dictus Titius associavit cum sua nunciante litera (vulgariter *d'avvisa* nuncupata) cum qua mandavit dicto Sempronio, ut illas suo adveniente tempore exigeret.

Sub die 11. Augusti pervenit ad dictum Sempronium remissa prædicta, sive dicta cambialis litera petiarum 2000. cujus solutio cadebat sub die immediatè sequenti, at cum ipse videret, quod sub Girata ejusdem literæ Titius sui Nominis subscriptionem per oblivionem omiserat, illam eidem Titio retromisit, ut suam nominis subscriptionem ad Calcem dictæ Giratæ apponeret, & postea ità firmatam denuò sibi transmitteret, prout revera executum fuit. Verum ea die, qua ad dictum Sempronium Giratarium præfata cambialis litera rediit cum dicta subscriptione, decoxit prædictus Mutius Tractarius, à quo eadem litera solvenda erat.

Dubium quippe quod diù suspensum incertumque me tenuit desuper præmissa Facti specie in eo versabatur, an nempè subsequens Mutii decoctio cedere debeat in præjudicium Sempronii Lucensis Giratarii utpotè culposi in retromittendo literam Cambii prædictam jam à Mutio Tractario acceptatam, cujúsque etiam dies solutionis tunc imminebat.

Mihi enim primo videbatur nulla notari posse negligentia, vel culpa Sempronius, ex quo dicta Cedula Cambii subscriptione Girantis carebat, & sic cum nullum haberet vigorem Girata, nullatenus poterat Sempronius illius solutionem à Tractario requirere, quinimò si illam requisivisset, suum effectum non fuisset consequutus, quia ob invaliditatem hujusmodi Giratæ ab eodem Tractario rejectus fuisset.

Et quantumquis à Titio per monitoriam literam injunctus fuerit Sempronio ordo, seu mandatum prædictas petias 2000. exigendi à Mutio, attamen cum hujusmodi mandatum ob defectum prædictæ subscriptionis non fuerit ab eo acceptatum, nec quidem teneretur de jure illud acceptare, quia hujusmodi Procuratorum officium, nec utilitate, nec authoritate publicum est *L. Filius familias* 8. §. *Invitus ff. de procurat. L. Invitus* 17. *Cod. eod.* utrobique *Gloss. & Commentatores omnes Gail. observat. lib.* 1. *observat.* 43. *nu.* 2. *& seq. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 26. *Brunneman. d. L. Filius Familias & L. Invitus* 17. *C. de Procurat.* plenè *Altimar. de nullit. rubr.* 11. *quæst.* 31. impossibile utique erat, quin ipse in aliquam negligentiam, vel culpam sibi noxiam incurreret, nam ut nocere valeat procuratori mandati transgressio, necessario requiritur, quod fuerit illud antea acceptatum ex vulgatis Juribus. 1

Verum post diutinam, ac seriam considerationem super hoc difficultatis puncto per me adhibitam, opinatus

natus tandem fui, quod verè culposus dijudicandus sit prædictus Sempronius ob exactionem dictæ Cambia-
2 riæ Cedulæ ab eo non curatam, quapropter omne damnum Titio obventum ob subsequentem Mutii decoctionem ille subire teneatur, nam damnum illud utique non obvenisset, si fuisset Sempronius diligens in procuranda statim à Mutio dictæ Literæ Cambii solutione per textum expressum in *L. cum proponas* cum ibi notatis per scribentes *C. de Nautic. Fænor. Palm. Sen. consf. 71. num. 16. & seq. Ansald. de Commerc. disc. 39. num.* 23. & Nos supra pluries in hoc tractatu.

Nil penitus refragantibus in contrarium ponderatis; Nam quoad primum objectum omissæ subscriptionis Titii Girantis, respondetur, quod illa nullum præbere potuit Sempronio justum excusationis motivum, ne dictam solutionem à Mutio procurare deberet, quia defectui Giratæ æque benè supplebat expressum mandatum à Titio ei datum per literam Avvisii ad exigendam summam in dicta Cambiaria cedula contentam, cum tantum valeat mandatum ad exigendum datum in litera Avvisii, vel alia privata scriptura, quantum valet ipsa Girata, nam Girata facta alicui simpliciter adjecto solutioni (ut in præsenti casu erat Sempronius) nih aliud est quam simplex mandatum datum à Girante Giratario ad exigendam summam literæ Cambii, ut pluries adverti in hoc meo Tractatu, & in altero *il Cambista Instruito*. Neminem enim latet, quod est in facultate Mercatoris habentis Cedulas Cambiarias sibi solvibiles in aliquo loco, eas transmittendi ad aliquem suum Correspondentem vel cum Giratis, vel sine, nulla alia intercedente differentia inter hujusmodi modos, nisi quod ubi absque Giratis literæ Cambii transmitterentur, deberet ulterius per aliam separatam scripturam, sive epistolam, sive ordinem, sive publicum Instrumentum, mandatum ad illas exigendas conferri, ubi verò cum Giratis, ut est de more ordinario Mercatorum, transmitterentur, nullo alio mandato indiget Giratarius pro exigenda litera Cambii sibi Girata, & sic clarè percipitur, quod mandatum datum per modum Giratæ non inservit nisi pro faciliori tantum modo mandandi exactionem literarum
3 Cambii. Et revera quemadmodum ipsæmet literæ Cambii ad alicujus favorem scriptæ; in quibus similia respectivè ad exigendum ac solvendum continentur mandata; non sunt de substantia, neque de præcisa necessitate ut Creditor Cambii pecuniam Cambiatam exigere valeat, à quo in loco destinato solutio facienda est, sed debitor Cambii per alia media, quam per consuetas literas Cambii Creditori Cambii mandatum ad exigendum, & correspondenti suo mandatum ad solvendum summam Cambiatam tradere potest, ut latè monui supra in *disc. 59. num.* 10. *& disc.* 149. *nu.* 3. 4. *&* 5. juxta Authoritates ibi punctualiter allegatas, quibus addi possunt, plenissimè *Caroell. disquisit. Juridic. lib.* 1. *fol. Mediol.* 251. *num.* 16. *usque ad* 52. *& fol.* 254. *num.* 9. *cum pluribus seqq. & fol.* 258. *num.* 4. *cum pluribus seqq. Rot. Roman. coram Crisp. dec.* 121. *num.* 2. 3. *& in Romana Cambii* 10. *Januarii* 1724. §. *Porrò coram Ravault. de Gamaches*. ita dicendum est de literis Cambii, in quibus continentur, ut supra demonstravi, eadem duo mandata, unum nempe datum ei, qui solvere debet literas Cambii, & alterum, cui facienda est illarum solutio.

Addito insuper quod in hujusmodi casuum contingentiis, in quibus per oblivionem a Girante fuerunt Giratæ omissæ, solent nihilominus Mercatores præsentare literas Cambii, necnon solutionem ab eo requirere, super quem Tractæ fuerunt, simulque ad obviandam omnimodam difficultatem, quæ oriretur ex parte solvere debentis, solent amplius ei offerre propriam obligationem conservandi eum indemnem ab omni molestia, & damno, quod ex tali solutione eis
4 unquam obvenire posset; Quare cum omiserit id facere Sempronius, quod à Mercatoribus fieri solitum est: nullatenus potest à culpa, vel negligentia se excusare, quia Mercator pro culposo semper habetur quando eam diligentiam prætermittit, quam alii Mercatores adhibere solent *Rot. Gen. decis.* 91. *nu* 5. *Ansald. de Commerc. disc*, 39. *num.* 23. & Nos hoc eodem *tractat.* supra *disc.* 54. *num.* 33. *&* 34. cum aliis ibidem citatis.

Quo vero ad alterum objectum quod nempè Sempronius nulla inobservantiæ culpa, vel trangressionis mandati redargui valeat ex eo quod mandatum exigendi petias 2000. sibi cum litera Avvisii à Titio datum, non fuit ab eo acceptatum, mihi illud similiter nullam in jure habere subsistentiam visum fuit;
Nam Mercatores exercentes mercaturæ officium non 5
possunt aliis Mercatoribus operam suam denegare quoad ea, quæ artem Mercatoriam respiciunt, & ideò tenentur exterorum Mercatorum ad eos recurrentium, eoque magis suorum Correspondentium merces; res, vel pecunias excipere, mandataque ad eorum negotia expedienda eis data acceptare, ut clarè ex pluribus textuum dispositionibus arguitur, & primo ex textu in *l. unica §. Caupo vers. Namque Viatorem ff. furti adversus nautas*. Ubi habetur, quod Nautæ artem Nau- 6
ticam exercentes tenentur merces, & Vectores in Navibus recipere ad effectum illas, vel illos vehendi ad Portum, seu locum destinatum, ut per illum Textum ita communiter tradunt *Rocc. de Navib. num.* 29. 30. 31. *Marquard. de jur. Mercat. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 36. *Peck. ad Leg.* 1. *num.* 7. *cum seqq. ff. de Naut. Caupon. & stabul. & ibi Vinn. lit. E. & F. Faria ad Covarr. var. resol. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 6. *Hevia de Commerc. Naval. cap.* 4. *nu.* 6. *Strach. de Naut. part.* 5. §. *Quæri potest*, & Nos *disc.* 122. *num.* 22. 23. & similiter 7
quod non possint Caupones hospites, vel Peregrinos ad eorum Hospitium refugientes recusare disponit idem *text. in dicta L. unic. §. Caupo in fin.* nec non confirmant *Gregor. Lopez. ad Leg. Hispan. partid.* 5. *tit.* 8. *Leg.* 26. *gloss. de manera Rocc. de Navib. num.* 30. 31. *Marquard. de Jur. Mercat. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 36. *Peck. & Vinn.* in locis supra laudatis *Far. ad Covarr. var. resol. libr.* 3. *cap.* 14. *num.* 6. & Nos supra *disc.* 122. *num.*.... & generaliter quod omnes aliquam artem, 8
apothecam venalem, vel aliud officium publicè exercentes non valeant adventores vel ad eos recurrentes pro aliqua re vel negotio ad suam artem, vel officium pertinente rejicere, notant *Peck. ad Leg.* 1. *num.* 7. *in fin. ff. de Naut. Caup. & stabul. Dec. in L. invitus* 197. *nu.* 5. *ff. de reg. Jur. Caroc. de locat. part.* 3. *tit. de libertate ad materiam L. ne cui C. locat. quæst.* 8. *num.* 12. *cum seqq. impress. Venet. an.* 1604. *fol mihi* 154. quem sequitur cum aliis *Faria ad Covarr. var. resol. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 6. *in fin.* Nec non denique 9
in terminis nostris, quod nempè Procuratores soliti exercere procuratorium officium, operasque suas locare nequeant ad eos confugientium procurationes respuere tradunt unanimiter limitando regulam superius in parte objectiva per me adductam *Gail. observat. lib.* 1. *observat.* 43. *nu.* 2. *& seqq. Bruneman. in L. Filius familias* 8. §. 1. *sub nu.* 3. *ff. de Procurat. & in L. Invitus vers. idem de aliis C. eod. Mysinger. observat. centur.* 4. *observat.* 32. *num.* 4. *Altimar. de nullit. Judic. rubr.* 11. *quæst.* 31. *num.* 159. cum aliis per eum laudatis.

Eoque magis hæc omnia procedunt, si Taberna- 10
rius, Hospes, Nauta, & quilibet alius artifex aliquod signum vel tabellam, sive programma palam, & publicè exposuissent, ut alios ad se suaque respectivè negotia, vel ministeria invitarent, ut per textum expressum in *L. sed etsi pupillus* 11. §. *De quo plane proscriptum & seqq. ff. de Inst. action.* notant *Dec. in dicta L. Invitus* 197. *num.* 7. *ff. de reg. Jur. Peck. ad L.* 1. *num,* 7. *cum seq.* & ibi *Vinn. lit. E. & lit. F. ff. de Naut. Caup. & stabul. Targa ponderat. maritim. cap.* 26. *not.* 15. *& not.* 34. *Harprect. §. Ultim. instit. de obligat. quæ ex quasi delict. nasc. num.* 8. *Bruneman. ad L.* 1. *ff. de Naut. Caup. & stabul.* & Nos latè supra *disc.* 122. *num.* 22. prout sequutum fuit in casu nostro, ubi Sempronius per circulares oblatorias literas, quibus uti solent Mercatores in aperitione eorum Negotii vel Tabernæ, exteros Mercatores ubique Platearum degentes, & specialiter eundem Titium ad secum negotiandum invitaverat.

Prò declaratione tamen hujus materiæ advertendum 11
primo est, quod nempè prædictæ obligationes quoad prænominatas personas dicta respectivè negotia, vel ministeria exercentes à Nobis supra recensitæ locum non haberent, in casu, quo ipsæ ob aliquam justam, vel rationabilem causam ab illis obligationibus se excusare possent *Peck. ad dictam L.* 1. *nu.* 7. *cum seqq.* & ibi *Vinn. Adden. lit. E. & F. ff. de Naut. Caup. & sta-*

stabul. Paris de Put. de syndic. tit. de excess. Advocator. cap. 1. num. 21. & 22. fol. mihi 91. Gregor. Lopez ad LL. Hispan. partid. 5. tit. 8. l. 26. gloss. de manera, Hevia de commerc. Naval. cap. 4. num. 6. in fin. ac alii supracitati, penes quos in specie de nonnullis justis excusationum causis agitur.

12 Secundo pariter non procederent, ubi res, vel negotium Mandantis absque ullo periculo damni tantam moram pati valeret, ut ille, cui mandatum expediendi negotium datum fuit, certiorem mandantem reddere posset de sua renitentia, vel recusatione mandati, simulque mandans post nuncium recusationis mandati receptum indemnitati suæ consuleret subrogando alterum Mercatorem æquè idoneum ad suas commissiones, seu mandata exequenda, ad egregiè tradita per *Paris. cons. 91. sub nu. 14. vers. vel saltem re integra libr. 1. Alex. cons. 41. numer. 7. vers. Vel saltem lib. 3.* & per Nos supra *disc. 125. num. 22.* quæ limitatio potissimum procedit ex communi Mercatorum usu, vel stylo, & quidem laudabiliter introducto, nam aliàs nimium durum, periculosum, ac perniciosum foret Commercio, si Mercatores cogi possent inviti ad mandata, negotiaque aliena indistinctim suscipienda, quare in hoc præcipuè hujusmodi stylus, utpotè tam rationabilis, servandus est, utcumque sit juri communi contrarius, ut alibi pluries dixi in tractatu.

Reflectendum est insuper pro altera solidissima hujus nostræ resolutionis ratione, quod si Mercatores non tenerentur de jure acceptare aliorum exterorum Mercatorum ordines, quamplurima inter Mercatores sequi possent inconvenientia in maximum publici commercii damnum, exempli gratia, si Mercatores Naves suas, vel alienas à se conductas in aliquam præsertim remotam Mundi partem mitterent, vel cum Mercibus consignandis alicui Mercatori illic degenti, ut eas venderet, earumque ex retractu alias compararet, ac super iisdem Navibus oneraret pro illis ad alium destinatum Portum transvehendis, Mercator autem exterus noluisset hujusmodi mandata suscipere, vel similiter si ab aliquo Mercatore ad alium exterum mitterentur literæ Cambii, ut eas acceptare faceret, earumque solutionem procuraret ab eo, super quem tractæ fuerunt, sed Mercator exterus tale mandatum recusasset, Utique Mercatores talia mandantes sub bona fide, quod per mandatarium eorum mandata adimplenda forent, hujusmodi utique bona fide, & spe contrà æquitatem, quæ est anima, vel primum Commercii elementum, ut alias notavi, delusi remanerent cum maximo eorum detrimento, vel ob expensas, Naula, Vectigalia, aliaque impendia passa tam in itu, mora, ac reditu vacuarum Navium, vel ob decoctionem Tractarii postmodum obventam; Ita-
13 que cum indubium, certumque sit in materia Commercii, quod ubi hujusmodi dari possunt inconvenientia, per quæ æquitas, seu bona fides à Mercatoribus exularet, vel turbaretur, vel in aliquo læderetur publicum commercium, debeant omnes Juris regulæ silere, & in earum locum altera contraria recipienda sit determinatio, quæ Mercatorum bonæ fidei, & publici Commercii bono non repugnet, sed faveat, ut egregiè tradit *Card. de Luc. de regalib. disc. 115. num. 5. 6. 7. & 8. cum seqq. & disc. 129. num. 4. 5. Ansald. de Commerc. disc. 25. num. 37.* & Nos supra *disc. 76. & disc. 144. num. 10. 11. & in Cambista Instruito cap. 5. num. 17.*

Propterea in casu præsenti seriò opinabar, quod nullatenus potuit Sempronius Titii mandatum, de quo agitur, respuere, sed tenebatur illud acceptare, eoque magis quia erat Sempronius Titii correspondalis.

14 Neque objici valet, quod quamvis Sempronius requisivisset à Mutio prædictæ Tractæ solutionem, nihilominus non fuisset illam consecutus, & propterea hujusmodi omissionis culpa non debet ei nocere ad latè tradita per *Episcop. Rocc. disp. Select. cap. 129. n. 13. & cap. 151. num. 11. 12. Ab Eccles. part. 1. observat. 126. num. 11. in fin.* & Nos supra *in disc. 1. num. 83. & disc. 67. num. 10.* dum Mutius jam tunc reperiebatur in proximo decoquendi statu, quandoqui-
15 dem de tempore solutionis dictæ Tractæ ille penes Lucensis Plateæ Mercatores eodem pleno credito, in quo antea erat, fruebatur, & per plures dies etiam postea continuavit, nonnullas Cambii literas aliis Mercatoribus solvit. *Rot. Rom. in Romana literarum Cambii 1. Decembr. 1724. cor. Ratto §. fin.* in calce præsentis impressa, *& punctim notat Rot. cor. Millin. decis. 147. num. 4. & seqq.* Præterea ubi etiam dubitari posset an solutio dictæ Tractæ sequuta fuisset, semper præsumendum est, quod si Sempronius illarum solutionem à Mutio requisivisset, eam obtinuisset; Nam contra morosum, vel culposum, & omittentem agere id, ad quod tenetur, semper in dubio dijudicandum est, quod, si ille partes suas adimplevisset, utique optatum finem, & effectum suum fuisset consecutus *Fachin. controv. libr. 8. capit. 101. Hermosill. ad LL. Hispan. Leg. 9. tit. 2. partid. 5. gloss. fin. num. 2. in fin. & num. 3. penes fin. tom. 1.* & Nos latè supra *in disc. 72. num. 4. 5. 6. tom. 2.*

R. P. D. RATTO

ROMANA LITTERARUM CAMBII

Veneris 1. Decembris 1724.

LITTERÆ Cambiales duplarum Hispanicarum tercentum, quas sub die 11. Januarii 1716. Josephus Garzia Ybanes pro solutione direxit Alfonso del Canto, & Ocampo ejus debitori in Villa Matriti *al l'Ordine S. P.* Julii Cæsaris Quarantotti, à quo ipse Josephus æquivalentem summam hic in Urbe receperat, post plures giratas pervenerunt tandem ad manus Henrici Gibs, & Joannis Poter Mercatorum Ulyssiponensium, qui postremo loco illas girarunt Artan, & Crean Negotiatoribus in Villa Matriti.

Post diuturnum silentium annorum ferè septem, in quorum decursu nec Julius Cæsar Quarantotto originarius earundem Litterarum Creditor, nec ullus ex Giratariis notificaverant Josepho scribenti, quod eædem literæ non fuissent ab Alphonso completæ, circa finem Anni 1722. præfati Henricus Gibs, & Joannes Poter penultimi Giratarii vocarunt in judicium eundem Josephum scribentem in Tribunali A. C. pro obtinenda refusione valutæ dictarum literarum, & licet Judici ab A. C. deputato placuerit relaxare mandatum exequutivum contra Josephum scribentem, & promulgare sententiam adversus exceptiones, nihilominùs commissa mihi appellationis causa cum clausula *si quid exequendum* Domini mei sub congruo dubio in hodierna audientia consulti responderunt *mandatum A. C. non esse exequendum.*

Quamvis enim certa, & indubitata sit regula, 16
quod dans litteras Cambiales pro valuta habita statim efficitur debitor, non liberandus, nisi postquam ipsæ literæ fuerint omninò completæ, ut firmant *Mans. consult. 19. num. 4. cum seqq. & consult. 532. num. 13. Scacc. de Commerc. & camb. §. 2. gloss 5. num. 322. & seqq. Gait. de Credit. cap. 2. tit. 7. num. 2381. Merlin. de Pignorib. lib. 4. quæst. 130. num. 54. & seqq. Genua de scriptur. privat. tit. de Litter. Camb. quæst. 5. num. 2. & 3. Gob. consult. dec. 27. num. 1. Rota dec. 217. num. 1. & 2. coram Ludovis. ubi Adden. num. 9. & dec. 716. n. 1 part. 3. recent.*

Eademque regula procedat etiamsi sequuta fuerit ac- 17
ceptatio litterarum ab eo, cui directæ sunt, quia adhuc non inducitur liberatio scribentis, nisi sequuta solutione, & interim acceptans pro fidejussore habetur ad tradita per *Mans. consult. 19. num. 4. & 5. & consult. 126. num. 32. Episcop. Rocc. disput. Jur. cap. 93. num. 21. & seqq. De Marin. var. resolut. lib. 1. resolut. 80. num. 4. Scacc. de Commerc. & Camb. §. 2. glos. 5. num. 322. & seqq. Gait. de Credit. cap. 2. tit. 7. ex num. 2381. Altimar. de Nullitat. tom. 4. rub. 1. part. 2. quæst. 24. nu. 90. Carol. Anton. de Luc. ad dec. 313. Franch. num. 7. Gob. consult. dec. 27. ex num. 2. Rota Florentina apud de Comitibus dec. 41. num. 19. Rota nostra decis. 34. num. 1. cum seqq. cor. Celso, dec. 47. nu. 1. & seq. part. 10. recent. & in Romana, seu Neapolitana Litterarum Cambii 16. Martii 1703. §. Moti fuerunt, versic. & quidem, coram bon. mem. Omana.*

Indeque sequatur quod si post receptas Litteras Cam- 18
bii, illasque à debitore acceptatas, idem debitor ex inopinato casu decoxerit, hujusmodi decoctio non cedat damno creditoris Litterarum, aut Giratariorum, sed solo damno ipsius scribentis; ut prosequitur *Mans. consult. 19. num. 6. & seqq. & consult. 126. num. 33. & seqq. Altimar. de Nullitat. dict. tom. 4. rub. 1. par. 2. quæst.*

quæst. 24. nu. 61. Merlin. de Pignorib. libr. 4. qu. 147.
num. 61. Gob. consult. decis. 27. num. 2. & 4. Constan-
tin. ad Statut. Urb. annot. 26. n. 150. & seqq. & num.
164. Rota Florentina apud de Comitib. dict. decis. 41.
num. 17. Rot. nostra decis. 486. num. 3. coram Burat.
& decis. 123. num. 3. & 4. part. 16. recent.
19 Ea præsertim juridica, & fundamentali adstipulante
ratione, quia hujusmodi literæ giratæ, aliæque similes
Schedulæ, quæ à Mercatoribus recipiuntur, numquam
censentur datæ, ac respectivè receptæ pro soluto, sed
pro solvendo, in modum, ut si debitor tractam non
adimpleat, semper competat regressus adversus trahentem,
seù scribentem, ut benè probat Episcop. Rocc. disput.
Jur. capit. 93. numer. 21. Merlin. de Pignorib. libr. 4.
quæst. 147. num. 58. Constantin. ad statut. Urb. annot.
26. à num. 163. & num. 166. Rot. Florentin. apud de
Comitib. decis. 41. num. 18. Fontanell. decis. 124. nu-
mer. 7. in fine;
Hujusmodi tamen theoricæ in suis casibus cæteroquin
veræ; neutiquam visæ sunt applicabiles præsenti hypo-
20 thesi; Quia cum præfati Gibs, & Potet, illorumque
Giratarii sequendo fidem Alphonsi del Canto, & Ocam-
po, cui litteræ directæ fuerant, non obstante illarum
inadimplemento per septennium acquieverint, & mo-
rositatem, seù reluctantiam debitoris non denunciave-
rint trahenti, ob hujusmodi supinam, & dolo æquipa-
rabilem negligentiam, nullam amplius dirigere possunt
actionem contra ipsum trahentem, ad quem effectum
onus est creditoris ostendere, debitas fuisse adhibitas di-
ligentias pro consequenda litterarum exactione, eisdem-
que diligentiis omissis etiamsi litteræ datæ sint pro sol-
vendo, adhuc non competit regressus adversus scriben-
tem, ut egregiè admonent Mans. consult. 127. numer.
17. 18. & seqq. Scacc. de Camb. §. 2. gloss. 5. numer.
254. & seqq. Tondut. resol. civil. quæst. 90. numer. 10.
Altimar. de Nullitat. tom. 4. rubric. 1. §. 2. quæst. 24.
sub num. 91. versic. benè verum Carol. Anton. de Luc.
ad decis. 303. Franch. numer. 7. Constantin. ad statut.
Urb. annot. 26. num. 162. Gob. consult. decis. 27. num.
9. Rota Florentin. apud de Comitib. decis. 41. num. 24.
cum seqq. Fontanell. decis. 124. num. 9. & seqq. & nu-
mer. 18. Panimol. decis. 18. num. 18. bo. me. Ansald.
in addit. ad decis. 68. num. 53. Periculum enim nomi-
21 nis debitoris cedit in damnum morosi, & culpam ha-
bentis, ut per literalem Text. in L. periculum 35. ff.
si certum petatur prosequitur Rota Florent. apud de Co-
mitib. dict. decis. 41. num. 27.
22 Neutiquam relevante, quod quando non constat de
requisitis veræ, & formalis delegationis, itaut litteræ
Cambii datæ, ac respectivè susceptæ sint pro solvendo,
non autem pro soluto, non remaneat liberatus scribens,
quamvis ex parte recipientis, vel Cessionarii aliqua in-
tercedat mora, & negligentia in exigendo ad tradita per
Episcop. Rocc. capit. 93. num. 22. Mans. consultat. 126.
num. 37. & consult. 532. num. 14. Carol. Ant. de Luc.
ad Gratian. cap. 64. num 7. Merlin. de Pignorib. lib.
4. tit. 5. quæst. 150. numer. 64. Gob. consult. decis. 27.
num. 7. Adden. ad Gregor. decis. 217. num. 9. in fin.
Card. de Luc. de Camb. disc. 26. sub numer. 2. versic.
eumque circa finem Constantin. ad statut. Urb. annot. 26.
artic. 3. num. 168. Rota decis. 49. num. 9. post Pacific.
de Salvian; & decis. 213. n. 5. & seqq. part. 16. rec.
23 Conclusio namque procedere posset quando ageretur
de brevi mora paucorum dierum, & de negligentia
quodammodo excusabili, in quibus terminis loquuntur
auctoritates superius adductæ, secus autem quando mo-
ra, & negligentia est nimis longa, & inexcusabilis,
itaut positivam culpam redoleat, prout in præsenti,
dum Giratarii non per aliquot dies, vel menses, sed
per septem annos continuos tolerarunt Alphonsum com-
plere debentem literas controversas nulla facta denun-
ciatione Josepho scribenti, super eo, quod debitor non
adimpleverat literas, in quibus circumstantiis, cum
mora, & negligentia fuerit admodum damnosa eidem
scribenti, qui certioratus opportunas adhibere potuis-
set diligentias pro indemnitate consequenda, nullo mo-
do dici valet excusabilis, ut ea non obstante competat
regressus adversus scribentem, quemadmodum distin-
guendo moram, & negligentiam brevem, & excusabi-
lem ab altera nimis longa, & culposa individualiter
firmant Gratian. disceptat. forens. capit. 64. numer. 23.
Carol. Ant. de Luc. ibidem num. 7. & ad decis. 303.

Franch. pariter num. 7. Scacc. de Commerc. & Camb.
§. 2. gloss. 5. numer. 325. De Marin. resol. Jur. lib. 1.
cap. 80. numer. 6. Mans. consultat. 126. numer. 38. &
39. Torr. var. Jur. quæst. tit. 11. quæst. 3. numer. 16.
Episcop. Rocc. disputat. Jur. capit. 93. sub numer. 14.
Constantin. ad Statut. Urb. annot. 26. artic. 3. numer.
158. Gob. consult. decis. 27. numer. 8. & 20. Altimar.
de Nullit. tom. 4. rubr. 1. part. 2. quæst. 24. num. 65.
& 67. Merlin. de Pignorib. libr. 4. tit. 5. quæst. 150.
num. 65. Cardin. de Luc. de Camb. disc. 26. numer. 6.
cum seqq. Fontanel. decis. 125. num. 17. " ibi " Sed
quid si magna, & grandis fuit mora, & negligen- "
tia præsentandi, vel per multum tempus creditor post "
præsentationem distulit exactionem, & supportavit "
debitorem non certiorando illum, qui litteras scripse- "
rat de recusatione ipsius debitoris? Existimo Judicis "
arbitrio hanc culpam, & negligentiam cedere debe- "
re, non damno scribentis, sed ejus, pro quo scripta "
fuerunt littera, &c. " & sub numer. 18. ubi declarat
auctoritates contrarias non loqui quando negligentia,
& mora esset longior, & exinde multum damnosa scri-
benti, qui certioratus fecisset suas diligentias, idem-
que admittit Rot. dec. 213. num. 5. cum seqq. part. 16.
rec. in objecto allegata.
Eoque robustius augebatur in casu, de quo res est,
vis, & efficacia longæ moræ, ac culposæ negligentiæ
Creditorum, attento quod Alphonsus debitor intra duos
subsequutos annos à data controversarum litterarum
Cambialium punctualiter complevit plures alias similes
litteras in totum ascendentes ad duplas 3000. ut proindè
manifestum reddatur, quod inadimplementum littera-
rum, quas dedit Josephus, non aliundè processit,
quam ex culposa negligentia Creditorum, qui utique
satisfactionem reportassent prout cæteri reportarunt,
quatenùs non fuissent negligentes, & socordes; Qui
enim exigere potuit, & non exegit ab eo, qui sum- 24
mas multo majores persolvit, excusari nequit à culpo-
sa negligentia, ut inquit Ulpian. in l. dolus 44. ff. Man-
dati " ibi " dolus est, si quis nolit persequi, quod per-
sequi potest, aut si quis non exegerit, quod exigere "
potest, &c. & consentaneè probant Becc. cons. 105. "
sub numer. 26. Ruin. cons. 45. sub num. 5. vers. nec ex
eo libr. 5. Cyriac. controv. 103. num. 44. & in puncto
Gob. consult. 27. num. 8.
Nec momenti videbatur, quod Josephus scribens in
supputatione computorum facta circa finem anni 1716.
cum Alphonso debitore ad Urbem pervento scientiam
habuerit de non sequuto usque tunc implemento Litte-
rarum Cambialium; Ultraquod enim etiamsi Josephus
sciverit literas eo tempore non fuisse completas, non
exindè tamen pulsare poterat eundem Alphonsum, il-
lumque urgere ad implementum, dum Giratarii retine-
bant in manibus easdem litteras; Adhuc omnis cessa-
bat difficultatis umbra, quia scientia non sequutæ so-
lutionis minimè involvit obligationem præstandi perpe-
tuam literarum solvibilitatem, cum retardatio solutio- 25
nis earumdem evenire potuerit ex conniventia eorum,
quibus exactio fuerat commissa, quæ quidem conni-
ventia creditorum nullum irrogare poterat præjudi-
cium scribenti ab omni culpa immuni, & bona fide
suffulto, ut ratiocinatur Card. de Luc. de Camb. disc.
26. num. 6.
Multoque minus obesse poterat, vel quod diligentiæ
non fuissent adhibendæ ex parte Creditorum, sed po-
tiùs fieri debuissent à scriptore litterarum ex eo, quod
ageretur de litteris Cambialibus, quæ fiunt per His- 26
paniam, in quibus ipsi scribenti incumbit onus do-
cendi de sequuta solutione juxta celebre votum Rota-
le Cardinalis Cordubæ, de quo apud Cardin. de Luc.
de Camb. disc. 21. in fin. vel saltem quod in præsenti
casu constet de diligentiis adhibitis ex protestibus eleva-
tis contra Alphonsum.
Votum namque Cardinalis Cordubæ locum sibi vin-
dicare potest quoad illud genus litterarum Cambia-
lium, quæ dantur in Urbe solvibiles Personæ certæ in
Hispaniarum Regnis commoranti, quia in eisdem lit-
teris per pactum expressum præscribitur terminus, ut
plurimum trium Mensium ad solutionem faciendam, & 27
aliorum duorum mensium ad docendum in Urbe de so-
lutione facta. In quibus circumstantiis cum scribens, qui
est certus de persona, cui fieri debet solutio, explicitum
suscipiat onus docendi de sequuta solutione, numquam
libera-

liberatur, nisi ostendat vel litteras fuisse completas, vel adhibitis diligentiis non fuisse adinventum in loco adjectum, seù correspondalem, cui solutio erat facienda, ut benè explicat *Card. de Luc. d. disc.* 21. *de Cambiis num.* 5. Secus tamen dicendum est quoad aliud, & diversum genus literarum Cambialium, quæ fiunt solvibiles „ *all' ordine S. P.* „ absque ulla expressa obligatione scribentis docendi de sequuta solutione intra certum tempus præfixum, quo casu cum scribens, seu litterarum dator non sit certus de persona, cui facienda est solutio; nec assumat ônus docendi de earumdem litterarum adimplemento, non ipse, sed Giratarii tenentur ad debitas diligentias, sine quibus nunquam competit regressus adversus scribentem, etiamsi litteræ datæ, & receptæ fuerint pro solvendo, juxta auctoritates superius cumulatas in §. *Hujusmodi tamen*, & juxta inconcussum Mercatorum stylum, de quo deponebant publici Negociatores Urbis, ut *in summ.*
28 *Josephi num.* 9. quorum judicium in hac materia ipsorum stylum concernente Sac. Tribunal sequi non dedignatur, ut alias professum est, & signanter *decis.* 173. *num.* 3. *coram Priolo*, *decis.* 419. *num.* 6. *coram Buratto dec.* 126. *num.* 1. *coram Gregor. decis.* 636. *nu.* 18. *coram Merlin. decis.* 154. *num.* 13. *part.* 7. *decis.* 123. *num.* 3. *part.* 13. *decis.* 80. *num.* 4. *part.* 18. *rec. decis.* 18. *num.* 12. *& decis.* 19. *num.* 2. *inter impressas ad ornatum Card. de Luc. lib.* 5. *super materia de usuris, & Cambiis.*

Suppositæ vero diligentiæ consistentes in duobus protestibus, quorum primus factus apparebat die 30. Aprilis 1716. alter verò nimis serotinè, videlicet die prima Martii 1721. nullius apparuerunt relevantiæ. Quidquid enim sit an primus protestus adimpletus fuerit in forma valida, dum Notarius nullis testibus adhibitis, solum deponit dixisse homini cuidam sibi obviam facto in domo Alphonsi, ut eum à Villa absentem conscium redderet se illuc accessisse pro petenda satisfactione litterarum; Hoc unum erat certum, quod tam primus, quam secundus protestus fuerunt in manica retenti, nulla facta eorum denunciatione Josepho scribenti usque ad tempus inchoati judicii; Quando ad
29 effectum verificandi debitas diligentias Giratarii post præsentatas litteras si non potuerunt illas exigere intra terminum usus, qui pro Hispaniarum Regnis complectebatur tres menses ab illarum data, debuissent statim certiorare vel scribentem, vel Originarium Creditorem, vel priores Giratarios, & litteras protestatas eisdem remittere, ut benè animadvertunt *Mans. consult.* 127. *numer.* 5. 6. & 7. *Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. cap.* 64. *n.* 7. *in fin. & ad decis.* 303. *Franch.* pariter *num.* 7. *in fin. Merlin. de Pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 150. *num.* 66. *Scacc. de Commer. & Camb.* §. 2. *glos.* 5. *numer.* 246. *vers. primo* „ ibi „ *Primo si ego do* „ *tibi Scutos centum cambio, & tu facis litteras Cambii solvendas mihi à Petro, & Petrus interim fallit &c. Ego potero te cogere ad solvendum mihi dictos Scutos centum, dummodo statim tibi scripserim cum protestatione, quod non potui illos a Petro exigere* „ *& num.* 326. *Adden. ad Gregor. decis.* 217. *num.* 9. *in fin. & ad Pamphil. decis.* 468. *num.* 9. *Rota decis.* 213. *num.* 8. *& sub num.* 10. *versic. sed & Dominis. part.* 16. *recent.*

Et de facto si post præsentationem litterarum, & sequutum primum protestum adversus Alphonsum, Giratarii certiorem fecissent Josephum scribentem de inadimplemento earumdem, illasque remisissent cum protestatione, potuisset utique scribens propriæ consulere indemnitati, urgendo debitorem, priusquam deterioris conditionis evaderet pro satisfactione obtinenda, & probabiliter satisfactus remansisset stante adimplemento aliarum litterarum majoris summæ, quas intra spatium duorum annorum subsequentium idem debitor persolvit.
30 Atque hinc nullatenus attendenda foret exceptio, quatenus opponeretur, quod prædictæ diligentiæ non fuissent profuturæ ob jam præexistentem deteriorationem status ejusdem debitoris, quia si ipse cum effectu ex post adimplevit alias litteras Cambiales, vanum est prætendere, quod adimplere non potuisset illas, de quibus est quæstio, ut in præcisis terminis advertit *Gob consult. decis.* 27. *num.* 8. Quando præsertim ex pluribus testibus formiter examinatis constat, quod Al-
31 phonsus tunc temporis, & per duos subsequentes annos existebat in bono statu, & optima opinione apud homines, ac palam negociabatur, quod satis est ad excludendam præcedentem deteriorationem conditionis ejusdem, ut in proposito firmavit *Rota in Romana Litterarum Cambii* 17. *Junii* 1720. §. *Absque eo quòd. coram R. P. D. meo de Gamaches.*

Et ità unica tantum Parte Jura sua promovente, altera vero sæpiùs lacessita, congruo tempore expectata, sub diversis prætextibus dilationem petente, resolutum fuit.

ARGUMENTUM.

Immunitas debita Patri ob numerum duodecim liberorum à quibus oneribus eum liberet. Illo mortuo an duret in filiis, & an extendi valeat ad bona, quæ post patris obitum filii acquisiverunt, ad exornationem celebris *Tex. in L. si quis Decurio* 24. *Cod. de Decurion. libr.* 10.

Consuetudo cujuslibet Regionis, & Principatus principaliter attendenda in regulanda hujusmodi Immunitate, quænam temporibus Florentinæ Reipublicæ viguerit, quænam temporibus Principatus, ubi de limitatione invariabiliter observata restringendi gratias ad sola bona paterna supplicantibus filiis post mortem Patris. Plura adducuntur de rescriptis juxta solitum Principis rescribentis intelligendis.

Observantia Immunium declarat Immunitatis concessionem, & per quod tempus continuantes in solutione onerum proprio juri præjudicent. Indebitum in materia gravedinum & collectarum quando sit per repetentem plenè, & concludenter probandum, quando non.

SUMMARIUM.

1 *Cælibatus & orbitas olim non erat sine pœna.*
2 *Conjugia quibus præmiis fuerint postea procurata.*
3 *Pater habens duodecim liberos immunis est ab oneribus tam personalibus, quam patrimonialibus.*
4 *Et ita post plenam discussionem decisum in Senatu Mantuano.*
5 *Mater gaudet eadem immunitate pro suis bonis non dotalibus, & quæ uti propria, & patrimonialia possidet, & de ratione.*
6 *Amplia ut hoc privilegium commune sit etiam ipsis Infidelibus.*
7 *Quid in Clericis & Presbyteris Græcis, & eorum filiis, & uxoribus remissivè.*
8 *Privilegium hoc mortuo patre an transeat ad filios est quæstio involuta.*
9 *Opinio affirmativa affertur, & argumenta eam defendentium.*
10 *Negativam qui tueantur, & quibus fundamentis.*
11 *Prima procedit si supervivat mater, & cum ea habitent filii.*
12 *Secunda ubi mater mortua sit.*
13 *Amplia ut solum sufficiat filios in communione vivere.*
14 *Contra quod communio sit circumstantia apta ad movendum Principem ad gratiam.*
15 *Et opinio negativa probatur verior in puncto juris num. seqq.*
Et in hac Civitate recepta num. 23.
16 *Fœminæ ad hanc immunitatem assequendam opitulantur.*
17 *Filii antea mortui non excusant à tutela, vel munere de novo deferendo.*
18 *Utilitas Reipublicæ resultans ex procreatione liberorum non est sola ratio privilegii.*
19 *Filii emancipati, & qui in potestate non sunt prosunt ad excusandum parentem.*
20 *Et qua de causa hoc contingat.*

21 *Qua*

31 *Quæ sint veræ rationes hujus immunitatis, & an ea durent in filiis.*
22 *Filii succedunt in oneribus Patris ubi ipse fuit immunis,*
23 *In sententiarum conflictu ea tenenda, quæ in Provincia viguerit,*
24 *Privilegium immunitatis in sententia volentium transire ad filios an extendatur ad bona patre mortuo per eosdem acquisita.*
25 *Sententia affirmans adducitur, & rejicitur & numer, seqq.*
Declarantur contrarium tenentes num. 30.
26 *Explicatur* Text. in cap. quia circa, de privilegiis *quod huic casui non applicatur,*
27 *Pater mortuis filiis non amittit immunitatem acquisitam, sed non est immunis quoad imposita post eorum obitum.*
28 *Filii in hac immunitate nequeunt esse melioris conditionis genitore suo.*
29 *Multiplicatio exemptionum est contra æquitatem, cum in non immunes onera redundent.*
30 *Mediolani adest Statutum continuans paternam ipsam immunitatem in filiis.*
31 *Nova constitutione ejusdem Civitatis immunitatem tam Patri, quam filiis denegant in bonis postea quæsitis.*
32 *Onera patrimonialia alia sunt variabilia, & incerta, alia perpetua, & uniformia,*
33 *Et hujus secundæ speciei est nostra Decima, pro qua remanent affecta ipsa bona,*
34 *Pater duodecim liberorum non excusatur ab his perpetuis oneribus.*
35 *Et ita in Statu Ecclesiastico constitutum est.*
36 *Contrarium sentientes afferuntur, & de eorum rationibus num. seqq.*
Et in hoc felicissimo Dominio gratiosa consuetudine immunitas à Decimis concedi solet numer. 38.
Prima tamen opinio magis urget in bonis post privilegium acquisitis num. 39. & 43.
37 *Immunitatis hujusmodi privilegio requiritur expressa derogatio.*
39 *Bona transeunt in Clericos, & Ecclesiam cum onere illis impresso.*
40 *Quamvis de Jure divino, & humano immunitate gaudeant.*
42 *Consuetudo non solum vera legis interpres, sed lex ipsa est.*
43 *Et ad eam recurri debet in hac materia immunitatis duodecim liberorum.*
44 *Franciscus Vinta fuit Officialis major Reformationum.*
45 *Republica temporibus minus frequenter ipsis Patribus fuit hæc immunitas elargita, & de ratione num. 8. & seqq.*
46 *Florentia tamen obtentam se Consultore commemorat Angelus Aretinus.*
47 *Qui legum facultatis insignia accepit nondum incepto Principatu.*
48 *Privilegium Immunitatis ob numerum duodecim liberorum tolli nequit nisi publica gravi urgente necessitate, & de ratione.*
49 *Decima imposita fuit ad solvendum debitum per universos cives jam contractum cum Montistis Montis Graticularum.*
50 *Patres non excusantur à debito, & obligatione præcedenter contracta per superveniens Privilegium.*
51 *Quæ fuerit prima gratia facta filiis supplicantibus pro confirmatione exemptionis paternæ, & qualis ejus formula.*
52 *Immunitas hæc fuit habita pro personali, & filiis de rigore non competente, & num. seqq.*
53 *Afferuntur nonnulla exempla denegatæ confirmationis.*
54 *Confirmatio modo fuit denegata, modo concessa.*
55 *Licet hodie invariabiliter annuere soleat Regia munificentia.*
56 *Opinio volens de juris vigore immunitatem mortuo Patre transire ad filios non fuit in hac Civitate recepta.*
57 *Princeps non ignorat quæ sunt juris, nec in eis decipitur.*
58 *Et quæ competunt ex justitia omnibus æqualiter ministrat.*
59 *Et semper Principes de jure rescribere credimus.*
60 *Gratiæ confirmationum immunitatis paternæ, factæ filiis semper limitatæ fuerunt ad bona paterna.*
61 *Privilegia intelligenda, æstimanda; & declaranda sunt ex usu, & consuetudine.*
62 *Afferuntur plura rescripta generalia non sine dicta limitatione intellecta, & exequuta.*
63 *Observantia probanda est in casu specifico.*
64 *Limitationis hujus probatur auctor Princeps rescriptis suis.*
65 *Et limitationem voluisse probatur in casu præsenti. Princeps ubi sententiam dicit, silet omnis controversia ibidem.*
66 *Consuetudo Principi nota, & qua ipse usus est, legem ipsam superat.*
67 *Magistratus Supremus apponens hanc restrictionem in exequutione gratiarum fidelis exequutor ostenditur.*
68 *Restrictio ad bona paterna evaserat connaturalis, & implicita hujusmodi gratiis usque de Anno 1632.*
69 *Privilegium, quantumvis amplum non referendum ad ea, quæ non soleat concedi.*
70 *Et posita inveterata consuetudine particularis expressio requiritur ad ejus derogationem.*
71 *Referuntur sententiæ ad relationem Assessorum Decimarum firmantes pro bonis à filiis post mortem Patris acquisitis immunitatem competere.*
72 *Rejiciuntur tanquam procedentes cum falso, & erroneo supposito.*
73 *Affertur testimonium Auditoris Reformationum Alexandri Victorii asserentis de Anno 1645. nunquam gratias fuisse ad bona propria filiorum extensas.*
74 *Sententiæ non examinantes principale fundamentum, vel procedentes cum falso supposito non sunt attendendæ.*
75 *Rescripta considerantur in triplici diverso statu, & qualis ille sit.*
76 *Patres immunes ob duodecim liberos susceptos substentantes aliquod onus sicut cæteri cives, ostendunt quoad illud immunitatem non suffragare.*
77 *Agens ad repetitionem Datii, Gabellæ, collectæ, indebitum plene, & concludenter probare debet.*
78 *Intellige si agatur de solutione voluntaria, & spontanea, non de necessaria, & coacta.*
79 *Coacta dicitur, quæ fit rigorosis Publicanis, & duris Exactoribus.*
80 *Secus si absque ulla protestatione facillima sub justissimo Principe pacifice continuata fuerit per multos Annos.*
81 *Gratia licet generalis trahenda non est ultra solitum quoties contrarium specifice non exprimatur.*
82 *Pater immunis continuans in substentatione onerum per triginta, vel quadraginta annos sibi præjudicat in futurum.*
83 *Novitates sunt semper fugiendæ, uti Reipublicæ præjudiciales.*
84 *Usus primo, & ante omnia spectandus est in materia Gravedinum, & Collectarum.*

Florentina Pratensa Exemptionis.

DISCURSUS CXCI.

DOminus Eques Nicolaus Ridolfi duodecim liberorum parens de Republica meritus ob tot virorum adjectionem publica obtinuit præmia solita immunitate donatus à Serenissimo Ferdinando II. Patreque defuncto pro confirmatione supplicantibus filiis annuit idem clementissimus Princeps rescribendo „ *Concedesi durante la comunione di detti maschi* „ in cujus gratiæ exequutionem postquam per plurimos annos persolvissent decimam bonorum, quæ ultra paterna ipsimet acquisiverant, quasi erronee factum, & privilegium foret indefinitum, & illimitatum, iterum adivere ipsum Principem concedentem, petentes immunes declarari in totum, & in parte facti sunt voti compotes per rescriptum „ *Concedesi durante la comunione, e* „ *che in essa siano ancora i beni propri del Senatore* „

Gio:

„ *Gio: Francesco, e Fratelli, non ostante; e quanto al-* „ *la restituzione del pagate agli Ordini.* „

Sed neque hac sorte contenti eorum hæredes, tertia obtenta gratia deducendi in Judicium prætensam Decimarum solutarum restitutionem, frustra in Tribunali Justitiæ contenderunt super eo, quod deheganum fuerat in Clementiæ foro absoluto Decimarum Officio, prout concordi voto absolvendum retulimus, sequentes in hoc Jus non scriptum, & consuetudinarium hujus inclyti Dominii, ipsamque Partium observantiam; sed ne videamur à primo fonte alieni, & illotis manibus materiam aggredi, aliqua etiam de Jure scripto, & communi placuit attingere.

Quod ergo spectat ad Jus Commune tanto prolis desiderio Reipublicæ amplificandæ causa flagrarunt Legumlatores, ut cælibatus, imò & orbitas ipsa suas olim habuerit pœnas *tot. Titul. Cod. de infirmand. pæn.* 1 *cælibat. & orbitat. & Decimar. sublat.* quo Jure abrogato præmiis procurata fuere conjugia ad mortalitatem nostram perpetua Stirpis successione compensan- 2 dam privilegiis, vacationibus, immunitatibus datis, de quibus late *Petr. Gregor. Tholosan. in Sintagm. lib. 9. cap. 6. per tot. Matth. Sanz. de Regimin. Regn. Valent. cap. 4. §. 6. num. 30. ad finem Aget. de Ærar. tom. 2. §. 7. de Immunit. quæst. 1. ex num. 5. & seqq.* inter quæ potissimum illud *l. si quis Decurio 24. Cod. de Decurion. lib. 10.* „ *Si quis decurio Pater sit duodecim li-* „ *berorum honoratissima munerum quiete donetur* „ quod numerus duodecim liberorum genitorem reddat exemptum, sive ille Decurio sit, sive non, sive de perso- 3 nalibus, sive de patrimonialibus oneribus agatur. *Florez Diaz de Mena quæst. 28. num. 255. Nevar. quæst. Forens. quæst. 75. nu. 3. Rubin. apud Mans. consult. 494. num. 18. Capon. discept. forens. cap. 398. nu. 1. & seqq. Andreol. controv. 283. num. 1. 2. & 12. Conciol. allegat. 58. num. 1. & seqq. Tondut. quæst. Civil. part. 1. cap. 26. num. 1. & seqq. Pasch. de Patr. potest. part. 4. cap. 4. num. 9. & seqq. ubi Pratus in add. Balmased. de Collect. quæst. 48. num. 5. & seqq. Danz. de Pugn. Doctor. tom. 2. titul. de Patre onusto 12. Filiis cap. 1. in princip. & num 10. & 11. Rubeus de Validit. legal. cap. 63. num. 66. & seqq. Butinon. apud Calvin. de Æquitat. lib. 2. cap. 128. num. 192. & seqq. & 199. Capiblanc. de Offic. Baron. lib. 2. cap. 42. n. 5. Mauson. de Caus. Exequut. ampliat. 29. num. 131. & seqq. Klock. de contribut. cap. 13. sect. 3. num. 82. & seqq. Gall. de Fructib. disp. 5. artic. 4. nu. 111. §. nono. Pater Zacch. de Salar. quæst. 6. numer. 1. & seqq. Barbat. de divis. fruct. part. 1. cap. 8. num. 63. Cobell. ad Bull. bon. regimin. cap. 50. nu. 67. & seqq. Chassan. ad Consuetud. Burgund. rubric. 1. §. 4. num. 56. & seqq. Aget. de Ærar. tom. 2. §. 7. de Immunitat. quæst. 1. num. 17. 18. 19. & seqq. Alsimar. de Nullit. tom. 8. rubr. 2. & 3. quæst. 1. sub numer. 50. §. Sic infans*, ubi innumeri, *Mart. in digest. Novissim. decis. tom. 4. tit. Immunitas, cap. 7. Gannav. dec. 41. num. 1. ad num. 18. Thesaur. decis. 267. num. 4. Sanfelic. decis. 391. num. 6. & seqq. & ibi in addit. nu. 1. & seqq. Reverter. dec. 113. in princip. de Luc. ad Franch. decis. 259. num. 1. & 2.* & magno certamine disceptatum legitur in una *Casalen. apud Gob. tom. 2.* ubi post ejus relationem factam Serenissimo Duci *consult. 68.* in qua *ex num. 7. & seqq.* 4 contendit, numerum filiorum Patrem non eximere ab ordinariis, & patrimonialibus, concessa Baroni Crove immunitate etiam quoad ordinaria, disputataque Privilegii justitia fuit primo resolutum pro modificatione, dissentiente Ardizono, cujus relatio ibidem habetur *num. 1. & seqq.* ejusque opinio postea fuit confirmata scribentibus Antonio Viario, qui privilegium patrimonialia non comprehendere probare satagit *ex nu. 10. & seqq.* Jacobo Barberio, qui plenam dispensationem tutatur *num. 6. & num. 28. & seqq.* & ita decisum refert *sub num. 5. §. His tamen non obstantibus.*

Eamdemque ob causam videtur, quod immunitatem condignè mereatur mater pro suis bonis non dotalibus, & quæ ipsa uti propria, & patrimonialia possidet, itaut liberi duabus personis eodem tempore prodesse possint, cum natura utrumque corpus ediderit, ut maneat suis vicibus immortale, & alterum alterius auxilio egeat, & uno semoto, & alterum corrumpatur, 5 quemadmodum ait *Justinianus in l. Lege duodecim 14. Cod. de legitim. heredib.* nec minus liberorum educationi genitrix obnoxia sit, à qua totius humanæ vitæ benè instituendæ pendent momenta, quare sicuti mulier quinque liberos habens exemplo maris excusatur à muneribus personalibus sibi pro sua conditione imponendis ad litteram *Text. in L. penultima. Cod. de his, qui num. liber. lib. 10.* ita pariter à patrimonialibus excusanda sit duodecim filiis procreatis *Andreol. controv. 283. num. 10. Capon. dict. discept. 398. num. 5. Mans. consult. 496. num. 9. Contiol. ad Statut. Eugub. lib. 1. rubr. 63. n. 9. Mart. de Successión. legal. part. 3. quæst. 1. artic. 4. nu. 12.* qui ita testatur judicatum in Prætorio Neapolis, se referens ad ejus *Digest. Novissim. dict. tom. 4. tit. Immunitas cap. 10. Danz. de Pugn. Doctor. dict. cap. 1. §. Sed an in matre, Klock. de Ærar. dict. cap. 13. sect. 3. ex numer. 101. & seqq. Balmased. de Collect. quæst. 48. nu. 8.* ubi plures *Aget. de Ærar. tom. 2. §. 7. de Immunit. quæst. 1. num. 35. & quæst. 8. per tot. Cobel. ad Bull. bon. Regimin. cap. 50. n. 106. & seqq. Gall. de Fruct. disput. 5. artic. 4. num. 113. Thesaur. Jun. in addit. ad decis. 267. lit. E. Ricc. collect. 1707. Joannes Andrea Niger in sua plena alleg. apud Franch. post decis. 259. per tot. Idem Senat. Neapolit. apud Franch. dict. decis. 259. ex num. 1. ad 13. & ibi De Luc. sub numer. 2. versic. eadem Immunitas, Sanfelic. decis. 391. numer. 23. & in addit. §. Gaudet etiam mater.*

Quin ab hujus privilegii communione nec ipsi Ju- 6 dæi, quamvis infideles arceantur, cum illud causam habeat in natura positam, & in humanis actibus nulla sit implicantia, illos nobiscum participare, prout in Regia Camera Augustæ Taurinorum decisum refert *Sess. de Judæis cap. 36. sub num. 20.* & Serenissimo Duci Mutinæ retulit Præses *Gobius*, cujus relatio habetur *consult. 67. per tot. tom. 2.* de Clericis vero, & 7 Presbyteris Græcis, eorum filiis, & uxoribus tractat *Aget de Ærar. tom. 2. §. 7. de Immunit. quæst. 10. ex num. 9.*

Quæstio, quæ gravis emergit, & hypothesi accommo- 8 data, ea est, an patre defuncto privilegium transeat ad filios; nonnulli enim putarunt durare animadvertentes, immunitatem hanc potiùs beneficium dici, quam privilegium, utpotè quod non contra Juris communis tenorem specialiter concedatur, sed secundum legem ipsam correspectivitate quadam Patrem remunerantem ob tot liberos Reipublicæ procreatos, quæ prima ratio publici favoris in ipsis liberis viget, atque in eorum etiam pœna, sicuti pater magis cruciatur, 9 & affligitur *DD. in L. quisquis Cod. ad l. Juliam Majestat.* ita in eorum quoque fruitione magis solatur post mortem permansuro beneficio, quod cæteroquin favorabile alias nimis contraheretur, cum regulariter duodecim liberorum Genitores ad hunc statum perveniant senescentes, & quasi emenso brevis vitæ nostræ curriculo, ita post *Menoch. cons. 486.* aliorum Antesignanus ratiocinatur *Surd. decis. 123. per tot.* cum qua Mantuani Senatus decisione transeunt *Rub. de Valid. legal. cap. 63. num. 103. Zacch. de Salar. quæst. 6. nu. 2. Klock. de Contribut. cap. 13. nu. 96. & seqq. Cobell. ad Bull. bon. Regimin. cap. 50. ex num. 85. & plurib. seqq. Mart. in Digest. Novissim. decis. dict. tom. 4. tit. Immunitas cap. 8.*

Contra alii sensere patre mortuo immunitatem extingui; & quidem si Textus expendamus, licet in *l. si quis Decurio* nullam disponendi rationem afferat Imperator, indicatur tamen in alia *l. semper §. Demonstratur ff. de Jur. Immunit.* ubi loquendo de patre sexdecim liberorum per Ælium Pertinacem referente Callistrato sancitum est „ *non est irrationabile, ut concedamus filiorum educationi remitti tibi onera* „ prorsus ut Pater tam oneroso filiorum numero perterritus, ita recreetur, & alliciatur ad multorum, & magnæ familiæ educationem, atque substentationem, quæ ratio cessat in filiis, nam multi multis se possunt ar- 10 tibus immiscere, & absque gravi incommodo sibi victum quærere, nec ipsi dici possunt supra Cives alios de Republica meriti, ad differentiam Patris, qui instrumentum fuit, per quod ea augeretur, & immunitas data personæ cum persona extinguitur *l. 1. l. semper §. Immunis ff. de Jur. Immunit.* ultra proprios limites non protrahenda, ne Respublica debitis subsidiis fraudetur, vel alii pauperiores magis onerati remaneant, atque ita ob difficultatem quæstionis pleno

reso-

referente Senatu Pedemontano nemine discrepante visa, & examinata *Surdi decisione* resolutum fuit, uti refert *Thesaur. filius in addit. ad suum Genit. ad dec. 267. litt. F. & quæst. 90. numer. 7. lib. 1.* Surdumque reprobat ejus Additionator *Hodiern. dict. decis. 123. num. 1. & seqq.* & pro hac opinione numerari possunt *Cost. Sicul. cons. 80. num. 42. in fin.* ubi quod ita observat *Trib. Reg. Patr. Andreol. controv. 382. num. 9. Manson. de Caus. Exequutiv. ampliat. 30. numer. 77. versic. cui opinioni. Caravell. noviter edit. ad Constitut. Mediolan. ad lib. 4. tit. de Jur. & Immunit. 12. liberorum num. 26. pag. 947. Festas. de Collect. part. 4. tit. de Immunitat. Nobil. nu. 74. inter tractat. Magn. tom. 12. cap. 3. fol. mihi 187. Boss. in prax. tit. de Princip. num. 155.*

11 In hoc tam acri dissidio quidam exceperunt casum verè notatu dignum, quod supervivat mater, & una simul cum ea habitent filii *Capon. controv. 398. num. 3. in princip. Novar. quæst. forens. 75. sub numer. 5. §. Ita quod in fine. Romaguer. ad Conciol. ad Statut. Eugubin. lib. primo rubr. 63. num. 18. Manson. de Caus. Executiv. ampl. 29. nu. 136. Paschal. de Patr. Potest. part. 4. cap. 4. sub num. 21.* ubi ita Neapoli decretum per Regiam Cameram, & alia plura judicata congerens *Dana. de Pugna Doctor. dict. tom. 2. tit. de Patre onust. 12. Filiis cap. 2. num. 4. Aget. de ærar. tom. 2. §. 7. de Immunit. quæst. 8. num. 4. Hodiern. ad Surd. decis.*
12 *123. num. 4.* eaque defuncta admiserunt secundam opinionem procedere, & immunitatem expirare *Altimar. de Nullitat. dict. quæst. 1. sub numer. 50. §. Conceditur quoque, Aget. de ærario d. tom. 2. §. 7. de Immunit. q. 2. n. 8. & quæst. 8. numer. 8. Romaguer. ad Conciol. ad Stat. Eugubin. dicti. rubr. 63. numer. 18. in fine, De Marin. ad Reverter. observ. ad decis. 113. num. 5.* ubi quod non semel per Regiam Cameram ita judicatum, prout probant *Arrest. 54. 289. & 718. apud De Marin. tom. 2.*

Quod diversis non placuit, & postea protractum est, ut sola sufficiat communio, qua durante inter filios familia patris per repræsentationem dicatur conti-
13 nuare, & adhuc quasi durare prima gravamina, cum unus alterius onera, & omnes omnia numerosæ familiæ ferre debeant *Mans. consult. 496. num. 10. Calvin. de Æquitat. lib. 2. cap. 128. num. 78. & 79. Buttinon. apud eum num. 198. Gall. de Fructib. disput. 5. artic. 4. num. 114. Capiblanc. de Offic. Baron. pragm. 10. num. 38. lib. 1. Conciol. ad Statut. Eugubin. lib. 1. rubr. 63. num. 5. Altimar. de Nullitat. dict quæst. prim. sub num. 50. versic. conciliatio est.* ubi plures *Sanfelic. dict. dec. 391. num. 15.*

Verum quidquid sit de hac communionis circum-
14 stantia considerando rem pro ea æquitate, quæ tum materiam, tum Principem decet, quasi in unum conservata familiæ reliquiæ supersint, & imago quædam paterni regiminis, alias posita divisione omninò supervacaneum videtur disputare de oneribus, quæ propter patrimonium imponuntur, ut exclamat *Thesaur. Jun. in sæpe citat. addit. ad dec. 267. litt. F. in princip.* Examinando controversiam in puncto Juris, & requirendo genuinam causam hujus privilegii ad effectum digno-
15 scendi an verificetur in filiis; quod ea sit educationis, & ad reparandum gravamen Patri ex tot natorum numero resultans facit ratio, quod feminæ opitulentur, quæ nec belli nec pacis munia subire possunt, uti alia
16 congerens argumenta observat *Rubin. apud Mans. consultat. 394. num. 19. & seqq.* ac comprobare videtur alter elegans *Text. in l. excusantur 2. §. Remittit ff. de excusat. Tutor.* „ ibi *qui enim antea decesserunt, his non connumerantur.* „
17 Unde posito quod filii antea mortui patri excusationem non præstent à tutela, vel munere de novo deferendo, ita infert *Paez. de excusan. Parent. inter Tract. Magn. tom. 12. fol. mihi 200. sub n. 36. §. Tertia conclusio* „ ibi *qua ratione constat, privilegium istud non* „ *fuisse solum Patri quæsitum eo quod ipse fuerit utilis* „ *Republicæ ex tot liberorum procreatione, quo argu-* „ *mento, & aliis æque frivolis decepti fuerunt citati* „ *per Addition. Alciat. & Cassa. & alii omnes, qui*
18 „ *generaliter affirmarunt durare indistinctè privilegium* „ *istud Patri mortuis filiis, eorum namque communis* „ *error manifestè deprehenditur ex prædictis* „ Sed quoniam etiam filii emancipati, & qui in potestate non sunt, prosunt ad excusandum Parentem *princip. Titul.*
Instit. de Excusat. Tutor. „ ibi „ *plerumque tamen pro-* 19
pter liberos, sive in potestate sint, sive emancipati „ *l. 2. §. incolumes ff. de Excus. Muner. Balmased. de Collect. quæst. 48 num. 24. Calvin. de Æquitat. lib. 2. cap. 128. num. 157. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. pr. rubr. 63. num. 3. Altimar. de Nullit. dict. quæst. 1. sub num. 50. §. Juvant etiam. Cabell. ad Bull. bon. Regimin. cap. 50. sub num. 70. §. Amplia tertio, Aget. de Ærar. tom. 2. dict. §. 7. de Immunitat. quæst. 3. nu. 4.* quod alia de causa contingere non potest, quam ob tot
filios Reipublicæ datos, quemadmodum appositè notat 20
super dicto Textu *Gaspar Manz. nu. 12. in fin. Harprect. num. 6* Ideoque admittendo ad constituendum privilegium utriusque causæ concursum, educationis
scilicet, & publici favoris, certum est primam in fi- 21
liis cessare, aliam vero Patrem directè respicere, & ad eum ordinari, per quem publica utilitas provenit; liberis autem particulariter tantum abest, ut Jura intellexerint prospicere, quod ubi primum pater evadit
immunis, ipsi in ejus oneribus succedunt juxta Tex- 22
tum expressum in *L. eos 6. Cod. de iis, qui numero liberor. lib. 10.* „ ibi „ *itant si in hoc numero ætatis le-* “ *gitimæ filius inveniatur, obeundis statim pro suo pa-* “ *tre muneribus applicetur; patribus, qui filios, vel* “ *filias quinque habuerint, promissa legibus immunitate* “ *servanda.* „

Et hæc forte videtur opinio in hac inclyta Civitate recepta, cum supplicantibus Filiis pro confirmatione passim in informationibus fuerit Privilegii persona-
litas Principi contestata, & ipse pro libito variaverit, 23
modo gratiam concedendo; modo denegando, prout infra in secundo articulo latè dicemus, & in sententiarum conflictu ea tenenda, quæ in ea provincia viguerit, & quam majores tutati sunt, sequendo exemplum Jurisconsulti in *l. Filius 14.* „ ibi „ *Sic enim* “ *inveni Senatum censuisse* „ *ff. ad l. Corn. de fals. Gob. consult. 126. num. 5. & 6. tom. 1. Barber. apud eum post consult. 68. num. 37. tom. 2. Buttinon. apud Calvin. de æquit. libr. 2. cap. 128. num. 262. Rota inter novissimè impress. coram Eminent. Falconer. tom. 3. tit. 19. de Jurepatronat. & Cappell. dec. 41. n. 5.*

At procedendo cum iis, qui voluerunt filiis in communione viventibus immunitatem competere, adhuc DD. Fratribus de Ridolfis hoc non sufficeret ad intentum, & uno obstaculo superato aliud æquè grava
non deficeret, tanquam in necessitate probandi, pri- 24
vilegium extendi ultra bona paterna ad ipsa quoque, quæ, Patre defuncto, filii acquisiverunt, pro quibus bonis propriis factam Decimæ solutionem contendunt
indebitam, in quo articulo etiam ad acquisita per Fra- 25
tres immunitatem ampliarunt *Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 128. n. 94. & 95.* ubi quod ita Senatus declaraverit *Buttinon. apud eum n. 196. & sub num. 205. §. Siquidem versic. etiamsi post mortem.*

Auctoritates enim, quas allegant, firmant Privilegium extendi etiam ad futura, & postea quæsita juxta vulgatum *Textum in cap. quia circa, de Privileg.* non benè applicatum filiis, in quibus indultum eandem
vim, & efficaciam retinere non potest, sicut in Pa- 26
tre, per cujus mortem cessante origine productiva conservatur ad summum immunitas in eo statu, & extensione, in qua est tempore illius obitus, egregiè, & notabiliter *Bald. cons. 112. sub num. 4. versic. dici potest lib. 2.*

Alias fierent filii melioris conditionis Genitore suo, qui mortuis natis, utcumque exemptionem jam radicatam, & acquisitam non amittat, non tamen secun-
dum jus commune est immunis quoad ea, quæ post 27
eorum mortem imponuntur, uti ex veriori concludunt *Aget. de ærar. tom. 2. §. 7. de immunitat. quæst. 2. num. 10. Altimar. de nullit. tom. 8. quæst. 1. sub nu. 50. §. Et dicta intelligenda sunt;* e contra filii mortuo
Patre nova acquirentes à novis oneribus essent liberi, 28
& sic plus esset potentiæ in causato, quam in causa, fonte, & principio, quod absurdum ponderare videtur punctualiter *Andreol. d. controv. 283. sub num. 18.* „ ibi „ *qui tamen filii non poterunt evitare solutio-* “ *nem onerum impositorum post mortem Patris.* „

Tandem, cum, ut supra vidimus, ex mera æquitate sit, ut filii personæ Patris indulto beneficio potiantur, geminarentur æquitates iterata ampliatione, si etiam pro novi-

noviter quæsitis privilegio gauderent, & magis, ma-
gisque multiplicarentur exemptiones, quæ cum in non
immunes redundent, contra æquitatem ipsam est, ut
aliorum gravamine propria substantia salvetur *l. 2. ff.*
29 *ad Rhod. de Jact.* „ ibi „ *Æquissimum enim est commune*
„ *detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res alio-*
„ *rum consequuti, ut merces suas salvas haberem* „ at-
que ita in similibus terminis ratiocinatur *Gob. consult.*
68. num. 25. tom. 2.

Et sanè *Calvin. & Buttinon.* supra relati loquuntur
in terminis Constitutionum Mediolani, quo loci vi-
30 gore Statuti, legisque ministerio, paterna ipsa immu-
nitas ad filios transit, in eisque continuatur „ *hæc*
„ *immunitas etiam post mortem patris perseveret ubi* „
„ *& donec ipsi omnes duodecim liberi superstites fue-*
„ *rint, & in communione vivant* „ uti transcribit
Caren. resolut. 189. in princip. & testatur *Mauson. de*
caus. exequutiv. ampliat. 30. num. 75. hujusque muni-
cipalis dispositionis extensio ad bona etiam, quæ pro-
priis pecuniis sibi pepererint filii, de qua *Calvin. &*
Buttinon. taliter novis constitutionibus correcta, &
31 sublata fuit, ut nedum filiis, sed ipsimet Patri in bo-
nis postea quæsitis fuerit denegata, quemadmodum
examinando auctoritatem, & res judicatas per *Calvin.*
adductas narrat novissimè impressus *Caroell. ad Con-*
stitut. Mediolan. tit. de jure, & immunitat. xii. liberor.
scribens pro syndicis Mediolanen. *nu. 31. & 32. & sub*
num. 36. §. Devesi ance, fol. 242. & scribens pro Uni-
versitate Novaræ *n. 13. fol. 246.*

Non multum quidem recedendo à dispositione juris
communis, ad cujus tramites distinxerunt primi no-
minis DD. onerum patrimonialium naturam in varia-
32 bilia, & incerta, ac in perpetua, & uniformia, in
qua ultima specie cum perpetuo, & invariabiliter re-
33 maneant affecta, & hypothecata ipsa bona, cujusmo-
di est nostra Decima, ad tradita per me *Decis. Flo-*
rent. 154. num. 2. & dec. 115. num. 7. & decis. 116.
num. 34. & seqq. sic secundum eorum qualitatem, &
naturam absque ulla excusatione per Patrem xii. Filio-
34 rum possideantur *Cesta Sicul. cons. 80. ex numer. 26.*
Novar. quæst. Forens. part. 1. quæst. 75. num. 6. Ton-
dut. quæst. civil. part. 1. cap. 26. n. 8. & 9. Gob. consult.
decis. 68. numer. 21. & seqq. tom. 2. Viatius post eum
num. 20. & 21. Dane. de Pugn. Doctor. & Victor. Ad-
vocat. tom. 2. tit. de Patre onust. xii. filiis cap. 1. nu-
mer. 8. versic. utrum quæri, Conciol. ad Statut. Eugub.
libr. 1. rubric. 63. num. 21. Aget. de ærar. tom. 2. §. 7.
de immunitat. quæst. 1. num. 42. Altimar. de nullitat.
35 *tom. 8. quæst. 1. sub numer. 50. §. Non extenditur*, &
ita in Statu Ecclesiastico specialibus constitutionibus
consultum est *Cobell. ad Bull. bon. Regimin. cap. 50.*
num. 96.

Quod etsi pluribus aliis probatum non sit, nec si-
ne difficultate procedat hujusmodi limitatio ob gene-
ralitatem Jurium, quæ hujusmodi Patribus honoratis-
simam quietem indulgent, ob impensissimum favorem
36 quem communiter emeruerant, excogitantibus non-
nullis ad dissolvendum objectum super oneris affixio-
ne in bonis ipsis, quod eodem tempore, quo hujus-
37 modi gravamina inducuntur, si specialiter huic immu-
nitati derogatum non sit, prout requiritur *Andreas-*
sus apud Aget. de ærar. tom. 2. §. 7. de immunit. post
quæst. 9. n. 9. & n. 22. Calvin. de æquitat. cap. 128. num.
11.7 latius *Buttinon. apud eum num. 235.* hic casus in-
telligatur exceptus, nec prius sint bona collectabilia,
quam immunia ex causa supradicta. *Barb. apud Gob.*
dict. consult. 68. num. 27. Ardizon. ibidem num. 3. Se-
natus Casalen. post eum numer. 4. Klock. de contribut.
cap. 13. ex num. 109. ad 118. Cobell. ad Bull. bon. Re-
38 *gimin. cap. 50. num. 93. Thesaur. d. dec. 267. num. 13.*
& indulta Patribus exemptione à Decima in hoc feliciss-
simo Dominio, gratiosa consuetudine observatur.

Tamen quoad bona post privilegium ab aliis Civi-
bus acquisita fortius urget vinculum, cui addicta sunt,
cujus ratione quemadmodum ad Ecclesiam, vel Cle-
ricum transeuntia in eos perveniunt cum onere antea
39 impresso, juxta receptissimam opinionem, de qua *Ego*
Decis. Florent. 114. num. 38. ubi plures, quibus addo
Gob. consult. 40. per tot. tom. 1. quamvis ex Juris Di-
40 vini, & humani dispositione immunitate gaudeant
cap. pænult. & ibi gloss. verb. divino de censib. in 6. Au-
thent. statuimus, Auth. statuimus, Auth. nemmulla Com-
munitas de Episcop. & Cleric. ita non dissimili sorte
ab onustis Patribus adipiscantur, sicuti singulariter 41
habetur decisum apud *De Marin. arrest. 385. tom.*
2. „ ibi „ *decretum, quod dictus Santullus pro bo-* „
nis propriis sit immunis, verum quoad bona, quæ „
emit a Civibus ejusdem Universitatis post immunita- „
tem adeptam, ex quo reperiuntur illa ab Universi- „
tate obligata pro debitis contractis ante immunitatem „
consequutam Patris onusti contribuat cum dicta Uni- „
versitate, sicut alii Cives „ quam resolutionem re- „
fert, & sequitur *Altimar. de Nullit. dict. tom. 8. quæst.*
1. sub num. 50. §. Sic non juvat, in fine.

Sed venientes ad Jus non scriptum, & consuetu-
dinarium hujus inclyti Dominii, in quo potissima ra-
tio resolutionis posita est, ut par erat, quoniam con- 42
suetudo non solum vera legis interpres, at lex ipsa est
l. de quibus l. diuturna l. cum de consuetudine l. imo
magna ff. de legib. prævalens tanquam municipale Jus
loci iis, quæ vel de Jure communi disposita sunt,
vel per Doctores diversorum Principatuum allegantur
in materia plurimis difficultatibus obnoxia, variis di-
versis usibus plena, atque ita pro tutiori resolutione
ad consuetudinem confugiendum docent individualiter 43
Rubin. apud Mans. consult. 494. num. 22. De Luc. Mi-
scell. Eccles. disc. 49. num. 6. & 7. in fin. Aget. de Æ-
rar. tom. 2. §. 7. de Immunitat. quæst. 1. num. 22. Cal-
vin. de æquitat. cap. 128. num. 134. Cobel. ad Bull. bon.
Regimin. cap. 50. numer. 96. in fine, & post discussam
in puncto Juris controversiam ad consuetudinem se
remittit *Thesaur.* filius *in sua* in hac materia celebri
addit. ad decis. 267. litt. F. in fine versic. nisi essemus
in locis, quod & facit *Paschal. de Patr. Potest. part.*
4. cap. 4. sub num. 23. versic. fatetur tamen, & latè
deductum fuit, tanquam potissimum fundamentum in
supra laudata *Casalen. per ipsum Gob. consult. 68. num.*
5. tom. 2. Viati apud eum numer. 32. Barberi. ex num.
13. & seqq. & num. 37. Ardizzon. nu. 4. & seqq. Gan-
navev. dec. 41. num. 6. & 7.

Temporibus itaque, quibus Florentina Respublica
floruit ipsis Patribus minus frequenter immunitatem
elargitam, quàm temporibus Principatus, testatur
Franciscus Vinta in informatione de Anno 1557. fa- 44
cta precibus Rinaldi de Rinaldis, tanquam Officialis
Major Reformationum, de quo dixi *Ego tit. 9. num.*
4. de Auditor. Reformation. impress. ante tom. 2. mear.
decis. „ ibi „ *truovo, che questa sorte di esenzione* „
è stata più concessa dall' Eccellenza Vostra Illustris- „
sima, che mai in altro tempo, dico quanto alli Pa- „
dri „ uti apparet ex originali existente in filtia ne-
gociorum Magistratus Supremi, cujus etiam tran- 45
sumptum habetur in Archivio Reformationum filtia
9. Senatoris Laurentii Usimbardi *fol. 392.* „ *E che*
in Firenze non si trovava, che questa sorte di E- „
senzione fussi stata concessa al tempo della Repubbli- „
ca così spesso, come dipoi; „ commemorat tamen eam 46
Florentiæ obtentam se Consultore *Angel. Aretin. ad*
§. 1. Instit. de excusat. Tutor. sub num. 2. versic. quia
vidi de facto, quod testimonium præcisè notant *The-*
saur. decis. 267. sub num. 4. versic. dicens, Cobell. ad
Bull. bon. Regimin. cap. 50. numer. 68. in fine, qui An-
gelus uti refert *Pancirol. de Clar. leg. Interpret. lib.*
2. cap. 102. ad doctrinæ maturitatem provectus legum
facultatis insignia accepit anno 1432. & sic nondum 47
incepto Principatu, quemadmodum constat ex nota-
tis per me *tit. ult. in serie Magnor. Etrur. Duc. im-*
press. ante tom. 2. mear. decis.

Quin hujusmodi renitentia culpabilis sit, ex quo
justa quamplurium sententiam privilegium hoc natu-
ram habeat onerosi conferente Patre beneficium in
Patriam prole adeò numerosa, Patria verò immuni-
tatem promittente, ut liberos procreet, procreatos
belli, & pacis artibus imbuat, & ob hanc correspe-
ctivitatem quidam quasi contractus resultet, qui sub fi- 48
de publica initus non aliter possit à Principe tolli,
quam cætera privilegia onerosa, publica scilicet gra-
vi urgente necessitate, sicuti de hoc specificè tradunt
Conciol. allegat. 58. num. 16. Barberi. apud Gob. post
consult. 68. ex num. 18. ad 21. tom. 2. Aget. de Ærar.
tom. 2. §. 7. de Immunit. quæst. 1. num. 36. Andreassus
apud eumdem post quæst. 9. num. 16. & sub n. 22. vers.
item dicitur concessum, & vers. insuper generalis deroga-
tio, & numer. 36. Rube. de Valdi. legal. capac. 63.

num.

*num. 72. & 73. Buttinon. apud Calvin. de Æquit. libr.
2. cap.* 128 *numer.* 163. *& seqq. & num.* 177. *&* 178.
& seqq. Altimar. de nullitat. tom. 8. *rub.* 2. *&* 3. *qu.*
1. *sub numer.* 50. §. *Immò eandem immunitatem, Thesaur. Jun. in addit. ad decis.* 267. *litt. D. Sanfelic.
decis.* 391. *num.* 8. *Senatus Casalen. in relatione edita
pro Comite Cotto impress. post dict. Gob. tom.* 2. *post consult.*
67. *num.* 7.

Quoniam ad hunc priscum majorum morem justificandum in promptu adest perurgens ratio perquirendo
causam impositionis, quæ fuit necessitas solvendi
debitum per universos Cives jam contractum cum
49 Montistis Montis Graticularum in publicam causam,
ac pro Reipublicæ conservatione, & indigentiis, hinc
ab hujus æris alieni solutione excusari non poterant
Patres duodecim filiis onusti, & ad dissolvendam an-
50 tecedentem obligationem privilegium superveniens adducere
plenè *Tondut. resolut. civil. part. prim. cap.* 26.
num. 8. *&* 9. *Gob. consult.* 68. *num.* 21. *& seqq. libr.*
2. *Capon. discept.* 90. *num.* 37. *& discept.* 313. *cap.* 3.
num. 37. & scribentes occasione novæ gabellæ impositæ
post tumultum Neapolitanum de anno 1647. quo
tempore gabellæ omnes fuerant sublatæ. *Petron. apud
Capon. post consult.* 398. *num.* 20. & difficultatem conatur
ex facto evitare scribens in contrarium *Andreassus
apud Aget. de arar. tom.* 2. §. 7. *de Immunit.
post quæst.* 9. *ex num.* 36. *Idem Aget. quæst.* 1. *num.* 42.
& quæst. 9. *nu.* 6. *in fin. Romaguer. ad Conciol. lib.* 1.
rubr. 63. *num.* 21. *Altimar. de nullitat. dict. quæst.* 1.
sub num. 50. §. *Sic non juvat.* plenè *De Marin. ad Reverter.
observ. ad decis.* 438. *per tot.*

Sed iterum reassumendo intermissam hujusce Immunitatis
historiam mortuo Patre quod attinet ad exemptionis
continuationem in filios post exactissimam rimationem
antiquior, quæ se offerat gratia, & quæ
asseritur prima in variis successivis informationibus,
51 emanavit de anno 1557. ita concepta „ *questa è co-
„ sa straordinaria, nondimeno Sua Eccellenza se ne
„ contenta, mentrechè staranno insieme solamente, e
„ finchè il minore abbia diciotto anni, o non altri-
„ menti* „.

Hoc autem talium concessionum primordium liquidò
sua forma patefacit, privilegii durationem in filiis
quamvis in communione viventibus uti irregularem
fuisse consideratam, & de rigore non competentem,
quod expresse, & literaliter etiam subsequentibus temporibus
declaratum habemus. Sic de anno 1635. occasione
precum Filiorum Senatoris Prinzivallis Stufa
Principi repræsentatum fuit in informatione „ *que-
„ sta esenzione, come personale cessa per la morte del
52 Padre* „ & non obstante communione, in qua vivere
obtulerant Supplicantes, Princeps rescripsit „ *Agli
Ordini* „. Sicuti de eodem anno gratiam denegaverat
53 in similibus terminis Filiis Ruberti Falconieri per rescriptum
„ *Non altro* „ atque ne longa rescriptorum
collectione iterum agamus laudabiliter actum; sufficit
allegare deducta de anno 1638. per ejus temporis Auditorem
Reformationum Alexandrum Victorium, qui
informando preces filiorum Equitis Petri Bonamici
Pratensi Principi exposuit „ *Sebbene in punto di ra-
„ gione forse la più vera oppinione è, che tal privile-
„ gio non duri dopo la morte del Padre, essendo conce-
„ duto a lui per l' aggravio, che ha dell' alimentare tan-
„ ti figli, e pel benefizio fatto dal medesimo alla Pa-
„ tria di riempirla di tanta figliuolanza, nessuna di
„ queste ragioni può applicarsi, perchè anco dopo di lui
„ devano del medesimo privilegio godere i suoi figliuo-
li* „ postea varia exempla subtexens modo denegatæ,
modo benigniter indultæ exemptionis, istaque diversitas
rescribendi cum posterius etiam viguerit, hinc ino-
54 levit stylus, & in consuetudinem abiit, ut quotiescumque
hi supplices libelli offerrentur, exponerent semper
Ministri, fuisse in concessione variatum, sicut & expositum
fuit supplicantibus ipsis Filiis Domini Equitis
Nicolai Ridolfi an. 1661. Quæ perantiqua praxis nec
nostris temporibus intermissa fuit, licet hodiè invariabiliter
annuere soleat Regia munificentia in be-
55 neficiis suis excrescens quasi juxta verba relata in *cap.
„ prudentes* 1. *de Donation. nisi in beneficiis suis creve-
„ rit, nihil se præstitisse putet* „.

Sed ex hac irrefragabili diversitate ex supra relatis, &
aliis informationibus Jurisconsultissimorum virorum
confirmatur apertissimè quod in primo Articulo dicebamus
num. 14. *& seqq.* opinionem scilicet volentem de 56
Juris rigore immunitatem mortuo Patre transire ad filios
in communione viventes, hic non fuisse receptam,
quæ enim de Jure sunt non ignorat Princeps, nec
in eis decipitur, sicuti agens de Serenissimo Magno 57
Etruriæ Duce dixi *Ego decis. Florent.* 69. *num.* 2. &
quæ competunt ex justitia, omnibus æqualiter ministrat,
& concedit, non magis uni, quam alteri Jura
sua cuique servando uti primus Justitiæ fons *Gossuvin.* 58
ad Carpzov. Jurisprud. foren. part. 3. *constit.* 28. *ad definit.*
16. *n.* 1. *Caracciol. specul. Princip. lib.* 4. *cap.* 2.
versic. non injustè, in fine. Solorzan. de Jure Indiar. lib. 4.
cap. 9. *n.* 50. *& seqq.* & latè deductum fuit per me uti
Assessorem Montis Pietatis in *Florentina Depositorum*
26. *Novembris* 1726. §. *Princeps enim.* semperque Prin- 59
cipes de Jure rescribere credimus *L.* 2. *Cod. de divers.
rescript. L. ult. Cod. de Edend.* cum aliis per *Gonzalez.
in cap. causam nu.* 6. *de rescript. Mastrill. de Magistrat.
lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 43. *&* 44.

Quoties itaque superstitibus filiis Principi placuit
assentiri, hos sibi ipse elegit, & præscripsit limites
nunquam prætergressos, ut immunitas bona paterna
non excederet ipsique Domini de Ridolfis, quamvis ite-
ratè lacessiti nec unum contrarium rescriptum, nec 60
gratiam ad exemplum deducibilem afferre valuere,
quæ tamen exempla longissima serie ducta usque à
prima gratia anni 1557. supra memorata plurima,
& uniformia pro restrictione dabantur ex parte Officii
Decimarum, quibus nedum plenè concludebatur
observantia negativa, & ex non facto, sed affirmativa,
& positiva, quod immunitates concessæ filiis ita
fuerint semper constantissimè absque ulla interruptione
coarctatæ, & limitatæ; observantiam autem fidissimam
esse privilegiorum interpretem, eaque licet ge-
neralia secundum usum, consuetudinem, & posses- 61
sionem fore intelligenda, æstimanda, & declaranda
docent communiter per notos *Textus in cap. cum dilectus
de Consuetudine, cap. quod dilectio de Consanguinitate,
& affinitat. l. si de interpretatione l. minime
ff. de legib. Larrea allegat. Fiscal.* 10. *num.* 2. *alleg.*
11. *num.* 10. *& alleg.* 58. *num.* 27. ubi citat Rotam
Nostram Florentinam, *& allegat.* 92. *num.* 2. *Fajard.
allegat. Fiscal.* 1. *num.* 270. *& allegat.* 22. *num.* 113.
& 114. *& allegat.* 33. *numer.* 1184. *Gobio consult.* 18.
numer. 36. *tom.* 1. *Klock. de Contribut. cap.* 19. *num.*
675. *& seqq. & cap.* 20. *num.* 92. *& seqq. Balmased.
de Collect. quæst.* 46. *nu.* 7. *versic. in quo multum, De
Luc. de Regalib. disc.* 47. *numer.* 9. *& disc.* 167. *num.*
8. *&* 11. *Cabel. ad Bull. bon. Regimin. cap.* 42. *num.*
60. *Campell. ad Constit. Ducat. Urbin. decret.* 26. *n.* 31.
& ab omnibus commendatæ memoriæ Auditor Fiscalis
Æmilius Lucius post Girond. de Gabellis decis.
39. *num.* 9. *&* 10. latè *Rot. Rom. post meam decis. Florent.*
33. §. 3. *n.* 57. *& seqq.*

Quare Dominis Fratribus de Ridolfis undique deficiebat
præsidium, cui possent validè inniti, cum
procedendo juxta opinionem merito in hac inclyta Civitate
receptam nec verum esset ipsis Jus Commune
patrocinari, nec gratia, quam opponebant, ita legebatur
exarata, ut prædictam inveteratam, inconcussam,
usitatamque rejiceret interpretationem, tanquam
ita concepta „ *concedesi durante la communione de i so-
pradetti maschi* „ maximè cum similia prorsus rescripta
facta per eadem verba „ *Concedesi durante la communione*
„ de anno 1656. fratribus de Bensis, de an-
no 1657. Laurentio Antonino, & fratribus de Gal- 62
lis, de anno 1658. Jacobo, & fratribus de Vanuccis,
aliaque proxima concessioni reportatæ de anno
1661. per Dominos fratres de Ridolfis, de qua disceptabatur,
immò & ampliora magisque universalia
per simplex verbum, *Concedesi*, non sine restrictione,
& limitatione ad sola bona paterna habuere ef-
fectum, & fuere exequuta, quo pacto specificè con- 63
clusa remanebat observantiæ probatio etiam quoad
rescriptum ipsum in quæstione cadens, prout faciendum
monent *Larrea allegat. Fiscal.* 92. *num.* 4. *Fajard.
allegat. Fiscal.* 22. *num.* 107. *&* 117. *ad* 120.
& allegat. 32. *numer.* 78. 79. *&* 80. *Mans. consult.*
360. *numer.* 35. *& consult.* 379. *numer.* 13. *Altimar.
de nullitat. rubric.* 12. *quæst.* 1. *num.* 112. *tom.*
2. *Rota Florent. decis.* 20. *numer.* 24. *coram me*,

Rot. Rom. inter novissimè impress. coram Eminentissimo
Falconer. Miscell. tom. 4. dec. 74. num. 12.
Eoque fortiùs ab hujusmodi stylo nobis recedere non
dabatur, ex quo ageretur de usu, nedum Principi no-
to, & ab illo aprobato, sed cujus ipse auctor extitit
quampluribus rescriptis suis, cum non aliunde originem
traxerit consuetudo coarctandi gratias ad sola bona pa-
terna, quam ab ipso Principe sic volente, & jubente,
prout usque à priscis temporibus usu venit, cum de an-
no 1557. quo prima talium concessionum ad nos ef-
fluxit memoria, Principi propositum fuerit „ *trattan-*
„ *dosi per quelli medesimi beni, de i quali suo Padre*
„ *è esente, e non per quelli, che di nuovo essi, o al-*
„ *cuno di essi acquistasse* „ & ab eo tempore imposte-
64 rum continuis supremis placitis hæc limitatio sit confir-
mata; non deficiente etiam ejus specifica, & particulari
scientia, & ordine in casu nostro individuali filiorum
Domini Equitis Nicolai Ridolfi, nam sequutis inter
eos quibusdam donationibus, revocataque in dubium
dissolutione communionis, Princeps per Senatorem Lau-
rentium Corsini tunc Decimarum Provisorem ita ipsis
Dominis de Ridolfis consulere dignatus est de anno
1699. „ *Comanda il Padrone Serenissimo lo faccia sa-*
„ *pere, che vuole, che il Sign. Cavaliere Gio: Fran-*
„ *cesco, e Sig. Ottavio, e Sig. Ferdinando del quon-*
„ *dam Cavaliere Niccolò Ridolfi continovino nell' esen-*
„ *zione, che già fu concessa al Cavaliere Niccolò lo-*
„ *ro Padre, e continuata dipoi in tutti li suoi figli*
„ *rispetto però a i beni pervenutili per la morte di lo-*
„ *ro Padre, e tutto non ostante la donazione ec.* „
quo pacto Principe ipso in quæstione proposita senten-
65 tiam dicente silet omnis controversia, nobisque sola
relicta est obsequii gloria, uti ex Terentio dixit *Rota*
nostra in Florentina retractus Coactivi 24. Decembris
1728. §. *Uno verbo coram Domino meo Audit. Finet-*
to, & de eodem Serenissimo Magno Duce nostro *in*
Florentina Commendæ de Concinis 13. Septembris 1715.
§. *Ratio siquidem coram Domino meo Audit. Bonfinio*
Sen. & me uno ex Judicibus *in eadem causa 29. Julii*
1718. *num. 13. coram bon. mem. Audit. Bellutio, Ego-*
met uti Assessor Montis Pietatis *in Florentina Pecunia-*
ria 12. Maji 1727. §. *Neque hanc veritatem*, & con-
suetudinem Principi notam, & qua ipse usus est legem
66 ipsam superare, cui derogare valet, notat in hac no-
stra præcisa Immunitatis materia *Ardizzon. apud Gob.*
post consultat. 68. num. 9. & 14. tom. 2.
Ergo fidelis exequutor hujusmodi gratiarum, in
quonam delecit Supremus Magistratus, si rescriptum
67 obtentum per filios Domini Equitis Nicolai Ridolfi ad-
jecta limitatione ad bona paterna exequutus est ean-
dem servans æqualitatem, quam omnibus unus serva-
verat, cum hujusmodi concessiones hanc haberent con-
ditionem ordinariam, factaque esse tanquam illis ta-
cita, & naturalis. uti patet ex phrasi, quæ in infor-
mationibus usque ab Anno 1632. jam invaluerat testan-
68 te Laurentio Usimbardi tunc Reformationum Auditore
ad preces filiorum Panzanini de Panzaninis „ *le grazie*
„ *fatte in simili casi si son sempre intese, ec. e per i*
„ *medesimi beni, per i quali fu esenzionato il Padre* „
eadem formula passim successivis temporibus adhibita.
Privilegium vero, quantumvis amplum non referen-
dum est ad ea, quæ non solent concedi, contra con-
69 suetudinem Principis, contra usum regionis, quasi il-
la duo potissima videantur etiam in ejus intelligentia at-
tendenda, de quibus *Jurisc. in l. si servus plurium 50. §.*
final. ff. de legat. „ *ante omnia ipsius patris familias*
„ *consuetudo, deinde regionis, in qua versatus est ex-*
„ *quirenda* „ itaut posita inveterata consuetudine quæ-
70 dem particularis expressio ad ejus derogationem videa-
tur necessaria, juxta alia verba *Text. in l. si quis in*
princip. 22. ff. de legat. 3. „ *sed hoc ita locum habebit,*
„ *si specialiter dixerit prioris voluntatis se pœnituisse,*
„ *& voluisse ut legatarius plura legata accipiat* „ egre-
„ giè *Lar. alleg. Fiscal. 11. num. 9.* „ ibi „ *Quia sem-*
„ *per in Hispania ex omnium Senatuum decretis eam in-*
„ *terpretationem prædicta privilegia obtinuerunt, ut ge-*
„ *neralis exemptio à solutione Gabellarum solum proce-*
„ *dat in venditione rerum, quæ ex proprio patrimonio,*
„ *& cultura procederent, non verò quando ex negozia-*
„ *tione contractus fierent, & minimè sunt mutanda,*
„ *quæ interpretationem certam habuerunt* „ & *num.*
10. & 12. Rocc. Isclan. cap. 71. num. 28. & cap. 189.
num. 21. Copparell. resolut. Fiscal. 18. num. 29. Capi-
blanc. de offic. Baron. pragmat. 8. cap. 63. num. 13.
Cobell. ad Bull. bon. Regimin. cap. 2. num. 33. Surd.
decis. 129. num. 19. in fine Franc. dec. 509. num. 2. ibi-
que De Luc. num. 1.
Propterea attendendæ potius visæ non sunt senten-
tiæ, quæ ad relationem Assessorum Decimarum Cu-
rini, & Farinolæ adducebantur prolatæ, nempe, *de* 71
Anno 1647. in causa Lucardesi, de Anno 1671. in
causa Marucelli de Anno 1676. in causa Quaratesi,
& de Anno 1677. in causa Frescobaldi, & de An-
no 1682. in causa Nardi, firmantes pro bonis à Fi-
liis post mortem Patris acquisitis immunitatem com-
petere.
Quandoquidem omisso particulari examine cujuslibet
casus in suis propriis circumstantiis, omnes in ea pa-
res, & æquales sunt, quod cum Magistratus Supremus
exemptionem in unoquoque restrinxerit ad bona pater-
na, pronuncientur talia decreta irrita, & nulla, tan-
quam immutantia, & alterantia quod Princeps manda-
verat, quando è converso hæc potius, quam limitatio
contraria, erat modificatio consona menti Principis, & 72
ex ejus tacita voluntate proveniens, tanquam non ali-
ter indulgere consueti. Istaque ejusdem suprema con-
suetudo in nulla ex dictis relationibus legitur conside-
rata, quæ modo antiquis revolutis gratiis longo ordine
probabatur, & tunc quoque deduci poterat, cum non
multum remoto tempore à rescriptis, super quibus di-
ctæ sententiæ emanarunt testatus fuerit Auditor Refor-
mationum Alexander Victorius in informatione pre- 73
cum Jacobi, & Fratrum de Paolis de Anno 1645.
ne mai si vede conceduto, che si estenda al beni acqui- "
stati dai figli " & per consequens hujusmodi relatio-
nes, vel principale fundamentum non examinantes,
vel procedentes cum erroneo dictæ nullitatis supposito
non erant trahendæ ad consequentiam *L. quod vero* 73
contra rationem ff. de leg. „ ibi „ *quod vero contra ra-* "
tionem juris receptum est, non est producendum ad "
consequentiam „ *Balduec. ad Roman. cons. 70. num. 59.*
Saminiat. controv. 14. numer. 154. Rot. cor. Bich. dec.
162. num. 23. cor. Otthob. decis. 224 in fine, & de-
cis. 263. num. 9. & cor. Eminentiss. Falconer. tom. 2.
tit. 19. de jurepatronat. & Capell. decis. 4. num. 8. &
decis. 5. num. 6.
Ultimo tandem cum rescripta in triplici diverso sta-
tu soleant considerari in lingua Principis, à qua pen- 75
det gratia, in scriptura, in qua consistit testimonium,
in exequutione, ex qua habemus commoditatem, uti
ex Baldo scitè advertit *Borell. libr. 2. de Magistrat.*
Edict. cap. 10. quoad Principem jam patuit qualis fue-
rit ejus regalis sensus, quoad scripturam jam proba-
vimus, similia rescripta semper cum dicta restrictio-
ne fuisse intellecta, quoad exequutionem ipsimet filii
Domini Equitis Nicolai Ridolfi decimam persolverunt
respectu bonorum acquisitorum post obitum Patris ab
Anno 1661. usque ad annum 1721. quin unquam ausi
fuerint reclamare, & talis oneris sustentationem te-
nuere in ea pacificè continuantes ad instar cæterorum
Civium, unde his replicatis solutionibus, & frequen- 76
tibus actibus etiam ipsi concurrerunt ad roborandam,
& firmandam consuetudinem supra expensam, ejus-
que facti sunt partes, quemadmodum in hac nostra
exemptionis specie ponderant individualiter *Petron.*
apud Capon. citat. discept. 398. num. 7. 8. & 9. Ager.
de erar. tom. 2. §. 7. de immunit. quæst. 9. num. 5. in
fine.
Præterea procedendo cum generalibus regulis indebi-
ti, ea est notissima, quod illud non præsumatur, sed
ab allegante sit plenè, perfectè, & concludenter pro-
bandum, itaut ad effectum evitandi restitutionem sola
possibilitas, & verisimilitudo sufficiat, quod aliquo 77
modo debitum subsistere valuerit ad notata per *DD.*
in l. cum de indebito ff. de probat. cap. fin. de solutio-
nib. & in præcisis terminis repetitionis Collectæ Daoi,
Gabellæ, firmarunt *De Luc. de regalib. disc. 68. num.*
9. agens de nostra Decima *bon. mem. Aud. Urceol.*
in relatione facta Officialibus Decimarum in causa RR.
Patrum S. Spiritus 13. Maii 1693. §. *La ragione*
quanto al decorso, & generaliter *Rota Florent. co-*
ram eod. Urceol. decis. 10. num. 24. cum aliis relatis
per me *dec. Florent. 23. num. 20. & seqq.* & me
quoque votante in *Florentina interesse seu Pecuniaria*
18. *Augu-*

18. *Augusti 1719. §. Praterea, coram Domino meo Auditore Vieri.*

Non relevante, quod hoc procedat in indebito vo-
78 luntario, & spontaneo, non in solutione coacta, &
necessaria, qualis ea dicatur, vel quæ coactè fit, vel
ad quam quis cogi potest ex latè traditis *per Altimar.
ac nullit. tom. 3. rubr. 1. quæst. 6. sect. 2. num. 64. Rota Florent. in Florentina repetitionis indebiti 4. Septembris 1693. n. 60. & seqq. coram Bellutio.*

Quoniam quidquid sit de rigorosis Publicanis, &
duris exactoribus, ad quorum audaciam compescendam
proposuit Prætor edictum *de Publicanis, & Vectigalibus*, quibus quod solutum, est, coactè solutum
79 semper censeri potest, uti prosequitur *Card. de Luc. de
Regalib. d. disc. 68. nu.* 10. in casu nostro ipsimet Fra-
tres de Ridolfis decreto Supremi Magistratus exemptio-
nem ad bona paterna limitanti spontè acquievere, ejus
exemptionem postea petentes coram Officialibus Deci-
marum, & continuantes in tot reiteratis solutionibus,
80 quot supra enumerati effluxerunt anni absque ulla,
vel minima protestatione, vel reclamatione, quæ tamen
facillima erat sub Clementissimo Principe, & æquissimis
ejus Ministris, sicut ad comprobandam solutionem
spontaneam gravedinis ponderant *Capparell. resolut. fiscal.* 120. *ex nu.* 8. *& seqq.* & in puncto nostræ
Decimæ *Rot. Florent. coram Urceol. decis. 49. nu.* 11. 12. & 13.

Superfluum tamen videtur immorari super requisitis
necessariis ad repetitionem indebiti, cum undique ex
deductis deficiat tale suppositum, gratiosumque Re-
scriptum extendi non valeat ad bona per ipsos Fra-
tres acquisita post genitoris mortem ex fundamentis
81 huc usque relatis, & signanter quia gratia, licet gene-
ralis, trahenda non sit ultra solitum, quoties contra-
rium specificè non exprimatur, ut probavimus variis
congestis auctoritatibus in 2. *artic. n.* 69. quibus addo
plenè confirmantem *Cresp. de Valdaur. part.* 2. *observ.
86. ex num.* 20. *ad finem. Fajard. allegat. Fiscal. 7. n.
10. versic. alia quod Privilegia de Marin. ad Reverter.
dec. 38. num 6. & 7.*

Quamquam supposita hac voluntaria per sexaginta
annos Decimarum solutione alia ad evitandam restitu-
tionem adducerentur subalternè, & ad abundantiam ex
Urceol. dicta decis. 49. ex num. 14. & seqq. ad finem,
cui consonant in terminis Patris immunis continuan-
82 tis in sustentatione onerum per triginta, vel quadra-
ginta annos tradita per *Adden. ad Sanfelic. dec.* 391.
ad n. 7. in fin. „ ibi „ *nisi solutio esset continuata spa-
„ cio triginta Annorum* „ *Romaguer. ad Conciol. ad
Statut. Eugubin. lib. 1. rubric. 63. num.* 24. „ ibi „ *nisi
„ solutio fuerit per legitimum spatium continuata* „ per
notos *Text. in cap. accedentibus, cap. de Terra de Privileg.*
cum aliis *per Aget. de erar. tom. 1. §. 2. de immunit. funct. fiscal.* in quibus insistere non oportuit.

Concludendo igitur; cum generalis consuetudo Prin-
cipis non sine restrictione ad bona paterna obsecun-
dare soliti exposcentium votis; cum specialis observan-
tia intelligendi juxta hunc sensum generalia rescripta;
cum denique factum ipsum Dominorum de Ridolfis
suaderent, quod declarare indebita tanto tempore ab-
sque ulla conquestione persoluta, nil aliud importare
poterat, quam novitatem publicæ rei periculosam,
& Principis Ærario præjudicialem suppeditando etiam
uberem materiam litigandi aliis, qui paria rescripta
83 obtinuerant, ideo à solito unanimiter recedendum
non duximus, & ita retulimus sequentes monitum
de quo *Patrici. de Republic. apud Gonzalez. in. cap.
cum consuetudinis 9. de consuetud. lit. C.* „ ibi „ *Civi-
„ tatis Statum diligant, contentique eo nihil moliantur,
„ nil agitent quod alienum, novumque sit; sed eam
„ viam ire pergant, quam majores instituerunt, quaque
„ aliorum vestigiis attrita fuit, novarum enim rerum
„ studium semper Rempublicam labefactare solet*, „ &
84 in materia onerum, & collectarum spectandum pri-
mo, & ante omnia alia antiquum usum per *Text.
in l. missi Opinatores* „ ibi „ *Consuetudine servata re-
gionum* „ ubi scribentes *Cod. de Exact. Tribut. libr.
10. l. final. §. Sed & quæ* „ ibi „ *ex lege Civitatis
„ suæ, vel more* „ *ff. de Muner. & honor.* tradunt
*Gayll. libr. 2. observ. 52. numer. 18. & seqq. Episcop.
Roce. cap. 85. n. 1. 2. 3. & 4. & num. 16. & 17. Pe-
tron. apud Capon. discept. forens. c. 398. in fin. Balmased.
de Collect. quæst. 48. nu. 5. in fine Cobell. ad Bull. bon.
Regimin. cap. 50. num. 252. Klock. de Contrib. cap. 2.
num. 96.* ubi plurimi *& cap. 5. nu. 110. & 115. Vivi.
dec. 255. num. 27. & seqq.*

Et ita Utraque Parte acriter Informante, &c.

Jacobus de Comitibus Assessor, & Relator.
Joseph Maria de Casaregis Rota Auditor.
Jo: Bonaventura Neri Badia Auditor.

ARGUMENTUM.

An Mercator, qui fecit punctum suo Negotio, dici debeat decoctus, & quando.

Creditor Chyrographarius, qui prævenit in exequendo, aut sequestrando præferri debet cæteris omnibus creditoribus Chyrographariis.

Declara, & limita hanc materiam in pluribus casibus, de quibus in præsenti Discursu.

An Creditor Chyrographarius, qui prius obtinuit Sententiam condemnatoriam contra suum debitorem acquirat prælationem ad exclusionem aliorum Creditorum.

Creditor de jure novissimo non potest mitti in possessionem omnium bonorum sui debitoris, sed pro mensura tantum sui crediti, & ideo illius immissio in possessionem sibi tantum prodest, & non aliis Creditoribus.

Et missus Creditor in possessionem acquirit super rebus, in quibus missus fuit, jus reale, nempe hypothecam, vel pignus Prætorium, & propterea super eis præferri debet omnibus aliis creditoribus, tum Chyrographariis, tum hypothecariis posterioribus.

SUMMARIUM.

1 *Sequestrum non tribuit Creditori chyrographario aliquam prælationem super re sequestrata, quando de tempore facti sequestri debitor jam fecerit negotio suo Punctum redolens speciem decoctionis.*

Secus si Punctum factum fuerit non ob impotentiam solvendi, sed ob carentiam tantum pecuniæ promptæ. ibid. & num. 2.

2 *Decoctus non dicitur ille, qui fecit negotio suo Punctum ob carentiam promptæ pecuniæ, sed qui fuit impotens ad satisfaciendum suis Creditoribus.*

3 *Inter Creditores chyrographarios nulla datur prælatio, sed omnes pares sunt.*

4 *Creditor, qui fuit præ cæteris vigilans, aliis præfertur.*

5 *Vigilantia ad hunc effectum non est consideranda in Creditore, qui prius creditum in judicio, vel extra petierit.*

Neque in Creditore, qui prius Sententiam obtinuerit. ibid.

Sed in eo, qui prius rem judicatam executioni mandaverit n. 6. ac n. 26. cum seqq.

Sive in eo, qui vigore instrumenti guarentigiati, aut hujusmodi executionem prius tentaverit numer. 7.

Et quandoque in eo, qui prius tantum sententiam obtinuerit num. 10.

8 *Paria in jure sunt executionem fieri in vim rei judicatæ, ac vigore instrumenti habentis paratam executionem.*

9 *Creditor, qui prius satisfactionem in bonis debitoris obtinuit, non tenetur aliis Creditoribus pecunias exactas vel bona habita in solutum, communicare.*

11 *Sequestrum non videtur posse tribuere prælationem Creditori sequestranti.*

Et de rationibus n. 12. & seqq.

Contrarium firmatur n. 15. & seqq.

13 *Sequestrum est merum judicii præparatorium, ideoque nullum potest producere præventionis effectum.*

14 *Sequestrum factum ad instantiam unius Creditoris prodest omnibus aliis Creditoribus.*

16 *Missio unius Creditoris in possessionem prodest aliis, licet non immissis.*
Et de ratione num. 17.
Contrarium num. 19.
38 *Creditor de Jure novissimo Auth. non potest mitti in possessionem bonorum debitoris, nisi ad mensuram tantum sui crediti,*
Ideoque hodie talis missio non prodest nisi ipsimet Creditori immisso num. 19.
30 *Creditor missus in possessionem bonorum debitoris acquirit in iisdem bonis jus reale, seu hypothecam vel pignus pratorium,*
Et sic talis Creditor immissus in dictis bonis prafertur aliis Creditoribus tum chyrographariis, tum hypothecariis posterioribus num. 21. 22.
Reprobantur contrarium tenentes, num. 23.
34 *Creditor ex sequestro nullum acquirit jus reale seu pignus, vel hypothecam in bonis sequestratis.*
Limita in casu consuetudinis, vel statuti contrarium disponentis, num. 25.
36 *Creditor chyrographarius qui prius executionem tentavit, vel sequestravit bona sui debitoris acquirit prælationem super alios chyrographarios, & num. 34.*
Et de rationibus num. 27. 29. 30. 31.
Amplia ut num. 35.
Limita in pluribus casibus de quibus sub num. 36, 37. 38. 39. 40. 41. 42. 44.
37 *Sequestrum est una species executionum.*
38 *Ab executione nemo debet judicium inchoare,*
39 *Ratio ubi eadem est eadem debet locum habere juris dispositio,*
30 *Creditori intercipienti a suo debitore fugitivo aliquas res seu pecunias, acquirit super eis prælationem ad exclusionem aliorum Creditorum,*
Secus respectu Creditorum hipothecariorum, numer. 32,
Debetur tamen à Creditoribus hypothecariis aliquod præmium alteri Creditori posteriori, qui res, ac pecunias a fugitivo debitore intercepit, num. 33.
Et quale sit hoc præmium. ibid.
Explicantur Doctores contrarii, & noster disc, 120. num. 32,
42 *Creditor unius Negotii vel societatis, licet sequestraverit merces Negotii, non præfertur super mercibus sequestratis aliis Creditoribus ejusdem Negotii,*
Declara & limita ut num. 43.

Liburnen. Sequestri.

Martis 29. Aprilis 1732.

DECISIO AUTHORIS,
ET
DISCURSUS CXCII.

AGnoscentes DD. David, & Bozzerian sibi promptum deficere modum satisfaciendi in pecunia suis Creditoribus ab eorum Negotio interquieverunt, nempè ut vulgo à Mercatoribus dicitur *fecero punto*, non propter insufficientiam eorum Patrimonii, sed ob defectum tantum promptæ pecuniæ, nec non successivè prævia extrajudiciali justificatione status eorum Negotii per libros, ac bilancia exhibita sese cum longe majori parte Creditorum, quinimo cum ferè omnibus de annali dilatione ad solvendum, prorogabili ad aliud tempus si opus fuisset, convenerunt, ac etiam de distributione pecuniarum, quæ interim de die in diem in Capsam à retractu effectuum, vel exactionibus debitorum introirent, inter Creditores, ad ratam nempè respectivè eorum Crediti facienda.

Dum hæc inter DD. David, & Bozzerian, nec non suos Creditores agebantur, quinimo in ipso limine concludendæ prædictæ conventionis D. Marchio de Sylva alter ex eorum Creditoribus pro petiis 2600, mandatum procuræ Caiarim misit, ut totidem petia sequestrarentur penes D. Nicolaum Mariam Bottum in majori summa debitorem dictorum Dominorum David, & Bozzerian, prout per D. Correspondalem, & Procuratorem ejusdem Domini Marchionis de Sylva, post tamen conclusam dictam concordiam executum fuit; cujus sequestri causa ille prætendit sibi de jure acquisitam fuisse prælationem super dictis petiis 2600. sequestratis ad exclusionem cæterorum Creditorum Chyrographariorum,

Super quo Juris articulo, quamvis hactenus coram Me uti Judice Appellationis à sententia D. Gubernatoris Liburni inter Partes disputato cum supposito, 1
quod Punctum à dictis DD. David, & Bozzerian in Negotio suo factum non intelligeretur per speciem decoctionis productæ ab insufficientia patrimonii pro satisfactione omnium suorum Creditorum, ob quam de cætero sublata concordia formandus esset universalis concursus, quo utique casu non intraret hæc quæstio, cum indubitatum sit in Jure, quod præveniensi in sequestrando nulla acquiratur prælatio, ut in terminis advertit *Ansald. de commerc, disc.* 11. *num.* 16. & Nos *disc.* 130. *num.* 6. *eod. tractat.* Sed ob caren- 2
tiam tantum promptæ pecuniæ, & sic in terminis quod dicti Debitores dici non valerent decocti, cum decoctus ille in jure non habeatur, qui potest solvere, sed qui ob inopiam, vel insufficientiam Bonorum non est solvendo, & mole Creditorum cessat, latitat, vel fugit, ut egregiè declarant *Stracob. de Decoctor. part.* 1, *&* 2. *utrobique sub num.* 2. *& part.* 3. *numer.* 4. *Scaco, de commerc, & camb.* §. 2. *gloss.* 5. *num.* 173. §. *Sed in hac facti specie, Rocc. de Decoctione Mercator. not.* 1, *num.* 1. 2. *&* 3. *Ansald. de commerc, disc,* 5. *num,* 18, *& disc,* 11, *num.* 16. 17. & Nos *in Cambista Instruito cap.* 2, *num,* 38. Super quo, inquam, Juris articulo quamvis cum hoc supposito disputato, censui nihilominus nullam fuisse dicto D. Marchioni ex prædicto sequestro prælationem acquisitam, non quia sequestrum eam regulariter non tribuat, sed quia illud urgentibus cæteris Creditoribus pro satisfactione suorum Creditorum in nihilo prævenienti in sequestratione potest suffragari, Utque verò Decisio hæc nostra bene fundata comperiatur, materiam hanc alioquin involutam à suis veris Juris principiis Mihi repetere oportuit, ut infrà apparebit,

Ea quippe, quæ communiter traditur Juris conclu- 3
sio, quod nempe inter simplices Chyrographarios Creditores nulla detur prælatio, itaut unusquisque nulla temporis inter eos habita ratione, pro rata portione ad bona debitoris communis concurrere, admittique debeat *L. cum tibi* 10, *L.* 12, §. 2 *ff. qui potior. in pignor. hab. L. Procuratoris* §. *Si plures de tribut. action. Pereir. dec, Lusitan,* 16, *num.* 1. *Strach, de decoct. part. ultim. num,* 10. *Berlich. conclus. pract. part,* 1. *conclus.* 71. *numer,* 1. latè *Rodriquez, de concurs. credit, part.* 2. *artic.* 3. *num.* 2. 3. *Ansald. de commerc. disc,* 90. *numer.* 15. *Rot, Roman. in Manciss. ad Card. de Luc. de credit. decis,* 40. *numer.* 7. ac alii penes innumeri, qui allegari possunt, communiter quoque limitatur in Cre-
ditore, qui præ cæteris fuit vigilans, nam iste pro 4
sua vigilantia, vel solertia omnibus aliis est præferendus, ut sunt aperti textus, quos *in disc.* 120. *num.*
13. 14. allegavi; Hæc tamen vigilantia non est con- 5
sideranda in eo Creditore, qui prius creditum suum
in Judicio, vel extra contra debitorem petierit, aut 6
condemnatoriam sententiam obtinuerit, sed in Creditore, qui prius executioni rem judicatam mandaverit, vel sententiam condemnationis aliquo modo executioni mandare cœperit, ut per textum expressum in *L. ex Judicati* 61, & ibi *Gloss.* & Doctores *ff. de re judic.* latè, docteque docent *P, Molin. de Justit. & jur. disp.* 536, *num.* 43. *Acost. de privileg. credit. in præfat. ad regul.* 4. *num.* 27. *cum plurib. seqq. usque ad numer.* 34. *& in præfat. ad regul.* 5. *num.* 3. *Rodriquez. de concurs. credit. part.* 2. *art.* 3. *num.* 10. 11. *Pereir. decis. Lusit.* 16. *n.* 2. 3. 4. 5. *Sanct. à Mel. in tractat. de induc. debitor. qu.* 22. *n.* 6. & Nos supra in *disc.* 120. *nu*.....
vel in creditore, qui prius vigore instrumenti gua- 7
rantigiati, vel in forma Cameræ, aut hujusmodi habentis paratam executionem, aliquam contra debitorem executionem tentaverit, ut punctum notat *Tondut. de prævent. part.* 1, *cap.* 32. *num.* 24. Cum paria 8
sint in jure executiones fieri vigore rei judicatæ, vel vigore Instrumenti habentis paratam executionem, ut egregiè observant *Rodriquez. de concurs. credit. part.* 2. *artic.* 8. *numer.* 110. *Merlin. de pignoribus libr.* 1,

quæst.

quæst. 22. *num.* 21. *& seq. Berlich. pract. conclus. part.*
1. *conclus.* 68. *num.* 7. *Carpzov. de Jurisprud. Forens.*
part. 1. *constit.* 28. *definit.* 137. *per tot. Bruneman. in*
L. cum apud veteres in fine Cod. de bonis author. Jud.
possid. Thusc. conclus. litt. M. conclus. 282. *num.* 7. Eo-
9 que magis ille Creditor ad hunc effectum vigilans to-
putatur, qui prius solutionem in bonis debitoris con-
sequutus fuerit, quapropter ista nolli alio Creditori
pecunias pro credito suo exactas, vel res, aut bona
in solutum obtenta communicara tenetur, ut aper-
tè disponunt textus in *L. Qui autem* 6. *§. Sciendum.*
L. Ait Pretor 10. *L. Pupillus* 24. *ff. quæ in fraudem Cre-*
dit. L. si non expedierit 6. *§. Si Pupillus ff. de bonis*
auth. Jud. possid. Hartman. Pistor. libr. 3. *quæst.* 20. *nu-*
mer. primo & seq. latè *Berlich. pract. conclus. part.* 1.
conclus. 71. *numer.* 7. *cum plurib. seqq. Rodriquez. de*
concurs. credit. part. 2. *articul.* 3. *numer.* 10. 11. *Pe-*
reir. dict. decis. 16. *num.* 1. *Acost. de privileg. credit. in*
præfat. ad regul. 5. *num.* 3. *vers. Præterea circa Molin.*
de Justit. & Jur. disp. 536. *num.* 43. *& per tot.* & Nos
disc. 120. *num.* ....

10 Quamvis mox dixerim nullatenus esse in jure atten-
dendam vigilantiam Creditoris, qui prius sententiam
obtinuerit adversus debitorem ad effectum, ut ille cæ-
teris præferri debeat, vellem, ut intelligas me loqu-
tum fuisse de creditore, qui obtinuisset aliquam sen-
tentiam condemnationis in genere, & in solidum er-
ga debitorem suum pro eo toto, quod sibi debetur;
secus autem dicendum esset de Creditore, qui obtinuis-
set condemnationem sui debitoris non in solidum, sed
respectu tantum bonorum, quæ debitor possidet, nem-
pe ad mensuram, & quantitatem bonorum sui debito-
ris, ut in actione noxali, vel tributoria, sive de pe-
culio, aut hujusmodi, nam iste creditor, utpote magis
vigilans in obtinenda ante alios sententia prædicta,
tunc præponendus esset cæteris aliis creditoribus postea
comparentibus pro consequenda eorum quoque solutio-
ne in dictis bonis communis debitoris, ut per textus
in *L. inter eos* 19. & ibi *Gloss. in verb. occupantis ff. de*
re judic. L. si quis à multis 14. *ff. de Noxal. action. L.*
si uno 11. *ff. de pecul. & Gloss. in dicta L. in judicati*
61. *verb. non prius ff. de re judic.* egregiè tradunt *Pe-*
reir. decis. Lusit. 16. *num.* 2. *cum seq. & fere per tot.*
Sanct. à Melo de Induc. debitor. quæst. 22. *num.* 6. 7. *&*
Acost. de privileg. credit. in præfat. ad regul 4. *à num.*
27. *usque ad* 34.

11 Et hæc de plano procedunt; difficilior tamen videtur
illa quæstio, an simplex chyrographarius creditur, qui
prius sequestrare fecit pecunias, vel res, aut merces
sui debitoris pro assecuratione sui crediti, utpotè ma-
gis vigilans omnibus aliis Creditoribus chyrographariis
in rebus sequestratis præponendus sit; Primo enim in-
tuitu videtur negativè respondendum, quia leges om-
12 nes concedentes prælationem ei, qui prior fuit in exe-
quendo, loquuntur de executione intentata in vim rei
judicatæ, vel in vim instrumenti guarentigiati, aut in
forma Cameræ, vel hujusmodi habentis similiter para-
tam executionem, prout res judicata, proptereaque
locum vindicare non valeat in tali sequestro obtento
ad effectum tantum assecurandi creditorem, quia tale
sequestrum dici non potest nisi impropria executio,
ut punctim notant *Tondut. de prævent. part.* 1. *cap.*
32. *num.* 24. *&* 25. *Ansald. de Commerc. disc.* 11. *nu-*
mer. 13. *Coler. de process. execut. part.* 4. *cap.* 11. *num.*
85. *Pichard. Instit. lib.* 4. *tit.* 6. *de action. §. Quædam*
actiones 20. *artic.* 5. *num.* 83. tum quia, cum illud sit
13 merum præparatorium litis futuræ super eo, quod po-
stea in Judicio per sequestrantem deducendum erit,
nullum per consequens effectum præventionis produ-
cere valet *Tondut. de prævent. loc. citat. Sabell. verbo*
sequestrum num. 7. *vers. quando sequestrum, & in prax.*
crimin. verb. sequestri num. 5. Imo quod sequestrum
14 factum ad instantiam unius Creditoris aliis quoque pro-
desse voluerunt *Capyc. Latr. dec.* 128. *nu.* 43. *Teodor.*
allegat. 88. *nu.* 15. 16. cum aliis allegatis *ab Altimar.*
ad Rovit. dec. 91. *vers. observa secundo.*

15 Sed prædictis non obstantibus mihi contraria placuit
sententia, nam prædicti Doctores omnes (omissis *Bo-*
lognet. Cancer. Surd. citatis *ab Ansald. disc.* 11.
num. 13. *de Commerc.* loquentibus in terminis à nostra
quæstione penitus alienis, nempe Creditoris sequestran-
tis concurrentis super re sequestrata cum prioribus Cre-
ditoribus hypothecam habentibus, in quorum præju-
dicium certum est non posse ex sequestro acquiri se-
questranti aliquam prælationem per textum in l. *Cre-*
ditor ff. qui potior. in pignor. hab.) Nam, inquam, præ-
dicti Doctores omnes in contrarium supra laudati
pro exclusione prælationis in sequestrante non ex alio
suum dictum comprobant, nisi ex argumento *L. cum*
unus 12. *ff. de bonis auth. Judic. possid. & Lege cum*
apud veteres 10. *C. eod.* per quas Leges sancitum le- 16
gitur, quod primum Judicis Decretum, quo missus
fuit unus ex Creditoribus in possessionem bonorum de-
bitoris, omnibus etiam aliis prodesse debeat, licet isti
hanc missionem in possessionem non petierint, tum
quia præsumendum sit, quod Judex in decernenda
hac missione in possessionem bonorum debitoris ha-
buerit intentionem prospiciendi non solum Creditori
eam petenti, sed aliis etiam non petentibus, ut col-
ligitur ex dicta *L. cum unus*, tum etiam ob legis pro- 17
videntiam, quæ pro æquitate voluit ita disponere,
ut omnes Creditores, qui sunt inter eos conditione
pares, ut chyrographarii, hujus missionis, quamvis
ad instantiam alterius creditoris per Judicem decre-
tæ, participes esse debeant, ut clarè habetur ex altera
L. Cum apud veteres C. de bonis auth. Judic. possid.

Verum cum hæc omnia silere debeant, attento Ju- 18
re novissimo Novellarum Constitutionum Imperatoris
Justiniani, ut patet ex *Auth. & qui jurat. Cod. de*
bonis author. Judic. possid. desumpto ex *collat.* 5. *No-*
vell. 53. *titul. de exhib. reis §. Si vero semel*, per
quam Novellam non amplius permittitur Judici, vel
Prætori unum ex Creditoribus immitti in possessio-
nem omnium bonorum debitoris, sed pro mensura
tantum quantitatis ei debitæ, ut advertunt etiam *Glos.*
in dict. L. cum unus verb. ex Creditoribus in fin. ff. de
bonis auth. Judic. possid. ac Bruneman. in L. 1. *ff. qui-*
bus ex caus. in possess. eatur, & in d. Auth. & qui ju-
rat. C. de bonis auth. Judic. possid. Christin. decis. Bel-
gic. volum. 4. *in Cod. libr.* 7. *decis.* 124. *num.* 4. *Mer-*
lin. de pignor. libr. 1. *quæst.* 21. *num.* 1. Ideo nullateous
adduci possunt pro decisione præsentis quæstionis præ-
dictæ Digestorum, & Codicis sanctiones in *d. L. cum*
unus, & L. cum apud veteres, neque illarum rationes,
ratio enim sive illa præsumptæ intentionis in Judice
juvandi, seu consulendi omnibus creditoribus per mis-
sionem unius in possessionem omnium bonorum debi-
toris, sive altera æquitatis à Lege consideratæ pro be-
neficio omnium Creditorum rectè tunc procedebat,
dum unus Creditor mittebatur in possessionem om-
nium bonorum debitoris, nam alias quippe visum fuis-
set non Jure Judicem processisse, si mittendo unum
Creditorem in possessionem omnium bonorum debito-
ris, non intendisset omnibus Creditoribus prospicere,
aut saltem æquitati legem defuisse; quæ rationes ho-
die, cum immutatum sit Jus antiquum Digestorum,
& Codicis per dictam Novellam 53. penitus cessant,
quia si hodie non mittitur creditor in possessionem
bonorum sui debitoris, nisi pro mensura sui crediti,
non potest amplius præsumi in Judice intentio con-
sulendi etiam aliis creditoribus, neque amplius æqui-
tas id suadere valet, imò nunc verteretur in iniquita-
tem, quod antiquitus æquum reputatum fuit, & qui-
dem Jure ac merito, nam creditor, qui missus esset in
possessionem bonorum ad mensuram tantum sui cre-
diti, si adhuc limitatæ missionis in possessionem com-
modo gaudere possent omnes alii creditores imposte-
rum comparentes, deberet ius bona ad mensuram tan-
tum sui crediti capta communicare, & sic non ob-
stante ejus vigilantia, & solertia adhibita pro asse-
curando toto suo credito quid minimum pro eo per
contributum haberet, cum alias si fuisset ei permis-
sum, ut antiquitus de Jure Digestorum, ac Codicis
in possessionem omnium bonorum sui debitoris immit-
ti tam mobilium, quam immobilium, ac etiam nomi-
num debitorum, ac aliorum quorumcumque bonorum,
ut explicat textus in *L.* 1. *C. de Prætorio pignor.* vel
nullam, vel saltem eo minorem jacturam passus fuis-
set, præcipuè attento cumulo fructuum, quos ex bo-
nis omnibus debitoris interim percepisset. Quamo- 19
brem omnes illi Doctores advertentes ad hanc Juris
veteris immutationem, atque ex novo constitutionum,
seu Novellarum jure à contrario sensu arguentes re-
ctius senserunt missionem in possessionem bonorum ex

primo decreto modo obtentam ab uno ex creditoribus
ad mensuram tantum quantitatis sibi debitæ, ei tan-
tum, & non aliis creditoribus prodesse, ut post Gloss.
in dicta L. cum apud veteres verbo commoditatis C. de
bonis auth. Jud. possid. & ibi egregiè Castrens. num. 2.
vers. Item procedit, quem sequitur Gregor. Lopez ad
LL. Hispaniarum partid. 5. titul. 15. Leg. 9. gloss. 1.
verb. entrega Bartol. in dicta L. cum unus ff. de bonis
auth. Judic. possid. & in L. si & Vir. ff. qui potior. in pi-
gnor. hab. Negusant. de pignor. part. 3. membr. 2. num.
10. versic. Tertio restringe. Merlin. de pignor. libr. 1.
quæst. 22. num. 16. nec non eleganter Monterent. ad
statut. Bonon. rubr. de vocand. in jur. & non venient. §.
Ubi autem verb. debitorem quem sequitur Posth. de sub-
hast. inspect. 19. num. 20.

Et quamvis ex his clarè convincatur, quod in præ-
sens, attento Jure novissimo dicti Authentici dici am-
plius non valeat, quod immissio unius creditoris in
possessionem bonorum debitoris pro mensura tantum
sui crediti prosit etiam aliis creditoribus non immis-
sis, sed ei dumtaxat, qui hujusmodi immissionem ob-
tinuit, & sic hodie cesset argumentum, quod alias
poterat deduci ex d. L. Cum unus, & L. cum apud ve-
teres ad probandum quod sequestrum factum ad in-
stantiam unius creditoris aliis etiam prodesse debeat;
Attamen, ut verum fatear, nequidem ex eodem novis-
simo Jure Authentici trahi potest alterum argumen-
tum ad probandum nostrum assumptum; quod nem-
20 pe sequestrum alii non prosit, nisi ei pro quo ema-
natum fuit, & est ratio, quia cum per missionem
in possessionem, quamvis restrictam ad quantitatem
sui crediti, acquirat Creditor chyrographarius immis-
sus Jus reale, nempè hypothecam, seu pignus præto-
rium super bonis, in quibus fuit immissus per Text.
in L. 2. C. de Prætor. Pignor. & ibi scribentes præ-
sertim Bruneman. Negusant. de pignor. part. 3. in prin-
cip. vers. Tertium pignus est. Mysinger. observat. centur.
2. observat. 28. Christin. dec. Belgic. lib. 4. in Cod. lib.
8. tit. 22. decis. 164. num. 3. Antunez. de donat. Reg.
part. 3. cap. 38. n. 50. & 51. vers. acquirit tamen Cost.
de re integr. distinct. 15. numer. 2. 3. 13. 14. & latè
Merlin. de pignor. libr. 1. quæst. 11. num. 43. & quæst.
87. num. 1. & seq. & num. 10. 11. 12. Rot. Roman. co-
ram Duran. dec. 364. num. 6. & num. 8. & num. 34.
Gail. de credit. capit. 4. quæst. 3. Ridolphin. prax. part.
1. cap. 15. num. 79. 80. Propterea non est mirum quin
21 Creditor immissus in bonis debitoris ad mensuram
tantum sui crediti præferri debeat nedum cæteris aliis
creditoribus chyrographariis, verum etiam aliis, qui
post dictam immissionem hypothecam acquisiverunt ob
regulam Juris qui prior in tempore potior in Jure,
22 quæ non minus procedere debet in hac hypotheca,
seu pignore prætorio, quam in cæteris aliis hypothe-
cis conventionalibus, ut mirum in modum commu-
niter tradunt Negusant. de pignorib. part. 3. membr.
2. num. 25. Bruneman. in L. cum unus 12. num. 4. ff.
de reb. Auth. Judic. possid. Acost. de privileg. credit. in
præfat. ad regul. 3. numer. 87. 88. & in ipsa regul. 3.
ampliat. 37. numer. 87. Gail. observat. libr. 2. obser-
vat. 25. num. 3. versic. nec interest P. Molin. de Just.
& Jur. disput. 528. numer. 5. Christin. decis. Belgic. vo-
lum. 4. in Cod. lib. 8. tit. 22. dec. 164. num. 6. 9. 11.
Rodriquez. de concurs. Credit. part. 2. art. 1. num. 94.
95. cum pluribus ab eo citatis Duran. decis. 364. nu.
11. & in terminis Arresti huic immissioni prorsus
similis docent Berlich. dec. 24. per tot. & in pract. con-
clus. part. 1. conclus. 69. num. 1. & seq. ac n. 10. vers.
Quoniam illi omnes Zanger. de except. part. 2. cap. 1.
num. 268. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. num.
188. cum seq. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 22. numer.
22. Pacifis. de Salvian. inspect. 3. cap. 2. numer. 497.
Carpzov. de Jurisprud. Forens. part. 1. Constit. 29. de-
finit. 1. & definit. 42. licèt non desint aliqui, qui in-
cidenter, vel re non examinata tenuerunt ex missio-
23 ne in possessionem bonorum debitoris nullum Jus reale
acquiri Posth. de subhast. inspec. 19. n. 17. ac alii lau-
dati per Rodriquez. de concurs. credit. part. 1. artic. 8.
num. 119. qui contrarium postea firmat in part. 2. art.
1. num. 94. & 95.

Cum itaque per missionem in possessionem bono-
rum acquiratur Creditori Jus reale, seu pignus præ-
torium super bonis, in quibus ille immittitur, & ideo
prælatio quoad alios creditores chyrographarios, nul-
latenus id procedere potest in eo qui simplex seque- 24
strum injecit in bona sui debitoris, cum sequestrans de
Jure nullam hypothecam vel pignus vel aliud Jus rea-
le acquirat in rebus simpliciter sequestratis, ut notant
in puncto Berlich. in pract. conclus. par. 1. conclus. 69.
num. 11. usque ad 12. & conclus. 73. num. 124. Carp-
zov. de Jurisprud. Forens. part. 1. Constitut. 29. definit.
1. numer. 7. 8. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2.
num. 67. cum pluribus seqq. nisi per statutum, aut con-
suetudinem alicujus Civitatis aliter dispositum fuerit ad 25
tradita per Me in Cambista Instructa cap. 7. num. 1.
& seqq. & per Doctores Ultramontanos loquentes de
sequestris, sive Arrestis in suis Provinciis, ubi per
earum statuta, vel consuetudines tribuitur Arrestanti-
bus Jus reale, vel hypotheca ut supra advertimus;
Quamobrem nostra quæstio, an nempe creditor chyro-
grapharius, qui sequestravit bona sui debitoris præfer-
ri debeat aliis creditoribus pariter chyrographariis ab
aliis Juris principiis est resolvenda, quam à legibus lo-
quentibus super materia immissionis in possessionem bo-
norum debitoris, adeo diversa, ut vidimus, ab altera
simplicis sequestrationis.

Quoad Me enim in hac quæstione utique semper
opinatus fui, quod creditor chyrographarius, qui mer-
ces, vel pecunias sui debitoris sequestravit cæteris o-
mnibus pariter chyrographariis creditoribus in eis sit præ- 26
ferendus, motus ex eo quod quemadmodum creditor,
qui alios ejusdem conditionis, aut qualitatis in exe-
quendo prævenerit, eis absque dubio utpotè solertior,
seu vigilantior de Jure præponendus est, prout textus
expressus est in L. in judicati, & ibi Gloss. & Docto-
res ac alii supra per me allegati in princip. vers. hac
tamen. Ita præferri debet, qui prius sequestrum inje-
cit in debitoris bona ex eademmet ratione majoris vi-
gilantiæ per eum adhibitæ in executione, cum seque-
strum sit una ex speciebus executionum, ut argum.
Textus in L. unic. Cod. de prohib. sequestrat. firmant 27
Tanchredin. in consult. 34. num. 30. 31. Coler. de pro-
cess. execut. part. 1. cap. 2. num. 68. & num. 183. cum
seqq. Armenz. dec. Gen. 68. n. 2. Berlich. in pract. con-
clus. part. 1. conclus. 73. numer. 2. Ansald. de Com-
merc. disc. 98. numer. 18. Peck. de Jur. sistend. cap. 2.
num. 3. & 4. Rodriquez. de concurs. credit. par. 1. artic.
6. n. 48. Zaul. ad statut. Favent. lib. 3. rubr. 46. n. 1.

Nec quicquam penitus refragatur quod textus in
dict. l. in judicati cum ibi Gloss. & scribentibus loquan-
tur de executione cœpta, vel intentata contra bona de-
bitoris in vim Judicati, vel in vim Instrumenti haben-
tis paratam executionem, per extensionem Doctorum,
ut supra vidimus; Quandoquidem in illis casibus, in
quibus, aut per legem, vel statutum, vel consuetudi-
nem hæc executio per viam sequestri ante sententiam,
seu rem judicatam permittitur, debet similiter sequi idem
vigilantiæ effectus, qui excutioni factæ in vim Judicati
à lege conceditur; Eatenus enim prohibetur à lege seque-
strum, quatenus nulla videatur licita, & æqua execu- 28
tio ante rem judicatam, & ideo regulariter traditur, quod
ab executione nemo debeat incipere, ut per textum in
L. unic. C. de prohibit. sequestrat. advertunt Doctores
mox supra laudati: Quoties igitur lex ab hac executio-
ne per viam sequestri incipere Creditori permittit, non
video cur tunc non debeat hujusmodi vigilantia in se-
questrando ejusdem virtutis existimari, eundemque præ-
lationis producere effectum ac illa per Creditorem ad-
hibita in executione intentata post rem judicatam?
Nam sicuti ratio dictæ L. in judicati, quæ unicè fun-
datur in vigilantia Creditoris in executione tentata con-
tra bona sui Debitoris, militat etiam in hoc casu se-
questri, in quo similis vigilantia à Creditore adhibetur, 29
quia, ut vidimus, sequestrum non est nisi una ex spe-
ciebus executionum, quæ fit in bonis debitoris, ideò ea-
dem dispositio dictæ Legis procedere debet in casu se-
questri L. Illud ff. ad L. Aquil. & in simibus terminis
Alex. consil. 7. n. 1. 2. lib. 3.

Quod mirificè comprobatur à textu in L. ait Præ- 30
tor 10. §. Si debitorem ff. quæ in fraudem credit. Ubi
licet agatur de casu executionis Creditori permissæ ne-
dum ante sententiam, & Judicis mandatum, verum
etiam authoritate propria, & privata contra Debitorem
fugitivum, attamen non ibi denegatur, sed expressè con-
ceditur prælatio illi Creditori, qui prius à Debitore fugiti-
vo res,

vo res, vel pecunias interceperit, super qua textu no-
tantes hoc privilegium prælationis ab ea Lege datum
vigilantiæ dicti Creditoris intercipientis pecunias sui de-
bitoris fugitivi, ita egregiè firmant *Gregor. Lopez ad
LL. Hispan. part. 5. tit. 15. leg. 10. gloss. 1. & 3. He-
via de Commerc. Terrestr. lib. 2. cap. 27. nu. 66. Rocc.
de decoct. not. 33. numer. 102. cum seqq. Petr. ad rit.
M. Cur. lib. 2. rit. 187. num. 10.*

31 Quam denique sententiam, quod nempe præferendus
sit sequestrans super rebus sequestratis cæteris omnibus
crediroribus ex eodem motivo vigilantiæ in præventiva
executione sequestri, expresse tenuerunt, licet re non
adeò benè examinata *Decian. respons. 81. num. 58. vers.
Ergo justè & ritè lib. 4. resp. 81. num. 58. Gob. consult.
27. nu. 13. lib. 2. Tondut. de prævent. part. 1. cap. 32.
numer. 42. penes sin. Hevia de Commer. Terrest. lib. 2.
capit. 27. numer. 66. & Surd. decis. 306. in princip. An-
sald. disc. 11. num. 17. de Commerc.* & Nos supra *disc.
120. numer. 13.*

32 Neque prædictis in minimò obstat prædictus noster
disc. 120. numer. 15. 16. ubi firmavimus nullum Jus
prælationis acquiri Creditori, qui res, aut pecunias sui
Debitoris fugitivi intercepit, quandoquidem ibi loque-
bamur in casu, quo aderant Creditores hypothecarii,
& anteriores, quibus non potest à Creditore Chyro-
graphario per quamcunque præventivam executionem
ab eo factam præjudicium aliquod inferri, & ideo tali
casu rectè diximus, quod Creditor, sive Chyrographa-
rius, sive etiam hypothecarius teneatur pecunias à de-
bitore fugitivo ablatas aliis Creditoribus, & hypotheca-
riis, & anterioribus restituere, dummodo tamen ab his
Creditoribus anterioribus hypothecariis illi solvantur
33 omnes expensæ factæ pro auferendis, & recuperandis
pecuniis, vel rebus à Debitore fugitivo. & ulterius ali-
quod præmium Judicis arbitrio taxandum pro sua soler-
tia, & labore, & periculo præstetur, ut per Authori-
tates in *dict. meo disc. 120. numer. 17.* relatas, quibus
nunc addimus *Manfrell. ad Capyc. latr. decis. 60. nu-
mer. 20. Rot. Roman. coram Falconer. tom. 4. de Mi-
scellan. & pretermiss. decis. 33. num. 10.* ubi ad quan-
tum possit hoc præmium taxari, notatur, & Nos supra
disc. 24. num. 5.

34 Secus verò ubi ageretur, ut hic, de concursu tan-
tum Creditorum simpliciter Chyrographariorum, nam
tunc inter eos melior erit conditio prævenientis, vel
præoccupantis, ut appositè advertimus in eodem Nostro
*disc. 120. num. 12. 13. & Rot. Roman. in Mantiss. ad
Card. de Luc. de Credit. decis. 40. num. 11. §. Etenim
quatenus per Nos ibi laudata sub num. 16. 17.*

35 Advertendum est in hac materia quod nonnulli ex
Doctoribus existimarunt, quod diligentia, seu vigilan-
tia unius Creditoris in præveniendo executionem non
sufficiat ad ei caussandam hanc prælationem, quando
alii Creditores non possint reputari negligentes, ex quo
credebant, vel justam habebant causam credendi debito-
rem esse idoneissimum ad solvenda omnia sua debita, ut
sunt *Caroc. decis. 109. num. 25.* ac alii laudati à *Berlich.
pract. conclus. part. 1. conclus. 71. num. 12. vers. dissen-
tie.* sed contrarium & quidem rectius firmarunt latè, &
egregiè *Hartman. Pistor. lib. 3. quest. 20. numer. 5. &
Rot. decis. 147. numer. 5. coram Millin.* ob rationes,
& validissima Juris fundamenta per eos adducta, & in
hanc sententiam videtur quoque amplecti ipse *Berlich.*
loco mox citato.

Hoc tamen Jus prælationis de Jure concessum Cre-
ditori Chyrographario exactionem, vel executionem
prævenienti in pluribus casibus locum non habet.

36 Et primo in casu, quo executio contra Debitorem,
vel exactio sequuta fuisset de tempore, quo ille erat de-
coctus, vel formatus jam fuisset universalis Creditorum
concursus *Acost. de privileg. Credit. in præfat. ad re-
gul. 5. penes fin. Bruneman. in L. Pupillus 24. ff. quæ
in fraud. Credit. Ansald. de Commerc. disc. 11. numer.
16. 17. & ferè per totum, Rot. Roman. coram Penna
decis. 338. numer. 3. & 7. & decis. 636. num. 2. im-
pression. Lugdun.* & Nos supra *disc. 120. numer. 11. &
disc. 124. num. 5. 6. 7. 8. 9.* quo loci hanc limitationem
plenè explicavi.

37 Secundo in omni casu, quo cæteri Creditores non
fuerint negligentes, sed simul, & semel institerint et-
iam pro consequenda eorum respectivè creditorum sa-
tisfactione, ut per textus expressos in *L. si non expe-
dierit §. Si Pupillus ff. de bon. Auth. Jud. possid. &
L. Pupillus 24. ff. quæ in fraud. Credit.* egregiè tradunt
Castrens. cons. 447. nu. 3. vel cons. 446. juxta aliam im-
pressionem *lib. 1. Bruneman. in dict. §. Si Pupill. Rodri-
quez de concurs. Credit. part. 2. art. 3. numer. 22. Rot.
Roman. coram Pen. decis. 636. per tot. tom. 1. Lugdun.
impress. & coram Millin. decis. 247. num. 3.* & melius
decis. 280. per totum, ubi ampliat etiam id procedere in 38
casu quo Creditor vigilans non habuisset scientiam de
urgentia, vel instantia aliorum Creditorum, tum etiam
in casu, quo Debitor sponte alteri ex Creditoribus sol-
visset; Nam Debitor, cum omnes Creditores instant,
non potest sponte alterum gratificare, ut per eundem
text. in *dict. L. Pupillus 24. ff. quæ in fraud. Cred. &
in Leg. si non expediorit §. Si Pupillus & §. Quod ab
utroque ff. de bon. Auth. Judic. possid.* docent *Bruneman.*
& alii super utroque textu scribentes *Rodriquez* loc. mox
cit. *Caroc. dict. decis. 109. num. 27. & 28.* & elegantis-
simè *Hartman. Pistor. lib. 3. quest. 20. num. 3. vers. me-
rito itaque* & ibi Add. quo loci amplius admonet id pro- 39
cedere, licet de tempore gratificatæ solutionis debitor
fuisset solvendo, quod etiam approbat *Rot. Rom. coram
Millin. decis. 147. num. 4.*

Tertio in casu quo Creditor injustè extorsisset à De- 40
bitore solutionem, nempe si per aliquam vim, aut con-
cussionem creditum suum ab eo exegisset, *dict. L. Pu-
pillus 24. ff. quæ in fraud. Credit.* & ibi *DD. Castrens.
dict. cons. 447. num. 3. Berlich. in pract. conclus. part. 1.
conclus. 71. num. 16.* egregiè *Hartm. Pistor. dict. quest.
20. num. 6. Rot. Rom. coram Millin. dict. decis. 247. in
fin.* Quæ tamen limitatio non procedit in Debitore fu- 41
gitivo, nam rectè de jure permittitur creditori illum
propria authoritate sistere, nec non pecunias, aut bona
per vim etiam, ac extursionem ab eo abripere, ut per
textum in *Leg. Ait Prætor §. Si debitorem ff. quæ in
fraud. Credit.* ita declarant *Hartm. Pistor. d. quest. 20.
num. 7. Rodriquez de concurs. Credit. part. 2. art. 3. nu-
mer. 19. vers. hanc tamen extorsionem. Berlich. d. con-
clus. 71. num. 17.*

Quarto in casu Negotiationis, vel mercaturæ, ut no- 42
tant *Gregor. Lopez ad LL. Hispan. part. 5. tit. 14. L.
11. gloss. qua venie num. 4. Jo: de Hevia de Commerc.
Terrestr. lib. 2. cap. 27. num. 59.*

Id tamen intellige in aliqua speciali negotiatione, 43
exempli grat. Tabernæ Serici, aut vini, olei, vel tri-
tici, & hujusmodi, quia Creditores omnes illius par-
ticularis Negotii vel Tabernæ tamquam universum cor-
pus, seu tamquam socii credendi reputantur, prout
advertunt prædicti Authores, secus in Negotiatione,
vel mercatura in universum exercita per Mercatorem
absque speciali institutione alicujus Negotii, vel Ta-
bernæ, nam tunc absque dubio inter Creditores Mer-
catoris, qui universalem negotiationem exercuit, at-
tendi debent communes regulæ prioritatis hypothecæ,
vel potioritatis causæ, aut privilegii à Jure traditæ,
& ratio est, quia hujusmodi Creditores contrahentes
cum tali Mercatore universalem mercaturam exercente
sibi obligare intellexerunt ab initio & illius personam,
& universum patrimonium, nullumque respectum ha-
buerunt ad illius particulares negotiationes, ut ele-
gantissimè doctèque declarat *Castrens. cons. 286. nu-
mer. 3. libr. 1.* & post eum *Rot. Roman. coram Mil-
lin. decis. 180. numer. 56.* quæ est *decis. 242. part. 4.
divers. Cardin. de Luc. de Credit. disc. 11. per tot.*
Aliasque limitationes pro brevitate prætermissas videre
poteris penes *Hartm. d. qu. 20. lib. 3. & Rodriquez de
concurs. Credit. part. 2. art. 3. à numer. 17. usque ad
22. Caroc. decis. 109. Berlich. dict. conclus. 71. n. 14.
usque ad 20.*

Ex his hactenus magistraliter deductis clarissime con-
stat quam rite, & recte fuerit per nos resolutum in
occurrenti casu contra Dom. Marchionem de Sylva,
quod nempe nulla fuerit super petiis 2600. sequestra-
tis Ei acquisita prælatio, non quia sequestrum sit de
Jure incapax producendi hunc prælationis effectum, 44
sed ex eo, quod de tempore injecti sequestri nedum
jam urserant alii ferè omnes Creditores, pro eorum
satisfactione, sed etiam iniverant concordiam cum di-
ctis DD. David, & Bozzerian suis debitoribus pro
faciliori modo eam obtinendi, ad quam concordiam
pariter subscribendam fuit ipsemet Dom. Marchio per
sententiam constrictus, ut latè ex quamplurimis au-
thorita-

thoritatibus supra probavimnt in tertia limitatione §. *Secundo in omni casu*, & fere in puncto casus nostri firmat *Rot. Roman. decis.* 280. *per tot. cor. Millin.* & *decis.* 636. *num.* 2. 3. *coram Penna*.

Et ita, &c.

A R G U M E N T U M.

Navis conducta ab aliquo mercatore ad vehendas suas merces in aliquem Portum an, & quando possit alios Portus, seu loca inter navigandum sive ad dexteram, sive sinistram existentia attingere; & quando dicatur iter, seu viaggium destinatum in attingendis aliis Portubus mutasse.

S U M M A R I U M.

1 *Explicatur textus in l. qui fiscales 5. Cod. de Navicular. lib.* 11.

2 *Navis conducta pro vehendis mercibus ad aliquem Portum, attingendo alios Portus vel loca à recta navigandi via multum remota, dicitur viaggium destinatum mutasse.*

Secus si attigisset alios Portus vel loca non multum remota, neque insolita num. 3.

4 *Navis potest, navigando ad destinatum Portum, attingere alios Portus sibi in navigatione obvios, vel illos, quos solent aliæ Naves attingere.*

5 *Navis conducta pro vehendis mercibus ad aliquem Portum destinatum, si pro aliis Portubus aliorum merces palam, & publice non contradicente primo Conductere oneraverit, potest istos Portus attingere pro ibi aliorum mercibus exonerandis.*

Londinen. mutationis viaggii.

D I S C U R S U S CXCIII.

1 EA profectò notabilis quæstio, quam super dispositione textus *in l. Qui Fiscales 5. Cod. de Navicul. lib.* 11. aguot Doctores, an Navis conducta ad vehendas merces ad aliquem Portum, valeat alios Portus, aliaque loca inter navigandum sive ad dexteram, sive ad sioistram occurrentia attingere, sed debeat continuo recta via usque ad destinatum Portum navigare, ita communiter per eos resolvitur, aut Portus, locave,
2 quæ in ipsa navigatione occurrunt sunr admodum à recta navigationis via remota, & in hoc casu non valet ea Navis attiogere, alias diceretur iter, seu viaggium destinatum mutasse, si vero Portus locave non sunt mul-
3 tum remota, neque iosolita, & tunc ea attingendo minime dici valet itineris, seu viaggii destioati mutationem à Navi fuisse commissam, ut latè & pereleganter tradit de *Vicq. ad Weitsen de Avariis* §. 29. *num.* 32. *verb. de cursu* & juxta impressionem Florentinam post meum tractatum *de Commerc. nu.* 73. & *Targ. in ponderat. maritim. cap.* 52. *notat.* 8. & ego quoque ex authoritate *Soccin. Stracch. Gaddei*, *Rota nostra Florentina nec non Romana*, aliisque Doctoribus firmavi *in disc.* 134. *num.* 2. *usque ad num.* 12. *de Commerc.* & alibi in prioribus meis discurs. ejusdem tractatus.

Quo posito proinde seqnitur, quod Navis prædicta *Ver amor* appellata, sive D. Rogeros illius Capitaneus rite, & rectè Dianii Portum, vulgo *Devia* pro oneratione aliquarum mercium ibi facienda attingere potuerit, quia à recta via navigandi non est ille admodum remotus, neque inusitatus, imò vicinus & mercatoribus, & Capitaneis usitatus.

4 Quod indubitate procedit in casu nostro, tum quia ex consueto navigandi modo ex Liburno ad Bristolium, vel Londinum solent Naves quoscumque Portus in ipsa navigatione sibi obvios non multum à recta navigandi via distantes (ut sunt qui in Oris Hispanis reperiuntur, inter quos Diaoii, & Gibralrariæ Portus) attingere, prout ex communi Capitaneorum seu Navarcorum sive Anglorum, sive Italorum, sive Francorum, tum etiam ex maxima parte mercatorum, & publicorum Proxenetarum Liburni sincero testimonio comprobatum fuit, qui profectò communis usus in hac materia Navigationis omnino servandus est, & punctim firmant *Gaddeus ad leg. itinere* 3. *numer.* 115. & *sequenti ff. de Verb. signific.* & *Stracc. de Navigat. part.* 3. *sub numer.* 4. *vers. Navigares igitur*, & *numer.* 15. 16. ac diffusè docteque *de Vicq. ad Weitsen de Avar.* §. 29. *verb. de cursu numer.* 32. tum quia palam
& publicè facta fuit Liburni per dictum Capitaoeum 5
Rogeros onerario mercium pro illis transferendis ad Portum Gibraltariæ videntibus vel scientibus ipsismet, qui modo dictum Navis appulsum ad Dianii Portum tamquam illicitum impugnare præsumunt, ex quo vel magis comprobatur prædictus usus attingendi loca non valde à recta via distaotia, vel eorumdemmet taeitus consensus, qui licet regulariter non sufficiat, attamen favore commercii utilitatis publicæ privilegio de jure gaudeotis utique sufficiens est ad pariendum scienti, & taceoti præjudicium, ut per me firmatum fuit *in disc.* 144. *numer.* 32. & 33. & rursus in *disc.* 176. *numer.* 31. *de Commerc.* tum denique ex aliis nimium urgentibus rationum momentis, non frustra hie repetendis, io boc nostro casu specialiter concurrentibus, quæ doctè, solideque de more per Dominum meum Egregium Advocatum Joseph Riccinm in suo elaborato juris responso pro D. Capitaneo Rogeros congeruntur, quæque injustitiam prioris judicati apertissimè convincunt, spemque è contra firmissimam obtinendi à novis sapientissimis, ac integerrimis Judicibus justitiæ suæ complementum in aoimum ejusdem D. Capitanei injiciunt.

A R G U M E N T U M.

Quando dicatur lex generalis Principis, Et quando illa deroget legibus particularibus, vel privilegiis antecedentibus.

Quamplurimæ afferuntur, & examinantur conjecturæ, ex quibus arguitur in Principe mens derogandi per posteriorem legem prioribus legibus, seu Privilegiis.

S U M M A R I U M.

1 *Lex, seu statutum conditum de mandato Principis habetur pro lege ab ipso Principe prolata.*

2 *Præsertim si fuit postea confirmata.*

3 *Eo magis si talis confirmatio fuit facta in forma specifica, attenta commissione Principis data aliquibus deputatis*, & *n.* 4.

Secus si fuit facta in forma communi, n. 5.

6 *Clausula derogatoria* non obstantibus *apponi non potest nisi per ipsum Principem, vel de ipsius Principis commissione.*

7 *Legis publicatio à Principe ordinata arguit eam esse legem ipsius Principis.*

8 *Lex universalis dicitur quando fuit condita pro omnibus totius Dominii, & cum clausula derogatoria* non obstantibus.

9 *Per legem posteriorem, quamvis generalem, & habentem Clausulam derogatoriam* non obstantibus, *non intelligitur antecedenti privilegio, vel legi derogatum absque illius mentione derogationis.*

Præcipuè quando lex præcedens particularis, seu Privilegium habet clausulas derogatorias ad futuras leges & dispositiones n. 10.

Limita tamen quando concurrunt conjectura contrarium suadentes n. 11.

Item limita quando lex generalis posterior esset contraria, seu incompatibilis cum lege præcedenti particulari, vel privilegio, n. 12.

13 *Lex generalis posterior habens clausulam* non obstantibus *deroget antecedenti legi particulari, seu privilegio, licet habenti derogatoriam ad futuras leges, quando ex conjecturis constet de Principis mente derogandi.*

14 *Quod magis procedit quando clausula derogatoria ad futuras leges apposita in præcedenti lege particulari, vel privilegio, non refertur ad personam ipsius Principis sed suorum Officialium, & Ministrorum.*

15 *Clausula* non obstantibus *non sufficit ad pariendam derogationem privilegii clausi in corpore juris communis.*

16 *Item non operatur derogationem privilegii alteri* con-

concessi quando fuit apposita in aliquo Rescripto facto a Principe ad instantiam, & favorem alicujus personæ particularis, vel alicujus Collegii, & Universitatis.

17 *Jus mere eventuale, vel quod dependet ab aliena voluntate non habetur in consideratione.*

18 *Ideoque ad illius derogationem non requiritur, quod de eo mentio fieri debeat, neque necessaria est illius derogatio, ut illi præjudicium fiat per aliud Principis Rescriptum.*

19 *Lex, seu Statutum conditum de commissione Papæ seu Principis, licet dicatur Papale, vel Principis quoad potestatem, tamen quoad voluntatem attenditur mens Deputatorum.*

Quod procedit licet talia Statuta sint etiam postea à Principe confirmata n. 20.

Limita in casu, quo de contraria Principis voluntate constaret in decreto confirmationis n. 21.

22 *Declaratur conclusio posita sub n. 19. & 20.*

23 *Lex condita de Commissione Principis ab aliqua Arte, vel Universitate non comprehendit personas, quæ dictæ Arti, vel Universitati subditæ non sunt, licet sint subditæ ipsi Principi.*

Declaratur hæc conclusio n. 24.

25 *Commodum, vel damnum, quod in consequentiam venit, non est in jure attendendum.*

26 *Lex, seu dispositio prolata in res, contractus, aut personas subditas disponenti, in consequentiam afficit etiam non subditas.*

27 *Uno cessante a quo alterum dependet, hoc etiam cessare debet.*

28 *Lex posterior ex quibus conjecturis arguatur priori Legi derogare, & n. 29. 30. 31, 32. 33. 34. 35, 36. 37. 38. 39. 41. 42. 46.*

32 *Utilitas major publica prævalet minori.*

40 *Per gratiam nemo præsumitur impetrasse, quod de jure obtinere potuit.*

43 *Scientia præsumitur ubi ignorantia est nimium inverisimilis.*

44 *Et hæc inverisimilitudo ignorantiæ ex quibus arguatur, & n. 45.*

47 *Observantia etiam in actibus mere facultativis locum habet, & interpretationem operatur.*

48 *Ex observantia interpretatur natura, & qualitas Legis.*

49 *Observantia illa attenditur, quæ est proximior actui, qui interpretari debet.*

50 *Inconstantia in Principe non est præsumenda præsertim intra breve tempus.*

51 *Legi priori non præsumitur Princeps voluisse derogare, quam magna sollicitudine, amore, & studio condidit.*

52 *Privilegio concesso personis maxime dilectis, & qualificatis derogare Princeps non præsumitur.*

53 *Princeps sæpe aliquas Leges condit, quas utiles, & sanctas credit, quæ postea in praxi inutiles, & damnosæ inveniuntur.*

54 *Lex, quæ in praxi inutilis, & damnosa reperitur, variari debet, ut fit de medicina.*

55 *Quod alteri in consequentiam acquiritur ob jus, vel beneficium alicui principaliter concessum, non est in consideratione habendum.*

56 *Principalis dispositio, & non id quod in consequentiam venit de jure tantum attenditur.*

57 *Utilitatis, vel commodi cessatio, quæ in consequentiam venit ob jus principale alteri abolitum, non habetur in consideratione.*

58 *Conjecturæ majores numero, & pondere prævalent minoribus, itaut istæ nihil omnino attendendæ sint.*

59 *Actus possessorii circa jurisdictionem clandestinè facti, non sunt attendendi.*

60 *Actus sequens animum, seu intentionem præcedentem declarat.*

61 *Actus clandestini dicuntur, qui fiunt absque scientia alterius Partis.*

62 *Scientia redditur inverisimilis ob locorum distantiam.*

63 *Scientia actus præjudicialis, vel turbativi non præsumitur in eo, qui reclamavit statim, ac illius notitia ad eum pervenit.*

64 *Actus possessorii, qui causam liti dederunt, non sunt in consideratione habendi.*

Florentina, seu Pisana Juris privativè concessi.

Veneris 31. Augusti 1726.

DECISIO AUTHORIS, *ET* DISCURSUS CXCIV.

SUB diem 3. Octobris 1722. responsum fuerat Clarissimæ Practicæ per primos Judices Assessores ad favorem Artis Medicorum, & Pharmacopolarum hujus Inclytæ Civitatis, & contra D. Rectorem Studii, & Collegium Medicorum Pisanum, ut ex eorum docto, feracique voto colligitur, per quod eidem Rectori, & Collegio Pisano nullum jus, vel facultatem competere examinandi, approbandi, admittendique Chirurgos in Territorio Pisano artem suam exercere volentes, sed illud ad Artem Medicorum, & Pharmacopolarum Florentiæ privativè, quoad omnes residere declaratum fuit; Cumque prædictum Pisanum Studium, atque Collegium desuper novam obtinuisset audientiam, Nobisque Causam committi, quæ per me pluries ad trutinam simul cum DD. Collegis meis revocata, hodie tandem illa reproposita DD. steterunt in decisis juxta rationes infra exprimendas, non obstantibus iis, quæ tam in prima, quam in hac secunda Instantia sive oretenus, sive in scriptis per DD. Informantes pro dicto Collegio, & Studio Pisano pleniùs, ac serventiùs in medium deducta fuere.

Quamvis enim ex præclaro Privilegio olim à Serenissimo Magno Duce Cosmo Primo sub Annum 1544. elargito Studio, & Collegio Pisano hujusmodi jus, & facultatem cumulativam competere inficiari non valeret, tamen ob posteriorem legem ab eodem Serenissimo Principe postmodum sub annum 1548. conditam dicto Privilegio derogatum fuisse nullatenus DD. ambigerunt.

Utque mihi prosperè, aut faciliori via de tali Privilegii derogatione facta per novam Legem anni 1548. constare obtingat, ideo mihi primùm ejusdem legis naturam, ac indolem exponere opus est.

Proinde advertendum est in facto, quod de Supremo Mandato Serenissimi Dom. Magni Ducis Cosmi Primi per Consules, & Consiliarios Artis, vel Universitatis Medicorum hujus Civitatis de anno 1548. nonnullæ fuerunt conditæ provisiones pro bono Medicinæ, & Chirurgiæ regimine, quæ fuerunt postmodum per eumdem Serenissimum Cosmum Primum etiam confirmatæ, & approbatæ sub die 26. Aprilis ejusdem anni, & pro Legibus, aut Statutis dictæ Artis inviolabiliter observandis concessæ, ut constat ex illius libro antiquissimo Legum, ac Statutorum in authentica forma producto, & in hunc modum sub ejus finem à Domino Fumanti Notario publico, & Cancellario dictæ Artis subscripto, ibi, *Tempore Joannis Laurentii Fumanti de Vicerato Notarii publici, ac Civis Florentini, nec non Cancellarii dictæ Artis, & Universitatis ex mandato Illustrissimi Dom. Ducis Cosmi Medicei Ducis, & Civitatis Florentiæ, & Senarum optimi Principis, & Domini nostri obtentæ fuerunt supradictæ provisiones ut supra in hoc sub die 26. Aprilis 1548. factæ, & ordinatæ prius inter Consules, & postea inter Consules, & Consiliarios dictæ Artis ex Commissione ejus Excellentiæ Illustrissimæ.*

Inter provisiones, seu leges prædictas mox infrascripta apparet, qua desuper præsens vertitur differentia.

Per la presente provviddere, e statuirno, e ordinarono in aumento, e più osservazione di tale Statuto, ed ordine antico, che niuna di qualunque stato, grado, e condizione si sia ancorchè sia descritto, e matricolato in detta Arte, possa, debba, ardisca, o presuma in modo alcuno direttamente, o indirettamente per qualsivoglia causa medicare, a l'Arte, e Mestiere della Medicina fare, o fare operare nella Città, Contado, Distretto di Firenze, e Dominio di Sua Eccellenza, se prima non sarà conventato, esaminato, ed approvato per sufficiente, ed idoneo veramente, e giustamente in tal Arte di medicare, o per Fisico, o Cerusico secondo che sarà eletto, o eleggere vorrà, o nell'uno, o nell'altro, come idoneo, e sufficiente si troverà per quattro Medici Dottori nell'Arte della Medicina assai

prati-

pratici, ed esperti a questo da eleggersi, o deputarsi per
i Signori Consoli della presente Arte allora in officio
esistenti sotto pena, ec. non obstantibus, &c.

1 Cum itaque dicta provisio inter cæteras dictæ Artis
condita fuerit ex mandato, & commissione expressa
Serenissimi Magni Ducis, ibi, *facta & ordinata prius*
inter Consules, & postea inter Consulos, & Consilia-
rios dicta Artis ex Commissione ejus Excellentia Illu-
strissima profecto hæsitari minimè valet, quin ea dici,
vel haberi non debeat pro lege ab ipsissimo D. Magno
Duce prolata, ut tradunt communi voto *Ansald. de*
Commerc. disc. 19. *num.* 10. *&* 11. *Franc. Palm. cons.*
15. *numer.* 2. *&* 12. *Saminiat. controv.* 29. *numer.* 39.
egregiè *Capon. discept.* 398. la 2. *numer.* 16. *vers. recte*
dicuntur Rot. Roman. divers. part. 1. *decis.* 452. *numer.*
2. *& part.* 13. *recent. decis.* 54. *numer.* 11. *& seqq.* &
penes *Pacific. de Salvian. decis.* 249. *num.* 10. *& de-*
cis. 250. *per tot. & decis.* 251. *pariter per tot. & part.*
17. *recent. decis.* 282. *num.* 8. *Card. De Luca de Do-*
te disc. 22. *num.* 8. *& Rota Nostra Florentina in Flo-*
rentina Contributionis 1. *Aprilis* 1689. *Lib. Mot.* 132.
a cap. 711.

2 Eoque magis cum fuerit insuper postea per eum-
dem Serenissimum Principem confirmata, & pro lege
una cum cæteris in dicto libro contentis prædictæ Ar-
ti tradita, ibi, *ex mandato Illustrissimi D. Ducis Cos-*
mi Medices Ducis, & Civitatis Florentia, & Sena-
rum optimi Principis, & Domini Nostri obtenta Rot.
Roman. part. 10. *recent. decis.* 298. *num.* 15. *cum duob.*
seqq. Constantin. ad Stat. Urb. in praelud. num. 57. præ-
sertim quia confirmatio in casu nostro facta fuerit in
3 forma specifica attenta præcedenti commissione à Sere-
nissimo Magno Duce data Consulibus, & Consiliariis
dictæ Artis de condendis, & ordinandis dictis provisioni-
bus *Marescot. var. lib.* 2. *cap.* 67. *numer.* 24. *Rot. Ro-*
man. cor. Ludovis. decis. 297. *num.* 7. & ibi *Add. nu-*
mer. 13. *& in recent. part.* 6. *decis.* 115. *num.* 25. *&*
cor. Otthobon. decis. 240. *num* 7. *& part.* 19. *dec.* 93.
numer. 17. *& seq. & decis.* 262. *numer.* 24. *Card. De*
Luc. de Judic. disc. 35. *num.* 63. *vers. Adhuc tamen*,
& latissimè *Constantin. ad Statut. Urb. in praelud. num.*
48. *& seq. Conciol. ad Statut. Eugub. in praelud. num.*
4 71. egregiè in puncto alicujus provisionis relatæ à Mi-
nistris Nostro Serenissimo Magno Duci, & per eum
approbatæ *Rota Nostra Florentina in dicta Florentina*
5 *Contributionis* loco citato; quicquid sit si leges, aut
statuta fuissent simpliciter in forma communi per Prin-
cipem confirmata, ut videre est penes *Conciol. ad Sta-*
tut. Eugub. in praelud. num. 92. *Pigant. ad Statut. Fer-*
rar. lib. 1. *rubr.* 2. *num.* 5. tenentes in hoc casu, quod
hujusmodi statuta, vel leges simpliciter, seu in forma
communi per Principem approbata haberi non possint
pro legibus, aut Statutis ipsius Principis.

6 Et absque dubio, tum quia ulterius in casu nostro
reperitur in fine dictarum provisionum Clausula dero-
gatoria *non obstantibus*, quæ apponi non potest nisi
per ipsum Principem, vel de expressa Principis com-
missione *Natt. cons.* 185. *numer.* 9. *tom.* 1. *Mart. de*
Clausul. part. 1. *claus.* 76. *numer.* 6. *Barbos. de claus.*
claus. 82. *num.* 2. *Anguisciol. cons.* 3. *num.* 10. *libr.* 1.
Barz. decis. Bonon. 117. *numer.* 33. & de Stylo nostræ
Civitatis *Sabell. in prax. §. Clausula num.* 1. *& §. Re-*
scritti num. 1. *in fin.*

7 Tum quia ipsemet Serenissimus Magnus Dux anno
1560. expresse mandavit, ut Lex prædicta anni 1548.
Pisis publicaretur, ibique jugiter, ac inviolabiliter obser-
vari deberet ex quo magis constare Legem ipsius Prin-
cipis esse advertunt *Alciat. cons.* 2. *numer.* 30. *versic.*
& de hac mente libr. 9. *Cyriac. controvers.* 210. *nu-*
mer. 53. *&* 54. & ad tradita per *Mans. consult.* 310. *n.*
17. *Rot. Roman. decis.* 452. *num.* 2. *in fin. vers. & jussit*
observari part. 1. *divers.* & in *rec. decis.* 438. *num.* 54.
& seq. part. 4. *tom.* 2. *& part.* 10. *dec.* 298. *num.* 17.

8 Neque pariter hæsitari valet, quin dicta provisio sit
Lex universalis, quia condita fuit pro omnibus, & sin-
gulis Artem Medicinæ, & Chirurgiæ in toto Dominio
Serenissimi Magni Ducis profiteri volentibus, ut ex te-
nore illius evidenter apparet, necnon habeat clausulam
derogatoriam *non obstantibus, &c. D. meus Audit.*
Bonfin. ad Baniment. General. in supplem. Proœm. num.
13. & in *Florent. Jurisdictionis* 6. *Junii* 1727. *§. Fra-*
gilis autem in fin. cor. eod.

Quibus itaque præmissis, quantumvis per DD. Infor-
mantes pro Rectore, & Collegio Pisano diceretur, quod 9
regulariter per posteriorem Legem generalem, & si ha-
bentem generalem Clausulam derogatoriam *non obstan-*
tibus, & hujusmodi, non intelligatur antecedenti Pri-
vilegio, aut Legi particulari derogatum absque expres-
sa illius mentione, & derogatione, ut firmant *Sami-*
niat. controv. 192. *numer.* 29. *Pacion. allegat.* 41. *nu-*
mer. 26. *Cyriac. controv.* 554. *numer.* 88. *Rot. Roman.*
decis. 566. *numer.* 5. *part.* 19. *recentior. tom.* 2. *& co-*
ram Royas decis. 140. *num.* 5. 6. *& Rot. Senen. coram*
D. de Comitib. decis. 16. *numer.* 7. & latius *Rot. Flo-*
rentina cor. eod. decis. 116. *numer.* 18. *cum seqq. & co-*
ram Urceol. decis. 37. *numer.* 25. *& seq.* & latissimè *co-*
ram D. Bonfin. in Florentina Jurisdictionis 6. *Junii*
1727. *§. Etenim cum plurib. §§. seqq. & §. Neglecta re-*
plicatione, & egregie in *Pistorien. Incompetentia §. Nec*
obstat quod verbis, & §. Ad Tertium 30. *Maji* 1618.
coram Diaspinto Lib. Motiv. 98. *fol.* 355. *Raynald. ob-*
serv. crimin. cap. 10. *supplet.* 1. *n.* 27. *Antunez. de Donat.*
reg. lib. 2. *cap.* 10. *sub n.* 126. *vers. ex quo infero*, latè *Add.*
ad Rot. decis. 90. *num.* 177. *& seq. part.* 9. *rec. & dec.* 384.
num. 1. *& seq. & num.* 15. *& per tot. par.* 4. *tom.* 2. *recen-*
tior. & decis. 524. *num.* 6. *part.* 19. *Bonden. collect.* 38.
numer. 296. *tom.* 2. *& Rot. cor. Ottobon. decis.* 46. *nu-*
mer. 6. 7. Eoque magis, quando præcedens Lex parti- 10
cularis, vel Privilegium clausula derogatoria ad futu-
ras dispositiones, vel Leges munitum reperitur, quia
tunc requiritur, quod in Lege generali posteriori, vel
expressa, & individua mentio fiat de anteriori Lege par-
ticulari, aut Privilegio, vel contineantur ultra gene-
ralem clausulam *non obstantibus* aliæ amplissimæ clau-
sulæ æquipollentes expressæ mentioni, & derogationi
Legis, vel Privilegii præcedentis, ut subdunt nonnul-
læ ex authoritatibus mox supra citatis.

Nihilo tamen minus cum in casu nostro concurrant 11
efficacissimæ conjecturæ, ex quibus, ut infra videbi-
mus, clarè constat, quod per dictam Legem Univer-
salem anni 1548. intellexerit Magnus Dux derogare Le-
gi particulari, seu Privilegio Collegii, & Rectoris Pi-
sani, cessat omnino regula prædicta in contrarium ad-
ducta, ut punctim limitant *Capon. disceptat. Forens.*
discep. 398. la 2. *numer.* 11. 12. 13. *& seq.* & ferè *per*
tot. tom. 5. *Card. Albit. post De Luc. de Jurisdict. dis-*
ceptat. 2. *quaest.* 9. *num.* 2. *Surd. cons.* 408 *num.* 14. *&*
seq. & num. 31. *Menoch. de praesumpt. lib.* 6. *praesumpt.*
40. *num.* 35. Doctissimus *Solorzan. de Jur. Ind. tom.* 2.
libr. 3. *cap.* 1. *num.* 25. cum pluribus ab eo citatis *Ve-*
lasc. de Judic. perfect. rubr. 9. *annot.* 12. *§.* 1. *num.* 9.
& seq. & Rot. Florent. in Florentina Jurisdictionis 6.
Junii 1727. *§. Etenim quod coram D. Auditore Bonfi-*
nio. Itidemque ea locum non habet ubi Lex generalis 12
posterior esset absque aliqua interpretativa conciliatione
contraria, sive incompatibilis cum præcedenti Lege par-
ticulari, vel Privilegio (prout quoque est casus noster,
ut infra pariter suo loco docebitur) quia tunc non mi-
nus in Principe, imo fortius de clara voluntate dero-
gandi apparere dicitur, textus sunt aperti in *l.* 27. *ff.*
de legib. & l. praecipimus in fin. Cod. de appellat. l. fin.
C. de indict. vid. tollend. l. Sancimus C. de testam. Du-
nozet. Jan. decis. 190. *numer.* 8. *Velasc. de Judic. per-*
fect. rubr. 9. *annot.* 12. *§.* 1. *num.* 8. *Bich. decis.* 554.
numer. 14. *& decis.* 629. *numer.* 16. *& in recentior.*
part. 4. *tom.* 2. *decis.* 15. *num.* 5. latissimè *Rota No-*
stra Florentina coram Doctissimo Dom. meo Auditore
de Comitibus dec. 116. *num.* 19. *cum plurib. seqq.*

Et quatenus etiam ultra hanc conjecturatam mentem 13
Principis requireretur in Lege universali expressa men-
tio, & derogatio præcedentis Legis particularis, vel
privilegii, ubi illa, vel istud munitum reperiretur clau-
sula derogatoria ad futuras leges, vel dispositiones, ad-
huc clausula generalis *non obstantibus* in nostra Lege ge-
nerali posterioi apposita, satis superque est apta Legi
antecedenti particulari, vel Privilegio Collegii, & Re-
ctoris Pisani derogare, quia in Lege generali talis clau-
sula, quando jam ex conjecturis apparet in Principe de
mente derogandi operatur effectum expressæ, & indivi-
duæ mentionis prioris Legis, vel Privilegii, juxta ve-
riorem, & receptiorem Doctorum opinionem, de qua
uno ore testantur *Castrens. cons.* 3. *num.* 5. *libr.* 1. *Fe-*
lin. cap. nonnulli numer. 5. *vers. fallit. de rescript. Ro-*
man. cons. 436. *numer.* 21. *Dec. cons.* 165. *numer.* 2.

Sard.

Surd. conf. 325. nu. 8. Theodos. Rub. in singul. part. 4. clauf. 496. Rot. Roman. part. 9. recent. decif. 200. numer. 7. & seq. & coram Ottobon. decif. 46. num. 4. & seq. egregiè Capon. discept. 398. la 2. num. 11. 12. 13. 14. & seq. Germon. de Indult. §. Ac irritum num. 91. & sequ. Covarr. in Rubr. de testam. §. Quartum nostræ quæstioni Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 41. numer. 23. & 24. Solorzan. de Jur. Ind. tom. 2. libr. 3. cap. 1. num. 23. & 24. Gonzal. ad reg. Cancell. reg. 8. gloss. 36. numer. 31. 32. 33. & sequ. Garz. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 567. Rot. Roman. part. 1. recent. decif. 106. num. 5. & decif. 666. num. 3. & coram Coccin. decif. 1059. num. 38. ad 41. & decif. 1060. nu. 9. 10. & decif. 1591. la 2. num. 10. juncto num. 7. & decif. 1691. num. 91. Rot. part. 4. recent. tom. 3. decif. 630. num. 30. Cabed. decif. Lusitan. decif. 86. num. 2. 3. 4. & decif. 94. numer. 3. part. 2. Card. Albit. post Cardin. de Luc. de Jurisd. discept. 2. quæst. 9. num. 2. Rot. coram Buratt. decif. 390. num. 5. & in rec. decif. 100. num. 16. part. 5. tom. 1. & coram Emerix Jun. decif. 1204. num. 11. & post Posth. de Manuten. decif. 45. num. 3. Duran. decif. 285. numer. 61. Ansald. de Commerc. disc. 40. n. 19. 20. 21. Cyriac. controv. 236. n. 39. & contr. 599. n. 135. 136. Gratian. discept. forens. cap. 415. n. 18. & cap. 742. num. 22. & 23. Spad. conf. 127. numer. 4. tom. 3. Leoncill. de Privileg. Pauper. part. 2. Privileg. 137. numer. 3. Monet. de Commut. ultim. volunt. cap. 7. numer. 184. Sabell. in Summ. §. Clausula num. 36. & Rot. Rom. coram Dunoz. Jun. decif. 190. num. 9. tom. 1. ultra alios Doctores allegatos in prima Decisione, quæ revidetur §. Hæc autem cum §§. seqq. ubi etiam assignantur, plures rationes hujus conclusionis.

14 Quæ sanè conclusio quemadmodum in sensu omnium prædictorum Doctorum procedit etiam in casu, quo clausula derogatoria ad futuras leges in antecedenti Lege, vel privilegio inserta refertur ad ipsum Principem, ideò nullam pati valet difficultatem, quando eadem Clausula derogatoria ad futuras leges non fuit per Principem expressè apposita respectu suæ Personæ, sed respectu aliorum, nempè suorum Ministrorum, Officialium, Magistratuum aut hujusmodi, aut generaliter nulla facta speciali expressione Personæ ipsiusmet Principis, prout in casu nostro, ubi ex verbis nostræ Clausulæ manifestè apparet eam fuisse appositam respectu Rectoris, & cujuslibet alterius, vel saltem in genere, „ ibi „ Nec „ Rector, nec quivis alius contra prædicta disponere possit, nisi de expressa Serenissimi Domini Ducis licentia, aut eorum, quos sua Excellentia ad hoc peculiari nomine destinaverit „ Marescot. var. resolut. lib. 2. cap. 38. numer. 33. & seq. Gall. conf. 130. numer. 52. & 61. Rot. decif. 114. numer. 5. & sequenti part. 6. recent. Piton. de Jurepatron. allegat. 45. numer. 5. & num. 17. cum seq. Rot. coram Emerix Jun. decif. 1204. num. 12.

15 Nil refragantibus nonnullis Auctoritatibus in contrarium adductis, neque aliis, quæ allegari possunt, cum quibus firmare prætendebatur non sufficere clausulam non obstantibus ad inducendam derogationem prioris Privilegii alteri per Principem concessi; Quoniam aliquæ loquuntur in casu, quo agitur de Privilegio de jure communi competente Universitati, & clauso in corpore ipsius juris communis, ut declarant Gratian. capit. 421. num. 15. Surd. conf. 315. num. 8. post princ. vers. ubi tamen. Mart. de Claus. dicta clauf. 74. numer. 2. Cabed. decif. Lusitan. 86. num. 2. 3. 4. & decif. 94. numer. 1. part. 2. & Rot. recent. decif. 1591. num. 10. & 12. coram Coccin. Fattinell. post tractat. de pension. respons. 34. num. 5. & alii in prima Decisione hujus causæ allegati §. Expressa vero. Aliæ quam-
16 plures non loquuntur in casu Legis universalis, sed in terminis alicujus provisionis, vel rescripti facti ad instantiam, vel favorem alicujus Personæ, vel Collegii, aut Universitatis tantum, vel ad istos terminos restringi, vel intelligi debent, ut explicant Felin. cap. nonnulli de rescript. ampliat. 2. vers. est verum, & fallentia 3. circa fin. Fagnan. dict. cap. nonnulli à num. 29. cum sequ. Menoch. de præsumpt. libr. 6. præsumpt. 40. num. 23. & præsumpt. 41. num. 23. 24. 25. Theodos. Rub. part. 4. circa clausulas clauf. 496. num. 6. & 13. & num. 21. & fere Doctores omnes supra citati in §. Nihilo tamen minus. Nonnullæ verò loquuntur in casu confirmationis Statutorum, vel legum factæ per Principem in forma communi, ut infrà demonstrabitur, & in omnem casum si aliquæ in similibus nostris terminis adessent, vel loquerentur contra communiorem per Nos supra firmatam, vel saltem non essent casui nostro adaptabiles, quia loquerentur retentis terminis quæstionis cadentis super Privilegio habentis derogatoriam appositam respectu Principis, qui nihil commune habent cum nostra hypothesi, ubi agitur de derogatoria apposita non respectu Principis, sed aliorum inferiorum.

Denique ponderabatur, quod cum hoc jus, vel Pri- 17
vilegium Collegii, & Rectoris Pisani sit merè eventuale, dum dependet à mera voluntate, & arbitrio eorum qui medendi artem Pisis exercere volunt, ut egregiè ponderat Salgad. Labyrint. Credit. part. 1. cap. 37. n. 32. & numer. 36. ad 41. & Rot. coram Benincasa decif.
314. numer. 10. non requirebatur, quod per Magnum 18
Ducem de dict. Privilegio specialis, neque æquipollens derogatio fieri deberet Rot. coram Andrea decif. 48. numer. 6. Add. ad Buratt. decif. 576. num. 11. & coram Put. decif. 257. num. 2. & 3. lib. 2. & coram Benincasa d. decif. 314. num. fin.

Nec pariter obicem ingerit, quod Lex, sive Statu- 19
tum conditum de commissione Papæ licet quoad potestatem dicatur Lex, vel Statutum Papæ, tamen quoad voluntatem attendi debeat mens, seu voluntas conditorum, vel deputatorum, quibus à Papa, vel Principe Leges, vel Statuta condendi authoritas elargita fuit, quamobrem si Magistratus, vel Officiales deputati sunt personæ laicæ, præsumendum non est, quod ipsi voluerint in Lege, aut Statuto per eos condito comprehendere causas, vel personas Ecclesiasticas non subditas illorum jurisdictioni, juxta opinionem jugiter firmatam per Rotam Romanam coram Merlin. decif. 901. num. 3. & latè coram Cerro. decif. 542. num. 3. 4. & Bich. decif. 288. & coram Coccin. decif. 1951. num. 27. & decif. 282. num. 9. part. 17. recent. & plenius decif. 377. numer. 18. cum seq. quam sequitur Posth.
resol. 128. num. 15. & seq. quod procedit quamvis ta- 20
lia Statuta, vel Leges fuissent postmodum in forma specifica à Papa confirmatæ Ricc. Episcop. cap. 160. numer. 11. Constantin. ad Statut. Urb. in prælud. art. 3. num. 166. 167. & 172. Rot. coram Bich. decif. 288. num. 35. & seq. & part. 17. rec. decif. 377. num. 14.
15. Nisi tamen lex condita per Magistratus laicos de 21
commissione Papæ expressis verbis, vel æquipollentibus (ut si dictum fuerit in Lege postea per Papam confirmata, quod ea servetur in omnibus Curiis) comprehenderet causas, & personas Ecclesiasticas in jure privilegiatas, ut advertit Merlin. dicta decif. 901. numer. 5. & Rot. part. 1. diverf. decif. 452. & post Fenzon. ad Statut. Urb. decif. 69. §. Nec vim facit, & cor. Cerro dec. 542. num. 3. ubi quamplurimæ Decisiones concordantes, & decif. 773. num. 11. & coram Bich. decif. 288. num. 38. & Coccin. decif. 1951. nu. 35. 36. & part. 17. rec. decif. 377. num. 20. vers. expressim verò Constantin. ad Statut. Urb. in prælud. art. 3. numer. 176. & seqq. Card. de Luc. de Dote disc. 22. num. 10. ex qua conclusione inferre intendebant DD. Informantes pro Collegio Pisano, quod licet Lex anni 1548. condita fuerit ab Arte Medicorum Florentiæ, dici possit lex Magni Ducis, attamen quoad mentem, & voluntatem, illa dicitur prædictæ Artis.

Quandoquidem cum prædictarum omnium Decisio- 22
num casus sit penitus diversus à nostro, minimè valet contra Nos urgere conclusio in eis unanimiter firmata, nam eatenus in suo casu, quo fuit per Papam laicalibus Personis collata facultas condendi legem, firmavit perpetuo Rota Romana, legem conditam per laicas Personas non esse quoad Papæ voluntatem legem Papalem, sed legem Laicalem Deputatorum, quatenus personæ, & causæ Ecclesiasticæ non erant subditæ dictis Deputatis Laicis, si sic per Rotam optimè inferebatur præsumptus defectus voluntatis nedum ex parte Papæ, cum nullatenus sit præsumendum eum in commissione data personis Laicis condendi legem, voluisse sub ea commissione comprehendere facultatem condendi legem contra personas Ecclesiasticas dictis laicis de jure non suppositas, verum etiam ex parte Deputatorum laicalium, eo quod pariter non est verisimile eos voluisse comprehendere sub lege à se condita personas sibi regulariter non subditas; Ultra quamquod ex alia etiam validissima ratione

tione mota fuit Rota ad ita decidendum, quia nempè in conferenda laicis facultate condendi legem semper debet intelligi voluisse Papam procedere tantum uti Principem sæcularem, vel temporalem, ut videre est ex dictis Decisionibus superius laudatis, per quas easdem rationes amplius etiam tenuit eadem Rota sub legibus conditis à personis laicis de commissione Papæ personas Ecclesiasticas non comprehendi, licet eædem leges postea essent ab eodem Papa in forma specifica confirmatæ, sed in casu nostro cessant penitus dictæ rationes, quia prædicta Ars Medicorum Florentiæ, cui data fuit à Serenissimo Cosmo Primo facultas condendi provisiones prædictas, de sui propria, & originaria institutione, ordinariam, & universalem jurisdictionem habebat super omnes personas totius Status, & Dominii Serenissimi Magni Ducis, quæ medendi artem tum in Physica, tum in Chirurgia profiteri vellent, & sic etiam super omnes Pisanos, quod nequidem per Informantes Collegii Pisani inficiabatur, dum & ipsi admittebant jus, & facultatem approbandi Chirurgos ex Privilegio Magni Ducis Rectori ejusdem Collegii competentem non fuisse quoad dictam Artem privativè, sed cumulativè concessam, & propterea cum dicti Pisani esse non poterant tales personæ ut verisimile non esset, quod tam Serenissimus Magnus Dux in committenda dictæ Arti Florentiæ legum, vel provisionum editione, quam eadem Ars de illis cogitare non potuisset, locum habere non possunt prædictæ rationes Rotæ Romanæ, & sic illius Decisiones à casu nostro sunt penitus extraneæ.

23 Agnoscentes DD. Informantes pro Collegio Pisano hujus argumenti soliditatem, nihilominus tamen imperterriti replicabant, quod licet Pisani profiteri volentes Chirurgiæ Artem essent suppositi dictæ Arti Medicorum Florentiæ, non erat tamen illi subditus Rector Collegii Pisani, cui elargitum fuit Privilegium conferendi Pisanis medendi licentiam, quare provisiones, seu leges per dictam Artem licet conditæ ex mandato, & commissione Magni Ducis, & ab eodem confirmatæ, non poterant comprehendere dictum Rectorem eidem Arti non suppositum, ejusque Privilegio derogare, super quo nedum prædictas Rotæ Romanæ Decisiones adaptare contendebant, verum etiam desuper allegabant Informantes prædicti uti punctualia *Alex. cons. 122. & 123. lib. 4.*

24 Sed vana reperta fuit hujusmodi replicatio, quia licet verum sit, quod Rector Studii Pisani, & Collegium Pisanum non sit suppositum Arti Florentiæ Medicorum, & sic non possit illud comprehendi, neque ligari ex illius legibus universalibus, tamen quoad effectum de quo agitur, sufficit in casu nostro, quod omnes Pisani, vel Pisis habitatores volentes Chirurgiam profiteri sint suppositi dictæ Arti, itaut sub ejus legibus comprehendantur, & ligentur, nam statim data comprehensione omnium Pisanorum sub lege, & provisione dictæ Artis Florentinæ jubente eos ad subeundum examen coram illius Medicis examinatoribus, & ad obtinendum ab eadem Arte medendi licentiam, licet in consequentiam sequatur, quod non valentibus illis amplius pro examine, & licentia medendi obtinenda ad Collegium Pisanum, seu illius Rectorem recurrere, silere debeat privilegium ejusdem Collegii, ac Rectoris Pisani, & quodammodo ei derogatum censeatur, cum quoad effectum illud prorsus inutile reddatur; Id tamen non procedit directò à lege dictæ Artis Florentinæ, quo nempe Rectorem, & Collegium Pisanum comprehendat, & liget, sed tantum per indirectum, & in consequentiam, quia Ars Florentina omnes volentes Pisis medelam exercere (quos ritè, & rectè illa comprehendere, & ligare poterat) obligavit ad subeundum examen coram suis Medicis examinatoribus, medendique licentiam ab ea obtinendam, quod quidem præjudi-
25 cium, vel derogatio cum per indirectum, vel per consequentiam tantum dicto Rectori, & Collegio Pisano oriatur, nil penitus est in jure attendendum, ac si illatum non fuisset *Attagrad. cons. 3. nu. 23. lib. 1. Menoch. cons. 1172. num. 18.* latè, & egregiè *Salgad. de reg. protect. part. 4. cap 14. n. 15. usque ad n. 27. Vela dissert. 27. n. 48. Barbos. axiom. 54. n. 4.*

26 Nec novum est in jure, quod lex, sive dispositio prolata in personas, seu res, vel contractus, in quas tamquam sibi suppositas dirigi rectè possit, per indirectum, & in consequentiam afficiat etiam illos, in quos nullam jurisdictionem habet, ut optimè docent *Card. de Luc. de Credit. disc. 10. num. 7. 11. & 12. & in conflict. legal. observ. 142. per tot. & de Dote disc. 85. n. 10. vers. dubitabam tamen, & disc. 143. à numer. 59. 60. cum seqq.* & latè Nos *disc. 130. numer. 3. & num. 6. 7. 8. 9. de Commerc. Salgad. Labyrint. Credit. part. 1. cap. 37. n. 32. vers. non enim, & num. 36. & seqq.*

Quod magis, imò indubitatè procedit in casu no- 27
stro, ubi dictum Privilegium concessum de anno 1544. à D. Magno Duce non fuit directè concessum dicto Rectori, & Collegio Pisano, sed Pisanis, quia Motus Proprius Serenissimi Magni Ducis verba directè dirigit in Pisanos Artem medendi exercere volentes, eos nempe cogendo, quatenus prædictam Artem profiteri velint, se Pisis examinari, & à Rectore licentiam petere, quamobrem superveniente altera obligatione illis injuncta, nempe subeundi examen à Medicis Florentinis, & ab hac Arte licentiam petendi, cessare debet Privilegium, & commodum, quod Rectori, & Collegio Pisano dependenter oriebatur ex primo onere dato Pisanis in vim dicti Motus Proprii anni 1544. prout perbelle ad nostrum propositum considerat *Salgad. Labyrint. Credit. part. 1. cap. 37. num. 32. vers. non enim Potestas*, & melius *num. 36. & 37. & seq.* & latius inferius per Nos demonstrabitur in §. *Quoad alteram partem, & seq.* & in *Discursu sequenti, &c.* ubi aliud fundamentum Decisionis deducitur.

Deveniendo modo ad conjecturas, ex quibus manifestissime deducebatur voluisse Magnum Ducem priori Legi particulari, vel privilegio Collegii, & Rectoris Pisani per hanc posteriorem Legem anni 1548. derogare.

Pro prima conjectura reflectebatur, quod nova Lex 28
anni 1548. erat universalis pro toto Statu, & Dominio Serenissimi Magni Ducis, necnon adhibito medio omnium Consulum, & Consiliariorum Artis Florentinæ, & sic cum maxima consideratione condita, quod pro validissima conjectura tradit *Capon. dicta discept. 398. la 2. num. 12.*

Secunda elicitur ex publicatione dictæ Legis, quam 29
Pisis Magnus Dux fieri ordinavit, nam ex publicatione Legis per Principem demandata pro aliquo loco manifestè constat, quod ibi eam observari inviolabiliter velit *Alciat. cons. 2. num. 30. vers. & de hac mente Cyriac. contr. 210. num. 53. & 54.*

Tertia, quia Lex prædicta tam ex illius proœmio, 30
quam ex natura ipsius, condita fuit ratione publicæ utilitatis consistentis in conservatione subditorum omnium, & hominum salute, cujus curam agunt Medici, & Chirurgi, ne scilicet imperiti ad medendum assumerentur, quod facile contingere poterat non præmisso examine, & approbatione Artis Florentiæ Capitalis totius Dominii Etrusci efformatæ ex primariis Professoribus non modo theoricam, ut plurimum Pisani, sed etiam praxim apprimè callentibus, de quo timore insufficientiæ aliorum Medicorum alibi, quam Florentiæ examinatorum per Dominum Magnum Ducem concepto, & in specie circa Pisanos clarè constat ex oraculo ipsiusmet Domini Magni Ducis, dum petentibus de Anno 1560. aliquibus Medicis Pisis laureatis, & examinatis, ibique Artem profitentibus, ut eximerentur à subeundo Artis Florentinæ examine juxta Legem prædictam anni 1548., id fuit per dictum Principem eis denegatum his lepidissimis verbis in ejus Rescripto contentis „ *Nelli stadj passano tal volta li Cocomeri all'erta, ed in* “ *Firenze vuole Sua Eccellenza, che i Medici siano* “ *Medici, e non Ciabattini, non solo per quelli di Pi-* “ *sa, quanto di altrove* „; Causa autem publicæ utilitatis concurrente necessariam non esse in Lege generali specialem derogationem Privilegiorum etiam habentium derogatoriam, tradunt *Capon. discept. 398. la 2. num. 14.* ubi reddit rationem „ ibi „ *Et per legem* “ *generalem tunc dispositio semper habet derogatoriam spe-* “ *cialem* „ immò derogatoriam derogatoriæ, & rursus ante *num. 15.* ibi *ita e contra derogatio etiam generalis pro bono publico corrigit jus particulare, quod requirebat alias specialem derogationem*, & sequitur *Gall. cons. 130. numer. 63. Antunez. de Donat. Reg. libr. 1. cap. 11. num. 58. 59. & 60. Menoch. de Præsumpt. libr. 6. præsumpt. 38. numer. 25. Rot. divers. decis. 759. nu. 1. part. 1.* & in *recent. decis. 174. num. 7. part. 1. & decis. 50. num. 12. & 13.* post *Girond. de Gabell. Rot. coram Buratt.*

Buratt, dec. 176. in Addit, num. 17. Albit. post Card. De Luca de Jurisdict, discept. 2. quaest. 9. num. 3. & Nos *disc. 180. num. 33. de Commerc.* ultra alios allegatos in prima Decisione hujus Causae §. *Tum quia*,

31 Et quamvis in contrarium subderetur, quod cum fuerit pro hac publica utilitate jam satis consultum in dicto Privilegio, vel Lege particulari condita de anno 1544. ex quo ordinatum fuit nullum ex Physicis in Civitate Pisarum admitti posse ad medendum, nisi fuerit prius doctoratus in aliquo Medicorum approbato Collegio, nullumque pariter ex Chirurgis, nisi prius examine subito coram duobus Medicis Pisani Collegii, & licentia obtenta à Rectore Studii Pisani, dici non valeat, quod ex causa hujus publicae utilitatis voluerit Princeps per dictam posteriorem Legem generalem anni 1548. dicto priori privilegio anni 1544. derogare; verum cum dicta posterior Lex generalis per plura efficaciora media pinguius, & securius tali hominum saluti consulat, ut decet in re tam gravi, praesertim quia mandat à profiteri volentibus artem medendi exactum prius subeundum fore examen coram quatuor Medicis deputatis, qui solent esse ex peritioribus hujus Inclytae Civitatis Dominantis, & licentiam postea à Magistratu totius Artis Florentinae obtineri debere, qui pro munere suo totis viribus incumbit, ne ad medendum imperiti admittantur, cumque haec securior via profectò tendat ad longè majorem utilitatem publicam, ideo cessat penitus objecta reflexio.

32 Nam quemadmodum praesumitur Principem voluisse per Legem posteriorem generalem pro utilitate publica conditam priori Legi particulari, vel Privilegio nullam continenti publicam utilitatem derogare, eodem modo praesumendum est voluisse per Legem posteriorem generalem majorem publicam utilitatem amplectentem derogare priori minorem utilitatem publicam habenti, quia major utilitas semper praevalere debet minori, quinimò e conspectu longe majoris utilitatis minor non est in consideratione habenda *Caball. cons. decis. 133. num. 17. lib. 2.* cum aliis citatis in prima Decisione hujus Causae §. *Tum quia*, & ut in puncto casus nostri advertit *Fattinell. d. respons. 34. n. 6. 7. 8. & 9.*

33 Quarta desumitur ex facto sequuto anno 1560. quo tempore cum post emissam publicationem dictae Legis anni 1548. quatuor Medici Examinatores deputati ab Arte Florentina retulissent Serenissimo Magno Duci expediens, & necessarium fore, quod omnes Medici, & Chirurgi extra Florentiam existentes in Dominio Regiae Suae Celsitudinis exceptis tantum Medicis actu Pisis legentibus, comparere deberent coram Arte Florentina, ejusque Examinatoribus ad subeundum examen, fuerit eorum relatio sub die 2. Septembris ejusdem anni statim per Magnum Ducem approbata, ac amplius in illius executionem per epistolam conscriptam sub die 7. ejusdem Mensis ab Arte Florentina ordinatum Dom. Commissario Pisarum, quod omnibus Medicis, & Chirurgis ibi existentibus, & medentibus intimari faceret, ut infra 20. dies comparere deberent coram quatuor Examinatoribus Florentiae ad subeundum praedictum examen sub poena, &c. Quod per alias plures epistolas successivè urgentius scriptas replicatum fuit eidem D. Commissario, juncto etiam ei onere publicari faciendi Pisis praedictam provisionem, seu ordinem dictae Artis Florentinae, neque videtur adversus praedicta omnia praecepta, intimationes, & Bannimenta dictae Artis, quamvis pluries iterata, fuisse per aliquem èx Medicis, & Chirurgis reclamatum, ex quibus argui admodum potest bene innotuisse, tam Arti Florentinae, quam Pisanis, mentem Serenissimi Magni Ducis fuisse per dictam Legem anni 1548. derogatum Privilegio aliàs concesso Rectori, & Collegio Pisano, alioquin nec Ars Florentina tàm audacter tot, & talia praecepta, intimationes, & Bannimenta fieri non scripsisset, nisi fuisset certa de hujusmodi mente sui Principis egregiè *Cyriac. contr. 486. num. 59. 60.* Neque Medici, & Chirurgi Pisis existentes, vel Rector, & Universitas Pisana taciti stetissent, sed reclamassent per ea, quae tradit in fortioribus terminis *Menoch. de praesumpt. lib. 1. quaest. 89. num. 39. Cruf. de Judic. part. 1. cap. 103. num. 1. & 2. cum seqq.* Nos *disc. 140. num. 16. & 18. de Commerc.*

34 Quinta, quia similiter de anno 1578. 2. Decembris scripta fuit ab eadem Arte altera Epistola Domino Pisanum Commissario, qua ei injungebatur praecisus, ac urgentissimus ordo, ut se informaret, & inquireret an Medici, & Chirurgi Pisis existentes mederentur cum licentiis, & Patentibus dictae Artis ad formam dictae Legis 1548. & reperto, quod illas non haberent, eos adstringeret ad praestandam fidejussionem in scutis 200. de se praesentandis coram eadem Arte, & solvenda quacumque condemnationis poena.

Sexta validissima elicitur ex facto anni 1599. diei 22. 35
Maji, quo tempore cum super precibus Collegii Pisani requirentis, quod nemo Pisis eorumque Districtu absque licentia D. Rectoris Studii Pisani Artem medendi profiteri posset, Serenissimus D. Magnus Dux ordinasset, quod Ars Florentina Medicorum, & Pharmacopolarum diceret quicquid ei adversus praedictas preces occurreret, eadem Ars in Informatione per eam Serenissimo Magno Duci facta ita respondit: *Quanto a quello, che si propone dal Collegio di Pisa, che nessuno possa medicare in Pisa senza licenza del Rettore dello Studio, ed esamina di due Dottori del Collegio, questa è cosa nuova, e che tende a torre la giurisdizione al Collegio di Firenze, al quale solamente, e non ad altri secondo gli ordini dell' Arte si aspetta dar licenza a chiunque vuole in pratica esercitare la Medicina nel felicissimo Stato di V. A. S. tanto come Fisico, quanto come Cerusico, e però sono sempre deputati quattro Esaminatori di esso Collegio per approvare quelli, che trovano idonei, e sufficienti, e giornalmente vengono a questo esame tutti quelli, che vogliono medicare, e gl' istessi Fisici, e Cerusici Pisani, e se alcuno ha mancato, e medica senza l' approvazione di questo Collegio sta sotto la pena della Legge, e ne sarebbe dall' Arte gastigato se ne avesse notizia, però speriamo, che V. A. S. non vorrà diminuire la giurisdizione, e reputazione di questo Collegio di Firenze, e questo è quanto, etc.* Ex hac enim responsione adeò constanter, & animosè facta per Artem eidem Serenissimo Principi, qui poterat de falsitate omnium expositorum se certiorem reddere, necnon ab ipso Collegio Pisano, adeo ex dicta Informatione gravato reclamationem attendere, & probationem in contrarium recipere, credi, & praesumi debet eam authoritatem, quam sibi absolutè competere Ars Principi affirmabat, & Rectori, & Collegio Pisano absolutè denegabat, penes eam tantum, seu privativè ad Rectorem, & Collegium Pisanum post conditam Legem anni 1548. resedisse, ut perbellè advertit *Cyriac. contr. 486. num. 59. & 60.*

Et revera in augmentum dictae conjecturae, quam- 36
vis immediatè post hujusmodi Informationem Artis Florentinae, Collegium Pisanum facultatem obtinuisset à Sua Regia Celsitudine extendendi eas provisiones, quas magis proficuas, & opportunas existimasset; attamen in conspectu ejusdem Informationis nullatenus ausit in Capitulis, vel provisionibus ab eodem Collegio pro Pisanis Medicis, Chirurgis, & Pharmacopolis conditis, aliquid circa dictam praetensam facultatem Rectoris Studii in concedendis licentiis medendi disponere, non obstante tali favorabili opportunitate, quinimò contrarium fuisse dispositum constat ex sequenti Capitulo „ ibi „ *Item ordinarono, che tutti i Fisici, e Chirurgi, i quali per virtù di sua Patente vogliono medicare infra un mese dal giorno della pubblicazione di questi ordini, siano obbligati presentare le loro Patenti al Cancelliere dello Studio di Pisa, il quale ne pigli nota con pagarli un giulio per Patente, altrimenti restino le Patenti invalide, e cadino nelle pene statuite dal Ricettario Fiorentino a quelli, che medicano senza Patente* „ Nam ex hoc Capitulo clarè constat necessitas imposita per Collegium Pisanum Medicis, & Chirurgis Pisis Artem suam profiteri volentibus, Patentes, sive licentiam ab Arte Florentina obtentam, intra mensem Cancellario Studii Pisani exhibendi, & licet non expressè loquatur dictum Capitulum de licentia, seu Patentibus Artis Florentinae, tamen de eis clarè colligitur loqui, tum ex eo ipso quod Capitulum disposuit, quod praesententur intra mensem Cancellario Studii Patentes, & notam de eis idem Cancellarius faciat, quod alias esset superfluum, imo ridiculum, si de Patentibus Rectoris intelligi deberet, quae per ipsum Rectorem conceduntur, & per ejus Cancellarium, retentis penes se originalibus, expediuntur; tum quia per idem Capitulum

ſum expreſsè ordinatur, quod non exhibitis d. Patentibus intra dictum terminum Medici, & Chirurgi incidant in pœnam indictam ab ordinibus Artis Florentinæ omnibus iis, qui abſque licentia, vel Patentibus ejuſdem Artis Florentinæ medendi Artem profitentur, tum fortius, quia attenta circumſtantia validiſſimæ contradictionis factæ per Artem Florentinam contra idem Collegium, & Rectorem Piſanum, quod non poſſet ipſe Rector hujuſmodi licentias concedere, ſed tota authoritas examinandi, & Patentes concedendi reſideret penes Artem ipſam Florentinam, certè dictum Collegium Piſanum in d. Capitulo ad tollendam hanc controverſiam, vel prætenſionem dictæ Artis, expreſſis verbis ad ſui favorem, & Rectoris Piſani quoad iſtas licentias diſpoſuiſſet; Cum itaque non expreſſerit ubi habebat tantam neceſſitatem exprimendi, certè argui debet, quod loqui intellexerit de Patentibus Artis Florentinæ ex famigerata regula, quod diſpoſitionis verba interpretari debent contra diſponentem, quando ille potuit ad ſui favorem apertius legem, aut diſpoſitionem dicere *l. Veteribus ff. de pact.* ibique Doctores *Surd. conſ.* 27. *num.* 12. *Cyriac. contr.* 85. *num.* 9. 10. *& contr.* 146. *num.* 14. & meliùs *contr.* 555. *num.* 16. *& ſeqq. Ciarlin. controv. lib.* 2. *cap.* 182. *num.* 8. *& Rot. part.* 5. *recent. tom.* 2. *deciſ.* 596. *num.* 4. *& part.* 17. *deciſ.* 31. *num.* 16. Tum denique quia proviſiones omnes factæ per d. Collegium Piſanum, inter quas erat dict. Capitulum, fuerint tranſmiſſæ à d. Collegio ad Artem Florentiæ, ut conſtat ex Epiſtola diei 5. Aprilis 1601. à Cancellario d. Collegii ſcripta dictæ Arti, ut ei innoteſcerent, & ſervarentur in ejus Archivio pro exigenda earum obſervantia à Medicis, & Chirurgis Piſanis, contra quas proviſiones nil fuit replicatum, neque contradictum per dictam Artem Florentinam, quæ ſanè demonſtrant, quod non habuerit Collegium Piſanum intentionem aliquid ſtatuendi contra jus, & authoritatem dictæ Artis, aliàs non videretur veroſimile, quòd Collegium Piſanum, vel ex temeritate, vel imprudentia ductum tranſmittere voluiſſet eidem Arti proviſionem in dict. Capitulo contentam, ſi fuiſſet directè contra illius Jus, & authoritatem, totis viribus à dicta Arte paulò ante coram ipſo Magno Duce acerrimè propugnatam, neque quòd eadem Ars voluiſſet eas ſervandas in proprio Archivio recipere ſine aliqua contradictione, & reclamatione.

37 Et adeò id verum eſt, ut pluries in poſterum cum hoc ſuppoſito univerſalis privativæ authoritatis in concedendis hujuſmodi Patentibus, vel Licentiis medendi ubique locorum, ſcripſerit dicta Ars Florentina eidem Collegio Piſano, illudque reprehendendo, quoties ad ejus notitiam perveniebat d. Collegii aliqua transgreſſio, contra quas litteras nihil unquam contradictum fuit per Collegium Piſanum, prout præſertim de anno 1655. quo tempore ſuper recurſu ad dictam Artem facto à Marcello Fabio Romano, ex quo fuit prohibitus à Collegio Piſano Artem medendi exercere, quia non habebat Patentes, ſeu licentiam Rectoris Studii Piſani, licet haberet Patentes dictæ Artis Florentinæ, fuit ſtatim ab eadem Arte Florentina ſcripta dicto Collegio quædam epiſtola, per quam nedum de hoc facto, & vana illius prætenſione magnopere reprehendebatur, verum etiam monebatur idem Collegium Piſanum his præciſis verbis „ ibi „ *Come le Patenti, che ſi ſpiccano dalla noſtra Cancelleria abbracciano ſenza difficoltà tutto il Dominio di Sua A. S. eccettuatone il Saneſe, e per giuſtificazione di queſto ſono molti i Medici, e Ceruſici in codeſta Città Matricolati all' Arte noſtra come a Noi ſottopoſti, e dall' Arte medeſima ottenutane la Patente, e ſe pure vi foſſe chi eſercitaſſe ſenza quella la Fiſica, e la Chirurgia, ſarebbe in loro pregiudizio.* „

38 Et ſimiliter de anno 1668. die 21. Julii fuit per eandem Artem Florentinam ſcripta altera epiſtola D. Commiſſario Piſarum, per quam ei enixe injungebatur, quod omnibus Medicis, & Chirurgis Piſanis ſub pœnis comminatis à Statutis Artis Florentinæ, Artem medendi prohiberet uſquequo per eos exhibitæ fuiſſent Patentes, ſeu Licentiæ ab Arte Florentina obtentæ, ad quem effectum fuit amplius dicto Do Commiſſario tranſmiſſum quoddam Edictum, ut illud Piſis publicaretur, necnon pariter aliæ ſimiles Litteræ ſcriptæ fuerunt, ut conſtat ex Actis hujus Cauſæ.

Pro ſeptima, & ſimul urgentiſſima conjectura, ſe- 39
quens ſubnectitur notabile factum; De anno nempè 1675. Franciſcus Fracaſſinus, cum fuiſſet condemnatus ab Arte Florentina in pœnam ab ejus Statutis impoſitam, ex quo Chirurgiæ Artem profeſſus fuerat abſque Patentibus dictæ Artis, illa recurſu ſtatim habito ad Sereniſſimum Magnum Ducem, eique in precibus expoſito, quòd cum id egiſſet cum ſuppoſito, & bona fide attenta licentia Rectoris Studii Piſani, rogavit dictum Dom. Magnum Ducem, ut ei dictam pœnam gratiosè remitteret, exhibendo ſe paratum eſſe, tam ad ſubeundum Florentiæ examen neceſſarium, quàm ad ſolitas Patentes ab hac Arte Florentina recipiendas; Fuerunt juxta ſolitum prædictæ preces Fracaſſini remiſſæ pro informatione ad dictam Artem Florentinam, qua Informatione deſuper ſequuta, poſtea fuit ex mera gratia dicta pœna à D. Magno Duce ei condonata, & in integrum reſtitutus ad obtinendas poſt ſubitum neceſſarium examen Patentes ab Arte Florentina, prout reverà Fracaſſinus dictum examen Florentiæ ſubiit, & Patentes à d. Arte obtinuit; ex hac enim facti congerie, & præcipuè ex mulcta contra dictum Fracaſſinum Piſanum Chirurgum ab Arte Florentina promulgata ob exercitam Chirurgiam abſque illius Patentibus, ex recurſu per illum facto ad Sereniſſimum Magnum Ducem, gratiaque per eum obtenta, necnon ex Patentibus, ſeu licentia ab Arte prædicta ſubinde impetrata, manifeſtum redditur, quod tunc temporis inſufficiens, inutilis, & inſubſiſtens cognita fuerit etiam per Piſanos licentia medendi per Rectorem conceſſa, non ex alia aſſignabili ratione, niſi quod fuerat privilegio Rectoris
jam poſt ſequutam Legem univerſalem anni 1548. de- 40
rogatum, dum Fracaſſinus non impetraſſet per gratiam, quod de jure minore ſui incommodo, ac diſpendio ſuſtinere potuiſſet, ut ſic in iiſdem terminis ratiocinantur *Natta conſil.* 522. *n.* 9. *in med. & fin. Caſanat. conſ.* 39. *n.* 33. *& Rot. Rom. dec.* 239. *n.* 6. *part.* 17. *rec.*

Secundo ex eademmet gratia, & reſtitutione in inte- 41
grum per Principem dicto Fracaſſino conceſſa indubitate oritur declaratio ejuſdem Principis quoad derogationem dicti Privilegii ob Legem anni 1548. ut in puncto advertunt *Rot. Rom. deciſ.* 107. *n.* 11. 12. 13. *& ſeq. & n.* 26. *&* 27. *part.* 12. *rec. Sucin. Sen. conſ.* 84. *in fin. lib.* 3. eoque magis quia Princeps prædicta decrevit poſt notitiam Privilegii Studii Piſani à Fracaſſino in ſuis precibus ei traditam, & poſt Informationem ab Arte Florentina deſuper ſumptam, & ſic cum cognitione, & cauſæ matura conſideratione *Decian. conſ.* 16. *num.* 85. *&* 86. *lib.* 4.

Inſuper ad augendam in immenſum vim hujus ratio- 42
cinationis opportunè reflectebatur per Dom. Joan. Philippum de Papetinis egregium hujus Curiæ Advocatum, & in hac cauſa ſummo cum ingenio de more ſcribentem, quod licet de his omnibus plenam ſcientiam haberet etiam Collegium Piſanum, & tota Piſana Civitas, prout præſumendum eſt ex tot actibus judiciariis, publicis, & geminatis, ſequutis tam ante, quàm poſt condemnationem dicti Fracaſſini, junctis etiam præcedentibus litteris ſcriptis ab Arte Florentina Domino Commiſſario Piſarum, ibique pluribus publicatis Edictis de Mandato ejuſdem Artis contra Piſanos, ne auderent ſine illius Patentibus ullam medendi Artem profiteri, ut egregiè tradunt in dubitabilioribus terminis *Abb. conſ.* 18. *numer.* 4. *lib.* 2. *Marius Antuſ. conſ.* 59. *numer.* 11. *& Petrus Anton. Anguiſol. conſ.* 14. *numer.* 7. *lib.* 4. *Capyc. dec.* 209. *n.* 29. & latiſſimè *Caſanat. conſ.* 39. *num.* 19. *uſque ad* 22. *& num.* 33. *&* 39. & in puncto Caſus noſtri latè *D. Auditor Bonfin. in Florentina Juriſdictionis* 6. *Junii* 1727. *§. Quoniam, & Rot. Rom.*
coram Caprara deciſ. 420. *numer.* 5. *& coram Falconer.* 43
tom. 2. *tit.* 23. *deciſ.* 13. *num.* 9. & cum nimium inveriſimile ſit, quod ex his omnibus nullus ad Collegii Piſani notitiam actus pervenerit, ideo eorum ſcientiam illud habuiſſe credendum omnino tradunt *Cyriac. contr.* 519. *numer.* 36. *& Seff. deciſ.* 403. *num.* 30. *& Leo deciſ.* 142. *numer.* 9. *cum plurib. ſeqq.* & Nos *diſc.* 63. *numer.* 8. *& diſc.* 176. *num.* 32. 33. *de Commercio* præ- 44
ſertim cum ageretur de re adeo notabili, & gravi, & præjudiciali Collegii, & Studii, & Univerſitatis Piſanæ Privilegiis *Caſanat. dict. conſ.* 39. *numer.* 35. *&*
36. Nihilominus dictum Collegium, & Univerſitas 45
Piſana tacita, & quieta adverſus tot actus ſibi adeò

præju-

præjudiciales semper se continuit, nullamque reclama-
tionem, & recursum ad Principem habuit, neque sal-
tem aliquem protestationis actum emisit, prout pun-
ctim considerando tantam indolentiam, & socordiam
ratiocinatur *Natta d. conf. 522. num. 9. in med. & fin.*
Casanat. d. conf. 39. num. 23. cum plurib. seqq. aliique
Doctores supracitati in §. *Insuper ad augendam, &c.*
46 Ultimo tandem, quod penitus omnem tollit amari-
tudinem, & difficultatem, est observantia, ex qua ap-
paret, quod ex anno 1548. quo prodiit dicta Lex Uni-
versalis usque ad annum 1659. & sic per centum, &
plures annos nullus ex Chirurgis Pisanis à Rectore
Studii Pisani licentiam ibi medendi obtinuerit, imo
quod quamplurimi, & plurimi ex eis hoc temporis de-
cursu, & in posterum successivis temporibus de anno
in annum eam semper obtinuerint ab Arte Florentina,
præsertim de anno 1560. proximiori dictæ Legi, ex
qua observantia procul dubio interpretari debet, quod
id processerit ex præambulo titulo, nempe ex superve-
nientia dictæ Legis anni 1548. utpotè derogatoriæ di-
cti Privilegii antea concessi Collegio, & Rectori Pisa-
no *De Luc. de Regal. disc. 47. num. 9. de Judic. disc.*
35. num. 65. Rocc. Episcop. Select. disp. cap. 71. n. 36.
37. & 39. & cap. 78. n. 26. & 27. & cap. 187. n. 10.
11. Altograd. Jun. contr. 51. n. 14. Cyriac. contr. 141.
num. 38. Mans. consult. 650. num. 23. & consult. 651.
num. 24. 25. 26. & consult. 652. n. 23. Saminiat. contr.
188. num. 84. cum seq. Rot. Roman. coram Buratt. dec.
47 *87. num. 17. & seq. & coram Ottobon. dec. 161. num.*
31. quam sane interpretationem ex observantia elicitam
recte etiam procedere in actibus mere facultativis fir-
mant plene *Posth. de Manuten. observ. 53. numer. 18.*
19. 20. cum seq. & Rot. Roman. in recent. part. 2. de-
cis. 365. per tot. & part. 3. decis. 545. num. 3. & co-
48 *ram Benincas. dec. 128. num. 11. & dec. 129. per tot.*
& in puncto interpretandi qualitatem, & naturam Le-
gis, vel tituli præambuli ex observantia subsequuta *Pi-*
ton. de Jur. Patr. allegat. 41. num. 25. 26. ubi plures
authoritates allegat & *Rot. coram Benincasa decis. 98.*
numer. 4. Nec non in proximioribus nostris terminis;
nempè in actibus continuo omissis, seu in non facto,
vel non factis diuturnis optimè, & ferè in puncto ca-
sus nostri mirè tradunt *Rota Romana decis. 389. num.*
16. part. 9. tom. 2. & dec. 127. num. 20. part. 12. &
dec. 520. num. 15. part. 13. & dec. 184. num. 9. & dec.
258. num. 8. & decis. 613. num. 26. part. 18. & decis.
49 *21. num. 25. part. 19.* & quod ea præ ceteris observan-
tia attendenda sit, quæ incepit à tempore proximiore
actui, qui interpretari debet, prout nostra, quæ in-
cepit post paucissimos annos à die promulgationis di-
ctæ Legis, & per centum, & plures annos continua-
ta, nullatenus attenta remota, firmavit *Rota dec. 674.*
n. 22. part. 19. & cor. Zarat. dec. 22. num. 7. 10. &
Rocc. Episcop. capit. 190. n. 30. & in puncto observan-
tiæ Legis proximioris *Rot. coram Benincasa dec. 82. n. 3.*
50 Nil refragante, omissis aliis levissimis, altera con-
jectura, quæ tanquam potissima in contrarium deduce-
batur, quod nempè inverisimile omnino sit, quod intra
tam breve tempus annorum quatuor à die dicti Privile-
gii concessi Collegio, & Rectori Pisano ad diem dictæ
Legis Universalis decursum, Serenissimus Magnus Dux
non sine nota maximæ inconstantiæ, & levitatis, quam
in prudentissimo illo, & Sapientissimo Principe nefas
esset cogitare, ut in alio proposito dixit *Rot. Roman.*
51 *dec. 9. n. 26. part. 19.* eidem Privilegio derogare volue-
rit, præsertim attenta summa sollicitudine, & amore,
quo vigilantissimus Princeps ille Studium Pisanum à se
maxime dilectum restauravit, & egregiis legibus, am-
plissimisque Privilegiis decoravit, per ea, quæ ad
hoc propositum ponderant *Spad. conf. 21. lib. 1. & Rot.*
52 *post D. Scarfantom. elucubr. ad Ceccoper. tom. 1. decis.*
15. num. 11. & ferè in puncto quod Princeps non præ-
sumatur voluisse derogare antecedenti Privilegio conces-
so personis à se maxime dilectis, & gratis, & qualifi-
catis tradunt *Gonzalez. ad Reg. Cancell. 8. gloss. 36. n.*
70. ad 73. cum aliis ibi citatis *Rot. part. 9. rec. tom. 1.*
dec. 200. num. 13.
53 Quandoquidem sicuti sæpè contingit medicinas dari,
quæ bonæ, & utiles morbis creduntur, & postea ex
experimento malæ, & damnosæ inveniuntur, ita plu-
res Leges accidit per Principes fieri, quæ sanctæ, &
utiles reputantur, quæ in praxi postmodum inutiles, &
damnosæ apparent, ut monet Imperator in *Auth. col-*
lat. 8. tit. 7. hac constitutio Novell. 111. in princ. & ibi
gloss. Accursii verb. quod medicamenta. Quamobrem
videri non debet adeo insolitum, & inverisimile, quod 54
cognito per Serenissimum Magnum Ducem ex experien-
tia malo effectu in hac parte dicti Privilegii Collegio,
& Rectori Pisano concessi, illi voluerit derogare, aliam-
que novam Legem desuper condere, quæ securior
pro omnium subditorum totius Dominii sui salute cre-
dita fuerit, prout sit eodem retento exemplo de me-
dicina, quæ variari debet cum ab effectu malo dam-
nosa cognoscitur, ut elegantissime prosequitur *Accur-*
sius loc. cit. „ ibi „ *& sicuti quandoque mala datur*
medicina, quæ creditur bona, & hoc dudum postea ap-
paret, & alia est necessaria tunc medicina, ita &
lex quandoque mala, qua creditur bona, & cum post
apparet est necessaria nova Lex, quam doctrinam,
citatis etiam aliis *Solorzan. de Jur. Ind. tom. 2. libr.*
2. capit. 30. num. 5. & num. 63. cum seq. laudando
applicat ad similem casum, ubi minori spatio annorum
quatuor Sapientissimus ille Hispaniarum Monarca cui-
dam Legi suæ prius cum maximo studio, & maturi-
tate conditæ derogaverat, aliamque prorsus contra-
riam ediderat.
Quoad alteram partem contrariæ conjecturalis ratio-
cinationis elicitæ ex magna affectione, & sollicitudi-
ne, qua Serenissimus Magnus Dux Cosmus Primus Pi-
sanum Studium prosequebatur, respondetur, quod ea
procedere posset, si principalis Magni Ducis intentio in
condenda dicta ordinatione fuisset decorandi cum dicto
Privilegio Pisanum Studium, & illius Rectorem, in
quo consistebat æquivocatio contrarii argumenti; sed
directa, & principalis illius intentio fuit imposterum
providendi circa Medicos, & Chirurgos, Artem me-
dendi Pisis exercentes, vel exercere volentes, ut impe-
riti à medela excluderentur, propterea cum dictum Pri-
vilegium non fuerit eidem Rectori, & Collegio Pisano,
nisi indirecte, & per consequentiam tantum acquisitum,
ut infra plenius in secundo fundamento hujus nostræ
Decisionis demonstrabitur, nullatenus ex dilectione
& sollicitudine, qua Magnus Dux Studium Pisanum in
cæteris afficiebat, conjecturari valet eum animum non
habuisse dicto Privilegio derogandi, si revera animum
antea non habuit, sive principalem intentionem illud
dicto Rectori, & Collegio Pisano concedendi.
Quemadmodum enim quæcumque utilitas, commo- 55
dum, & beneficium, quod ob aliquam principalem dis-
positionem in alterum directè collatum, alteri indirectè
tantum, vel per consequentiam resultat, non est de jure
habendum in consideratione, quia disponens non habuit
nisi animum faciendi, quod principaliter disposuit, ut
cum pluribus juribus allegatis latè firmat *Vela dissert.*
27. num. 48. & egregie *Capyc. Galeot. contr. 71. num.*
3. 4. libr. 2. ubi in specie notat privilegium, quod in
consequentiam venit, nullatenus attendendum esse; nam
de jure in omni actu attendi tantum debet principalis 56
dispositio *Castill. contr. quotid. cap. 156. per tot. Gon-*
zalez. ad Reg. Cancell. 8. gloss. 45. §. 1. num. 35. Ti-
raquell. de Retract. lignag. §. 30. gloss. 1. num. 4. Seff.
decis. 187. num. 64. ita per eandem rationem conside- 57
rari non debet cessatio ejusdem utilitatis, & commo-
di proveniens ex subsequenti abolitione, vel deroga-
tione principalis dispositionis in alium directæ, ex qua
alteri indirectè, & per consequentiam illa utilitas, vel
commodum; aut beneficium obvenerat *Seff. dec. 187.*
num. 64. usque ad 74. tom. 2. Altograd. Sen. consil. 3.
n. 23. lib. 1. Menoch. consil. 1172. n. 18. egregiè *Sal-*
gad. de Reg. protect. part. 4. cap. 14. n. 15. usque ad 27.
At liberaliter dato, quod prædicta contraria conje-
ctura, necnon aliqua alia, quæ fuit in contrarium
adducta, vim aliquam habeat, quid inter tantam con-
jecturarum, & quidem longe validiorum copiam in fa-
vorem Artis Florentinæ militantium? Ubi enim res 58
decidenda est per conjecturas, quis non scit, quod
numero majores, & qualitate potentiores paucioribus,
& levioribus ita præponderant, ut istæ nulla habean-
tur in consideratione per textum in *l. Divus ff. de in*
integrum restitut. Casanat. conf. 39. num. 60. vers. ter-
tio nostram D. meus Auditor de Comitib. decis. Senen.
11. num. 35. & dec. 17. num. 37. & dec. 25. num. 45.
Minimeque visum fuit DD. officere aliquos actus qua-
si possessionis, tam in examinandis Chirurgis, quam

in concedendis licentiis medendi à Rectore, & Collegio Pisano cæptos post centum, & plures annos decursos à die Legis 1548., quia cum appareat ex actibus supra recensitis, & aliis in Processu productis, quod quotiescumque Consulibus Artis Florentinæ innotescebat inobservantia propriarum Legum in Territorio Pisano, prompti erant, atque solliciti, ut procederetur adversus inobservantes, utque vel inviti, non obstante approbatione Vice Rectoris Pisani Studii, compellerentur ad comparendum coram Arte Florentina, ibique novum examen subeundum, & licentiam denique medendi ab ea recipiendam; Actus illi quasi possessionis,
59 & Jurisdictionis per Collegium Pisanum allegati utpote clandestini & ignorante Collegio facti, nullatenus sunt attendendi, ut ferè in puncto firmant *Natta conf. 523. num. 18. Casanat. conf. 39. num. 60. §. Quarto respondeo. Posth. de Manuten. observat. 71. num. 4. & 5.* latissimè *D. Auditor Massa in ejus Voto in Lucana manutentionis aquarum* impressum *inter ejus Decisiones post Annot. ad dec. Cartarii decis. 6. num. 129. & seq. & D. Auditor Bonfin. in dicta Florentina Jurisdictionis §.*
60 *Rejectis, & §. Tum denique, cum aliis allegatis in prima Decisione §. Fin.* Nam si habuisset Ars Florentina transgressorum scientiam, eodem modo contra eos processisset quoties, & toties processerat contra alios, de quibus scientiam habuerat, argumento textus in *l. quædam 16. ff. de reb. dub. Barbos. axiom. 12. numer. 2. Mans. consult. 148. num. 22. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 19. per tot. & præsumpt. 10. num. 17. lib. 1. Rot. decis. 306. num. 3. part. 2. rec.* quod autem semper actus præsumi debeant clandestini absque ulla scien-
61 tia Artis Florentinæ firmant communiter Doctores, inter quos *Ferrar. prax. Papien. libell. pro turbat. possess. num. 4. Bonden. collect. legal. 39. num. 30. & seq. lib. 1. Pecch. de Aquæduct. lib. 4. quæst. 4. num. 56. Ciarlin. controv. cap. 105. num. 106. Rot. Roman. dec. 36. num. 31. post Bonden. collect. & coram Buratt. decis. 566. in fin.* & pluries, ac pluries *Rot. post Posth. de Manuten. decis. 26. numer. 5. decis. 54. num. 5. decis. 58. num. 4. decis. 102. num. 4. decis. 126. n. 2. 3. & decis. 439. num. 8. dec. 402. num. 15.* & alibi passim,
62 quæ clandestinitas magis probatur ob distantiam Florentiæ, ubi residet Ars Florentina, à Civitate Pisarum *Pecch. de Aquæduct. libr. 4. quæst. 30. num. 68. vers. Præterquam*, & notat D. Massa dicta *decis. 6. num. 151.* necnon ex prohibitionibus, reclamationibus, Edictis, compulsionibus, tumultis sæpè emissis, indictis, & fulminatis à dicta Arte Florentina contra Pisanos, quoties ad ejus notitiam perveniebat eorum inobservantia; ut apposite reflectit *D. Audit. Bonfin. in dicta Florentina Jurisdictionis §. Tum denique*, necnon *D. Audit. Massa in dicta dec. 6. num. 153.* In nihilo urgentibus aliis actibus quasi possessionis allegatis per dictum Collegium Pisanum, qui causam postea dederunt præsenti controversiæ *Posth. de manuten. observat. 17. num. 44. & observat. 40. num. 16. Rot. post eum dec. 144. num. 5. & decis. 667. num. 19. Rot. Roman. cor. Priol. dec. 128. num. 8. & in recent. dec. 520. n. 14. part. 19. tom. 2. & coram Ansald. dec. 91. num. 22. Beaincas. decis. 38. num. 19. Emerix Jun. decis. 741. num. 4.*

ARGUMENTUM.

Idem est quod in præcedenti Discursu.

SUMMARIUM.

1 *Commodum, seu beneficium indirectum, seu accessorium, vel consecutivum illud dicitur, quod alicui oritur ex provisione, seu dispositione directè, & principaliter in alterum collata.*
2 *Lex, seu dispositio quæcumque posterior habens cum prima incompatibilitatem, derogat priori.*
3 *Principali dispositione sublata cessant omnia alia, quæ alteri in consequentiam illius acquisita fuerunt.*
4 *Causa principali privilegii sublata, vel cessante, cessant etiam omnes alii effectus ab ea in consequentiam producti.*
5 *Principali destructo, vel sublato omne accessorium, vel consecutivum statim corruit.*
6 *Pisana Civitas non ligatur Legibus, & Statutis Florentiæ Dominantis.*
7 *Supposito Legis, vel Principis deficiente corruit etiam ipsa Lex, vel Principis Decretum.*
8 *Clausulæ* ex certa scientia, &c. & non obstantibus, &c. *non sunt aptæ ad supplendum defectum voluntatis in Principe, quando apparet in facto de ignorantia Principis, vel illius falso supposito.*
9 *Princeps concedendo alicui inferiori Civitati aliquod Privilegium non præsumitur voluisse derogare Legibus, & Statutis suæ Civitatis Dominantis, quibus altera inferior Civitas ligabatur.*
Amplia etiam si Princeps apposuisset in concessione Privilegii clausulas ex Motu Proprio, &c. & non obstantibus. *Ibid.*
10 *Princeps præsumitur ignorare Statuta, & Leges particulares suæ Civitatis, licet præsumatur scire jura, & dispositiones juris Communis.*

In eadem causa.

DECISIO AUTHORIS, *ET* DISCURSUS CXCV.

TRansitum modo faciendo ad aliud æque solidum, & invincibile fundamentum, ex quo moti fuerunt DD. ad favorem Artis Florentinæ; Advertendum primo est, quod controversum Privilegium contentum in uno ex Capitulis Motus Proprii anni 1544. conditi per Serenissimum Cosmum Primum pro restauratione Pisani Studii, non est Privilegium directè, & principaliter concessum Studio Pisano, vel ejus Rectori, sed quædam prudens provisio, sive ordinatio occasione dictæ restaurationis Studii Pisani in totum directè facta ob salutem hominum circa Phisicos, & Chirurgos Artem medendi Pisis profiteri volentes, per quam provisionem in posterum cuicumque Medico mederi posse vetabatur, nisi prius esset Doctoratus in aliquo publico, & approbato Collegio, & similiter cuicumque Chirurgo, nisi prius examen à duobus Medicis Collegii Pisani subierit, & approbationem ab eis receperit, & licentiam à D. Rectore Studii obtinuerit, ut clarè constat ex eodem Capitulo " ibi " *Ignorantiæ, & audaciæ quamplurimorum, qui vix inspectis Libris Artem medendi exercere volunt, frenum imponentes, & saluti hominum consulere volentes statuimus, quod deinceps nullus qui non sit Doctor in aliquo Medicorum approbato Collegio doctoratus, audeat aliquo modo, vel via alicui infirmitatis generi, aut vulneris medelas intus, aut exterius adhibere sub pœna scutorum 20. quorum quarta pars sit accusatoris, quarta Collegii Ducalis, & quarta Rectoris exequi facientis, & altera pars Universitatis; Si quis autem alius medendi Artem in Chirurgia voluerit exercere teneatur à Rectore pro tempore existente licentiam petere, qui eum à duobus Medicis Collegii jubeat examinari, & si ab illis fuerit approbatus, Rector ei medendi in Chirurgia licentiam concedat, & quia æquum est, ut qui honorem, & commodum sentiunt, aliquo etiam onere prægraventur, volumus ut is qui talem petierit licentiam Rectori solvat libras quatuor, Universitati libras tres, Doctoribus prædictis ambobus libras tres, Notario Universitatis pro Privilegio solid. 40., Bidellis solidos 20. pro quolibet. Declarantes, quod approbatus in Chirurgia phisicam Artem non exerceat sub pœna prædicta; Si quis autem non Doctoratus non obtenta dicta licentia in Chirurgia se voluerit immiscere, toties in dictam incurrat pœnam, quoties accusatus fuerit, vel ex officio Rectoris fuerit inquisitus, & hoc non solum Pisis locum habeat, verum etiam in toto Pisano Districtu, &c.* "

Commodum verò, seu Privilegium Collegii, & Re- 1
ctoris Pisani, quod in eodem Capitulo continetur, improprie usque dum appellatum, non est nisi accessorium, & consecutivum, sive indirectum, nedum quia literaliter illud apparet ex verbis dicti Capituli indirectè, sive accessoriè, & consecutivè appositum, verum etiam, quia essentialiter stat dependenter à provisione, & obligatione directa in eos Artem medendi Pisis profi-

profiteri volentes, quatenus nempè illi teneantur ex dicta ordinatione examen subire, & licentiam petere a Rectore, ut minorum in modum in his ferè terminis tradunt *Salgad. Labyrint. Credit. part. 1. cap. 37. num. 32. & num. 36. ad 41. Carleval. de Judic. tit. 1. disp. 4. num. 1. per tot.*

Advertendum quoque est, quod dicta posterior Lex generalis anni 1548. est contraria, seu incompatibilis cum dicta prima ordinatione anni 1544. nam ista expresse cuilibet permittit post examen coram duobus Medicis Collegii Pisani subitum, & licentiam obtentam a Rectore Studii Pisani tam in Civitate Pisarum, quam in ejus districtu Artem Chirurgiæ exercere. Altera verò Lex generalis anni 1548. quæ tanquam generalis, & Pisis publicata de ordine Magni Ducis ibi servari etiam debebat, ita disponit, quod nempè nemini Pisis liceat talem medendi Artem exercere, nisi prius examen subjerit Florentiæ coram quatuor Medicis deputatis ab Arte, & licentiam ab eadem Arte obtinuerit, tumque Pisis mederi posse cum sola licentia Rectoris Studii Pisani ut disponit dicta Ordinatio anni 1544. & cum ea mederi non posse sint contraria, vel incompatibilia, ideo indubitatum est, quod dicta Lex generalis anni 1548. in hoc errat, & est contraria, vel incompatibilis cum dicta antecedenti Ordinatione anni 1544.

2 Et quemadmodum attenta hac contrarietate posterioris Legis statim de medio sublata fuit principalis dispositio dictæ Ordinationis anni 1544. respiciens illos, qui Pisis Artem medendi exercere volebant, per textum in *l. 27. ff. de legibus*, & perbelle firmant *Cephal. consf. 601. num. 1. & 2. Menoch. de præsumpt. libr. 6. præsumpt. 38. Rot. coram Bich. dec. 554. num. 14. & dec. 629. num. 16. & in recent. par. 4. tom. 2. dec. 15. num. 5. Valasc. de Jud. perfect. rubr. 9. annot. 12. §. 1.*
3 *num. 8.* ita quoque per consequens cessavit omne commodum, vel Privilegium Collegii, & Rectoris Pisani, quod consecutivè, & dependenter proveniebat ab eadem principali dispositione respiciente modum tenendum ab iis, qui volebant Pisis & alibi medendi Artem profiteri *l. cum principalis 139.* & ibi scribentes *ff. de reg. Jur.* latissimè *Castill. lib. 6. cap. 168. num. 1. usque ad 20. & num. 52. usque ad fin. Barbos. axiom. 4. num. 12. Salgad. de Retent. Bullar. par. 2. cap. 26. num. 43. 44. & 45. Alb. Mandell. cons. 271. num. 5. 6. Signorol. cons. 90. n. 16. 18. Thusch. lit. A. conclus. 75. numer. 1. & 2. & conclus. 76. num. 2. & P. Nic. de regul. Jur. regul. 42. num. 1. & seq. Cyriac. controv. 230. num. 15.*

4 Ratio autem prædictorum est, quia cum Causa hujus utilitatis, & juris consecutivè Rectori, & Collegio Pisano acquisiti, fuerit principalis illa provisio facta pro illis Artem medendi Pisis exercere volentibus, ideo ea causa sublata cessare debet privilegium tanquam effectus dictæ Causæ, ut in puncto Privilegii textus est in *Cap. suggestum 9. de decimis*, & notat *Ancharan. consil. 394. num. 3. Tiraquel. in tract. cessant. caus. part. 1. numer. 210. & seq.* optimè *Salgad. de retent. Bull. part. 2. cap. 26. num. 45.*

5 Tum etiam quia eodem modo resolvitur, quo productum fuit accessorium, & consecutivum, & sic si accessorium, & consecutivum positum fuit ob principalis creationem, ob destructionem principalis statim cessare debet accessorium *Salgad. de Retent. Bull. parte 2. cap. 26. num. 43. & seqq.*

Præterea si verum esset, quod de anno 1544. Pisana Civitas adhuc ligaretur Legibus, & Statutis Florentiæ Civitatis Dominantis, prout firmat prima Decisio hujus Causæ §. *Hujus dispositioni*, neque dissen-
6 tiebant DD. Informantes pro Collegio Pisano (de quo valde tamen dubitabant DD., quia *Rota Nostra Florentina inter recoll. à Dom. à Palm. Nep. dec. 248. sub num. 20. §. Similiter, & §. Quia prædictis*, quam sequitur *D. meus Auditor de Comitibus dec. Florent. 36. n. 20.* asserit quod usque de anno 1494. Pisana Civitas à Florentina Republica obtinuerat privilegium se gubernandi cum propriis suis Legibus, & Statutis, & in eorum defectum juxta Romanorum Jura) Præterea, ut dicebam, si verum esset, quod Pisana Civitas de anno 1544. ligaretur legibus, & Statutis Florentinis, aliud utique rationis fundamentum ex eo resultaret in favorem Artis Florentinæ, nam sicuti D. M. Dux Cosmus Primus in dicta Ordinatione per eum facta de anno 1544. pro bono regimine Artis medendi Pisis exercendæ tunc processisset cum supposito, quod Pisana Civitas non esset ligata Legibus, & Statutis Florentinis, prout clare elicitur ex proœmio ejusdem Ordinationis superius jam relato, in quo supponit Princeps ille meritissimus nullum Pisis eo tempore super Arte, & exercitio medendi bonum regimen constitutum fuisse, dum ipse in condenda dicta ordinatione ignorantiæ, & audaciæ, qua ibi medela exercebatur, in posterum frænum imponere, & saluti hominum consulere expresse profitetur, quod profecto non erat necessarium, si non fuissent exempti Pisani à Statutis, & Legibus Florentinis, inter quas aderat lex Artis, & Universitatis Medicorum, & Pharmacopolarum, quæ satiatissime pro bono regimine Artis medendi exercendæ consulebat; ita illa Ordinatio anni 1544. nulla penitus, & invalida ex defectu voluntatis in eo Principe dici deberet; Nam deficiente Principis supposito, corruit quælibet illius Lex, seu Decretum *Solorzan.* 7
de Jur. Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 20. num. 51. & 52. Surd. dec. 276. num. 1. latissimè *Vella dissert. 7. num. 3. & dissert. 45. n. 84. & Salgad. Labyrint. Cred. part. 3. cap. 1. n. 88. & seq.* quia Princeps si non ignorasset Civitatem Pisanam fuisse subjectam Legibus, & Statutis Artis Florentinæ satis superque super bono regimine medelæ, & quoad eam adeò bene exercendam consulentibus, profecto dictam superfluam Ordinationem pro Pisarum Civitate non edidisset, potissimum in tam grave damnum, & præjudicium authoritatis, Legum, & emolumentorum prædictæ Artis Florentinæ, quapropter ex defectu voluntatis in Principe debet pro infecta haberi dicta Ordinatio particularis, quod procederet etiamsi appositæ fuisset clausulæ *ex certa scien-* 8
tia, &c. & non obstantibus, quia aptæ non sunt ad supplendam voluntatem Principis quando vere apparet in facto de Principis ignorantia, quia contrarium supposuit *Cap. ex part. 12. de Offic. & potest. Judic. deleg. Mart. de Clausf. par. 1. claus. 77. num. 17. & 20. & 22.* optimè *Rot. Roman. in Mantiss. ad Card. De Luc. de regal. dec. 7. num. 20. & 21. cum seq.* & eadem *Rota* penes *Marches. de Commiss. tom. 1. tit. de Commiss. appell. in Caus. pension. part. 1. §. 2. dec. 45. num. 4. & 5. fol. mihi 639. & num. 9. fol. 140. Decian. consf. 40. n. 88. 89. 90. Fagnan. de Rescript. cap. nonnulli num. 38. & 39. Rot. Roman. part. 4. tom. 2. decis. 484. num. 16. & 18. Rot. Rom. coram Crispo dec. 102. num. 24. lib. 1. & par. 1. rec. dec. 666. num. 7. 8. & par. 2. dec. 128. num. 4. & seq. & par. 13. dec. 54. num. 35. & 36. Emanuel. Gonzal. cap. cum olim 12. in fin. de Sentent. & re Judic.* & Nos *ad Statut. Genue de Decretis à Senat. impetr. fol. 50. n. 5.* 9
& seq. & in puncto quod Princeps concedendo Civitati inferiori aliquod privilegium non præsumatur voluisse derogare Statutis, & Legibus Urbis suæ Dominantis, quibus altera inferior Civitas sibi subdita ligata fuisset, cum Leges, & Statuta prædicta ignoravit, & si in concedendis novis Privilegiis apposuisset clausulas *ex Motu Proprio, non obstantibus, & ex certa scientia*, firmant egregie *Menoch. de præsumpt. libr. 6.* 10
præsumpt. 39. & per tot. & post eum *Barbos. claus. 82. n. 17. Fagnan. d. cap. nonnulli n. 39. de offic. & potestat. Judic. deleg. Rot. Rom. coram Crispo decis. 102. n. 23. & 24. tom. 1.* ubi etiam dicit, quod semper præsumitur Princeps ignorare Statuta, & Leges suæ Civitatis, licet præsumatur scire Jura, & dispositiones Juris Communis, nisi in utroque casu contrarium probetur.

Et ita, &c. utraque Parte acerrimè informante, &c.

ARGUMENTUM.

Explicantur diversa genera Recambiorum, & demonstratur quomodo ea efformentur in Tractis, remissis, & revalentiis, & in quo eorum sequatur, vel non, novatio primi Cambii.

Explicatur etiam Retornum, & quomodo illud efficiatur, & in quo diversum sit a Recambio vero.

Demonstratur in quo differat Recambium Recursæ ab aliis Recambiis, & Retorno.

S U M M A R I U M.

1 *Recambium fit quoties non completa Tracta, Creditor illius accipit Cambio a semetipso, vel ab aliis summam aquivalentem cum pretio novi Cambii, & aliis expensis in damnum debitoris, quod Recambium dicitur Retornum inter Mercatores,*

Quanam requirantur, ut à Creditore tracta fieri possit hoc Recambium, seu Retornum *in damnum Debitoris aum, 2.*

3 *Retornum licet sit Recambium, attamen in eo nulla sequitur novatio primi Cambii.*

4 *Aliud est Cambium* colla Ricorsa, *in quo non sequitur novatio primi Cambii.*

5 *Recambium verum* colla Ricorsa *quale sit explicatur, & in eo sequitur novatio primi Cambii, & num. 6, 7, & melius num. 16. 18.*

8 *Attenta novatione primi Cambii qua sequitur per verum Recambium* colla Ricorsa *extinguuntur prima obligationes, hypotheca, & fidejussiones primi Cambii, & numer. 11.*

9 *Pro Recambio nova debetur gabella.*

10 *Explicantur verba* continovatione di Debito *quibus utuntur Mercatores pro indicando longo giro, & cursu Recambiorum.*

12 *Recambium Recursa si est initum cum pacto, quod Creditor pro certo tempore recambiare debeat, nequit Creditor durante illo tempore adstringere debitorem ad solutionem debiti.*

13 *Cambium nihil aliud est, quam solutio pecunia in uno loco pro alibi habenda.*

14 *Verba*, e per quanto gli è venuto a mancare *inter Mercatores quid significent.*

16 *Retornum, vel Recambium cum se ipso pro Retorno facere nemo potest, nisi pravia solita protestatione debitori intimata de capiendo ad cambium ob inadimpletam Tractam.*

17 *Retornum est gravius, quam simplex Recambium cum recursa.*

18 *Recambium potius, quam Retornum fuisse initum ex quibus conjecturis arguatur, & num. 19. 20.*

21 *Ordo seu mandatum datum a Mercatore de solvendo alicui non probat solutionem fuisse sequutam.*

Januen. Recambii.

DISCURSUS CXCVI.

OLim Dom. Augustinus de Franchis Mercator Antuerpiensis tractam de summa Scutorum 2000. auri Marcharum in Nundinis Paschatis in Civitate Placentiæ Anni 1598. fecit DD. Gregorio Garbarino, Stephano Justiniano, & Laurentio de Invrea Procuratoribus D. Alexandri Justiniani Genuensis, qui ut Instantiis sibi à dicto D Augustino factis obsecundaret, mandavit dictis DD. suis Procuratoribus supradictæ tractæ implementum, prout apparet à Spachio ejusdem D. Alexandri, tenoris, prout infra.

„ *All' incontro Agostino de' Franchi mio Cognato d' „ Anversa ha tratto al mio Procuratore Scuti* 2000. *in „ Paolo, Bernardino, Stefano, ed Antonio Bonvisi „ conti, con Ferrante Burlamacchi, quali farete con- „ tenti pagarli con dargliene debito sopra di me, e prev- „ vedervene qui da' Signori Vostri, senza gravarlo di „ Provvisione, che gli farò pagare.*

Huic enim Spachio Alexandri responderunt e Nundinis supradicti DD. Gregorius Stephanus, io hunc qui sequitur, modum.

„ *Scuti 7583. 17. vi rimettiamo da' Nostri nostra „ Lettera allegando a soldi 68. che con le spese, e Scu- „ ti 9. 7. 11. di Gabella il conto è pari, a' quali Nostri „ abbiamo di Vostro ordine al suddetto prezzo tratto „ Scuti* 2000. *per conto d' Agostino d' Anversa per Scu- „ ti altrettanti ha tratto in questa Fiera al vostro Pro- „ curatore, che abbiamo pagato di vostro ordine, e so- „ pra di voi, che perciò farete contenti farli pagare, ed „ imborsare voi la suddetta rimessa.*

Die 3. Julii 1598. dictus D. Augustinus Antuerpiensis cum suo Spachio ad eosdem Procuratores dicti Alexandri Genuensis directo, ordinavit, quod in Nundinis Augusti quamprimum in Civitate Placentiæ celebrandis tractam Scutorum 2034. 18. 3. auri Marcharum, iisdem faciendam in ejus computum à supradicto Alexandro Genuense, complerent, prout infra.

In quella Fiera d' Agosto vi sarà per mio conto " tratto da Alessandro vostro di Genova Scuti 2034. " 18. 3. de' quali vi piacerà farne promessa, e pagamen- " to al tempo, rivalendovene poi da lui medesimo, che " per il pagamento vi sarà buon ordine, riferendomi a " suo luogo il seguito. "

Die 27. Julii ejusdem Anni, idem Alexander suo Spachio similiter mandavit supradictis suis Procuratoribus Nundinarum Augusti 1598. in Civitate Placentiæ, quod cum obligatione ejusdemmet propriæ Personæ, Retornum dicti Augustini, nempe dicta Scuta 2034. 18. 3. hoc infrascripto modo solverent.

In oltre i vostri di qui hanno pagato li Scuti 2000. " *che a soldi 68. le trasse di Fiera di Pasqua per conto " d' Agostino d' Anversa di mio ordine, e sopra di me, " e per quello le è venuto a mancare per essi v' hanno " in questa Fiera d' Agosto tratto per detto Conto Scuti "* 2034. 18. 3. *che vi piacerà pagarli pure sopra di me, " con darne debito pure sopra di me al detto Agostino, e " vi valerete qui da me senza gravare esso conto di " Provvigione, e solo della Gabella de' Cambj.* "

Successivè die 7. Augusti ejusdem Anni responderunt supradicti Procuratores Nundinarum Augusti dicto Alexandro Genuen. eidem denunciantes eos adimplevisse supradictam tractam Scutorum 2034. 18. 3. in his præcisis terminis.

Dalla suddetta tratta in voi di Scuti 2036. 19. ne " darete debito ad Agostino d' Anversa, e sono Scuti " 2034. 18. 3. tratti li nostri di costì per suo conto, e " col vostro obbligo, e con Scuti 2. 0. 9. di Gabelle il " conto è pari, " .

Et in conformitatem Spachii supradicti eidem Alexandro insimul transmiserunt Literam, aut Cedulam Cambii hujus tenoris.

1598. *addì 3. Agosto in Piacenza Scuti 2036. 19. " a sol. 68. per Sc. a' 22. del presente.* "

Pagate per questa prima di Cambio a voi stesso " Scuti duemila trentasei, e soldi 19. a soldi 68. per " Scuto in Scuti d' oro in oro d' Italia da soldi 68. " ovvero sino alla metà di essi in moneta d' argento, " conforme al Decreto contra Noi, e ponete per Ago " stino d' Anversa di vostro ordine, e sopra di voi. " Addio, "

Hac supposita facti serie, de mea sententia super hoc dubio requisitus, an videlicet Tracta Scutorum 2034. 18. 3. facta à Ratione DD. Gregorii, Stephani, & Laurentii Genuæ ad suos de Feria sub mense Augusti 1598. fuerit verum Recambium, & id ad effectum, de quo latius dicam infra.

Solam veritatem præ oculis habens respondi supradictam Tractam revera fuisse Recambium præcedentis debiti Cambii Scutorum 2000. concorditer initi, & conventi inter dictam Rationem ut supra DD. Gregorii, Stephani, & Laurentii Genuensium ex una, & Alexandrum Justinianum nomine, seu pro computo Domini Augustini de Franchis Antuerpiensis, debitoris principalis, cum renovatione fidejussionis ejusdem D. Alexandri, ex altera Parte.

Sed ut majori, qua fieri potest, claritate, atque ordine, ut optimum J. C. decet, procedamus, atque ut inde ad evidentiam usque assumpti nostri comprobatio resultet, tria Recambiorum genera dari posse præmittimus.

Primum itaque contrahitur, quoties non completa Tracta ab eo, in quem facta fuit, ipsius Creditor accipit Cambio à semetipso, aut ab aliis summam pecuniæ æquivalentem Tractæ non solutæ cum pretio ulterius novi Cambii, expensis protestationis, Proxenetæ, Gabellarum, & provisionis, atque hoc mediante Recambio literas Cambiales obtinens efficit, ut debitum, non in ea summa, in qua ab initio contractum fuit, sed cum hujusmodi incremento, redeat ad locum, unde Tracta emanavit, expensis tamen, & damno ejus, qui hujusmodi Retorno ob dictam Tractam in loco destinatæ solutionis non adimpletam, causam dedit, prout eleganter explicat *Du Puy in tractat. lit. Camb. cap. 15. num. 5. & 7. Scacc. de Commerc. §. 1. q. 4. num. 38. 39. Rot. Genuen. de Mercat. decis. 143. n. 1. Rot. Rom. post Salgad. dec. 167. n. 2. 3. & dec. 207. num. 9.*

num. 9. Turr. de Camb. disp. 2. quæst. 1. num. 46. quod Recambium, Mercatores Cambistæ, Retorni nomine satis quidem congruè donaverunt.

2 Cæterum solutionis defectus, & debitoris mora de per se minime sufficere reputantur ad hoc, ut liceat Creditori Tractæ facere dictum Recambium, expensis, & damno debitoris, quia ulterius requiritur protestatio solita cum intimatione, qua mediante Debitori innotescat, se quamprimum ejus damno, & expensis supradictis accepturum Cambio partitam æquivalentem illi in ipsum tractæ *Amat. resol. 27. num. 10. Scacc. de Commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampl. 8. num. 249. Rot. Roman. post Salgad. dec. 167. nu. 1. & 2. & dec. 207. num. 9. & 13. & part. 1. rec. decis. 52. num. 2. & 3. & coram Bich. dec. 481. num. 12. & coram Dunozet. Jun. decis. 962. num. 9. & coram Peutinger. decis. 356. num. 2. & seq.* & plenè Egomet *disc. 27. num. 16. & disc. 28. num. 2. 3. de Commerc. Gait. de Credit. cap. 2. tit. 7. num. 1249. & 1620. & 1621.*

3 In hoc primo Recambii genere non extinguitur, prout nemo non videt, primum Cambium, nec per consequens aliqua prioris debiti novatio conficitur, adeout debitor primi Cambii maneat adhuc debitor, etiamsi creditor millies recambiasset; quia recambiando cum aliis Personis, præterquam cum illa Debitoris, impossibile prorsus est dari aliquam novationem, de cujus substantia omnino requiritur ejusdem debitoris interventus, & licet iste teneatur ad solutionem omnium recambiorum à Creditore contractorum cum aliis, præterquam cum debitore, hoc minime ex eo provenit quod idem directè ad illa solvenda teneatur, sed quia indirectè ad ea tenetur, ratione scilicet damni emergentis: Nam fuit in causa cur summam sibi debitam ab aliis creditor cambio acciperet, eamque toties recambiaret *Rot. Roman. post Salgad. d. decis. 16. num. 2. & 3. & decis. 207. numer. 9. & 10. Rot. Gen. decis. 143. in princ. & numer. 1. Scacc. de Commerc. §. 1. quæst. 4. num. 39. & quæst. 7. part. 2. ampliat. 8. num. 255. & 261. per tot.*

4 Secundum Recambii genus conficitur, quoties ipse debitor ad hoc ut Tractam compleat, aliud cambium cum alio contrahit, quam cum ipsomet creditore, & hoc novum Cambium, non simpliciter, & absolutè Recambium vulgo nuncupatur, sed recambium, ut dicitur *colla Ricorsa*, non alia ratione, quam quia debitor ad alios recurrit, ut eidem dent novo Cambio tantam summam, quanta pro extinctione primi sufficiat *Turr. de Camb. disp. 2. quæst. 20. num. 10. in fin. & disp. 3. quæst. 1. num. 4. Carol. Mazz. in ejus Compend. de Camb. part. 2. cap. 5.*

5 Tertium denique Recambium, quod propriè nuncupatur Recambium *Di Ricorsa, o colla Ricorsa*, ex eo resultat, quod debitor impotens solvendi primum Cambium ad ipsummet Creditorem recurrit, ad hoc, ut illud sibimet solvat, & recambiet eidem debitori pro aliis Nundinis novum debitum, quod nascitur ab hac extinctione primi Cambii, quam in semetipso conficit creditor, statim, ac nomine proprii debitoris sibi solvit *Turr. de Camb. disput. 3. quæst. 1. numer. 4. cum aliis seqq. quæst. Scacc. de Commerc. §. 1. quæst. 4. num. 40. & quæst. 5. num. 85. & seqq. Ansald. de Commerc. disc. 68. num. 17. 18. & disc. 69. num. 2. 3. 9. Car. Mazz. in suprad. compend. de Camb. part. 2. cap. 4. & 5.* Egomet plenè *disc. 26. num. 8. & disc. 149. num. 1. & 13. de Commerc.* ubi videre est per quæ organa, aut actus implicitos, juris fictione creditor sibi solvat, & per consequens novi Cambii inter ipsum Creditorem, ac debitorem renovatio sequatur, cum modo hujusmodi divagatio ad nostrum intentum minimè proficua reputetur.

6 Notabilissimus tamen pro hujus Causæ decisione effectus, qui principaliter ab hujusmodi recambio resultat, est quod nempè supradictum Recambium cum ipsomet Creditore initum ad debitoris instantiam, tanti est momenti, ac efficaciæ, ut debitum primi Cambii extinguat, & aliud novum inducat, non secus, ac per actus distinctos, & separatos, verè, & realiter primum Cambium, pecunia numerata solutum fuisset Creditori, qui deinde iterum aliam pecuniæ summam ipsimet debitori cambio dedisset *Scacc. & Turr. de Camb.* ubi sopra, & *Sacra Rota coram Bich. dec. 519. num. 23. & decis. 557. numer. 1. Mazz. d. cap. 4. Ansald. de*

*Commerc. disc. 58. num. 17. & disc. 69. num. 2. 3. &
4. & seq. & dec. 23. in addit. num. 31. Rot. Roman.
decis. 256. num. 6. part. 10. rec. & coram Crisp. decis.
121. num. 8. 9. & 10. lib. 1. Card. De Luc. de Camb.
disc. 1. num. 14. Surd. cons. 540. num. 35. & seq.* Ego-
met latè *disc. 26. num. 7. 8. & disc. 27. num. 11. 12.
& disc. 149. num. 2.* & melius *num. 13. de Commerc.*
Undè attenta hujusmodi novatione extinctiva, quæ 7
prioris Cambii efficitur pro creatione Recambii, ad
tradita per supra laudatos DD. quibus signanter addi-
mus *Turr. de Camb. disp. 2. quæst. 20. num. 6. & seqq.
& disput. 3. quæst. 2. 3. 4. 5. & 8. Episcop. Rocc. capit.
182. nu. 10. & seqq.* latè *Sacra Rota in Romana Cam-
biorum 16. Januarii 1699. coram Muto impress.* post
meum *disc. 49. num. 19. cum seqq. usque ad fin. tom.
1. de Commerc.* in necessariam consequentiam emer- 8
git omnium obligationum, hypothecarum, & fidejus-
sionum prioris contractus omnimoda extinctio *Ansald.
de Commerc. disc. 69. num. 4. 7. 8. & seq. Rot. Roman.
coram Coccin. dec. 1424. & dec. 1556. per tot. Sami-
niat. contr. 183. num. 45. & seqq.* plene in *dicta Roma-
na Cambiorum*, ubi supra *Episc. Rocc.* laudato *cap. 182.
num. 8. & plurib. seqq.* Quod adeo verum est, ut pro
Recambio, tamquam pro contractu novo, & penitus 9
differenti, ac separato à primo Gabella solvenda sit *An-
sald. d. disc. 69. num. 3.*

Hinc facili prorsus negotio comprehenditur, quod 10
nomen illud, aut terminus, *di continovazione di De-
bito*, quem impropriè Mercatores tribuunt renovatio-
ni Cambiorum, seu Recambiis, nihil aliud importat,
quam continuationem debiti, quod de Cambio in Cam-
bium, & de Recambio in Recambium identidem à de-
bitore creatur, donec absque ulteriori Cambii, seu Re-
cambii renovatione, debitum extinguatur, sed num-
quam importare potest donationem primi Cambii, ac 11
si umquam facta fuissent Recambia, cum, ut supra
probavimus, quoties fit Recambium, primum omni-
nò extinguitur, & aliud novum, & diversum cum
hac primi extinctione celebratur, ut optimè advertit
*Turr. de Camb. disp. 3. quæst. 1. num. 5. cum plurib.
seqq. & num. 10. 11. Card. De Luc. de Camb. disc. 1.
num. 14. & discurs. 27. §. Ma ciò vers. Ma quando
Mazz. in Compend. de Camb. part. 2. cap. 5. §. Il Ri-
cambio proprie Rot. Roman. decis. 290. numer. 5. & 6.
part. 11. rec.*

12 Hoc Recambium, ut dicitur " *colla Ricorsa* „ aut in pactum deductum fuit, aut non. Primo casu, quo scilicet, conventum esset quod Creditor pro certo, ac determinato tempore recambiare deberet, nequit Creditor durante dicto tempore adstringere Debitorem ad debiti solutionem, cum cæteroquin à debitoris arbitrio, ac voluntate dependeat solvendi statuto tempore idem debitum *Peri in suo Negot. part. 1. capit. 17. vers. il fin. §. Si avvertirà fol. mihi 68. & Mazz. in suo Compend. de Camb. part. 2. cap. 4. §. Questa Ricorsa cum seqq. Sacra Rota coram Emerix dec. 127. & dec. 154. & decis. 180. & coram Peutinger. decis. 315. & coram Cerr. dec. 706. & dec. 737.* Secus autem in secundo casu, quo scilicet usque ab initio minime conventum foret Recambium, tunc enim debitori, qui non habeat, unde solvat debitum cambiarium, necesse est ad Creditorem recurrere, ut illud sibi recambiet, quod ad effectum perducitur statim, ac ab eodem Creditore, cui recursum fuit, sibimetipsi debitum primi Cambii solvitur, aliud ex hac solutione primi cum debitore suo creando cambium pro proximis nundinis, vel alia Platea, ut supra demonstratum fuit.

His præmissis, videndum omninò est pro decisione præsentis disputationis, an Tracta Scutorum 2034. 18. 3. facta à Ratione Genuæ DD. Gregorii, Stephani, & Laurentii pro Nundinis Augusti, fuerit non solùm verum Recambium debiti cambiarii antecedentis Scutorum 2000. debitorum ab Augustino Antuerpiæ cum fidejussione Alexandri Justiniani, sed ulterius Recambium initum inter Creditorem, nempè supradictam Rationem Genuæ, & debitorem, qui erat dictus D. Augustinus Antuerpiensis.

Quod verò supradicta Tracta verum Recambium extiterit, tam notabilissimæ facti circumstantiæ, quam termini præsentis casus, de quò agitur, omninò suadere videntur.

Sed quia clarius, quò fieri potest in hac materia à no-

stris parum intellecta ob eorum non usum, procedamus, ponderandum est in facto, quod attenta Tracta Scutorum 2000. auri Marcharum facta pro Nundinis Paschatis in Civitate Placentiæ de anno 1598. ab Augustino de Franchis Antuerpiensi in dictos DD. Gregorium, Stephanum, & Laurentium, & ab iisdem completa de ordine etiam Alexandri Justiniani Genuen. & *sopra di se*, id est cum ejus obligatione, aut fidejussione, fuerunt alia similia Scuta 2000. ab iisdem DD. Gregorio, & Sociis pro eorum remburfatione tracta in suos, sive in eorum Rationem Genuæ de ordine ejusdem Alexandri, & in computum dicti Augustini Antuerpiæ, prout dignoscitur à Spachio ejusdem Alexandri supra relato „ ibi „ *All' incontro Agostino d'* „ *Anversa ha tratto al mio Procuratore Scuti 2000.* „ *in Paolo Stefano Antonio Bonvisi, de' quali farete* „ *contenti pagarli con dargliene debito sopra di me,* „ *e provvedervene qui da' Signori Vostri senza gra-* „ *varlo di provvisione, che li farò pagare* „. Et insimul à Spachio responsivo dictorum DD. Gregorii, &c. „ ibi „ *Scuti 7583. 17. vi rimettiamo da' nostri* „ *Nostra lettera allegando a soldi 68. — — che con* „ *le spese, e Scuti 9. 7. 11. di Gabella il conto è* „ *pari, a' quali Nostri abbiamo di vostro ordine al* „ *suddetto prezzo tratto Scuti 2000. per conto d' A-* „ *gostino d' Anversa per Scuti altrettanti ha tratti* „ *in questa Fiera al vostro Procuratore, che abbia-* „ *mo pagati di vostro ordine, e sopra di Voi, che* „ *però farete contento farli pagare, e imborsare Voi* „ *la suddetta rimessa.* „

Hæc Tracta Scutorum 2000. quam faciunt de ordine Alexandri Genuen. supradicti Gregorius, & Socii in suos de Genua, inficiari minimè potest, quin sit cambium, dum DD. Gregorius, & Socii solvunt in
12 Nundinis Paschatis Scuta 2000. de ordine tam Augustini Antuerpiæ debitoris principalis, quam de ordine Alexandri Genuensis, eadem recepturi in Civitate Genuæ
13 per organum suorum Genuæ, quibus remissa fuerunt. Cambium enim nihil aliud est in substantia, quam dare pecuniam uno in loco pro alibi habenda, prout pluries in meo Tractatu de Commercio, elegantius autem me prius quamplurimi Authores docuerunt, qui de hac materia magistraliter agunt, signanter autem *Scacc. de Commerc. §. 1. quæst. 5. nu. 3. & seq. & per tot. Du Puy de litt. Camb. cap. 1. n. 4. Turr. de Camb. disp. 1. quæst. 11. per tot.* & alibi passim.

Præterea in facto observandum est, quod supradicta Scuta 2000. tracta à dictis DD. Gregorio, & Sociis Nundinarum in suos Genuæ de ordine Alexandri, & in computum Augustini Antuerpiæ, neque fuerunt ab Augustino, neque ab Alexandro soluta, quinimmò apertè dignoscitur, quod Alexander curavit, ut dicti DD. Gregorius, & Socii Genuæ eadem in se ipsis extinguerent mediante solutione de illis sibi facta, eaque traherent pro eorum remburfatione in suos Nundinarum Augusti de ordine dicti Alexandri cum ejus Cambio justa pretium, tunc temporis currens inter Genuam, & supradictas Nundinas Augusti Placentiæ in computum quidem d. Augustini, supra tamen d. Alexandrum, nempe cum ejus fidejussione, atque obligatione, ut apparet ab alio Spachio d. Alexandri directo ad DD. Gregorium, & Socios dictarum Nundinarum sub die 27. Julii 1598, ut supra laudato „ ibi. „

„ *In oltre i Vostri di quì hanno pagato li Scuti* „ *2000. che a soldi 68. le traeste di Fiera di Pas-* „ *qua per conto d' Agostino d' Anversa di mio ordine,* „ *e sopra di me, e per questo l' è venuto a mancare* „ *per essi v' hanno in questa Fiera d' Agosto tratte per* „ *detto Conto Scuti 2034. 18. 3. che vi piacerà pa-* „ *garli pure sopra di me con darne debito pure sopra* „ *di me al detto Agostino, e vi valerete poi da me* „ *senza gravare esso conto di provvisione, e solo della* „ *Gabella de' Cambii.* „

Quæ secunda Tracta Scutorum 2034. 18. 3. quam fecerunt DD. Gregorius, & Socii Genuæ in suos Nundinarum in computum Augustini, & de ordine etiam ipsius Alexandri nihil aliud importat, quam novum Cambium, quod idem est, ac dicere verum, ac proprium Recambium tertii generis superius indicati, nam Tracta Scutorum 2000. facta pro præcedenti Cambio minimè fuit in Civitate Genuæ soluta, & extincta ab Alexandro, neque ab Augustino Antuerpiæ, sed à Gregorio, & Sociis Genuæ, uti resultat ex verbis dicti Spachii „ ivi „ *I vostri di quì hanno pagato li Scuti 2000. che a soldi 68. le traeste di Fie-* „ *ra di Pasqua per conto d' Agostino d' Anversa di mio* „ *ordine, e sopra di me* „. Et quia attenta hujusmodi solutione Scutorum 2000. facta ab ipsis DD. Genuæ pro dicto Augustino Antuerpiæ debitore principaliter obligato, & Alexandro ejus fidejussore, sibi ipsis, uti Creditoribus, evaserunt iidem DD. de Genua totidem Creditores pro eorum *mancare* (terminus, qui inter Mercatores significat remburfationem, aut revalsam, teste 14
Bich. decis. 481. num. 26. & 28.) fuit ideo inter ipsos, atque dictum Alexandrum conventum, quod ipsi de dicto eorum *mancare*, nempe novo credito Tractam facerent in suos Nundinarum cum Cambio tunc temporis currente inter Genuam, & dictas Nundinas, prout etiam expressè apparet ab eodem Spachio Alexandri „ ivi „ *E per quello gli è venuto a mancare per essi vi hanno* „ *in questa Fiera d' Agosto tratto per detto Conto Scu-* „ *ti 2034. 18. 3.* „

Et sicuti verum Recambium cum Recursu tunc effi- 15
citur, atque efformatur, quoties debitor impotens complendi in loco destinato Tractam sibi factam pro satisfactione primi Cambii, eandem solvendam curat ab ipsomet Creditore sibimetipsi concurrentibus, uno eodemque tempore juris fictione pluribus actibus, id est, quod Creditor mutuam det pecuniam debitori pro extinguendo primo debito cambiario, & quod debitor eandem enumeret, ac reddat Creditori pro satisfactione dicti debiti, & quod creditor successivè tradat eandem pecuniam supradicto Debitori novo cambio, eandem recepturus in alia Platea, & Nundinis, ut egregiè explicant *Ansald. de Commerc. disc. 68. numer. 17. & disc. 69. num. 2. 3. & 9.* & prius dixerat *Sacr. Rot. coram Bich. decis. 519. num. 23. & decis. 557. num. 1.* & denique Nos etiam diximus *disc. 26. 27. & disc. 149. num. 2. & 13.* ità in necessariam consequentiam emergit, quod pro vero Recambio cum recursu reputanda sit solutio dictorum Scutorum 2000. quam faciendam curat à supradictis Gregorio, & Sociis Genuæ sibi ipsis Alexander Justinianus pro complemento primæ Tractæ factæ in vim præcedentis Cambii ex Nundinis Paschatis Genuam simul cum altera Tracta Scut. 2034. 18. 3. quam dictis DD. Gregorio, & Sociis de Genua fieri mandat idem D. Justinianus pro sequentibus Nundinis Augusti Placentiæ solvendam ab ipsismet DD. Gregorio, & Sociis de eisdem Nundinis Placentiæ pro computo dicti Domini Augustini Antuerpiensis, supra tamen eundem Alexandrum, nempè cum ejus obligatione, & ita idem Alexander de novo debito, quod contrahit cum dictis DD. de Genua pro extinctione primi Cambii, verè init novum Cambium, seu Recambium cum ipsis DD. ex Genua ad Nundinas Augusti, pro pretio illius Cambii, quod tunc inter Genuam, & dictas Nundinas Augusti currebat.

Quin turbet difficultas, quæ in præsens excitari posset, quod scilicet cum supradicti Domini Genuæ sibi ipsis solvissent Scuta 2000. cum Recambio pro Nundinis proximè futuris Augusti non contraxerint hoc Recambium cum eodem Alexandro pro eorum remburfatione, sed novum Cambium, & Recambium cum se ipsis, eo sub obtentu, ut debitum cum omni incremento, expensis, & damno Augustini debitoris principalis, & Alexandri ejus fidejussoris ad Nundinas rediret, quod Recambii genus sub vero, ac proprio nomine *Retorni*, tunc demum efformatur, quoties Creditor accipit Cambio à se ipso summam sibi debitam à proprio debitore, expensis, & damno ejusdem Debitoris, ob Tractam ab eo non completam, ut supra §. *Secundum*. abundè explicavimus.

Quia objectum prorsus eliminatur concurrentibus pluribus notabilissimis circumstantiis, ex quibus arguitur, quod dictum Recambium Scutorum 2034. 18. 3. non fuit Retornum, sed verum, & proprium Recambium cum Recursa factum cum consensu omnium Contrahentium, id est initum inter supradictos DD. Genuæ Creditores, & dictum Alexandrum, non solum nomine d. Augustini Antuerpiæ debitoris principalis, sed etiam ejus fidejussorum.

Pro cujus assumpti comprobatione animadverten- 16
dum est primo, quod supradicti Domini de Genua non poterant à se ipsis accipere cambio expensis, &

damno

damno Augustini, & Alexandri respectivè debitoris, & fidejussoris, nisi prævia solita protestatione contra Alexandrum, ut supra probavimus, unde ne dicamus dictos Dominos Genuæ actum prorsus illicitum gessisse, omninò præsumendum venit, quod Recambium dictorum Scutorum 2034. 18. 3. fuerit Recambium verum, & proprium cum Recursa juxta tertiam speciem, de qua supra in §. *Tertium Denique* Egomet *disc.* 129. *numer.* 9. *de Commerc. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 22.

17 Secundò quod utique ex dicto Spachio Alexandri, statim eruitur, quod Tracta Scutorum 2034. 18. 3. facta fuit à DD. Genuæ pro omni, & toto eo quod iisdem deficiebat „ ivi „ *E per quello l'è venuto a man- „ care per essi* „. Undè necessario concludendum est, quod supradicta Tracta importaverit verum Recambium initum cum dicto Alexandro. Quoniam juxta calculum à Peritis efformatum, in dicta Tracta non comprehenduntur nisi Scuta 2000. cum solo pretio Cambii tunc temporis currentis inter Genuam, & Nundinas Augusti in Civitate Placentiæ de anno 1598. E contra verò eorum deficere, & ut dicitur, *mancare*, per viam Retorni, majorem summam importaret, quia in Retorno ultra Scuta 2000. & pretium novi Cambii, comprehendendæ præterea sunt expensæ protestationis, Proxenetæ, & Provisionis, ut advertit *Du Puy de Camb. cap.* 15. *numer.* 5. & 6. præter alias Authoritates supra allegatas §. *Primum itaque*.

Tertio addimus, quod si dictum Recambium factum fuisset per viam Retorni, Alexander minimè cum ejus Spachio suis Procuratoribus Nundinarum denunciasset, quod dicti DD. Genuæ jam solverant Scuta 2000. sed, quod, cum Tractam adimplere ipse neglexerit, debitum ad Nundinas redibat, aut aliis similibus phrasibus usus fuisset, quibus regulariter Mercatores utuntur, quando agitur de Retorno.

Quare, cum Alexander eisdem suis Procuratoribus Nundinarum scripsisset, quod ipsi DD. de Genua solverant Scuta 2000. signum evidens est, quod fuit cum dicto Alexandro factum Recambium cum Recursa, tam nomine Augustini, quàm proprio, dum similis loquendi formula propriè convenire nequit, nisi verò Cambio Recursæ, in quo à Creditore solvitur, ac extinguitur primum Cambium, atque in ejus locum novum Cambium, seu Recambium succedit, ut supra vidimus §. *Tertium denique cum seqq.* Eoque magis id demonstratur per Spachium Augustini Antuerpiæ diei 3. Julii 1598. in quo ipse scribens Procuratori Alexandri in Nundinis Augusti ejusdem Anni, eidem tantum significat, quod in dictis Nundinis tracta erunt in ejus computum à dicto Alexandro Genuæ Scuta 2034. 18. 3. Marcharum, eidem ordinando, ut talem Tractam acceptet, & postea suo adveniente tempore solvat; necnon pro illa revalentiam ab eodem Alexandro accipiat absque eo, quod in dicto Spachio ne verbum quidem factum appareat debiti antecedentis, de quo expressè eundem meminisse oportebat, juxta optimum Mercatorum Stylum, si dicta Tracta inita fuisset per viam Retorni, & non Recambii cum Recursa.

18 Quartò, quia prorsus inverisimile est, quod Alexander inter Patricios, ac Mercatores Genuenses nemini secundus protestari permisisset dictam Tractam Scutorum 2000. ac de illa Retornum fieri non solum cum proprii honoris labe, verum etiam damno Augustini ejus Leviri, quæ inverisimilitudo in immensum crescit ex eo, quod absque ullo ejus incommodo eandem solvere potuisset, dum tam in Nundinis, quàm in Civitate Genuæ, semper erat Creditor dictorum Dominorum Gregorii, & Sociorum, ac proinde in eorum manibus semper habebat aliquam notabilem pecuniarum summam, ut in similibus argumentantur *Menoch. consil.* 1202. *num.* 4. *Sacra Rot. decis.* 100. *num.* 3. *part.* 19. & *decis.* 305. *num.* 12. *part.* 15. *Altolin. resol.* 49. *n.* 13. *Bonden. collect.* 38. *n.* 46. *volum.* 2.

19 Quintò, quia tam à Spachio Nundinarum Augusti dicti Alexandri, quam ab alio responsivo dictorum DD. Gregorii, & Sociorum dictarum Nundinarum, compertum fit, quod Scuta 2034. 18. 3. fuerunt tracta in computum Augustini, cum obligatione ejusdem Alexandri, unde si reverà dicta Tracta *Retornum* fuisset, minimè pro ea complenda necessaria erat nova obligatio dicti Alexandri, quia jam idem pro *Retorno* obligatus erat, sed non pro Recambio cum Recursa, nisi illius obligatio renovabatur, quantæ autem efficaciæ sit argumentum à superfluitate deductum plenissimè comprobat *Episcop. Rocc. cap.* 194. *numer.* 84. & *sequenti*.

Sextò demum quia usque à primis Nundinis Pascha- 20
tis fuit intentio, ac voluntas Alexandri quod sibi in Civitate Genuæ à dicto Dom. Gregorio, & Sociis debitum Scutorum 2000. imposterum recambiari deberet, nam in ipso ordine per eum dato suis Procuratoribus, ut solverent Tractam dictorum Scutorum 2000. in eos faciendam ab Augustino Antuerpiæ, non addidit, quod à se revalerent iidem Dominus Gregorius, & Socii, sed à suis de Genua, neque promisit se eadem soluturum, sed quod eadem ab aliis solvenda curabit, ut apparet ab ejus Spachio Nundinarum Paschatis supra relato " ibi „ *quali farete contenti pagarli*, *e* " *provvedervene quì da' Vostri*, *che li farò pagare* " Cui Spachio correspondet adamussim id quod scripsit idem Alexander in Spachio Feriarum proximè futurarum Augusti, ubi primum denunciavit suos Genuæ solvisse Scuta 2000. deindeque iisdem ordinavit, quod solverent novam Tractam Scutorum 2034. 18. 3. & quia revera eandem ampliùs recambiare nolebat, sed extinguere de per se, non addidit, ut antea fecerat, quod se revalerent à suis Genuæ, sed à se ipso " ibi „ *E ve ne valerete quì da me* " & ita executione mandatum fuit, ut constat à Spachio responsivo dictorum DD. Gregorii, & Sociorum Nundinarum Augusti, in quo coæquatur computum dicti Alexandri cum dicta Revalsa, quod vero ab hujusmodi discretivo modo scribendi Spachia Nundinarum, prodeat contrahentium voluntas, citra dubitationis aleam admittnot *Ansald. de Commerc. disc.* 6. *num.* 9. & *disc.* 89. *num.* 31. *Rot. Roman. coram Falconer. de Fideicommiss. decis.* 9. *sub num.* 15. *dec.* 35. *num.* 11. *decis.* 37. *num.* 2. §. *Nec obsistere*, & *de Jurepatron. dec.* 21. *num.* 16. *dec.* 29. *num.* 10. *de Pension. dec.* 4. *sub num* 4. *de Dot. dec.* 20. *num.* 8.

Ea hactenus dictis ad evidentiam usque demonstravimus, quod nova Tracta Scutorum 2034. 18. 3. fuit verum Recambium cum Recursa initum inter DD. Gregorium, & Socios Creditores primæ Tractæ, & dictum Alexandrum pro computo dicti Augustini Antuerpiæ Debitoris principalis, unde necessario sequitur, quod minimè subsistit fidejussio præstita in vim cujusdam chirographi initi sub die 10. Julii 1598. à DD. Joanne Andrea, & Jacobo fratribus de Franchis pro dicta prima Tracta Scutorum 2000. in favorem dicti Alexandri.

Quoniam cum penitus extinguatur propter Recambium primum Debitum Cambiarium, mediante reali solutione primi Cambii, quæ in actu creationis novi Cambii intervenit, corruunt propterea omnes fidejussiones, hypothecæ, & securitates, quibus illud primum debitum cambiarium fulciebatur, ita ut pro hujusmodi debito, utpote jam extincto, Debitoris bona à nexu primarum hypothecarum liberentur, neque fidejussores, qui pro ipso intervenerunt, amplius remaneant obligati, juxta Authoritates individuales à me supra allegatas §. *Notabilissimus tamen in fin.*

Transeundum in præsentia esset ad alia fundamenta, quibus demonstrare quoque possem insubsistentiam supradictæ Scripturæ diei 10. Julii 1598. à qua elici prætenditur supradicta obligatio fidejussoria DD. Fratrum de Franchis non solum pro supradicta Tracta Scutorum 2000. sed etiam pro aliis Scutis 6000. auri Marcharum, unde illa tantum indicasse sufficiat, cum jam deducta fuerint à pluribus Advocatis in eorum respectivè doctissimis Allegationibus, ne inutiliter videar repetere, quod ab ipsis non minus ingeniosè, quam solide dictum fuit, & præcipue circa Scuta 6000. quia non constito, quod dictus Alexander eadem solverit, aut solvenda curaverit dicto Augustino Franchi Antuerpiensi, per consequens nullum locum habere potuit fidejussio præstita à dictis Fratribus Franchi in favorem ejusdem Alexandri, in nihilum refragante, quod iidem Fratres de Franchis in supradicta Scriptura confessi fuerint, quod idem Alexander ordinaverit DD. 21
Sara, & Marino, ut eadem solverent dicto Augustino Antuerpiæ, quia hujusmodi confessio potest quidem comprobare ordinem, nunquam verò effectivam, & realem solutionem, nisi id per alias probationes e-

vincatur, ad effectum maxime, ut fidejussores dictum Alexandrum rembursare teneantur, ut latè per DD. Advocatos Dominorum meorum Principalium ostensum fuit, auctoritatibus ab iisdem deductis, quibus utpote in nostris ipsissimis terminis addere juvat *Rot. Roman, cor. Bich. decis. 481. num. 6. 7.*

A D D I T I O.

Ad num. 8. & 9.

Secus si in creatione novi cambii, seu recambii fuisset apposita clausula præservativa priorum jurium, & fidejussorum, aliàs quod novum cambium non intelligatur factum, *Molines decis. 2203. num. 19. tom. 5.*

ARGUMENTUM.

Mandatum inter Mercatores quando, & ex quibus conjecturis præsumatur. Mercatores an, & quando mandata à suis Corresponsalibus accepta valeant per alias tertias personas exequi facere.

Referuntur varia negotiorum gestorum genera, eorumque diversæ Naturæ, & effectus explicantur.

Mandantes alicui Negotia aliena geri, utiles Negotiorum Gestores in jure censentur.

Fidejussio non potest extendi de contractu ad alterum contractum, neque de una re, vel persona ad aliam; In qua materia quamplurima notabilia adducuntur exempla.

S U M M A R I U M.

1 *Mandatum excedens, vel illud non rectè adimplens, fidem, & amicitiam violat.*

Et ideo in personis qualificatis, & sanguine conjunctis mandatum semper adfuisse præsumi debet ne dicatur eas tale crimen voluisse committere num. 2.

3 *Mandati qualitas facilius præsumitur, quam ipsum mandatum.*

4 *De mandato ubi in genere constat, ibi præsumi debet mandatarium illud non excessisse, licet de qualitate mandati non appareat, & n. 5.*

6 *Causa sæpè sæpius tam loquendo, quam scribendo pro causato, vel effectu ponitur.*

7 *Mercatores solent impropriè loqui, & scribere in suis Negotiis, & litteris.*

8 *Verba semper in lato, vel improprio sensu sumenda sunt ad evitandum absurdum, vel inverisimilia.*

9 *Veritas rei non pendet ab affirmativa, vel negativa hominum.*

10 *Mandatarius non potest de excessu mandati convinci nisi producuntur litteræ mandantis, ex quibus de vera qualitate mandati constare fiat.*

11 *Mandatarius mandatum sibi à suo corresponsali datum potest ab alia Tertia persona exequi facere.*

Ideoque quilibet Tertius potest exequi mandatum, quod fuerit alteri datum. ibid.

12 *Mandatarius potest contractum facere cum diversa persona ab ea, cum qua sibi mandans contrahere ordinavit.*

13 *Mandati excessus opponi non potest, nisi à Mandante.*

14 *Negotiorum gestorum varia dantur in jure genera, & eorum differentiæ, ac effectus notantur, & numer. 15.*

16 *Actio Negotii gesti competit Gestori contra absentem cujus Negotium gessit, licet gestum fuisset in ejus damnum si fuit ab absente postea ratificatum.*

17 *Quod procedit etiam in negotio gesto contra expressam voluntatem absentis.*

18 *Actio utilis Negotiorum gestorum acquiritur Tertio, qui Tractam alteri factam pro honore, vel utilitate scribentis acceptat, & solvit.*

19 *Mandans alicui, ut pro altero solvat, reputatur in jure tamquam fidejussor.*

20 *Fidejubens sponte pro alio absente habetur in jure pro utili negotiorum Gestore, eique propterea competit actio utilis Negotii gesti contra debitorem, pro quo fidejussit.*

21 *Probatio nihil concludit data sola possibilitate in contrarium.*

22 *Mercatores de eorum stylo accepto mandato pro negotio aliquo faciendo solent multoties suis Corresponsalibus scribere per eos negotium demandatum perfectum fuisse, licet adhuc illud non fecerint, & num. 23.*

24 *Fidejussio tanquam obligatio strictissimi juris non potest de uno contractu, re, aut persona ad alium contractum, rem, vel personam extendi.*

25 *Fidejussio facta pro mercibus tradendis non valet, si illæ fuerint jam traditæ.*

26 *Fidejussio præstita pro debito, quod erat in vim præscriptionis, vel alio modo extinctum, nullius est momenti.*

27 *Fidejussio præstita pro falso debito, quod fuit pro vero a creditore suppositum nullatenus valet.*

In eadem Causa.

E T

DISCURSUS CXCVII.

QUIA verò Creditores quondam Domini Augustini de Franchis Antuerpiensis negare nequibant, quod Retornum Scutorum 2034. 18. 3. verum non sit, & proprium Recambium cum Recursa initum inter Dominum Alexandrum Justinianum Genuensem nomine, vel pro computo dicti Domini Augustini, & DD. Gregorium, & Socios de Genua, ut exuberanter à me in antecedenti meo Discursu probatum fuit, ad alterum se convertere confugium, prætendendo nempe, quod dictum Recambium ex mero tantum arbitrio dicti D. Alexandri initum fuisset, ac sine consensu, mandatoque dicti Augustini, quinimmo contra mandatum ejusdem, quamobrem cum dictus Augustinus per deficientiam sui consensus, sive mandati, nunquam pro dicto Recambio obligatus fuerit, novatio ejus debiti Scut. 2000, quæ prætenditur in vim dicti Recambii, locum habere non potest, & per consequens neque Fidejussorum liberatio.

In comprobationem hujusmodi eorum assumpti productum fuit per dictos Creditores Spachium scriptum sub die tertia Julii 1598. à dicto Augustino Antuerpiensi Dominis Gregorio, Sociisque Nundinarum Procuratoribus Alexandri, in quo Spachio supponit quidem dictus Augustinus dictis Dominis Nundinarum, quod Tracta dictorum Scutorum 2034. 18. 3. pro Retorno primi Cambii facienda erat ab Alexandro pro suo proprio computo, vel negotio, non autem à Dominis Gregorio Sociisque de Genua, ut latè patet ex verbis dicti Spachii, " ibi " *In quella Fiera d' Agosto vi sarà per mio conto tratte da Alessandro vostre di Genova* " *scudi* 2034. 18. 3. ex quo necessariò sequitur quod Augustinus in præcedentibus suis literis Alexandro suo Leviro mandaverat, ut compleret, aut compleri faceret in Nundinis à dicto suo Procuratore suam primam Tractam scutorum 2000., quam postea per viam Retorni ei recambiare deberet pro futuris Nundinis, alias si Augustino significasset Alexander, quod dictum Recambium factum fuisset à DD. Gregorio, Sociisque de Genua, haudquaquam scripsisset in Spachio Dominis Gregorio, & Sociis Nundinarum, quod ab Alexandro traherentur pro suo computo dicta Scuta 2934. 18. 3. sed à dictis Gregorio, & Sociis de Genua.

Tota autem hæc ratiocinatio Dominorum Adversariorum quamvis videatur aliquam boni Juris speciem præseferre, facillimè sequentibus responsionibus dissolvitur.

Et primò animadvertendum est, quod cum Dominus Alexander Justinianus non modo inter primos Mercatores, qui tunc Genuæ fide, fama, atque divitiis pollebant, verum etiam inter primos Equites adnumeraretur, nec non cum esset Levir dicti Augustini de Antuerpia, verisimile non est, quod ipse sine præcedenti consensu, aut mandato ejusdem Domini Augustini solvere fecisset Tractam Scutorum 2000. in Nundinis Paschatis à dictis DD. Gregorio, & Sociis Nundinarum, veluti Tertiis, eamque deinde recambiare à

dictis

dictis Dominis de Genua nomine, vel pro computo
1 dicti Augustini, namque id fuisset violare fidem suo
Correspondsori, & Leviro; Res adeo dissentanea veri,
rectique Mercatoris nomini, & multo magis ab Equi-
tis, & Leviri caractere aliena *l. 1. in princ. ff. de const.
pec. Mantic. de Tacit. libr. 7. tit. 18. num. 8.* Quare
2 attenta hac tam monstruosa inverisimilitudine necessa-
rio præsumendum est, quod dictus Dominus Alexan-
der omnia gesserit secundum mandatum ei datum ab
Augustino ejus Leviro, & per consequens, quod so-
lutio primæ Tractæ, & subsequens illius Recambium,
de quo agitur, factum fuerit in vim præcedentis man-
dati dicti D. Augustini, ut monent *Mantic. de Tacit.
& Ambig. lib. 7. tit. 5. num. 1. 4. 7. Rot. coram Bich.
dec. 71. num. 13. & 14. num. 25. & 26. Mascard. de
Probat. concl. 1171. num. 4. & 8. Cyriac. contr. 505.
num. 52.* & Nos *disc. 144. numer. 53. & 54. de Com-
merc. & decis. 5. num. 14.* post nostrum Tractat. *del
Cambista Istruito.*

3 Quod multo magis procedit in casu nostro, in quo
non inficiatur, nec inficiari potest, quod Alexander
non habuisset mandatum, ac instructiones præceden-
tes Augustini circa modum se dirigendi in solutione pri-
mæ Tractæ. Igitur cum non disceptemus modo de exi-
stentia præcedentis mandati, sed solum de illius quali-
tate, scilicet si mandatum Augustini ampliaretur ad fa-
cultatem tam curandi solutionem Tractæ etiam à Ter-
tiis, quam eam ab iisdem recambiare faciendi per se-
quentes Nundinas, omnino credendum est, attento
maximè lapsu longissimi temporis, ut in casu nostro,
quod, quum Alexander fecisset solvere à Dominis Gre-
gorio, Sociisque Nundinarum dictam Tractam Scuto-
rum 2000. eamque recambiare ab iisdem de Genua,
mandatum utique Augustini ad hæc peragenda ille ha-
beret, quia mandati qualitas facilius, quam ipsum
mandatum præsumitur, optimè *Ruin. cons. 35. num.
19. & 20. libr. 1. Cephal. cons. 170. num. 27. & cons.
379. num. 60. & cons. 435. num. 41. Mantic. de Tacit.
& Ambig. lib. 7. tit. 12. num. 6. Mascard. concl. 1254.
num. 7.* & ideo quando de mandato præcedenti in gene-
re non dubitatur, sed solum si Mandatarius illud ex-
4 cesserit, semper præsumendum est, quod mandatum
ampliaretur etiam ad illud peragendum, quod per Pro-
curatorem executioni demandatum fuerit *Rot. coram
Seraph. dec. 1124. num. 13. Golin. de Procurat. part.
1. cap. 5. num. 84. Rot. coram Dunoz. Jun. dec. 543.
num. 37. & decis. 566. num. 19. & Rot. coram Bich.
5 decis. 71. num. 13. & 14.* & generaliter quod excessus
quando in genere constat de permissione, seu faculta-
te præcedente, numquam præsumendum sit, affirmant
*Rot. Roman. cor. Cerr. decis. 388. num. 10. Seraphin.
dec. 1189. num. 2. & Rot. post Salgad. Labyrint. Cre-
dit. dec. 77. num. 5. & 6.* & in *part. 7. rec. dec. 306.
num. 26. & 27.*

Neque à Spachio Augustini de Antuerpia sub die 3.
Julii 1598. quo ipse scripsit Dominis Gregorio Sociis-
que Nundinarum, quod eis Tracta Scutorum 2034.
18. 3. fiet ab Alexandro, inferri potest quod cum ipso
Alexandro conventum esset Recambium pro Retorno
sui debiti, namque Augustinus certior redditus ab Ale-
xandro de Tracta, quæ propter Recambium ei à Domi-
nis Gregorio Sociisque Nundinarum fieri mandaverat,
eatenus ipse Augustinus scripsit in dicto suo Spachio di-
ctis Dominis Gregorio, Sociisque Nundinarum, quod
Tracta dictorum Scutorum 2034. 18. 3. pro suo pro-
prio computo fiet ab Alexandro, quatenus Alexander
procuravit, atque mandavit Dominis Gregorio, Socis-
que, quod facerent dictam Tractam pro computo ejus-
6 dem Augustini, etenim non rarò accidit, quod in lo-
quendo causa pro causato, seu pro effectu sumatur, ut
monet *Text. in l. hoc jure §. Non potest ff. de Donat.*
ibique *Gloss. & Paul. de Castr.* aliique Commentatores,
idque adeo verum est, ut sæpe sæpius in discursu eâ
quamplurimi utantur, quinimo sub nomine Metony-
miæ pro elegantia sermonis illam docuerunt etiam Ora-
tores, & Rhetorici.

Verum si à Dominis Adversariis objiceretur, talem
locutionem naturalem non esse, sed impropriam, &
ideo parum consentaneam simplicitati, sinceritatique
Mercatorum, responderi posset, locutionem impropriam
7 inter Mercatores novam, & insuetam non esse, im-
mo inter eos id non raro contingit, ut à me observa-
tum est *disc. 148. num. 16. §. Tutto questo, & num. 17.
18. de Commerc.* & si est casus, in quo verba debean-
tur interpretari in sensu lato, aut improprio, in nostro
indubitanter id locum habere debet, quia alias admit-
tendum esset in Alexandro turpissimum crimen falsita-
tis, supponendo, quod ipse scripsisset Augustino de
Antuerpia aliter quam verè egerat, quod sicuti est om-
ninò inverisimile, neque de jure præsumendum, maxi-
mè in Alexandro Mercatore inter alios Genuenses ma-
gni Nominis, ac opulentissimo, nec non Equite præ-
clarissimi Sanguinis, ita ob non admittendam in eo 8
notam adeo indecoram, verba Spachii dicti Augustini
sumi debent in sensu improprio, vel ampliori, quam
fieri potest, ut in nostris terminis à me firmatum est in
disc. 133. num. 2. & seqq. de Commerc.

Præterea quum indubitanter ex facto constet, quod
Recambium cum Tracta Scutor. 2034. 18. 3. initum
non fuit ab Alexandro, sed à Dominis Gregorio Soci-
isque de Janua cum dicto Augustino per intercessionem,
& organum Alexandri, ut per Nos in præcedenti dis-
cursu evidentissimè probatum fuit, parum, aut nihil
refert, quod Augustinus, vel impropriè, vel per erro-
rem Dominis Gregorio Sociisque Nundinarum in dicto
suo Spachio sub die 3. Julii aliter scripserit, nam quid-
quid ipse scripserit, veritati facti, quæ in contrarium
habetur, præjudicium inferre nequit; veritas enim ab 9
hominum assertione, seu negatione, nullo modo pen-
det, ut in simili casu prudenter animadvertit *Ansald.
de Commerc. disc. 22. num. 16.* multoque minus valet
dictum Spachium ab Augustino inscio Alexandro scri-
ptum ad comprobandum, quod Alexander excesserit fi-
nes ejus mandati, nisi cum literis missivis, & respon-
sivis pateat, quod mandatum ei præcedenter datum ab
Augustino diversum fuisset, & ita quoque ab Alexan-
dro acceptatum fuisset, cum è contra in Alexandri fa-
vorem stet præsumptio, quod ipse præcedenter egerit
secundum consilium, & mandatum Augustini, ut exu-
beranter jam supra probatum est, neque alio modo Pro- 10
curator infidelitatis falsitatisque de crimine convinci po-
test, nisi exhibeantur literæ Correspondentis, ex qui-
bus qualitas mandatorum dignosci possit, ut optimè
monet *Rot. d. dec. 1124. num. 13. coram Seraphin.*

Verùm concesso etiam DD. Adversariis, quod Au-
gustinus de Antuerpia Alexandro Leviro suo mandas-
set, quod ipsemet prædictam suam Tractam Scut. 2000.
adimpleret, eamque sibi recambiaret per sequentes Nun-
dinas, potuit æque bene D. Alexander agere, quod hæc
mandata per alios, nempè per DD. Gregorium, &
Socios Nundinarum Placentiæ executioni mitterentur,
nam mandatum diversè exequi potest, dummodo man-
dans in substantia eundem effectum ab illo optatum
consequatur; igitur quum in casu nostro ambigi non
valeat, quin Augustinus de Antuerpia nil aliud cupie-
bat, nisi quod dicta sua Tracta compleretur, eaque
sibi recambiaretur per sequentes Nundinas, itaque quo-
ties D. Alexander operatus fuit, ut illud idem Augu- 11
stinus consequeretur, licet per aliam Personam, ideo
jure ac merito opponi nequit, quod ipse mandatum
Augustini excesserit secundum Textum in nostris simil-
limis terminis expressum in *l. Final. §. Mandavit ff.
mandati* ibique *gloss.* cum omni Commentatorum scho-
la, & ut egregiè firmat *Rot. coram Cerr. decis. 247.
num. 1. 2. 3. & Mantic. de Tacit. & Ambig. libr. 7.
tit. 15. a num. 37. usque ad 38.* & in nostris terminis
punctualiter *Torr. de Camb. disp. 2. quæst. 13. num. 61.
cum seq.* Parum, aut nihil Mercatori referente, quod 12
persona, cum qua ille intendebat contrahere, à suo
Procuratore mutata fuerit, dummodo suum finem, &
effectum ipse obtinuerit, ut egregie ratiocinantur cun-
cti Doctores à me allegati in *disc. 125. num. 7. de
Commerc.*

Et quamvis dici posset, quod Alexander fines man- 13
dati excessisset, exceptio hæc solum à Mandante, non
autem à tertio esset objicienda *Cravett. cons. 748. n.
21. Mantic. de Tacit. libr. 7. tit. 15. num. 51.* eoque
minus ferendum est, quod in præsenti ab ipso Man-
datario illa objiciatur, qui contra omnes juris regu-
las in sui favorem etiam propriam culpam allegare
prætendit.

Præterea etiamsi admitteretur, quod Recambium fa-
ctum ab Alexandro nomine Augustini ob defectum man-
dati sustineri non posset, nulla penitus DD. Adversariis
ex hoc

ex hoc utilitas redundaret, cum Contractus hujus Recambii æque bene defendi possit in vim utilis negotiorum gestionis, quæ de jure operatur, veluti si Recambium à Dominis Gregorio, Sociisque de Janua contractum fuisset cum ipso Augustino de Antuerpia.

14 Ut clarius tamen super hoc Articulo procedamus, opus est, quod inter varias Negotiorum gestiones, quæ a Doctoribus allegantur, duas præmittam, una quæ ab ipsis nuncupatur *ipso gestu*, vel *ipsa re*, aut *actione*, quia verè ab ipso actu, sive ab ipso Negotio facto à Gestore statim perficitur quasi contractus, ex quo oritur eodem tempore obligatio, atque actio negotiorum gestorum tam directa, quam respective contraria Gestori, & absenti, pro quo contractus, aut utile negotium gestum fuit, absque eo quod necesse sit expectare, atque habere ab ipso absente consensum, aut ratihabitionem, quia in hac negotiorum gestorum specie lex præsumens, quod absens sine dubio negotio, quod pro eo factum fuit a Gestore, consensisset, sapienter cavit, quod ex Negotio utiliter gesto statim, & simul oriatur obligatio, atque actio reciproca inter Gestorem, ac absentem, cujus nomine negotium gestum fuit, veluti si ab initio absens negotio gesto suum consensum præstasset, & sub hac specie utilis gestionis veniunt tantum illa negotia, quæ sunt absentibus absque dubio utilia, nempe ea quæ aliquod lucrum eis afferunt, vel aliquod damnum imminens avertunt, vel impediunt, ut textus est expressus in §. *Igitur instit. de obligat. quæ ex quasi contractu*, & firmant ibi *Oinot. Harprect. Vinn.* aliique Institutistæ *Cin. in l. si pecuniam Cod. de Negot. gest. Roffred. in tractat. ord. Judic. part. 1. tit. de Negot. gest.* ac plene, & doctè *P. Onnat. de Contract. tom. 2. tractat. 16. disput. 47. numer. 6. in fin. numer. 7. & 9. & num. 44. & 47. ac 48. Cardin. de Luc. de Usur. disc. 5. num. 15.*

15 Altera species negotii gesti vocatur *ratihabitione*, quia, cum utilitas hujusmodi negotii gesti certa, & indubitata non sit, ideo requiritur in hac specie ratihabitio illius, pro quo gestum fuit, ad hoc ut inducatur, & oriatur reciprocè inter eos respectivè obligatio, atque actio, ut elicitur ex Magistrali *Glossa in l. si Pupilli 6. §. Quod ergo inquit in verb. ipso gestu ff. de Negot. gest.* communiter approbata à nostris Commentatoribus, inter quos *Cin. in d. l. si pecuniam Cod. de Negot. gest.* quam doctrinam latè etiam tradit, & egregiè explicat *P. Onnat. de Contract. tom. 2. tractat. 16. disp. 47. de Negot. gest. sect. 1. num. 5. 6. 7. 8.* & in specie à *num. 13. usque ad* 18. & optimè *sect. 2. nu. 28. 29. 33. 34. cum seqq. numer. 40. in fin. & num. 41. vers. aliud est alienum, & sect. 3. num. 50.* Immo quo-
16 que ex negotio gesto in damnum absentis, & postea per eum ratificato oritur obligatio, & actio negotiorum gestorum *Onnat. de contract. loc. cit. sect. 2. num. 37. 38. & 39. & num. 49. usque ad fin. Bruneman. in l. sed an ultra 10. num. 1. ff. de Negot. Gest.* ibique *Angel. per tot. Alex. in l. fin. num. 5. versic. aut emit. C. de Negot. gest.* egregiè *Salicet. in dicta l. Final. num. 2. vers. sin autem Cod. de Negot. gest.* quod etiam proce-
17 dit in casu quo negotium gestum fuisset contra præcedentem ac expressam voluntatem Absentis *Alex. in l. fin. num. 5. vers. Aut emit. Cod. de Negot. gest.* ibique *Salicet. numer. 2. versic. Sin autem nomine illius*, & Nos in *disc. 125. numer. 3. & disc. 179. num. 22. & 23. de Commerc.*

18 Igitur cum in casu nostro indubitatum sit, quod tam Alexander, quam Domini Gregorius Sociique de Janua negotium indubitanter utile gesserint pro D. Augustino de Antuerpia in solvendo illius Tractam eamque per Nundinas sequentes Recambiando, ne in decoctionem decideret, atque sui nominis existimationem fidemque apud Mercatores ubique tueretur, ut in puncto animadvertunt *Rot. Jan. dec. 6. num. 7. 8. & dec. 19. num. 4. & decis. 23. num. 17. Scacc. de Commerc. §. 2. Gloss. 5. num. 364. & 365. Torr. de Camb. disputat. 2. quæst. 13. numer. 20. cum seqq.* inficiari nequit quin Augustinus obligatus remanserit propter dictum Recambium ejus nomine gestum à Dominis Gregorio Sociisque de Janua, ad requisitionem D. Alexandri, qui etiam cum suo periculo obligationem suam, vel fidejussionem ad illorum favorem pro dicto Augustino interposuit, ne solutionem illius Tractæ, & Recambium per sequentes Nundinas ipsi recusarent, idque non alia ratione, nisi quia, cum lex usque ab initio, seu de tempore negotii gesti absentis consensum suppleat, contractus, seu quasi contractus statim eodem tempore, quo negotium absentis geritur, recipit perfectionem, & sic ex eo quasi contractu, ita absens remanet obligatus, ac si suum expressum consensum usque ab initio negotio gesto præstitisset, per textus, auctoritatesque supra citatas.

Hinc pariter deducitur altera validior juris consideratio, propter quam clariùs patesit insubsistentia, ac nullitas fidejussionis à Dominis Fratribus de Franchis præstitæ ad favorem Dom. Alexandri Justiniani; Nam-
que ex eo, quod Dominus Alexander noluit solvere 19
Tractam Scutorum 2000. per suos Procuratores Nundinarum, sed curavit, ut illa solveretur pro computo, & nomine Augustini de Antuerpia à Dominis Gregorio Sociisque, ut constat ex illius ordine in Spachio ipsis dato præseferente de jure fidejussionem per Textum expressum in *l. final. §. Mandavit ff. mandati*. Negari nequit quin Domini Gregorius Sociique tam de Feria, quam de Janua in istis actibus utilium Gestorum pro Domino Augustino de Antuerpia officio fungerentur, & propter istam utilem Gestionem non evaderent, ut supra probatum est, principales Creditores dicti Augustini, necnon Alexander fungeretur personam fidejussoris Domini Augustini in favorem dictorum Dominorum Gregorii Sociorumque, propter
quam fidejussionem voluntariè assumptam, etiam Ale- 20
xander respectu ejusdem D. Augustini, in jure habetur tamquam utilis negotiorum Gestor, ut probant *Gomez. var. lib. 2. cap. 11. nu. 15. Altimar. de Nullit. Contract. tom. 3. quæst. 30. num. 643.*

Quibus ita positis, sequitur necessario, quod cum exinde Domini Gregorius Sociique in eadem functione Gestorum permanentes, recambiassent D. Augustino revalsam, seu Retornum debiti cum renovatione fidejussionis Alexandri, primum debitum dictæ Tractæ Scut. 2000. fuit extinctum, & simul etiam prima fidejussio Alexandri, & per consequens etiam obligatio dictorum Dominorum Fratrum, qui fuerunt solummodo relevatores dicti Alexandri pro dicta fidejussione ab eo facta, ut literaliter videre est in eorum Chirographo sub die 10. Julii 1598. immò pro majori claritate additur, quod quemadmodum D. Alexander nunquam fuit pro dicta Tracta Scutorum 2000. Creditor Augustini, sed solum ejus fidejussor in favorem Dominorum Gregorii, Sociorumque; ita, quum evanuerit ejus fidejussio facta pro dictis Dominis Gregorio, Sociisque, remansit invalida omnino dicta relevatio, quam DD. Fratres de Franchis dicto Alexandro fidejussori dictorum Dominorum Gregorii, Sociorumque præstiterunt.

Ad removendam hanc difficultatem ex adverso replicabatur, quod DD. Fratres de Franchis in dicta eorum relevationis obligatione non potuerunt in animo habere, nisi intentionem relevandi Dominum Alexandrum à nova fidejussione per eum facta ad favorem DD. Gregorii, & Sociorum pro novo Cambio, seu Recambio Scutor. 2000. facto Domino Augustino de Antuerpia, nam iidem Domini Fratres de Franchis tempore dictæ eorum obligationis contractæ sub die 10. Julii 1598. certiores esse debebant de dicto Recambio, quia jam tunc lapsus erat per mensem, & amplius terminus Retornorum Nundinarum Paschatis, quo tempore Recambia per sequentes Nundinas Augusti inita esse solent.

Sed hæc ratiocinatio ullo modo consistere nequit, nam omninò nititur duobus falsis suppositis, quæve saltem ab Adversariis nullatenus probantur.

Etenim quoad primum suppositum, scilicet quod tempore dictæ obligationis DD. Fratrum de Franchis jam secutum fuisset Recambium, nil aliud adducitur, nisi quod tunc lapsus erat terminus Retornorum; Quod enim ex eo quod Debitori tempus solvendi Retornum jam decursum esset, inferri valeat, quod fuisset antea sequutum prædictum Recambium, neque in jure, neque in bona dialectica non video. Mihi vero è contra compertum est secundum juris regulas, quod probationes concludentes esse debent, & quemadmodum possibile est, quod de tempore, quo DD. Fratres de Franchis in favorem D. Alexandri sese

obliga-
9 ti, prout illi, uti Actori incumbebat l. ei qui dicit ff. de probation. l. Actor. Cod. eod. tit. Pacian. de Probat. libr. 2. cap. 11. num. 8. Bonden. collect. legal. 39. numer. 2. lib. 1. Rota decis. 446. numer. 8. part. 5. decis. 170. num. 13. part. 6. rec. dec. 193. numer. 24. coram Caprar. cùm nulla fuerint deducta ex illis indiciis, ex
10 quibus hujusmodi animus solet deprehendi, ut sunt translatio laris cum familia l. 2. Cod. ubi Senator l. Civis Cod. de Incol. lib. 10. Paris. cons. 12. num. 20. & seqq. lib. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 86. num. 28. Rot. dec. 137. num. 6. & 7. part. 5. recent. tom. 1. acquisi-
11 tio bonorum stabilium l. Cives 7. Cod. de Incol. libr. 10. Gloss. in l. final. verb. inter absentes Cod. de præscript. long. temp. Gaill. practic. observ. lib. 2. cap. 35. num. 8. Rot. dec. 193. num. 5. coram Priol. cum aliis in decis. 50. num. 8. cor. Falconer. de Jurepatron. & aliis omissis decennalis in loco habitatio, de qua Rot. dec. 331. num. 5. cor. Merlin. decis 104. num. 8. coram Roxas dec. 137. num. 3. part. 5. recent. decis. 21. num. 5. cor. Ansald. neque ad hunc effectum sufficit docuisse de
12 pluribus negociationibus ab eodem Domino Poletti Liburni expletis, quia hinc sequeretur, inter Mercatores Liburni referendos esse omnes, & singulos illos Capitaneos, & Magistros Navium, qui quotidie euntes, & redeuntes illum Portum attingunt, vel ibi vendituri merces, quas alibi lucrandi causa emerunt, vel ibi empturi alias merces sub spe lucrandi ex earum venditione alibi facienda, quo tamen nil absurdius potest excogitari, ut tradunt loquendo in specie de Mercato-
13 ribus Adden. ad Roman. cons. 264. vers. 3. quaro Paris. cons. 34. num. 22. lib. 3. Valasch. consult. 175. num. 25. Mascard. de Probat. conclus. 535. num. 23. Mans. consult. 60. num. 11. vers. secundò principali Adden. ad Buratt. dec. 811. num. 8.

Quæ conclusio licet respectu Mercatorum Liburni non admittatur ab Ansalde ex ea optima ratione, quia
14 ibi penè omnes sunt Forenses, ut in ejus tractatu de Commerc. & Mercat. disc. 10. num. 15. distinguendum tamen est inter eos Mercatores, qui Liburnum se transferunt animo ibi permanendi, & quorum respectu ego etiam admitto, non procedere conclusionem, & inter eos Mercatores, qui sine animo ibi permanendi Liburnum accedunt, qualis de tempore contractus erat
15 Dominus Poletti, quorum respectu conclusionem admittit ipse Ansaldus uti se explicat loc. cit. eodem n. 15. „ ibi „ La detta considerazione potrebbe forse adattarsi a quella specie de Mercanti, che si trasferiscono in un luogo per poco tempo, con poco fondo, " senza la loro Famiglia, e senza stabilimento di casa " positiva ".

Sed quod magis est, talis animus in illo evidenter excluditur ex eo, quòd tempore contractus Dominus Poletti nullam Negocii Tabernam Liburni habebat, sed immò domo etiam carebat, quam inhabitaret; cum ex Actis constiterit, illum amicitiæ causa, quoties Liburnum petebat, solitum fuisse excipi à quodam Antonio Buscema, cum quo vivebat, ut vulgò dicitur a dozzina, solvens ei aliquid mensuale pro domo, & victu. In quibus terminis ambigendum non est, in eo verificari potiùs animum, ut antea, vagandi, quàm animum deliberatum ibi permanendi, ut benè ponderant
Gloss. in l. 1. verb. incolam Cod. de municip. & orig. lib. 16
10. Alciat. in l. pupillus §. Incola in princip. ff. de verb. signific. Rot. dec. 279. num. 12. ibique Adden. num. 26. coram Ludovis. & melius ead. Rot. decis. 145. num. 31. coram Othobon. " ibi " Absque eo, quòd domum permanentem, seu etiam aliquam minimam mansionem continuam sibi comparaverit, dici nequit, habuisse animum contrahendi in urbe incolatum.

In nihilum relevante, quòd Dominus Poletti in quodam publico Instrumento illorum temporum fuerit à Notario enunciatus, uti publicus Liburni Negociator; ultraquamquòd enim nulla potuit haberi ratio Instrumenti prædicti, uti in actis nequaquam producti Castren. in
l. ait Prætor. §. Si Judex vers. & pro hoc ff. de re Ju- 17
dic. Adden. ad Gregor. dec. 224. num. 6. Rot. dec. 404. sub num. 2. part. 1. recent. dec. 396. n. 17. coram Rich. placuit etiam altera solidior responsio, quod nempè illud percutit tempus per plures menses posterius emptione mercium, & tamen quando vis est in tempore qualitas, de qua est controversia, probari debet de tempo-
re præciso l. matrem 17. Cod. de probation. Gratian. 18
discept. Forens. cap 398. n. 21. Rot. dec. 337. num. 43. cor. Duran. dec. 206. n. 7. cor. Othobon. dec. 405. n. 1. cor. Emerix Jun. cum aliis in dec. 380. n. 7. part. 15. rec.

Prætereaque cum agatur de simplici enunciativa, absente parte, & ad alium effectum emissa in dicto Instrumento, nulla exinde potest erui convincens probatio circa qualitatem ibi enunciatam, & de qua modo prin-
cipaliter dubitatur Gloss. & DD. in l. optimam Cod. de 19
contrahen. & commit. stipul. Rot. decis. 372. num. 3. coram Ludovisc. dec. 7. num. 12. dec. 205. num. 4. & decis. 243. num. 9. coram Benincas. cum aliis concordantibus in dec. 31. num. 5. part. 18. recent. & aliis omissis generalibus ita in puncto similis enunciativæ probat Rembold. in Addit. ad vot. 2. post suas decis. num. 30. " ibi " nec sufficit, quòd aliquis contrahat, uti Civis Romanus, quia ex hac enunciativa non potest desumi sufficiens, & necessaria probatio incolatus, non probata habitatione decennali in urbe cum animo numquam recedendi " & per eadem fermè verba Rot. dec. 88. n. 3. part. 13. rec. cum aliis antiquioribus plenè relatis per Adden. ad Burat. dec. 75. num. 20. & 21. & dec. 123. num. 4. cor. Priol.

Quæ cum ita sint, frustra à Domino Friderico objiciebatur, quòd, cum agatur de contractu facto Liburni, id exuberet ad hoc, ut Legibus illius Emporii subjaceat ex traditis supra in principio hujus articuli, maximè quia ita aliàs judicatum fuit, non solùm à Domino Gubernatore Liburni, qui sub die 2. Septembris 1711. condemnavit Dominos de Nardis Mercatores Lucenses ad solvendum fructus eidem Domino Friderico Broegh pro pretio rerum ab illis Liburni emptarum, sed etiam à Magistratu Supremo, coram quo sub die... prodiit Sententia, in qua Nobilissimus quidam, & Præclarissimus Florentiæ Patritius, licet nil minùs, quàm Mercaturam exerceret, quia tamen conveniebatur ex contractu Literarum Cambii Liburni concluso, condemnatus fuit ad fructus favore Domini Anglois Mercatoris Liburni: ex quibus geminis Sententiis videtur oriri observantia judicialis, cui solet multum deferri in materia interpretationis Legum, vel Statutorum capit.
cum dilectus de consuetud. l. si de interpretatione Cod. 20
de legib. Rot. dec. 157. num. 9. part. 17. dec. 75. num. 6. & seqq. part. 18. rec. dec. 558. num. 22. & decis. 709. num. 4. cor. Caprar.

Quod enim attinet ad primam objecti partem, illa penitus subvertitur animadvertendo, quòd id, de quo in objecto, rectè quidem procedit respectu illarum Legum, quæ

per viam regulæ generalis indictæ sunt rei, vel contractui, vel personis in genere, & in his terminis loquuntur authoritates, quas suprà retuli, aliæque illis similes; at non potest eadem facilitate admitti, respectu illarum Legum, quæ indictæ sint solùm personis habentibus certam aliquam qualitatem, ut evenit in casu nostro, in quo ex suprà firmatis, Lex eos solùm apta est comprehendere, qui sunt Mercatores Liburni. In hac enim hypothesi non attento quo loco gestus fuerit contractus, solùm inspicitur, an contrahentes habeant, vel non habeant qualitatem à Statuto volitam, 21 & designatam ex notatis per *Honded. conf. 1. num. 18. lib. 2. Alograd. conf. 29. nu. 13. lib. 2. Spad. conf. 161. num. 12. lib. 1. Cyriac. contr. 216. num. 17. & 18. Bonden. collect. legal. 25. num. 3. libr. 2. Surd. dec. 39. num. 1. Rot. decis. 1206. num. 10. coram Pen. dec. 866. num. 10. coram Merlin. decis. 223. num. 13. & dec. 364. num. 9. coram Priol.* Minusque refragatur prætensa in contrarium observantia, de qua in secunda parte suprapositi objecti. Neutra enim ex illis Sententiis ibi enunciatis apta est hujusmodi observantiam inducere: non quidem illa, quam idem Dominus Fridericus obtinuit à Domino Gubernatore Liburni contra Dominos de Nardis Lucenses, quia, ut recognitum fuit ex tenore ipsius Sententiæ, illa prodiit, non auditis ipsis Nardis, & solum pro eis citatus fuit Curator, illis absentibus, à Judice assignatus, qui nedum causam viriliter non defendit, sed nec ipsas exceptiones generales opposuit: proindeque hæc Sententia, uti lata in contumaciam Reorum conventorum, non est apta 22 firmare aliquem statum, ex quo oriri possit observantia Legis interpretativa *l. si ideo ff. de eviction. Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 93. nu. 1. & de Sentent. gloss. 14. quæst. 12. num. 47. Guzman. de eviction. quæst. 39. num. 18. Ubert. de citat. cap. 14. num. 195. Bonden. collect. 21. numer. 16. libr. 2. Rota decis. 231. numer. 7. part. 15. recent.*

Altera verò Sententia prolata à Magistratu Supremo, non merebatur in casu præsenti allegari, quia ibi condemnatio ad fructus non habuit pro fundamento Legem Liburni, sed plures ejusdem debitoris epistolas, quibus mediantibus iterato spoponderat creditori, sese hujusmodi fructus ei soluturum in præmium dilationis, quam pro solutione ejus debiti ab illo impetraverat, ut demonstrabant illius Sententiæ acta,

23 quæ unicè sunt attendenda pro ejusdem Sententiæ justificatione *Rota dec. 643. num. 28. & seq. penes Posth. de Manutent. dec. 105. num. 11. cor. Gregor. dec. 281. num. 49. & seqq. cor. Bich. dec. 7. num. 2. post Card. de Luc. de servit.* proptereaque ex illa nihil ad rem no-

24 stram potest inferri, cum observantia debeat probari in casu specifico *Surd. conf. 382. num. 4. Rot. dec. 45. n. 6. cor. Gregor. dec. 651. num. 13. & 14. cor. Bich. dec. 219. num. 5. coram Cels. dec. 169. num. 23. cor. Priol. dec. 38. num. 9. cor. Benincas. decis. 71. num. 24. cor. Ansald. dec. 355. num. 11. part. 11. & dec. 304. num. 12. part. 12. recent.*

Eoque minùs ad effectum desumendi observantiam, fundamentum aliquod constitui poterat super dictis duabus Sententiis, tum quia in earum neutra fuit examinatus Articulus, de quo in hac causa, an nempe præfata Lex obliget eos, qui non sunt Mercatores Liburni, quo casu attendendæ non sunt pro effectu ob-

25 servantiæ ex traditis per *Noguerol. allegat. 18. num. 5. Carleval. de Judic. lib. 3. disput. 5. num. 2. Salgad. in Labyrint. Credit. part. 3. cap. 1. num. 98. & seq. Rot. dec. 51. num. 11. cor. Falconer. de Jurepatron.* tum quia cum à Dom. Poletti fuerint, exhibitæ aliæ duæ Sententiæ Magistratus Supremi, una nempe diei 21. Maii 1728. in Causa Broegh, e Castagni, & altera diei 28. Junii ejusdem anni 1728. in Causa Matraini, e Ceccarelli, in quarum prima fructus non fuerunt concessi, sed simpliciter reservata fuit facultas aliàs decidendi circa illorum competentiam, & in altera fuerunt expressè denegati, hinc patet, nullam à Domino Friderico allegari posse observantiam, cui nil magis repugnat, quam actuum, & sententiarum difformitas, &

26 dissonantia ad textum in *l. semper 34. ff. de regul. jur. Bartol. in l. 2. n. 2. ff. solut. matrim. Rot. decis. 1552. num. 15. cor. Coccin. dec. 116. num. 8. cor. Cels. decis. 55. num. 3. cor. Priol. dec. 40. num. 16. cor. Benincas. dec. 208. num. 47. cor. Caprar. dec. 228. num. 21. par. 15. dec. 81. num. 11. & decis. 327. num. 27. part. 17. dec. 538. numer. 25. part. 18. recent.*

ARTICULUS SECUNDUS,

In quo probatur, Merces, de quibus in Causa, venditas fuisse à Persona, quæ Legis, vel Capitulorum Liburni beneficio juvari non potest.

EÆdem sanè rationes, quibus in præcedenti Articulo demonstratum est, Legem, seu Capitula Liburni eorum vi coactiva non obligare eos, qui non sunt Mercatores Liburni, convincunt etiam Mercatores exteros, qui Liburni non resident, eadem Lege, vel Capitulis juvari non posse: Nimis enim à jure absonum esset, hujusmodi Mercatores exteros velle sentire commodum ex dicta Lege promanans, incommoda autem pati non velle, ut post *Socein. Jun. conf. 128.* 27
lib. 4. Cephal. conf. 451. numer. 98. aliosque ab eo allegatos, ita in puncto arguit *Antunez de Donat. Reg. lib. 2. cap. 10. num. 63. & 64.*

At ne umquam de hujus rei veritate dubitari posse contingeret, illimet providi Mercatores, qui anno 1673. hujusmodi Capitula Serenissimo Principi confirmanda proposuerunt, expresse protestati fuerunt, sese ad illorum compilationem devenisse ad commodum solius Emporii Liburni, non autem, ut ex illis beneficium aliquod sibi possent promittere Mercatores exteri, ut apertè legitur in iisdem Capitulis §. 10. „ ibi „ *E sono venuti a queste deliberazioni, e proposizioni per* " *indurre la puntualita a benefizio di questa Piazza, e* " *non per addossarsi alcuno benche minimo pregiudizio* " *verso i Corrispondenti di fuora, a favor de' quali non* " *s'intendano in detti obblighi più stretti di quelli, che* " *si abbiano presentemente* „. Qua stante clara, & " literali declaratione, pro basi, & fundamento eorum, quæ in hoc secundo Articulo dicturus sum, sine ulterioris probationis necessitate supponendum pro certo, atque invariabili est, Legem prædictam non prodesse Mercatoribus exteris; hoc enim suadent indubitabilia verba mox relata, cumque dispositio sub illis verbis contenta nullam in sequentibus additionibus eidem Legi factis, passa fuerit alterationem, seu reformationem, remanet in suo primævo robore, & 28
ob id debet omninò observari *l. non dubium Cod. de legib. Rolan. conf. 69. num. 18. & conf. 80. num. 4. lib. 2. Valenzuel. conf. 123. num. 13. & conf. 141. num. 7. lib. 1. Larrea alleg. Fiscal. 17. num. 31. lib. 1. Bonden. collect. legal. 50. num. 36. lib. 1. & collect. 42. nu. 36. lib. 2. Mans. consult. 32. num. 28.*

Jacto hoc fundamento sicuti duo probanda erant à Domino Poletti, ut dispositio contenta in dicto Capitulo X. sibi locum vindicaret in hac causa; Primo quòd merces à se ipso emptæ, essent de proprietate alicujus Mercatoris exteri, secundo quòd venditio facta fuerit nomine ejusdem proprietarii; ita cum in utriusque extremi probatione is satisfecerit, debuit necessariò frui ejusdem Legis effectu, & sic liber esse à solutione petitorum fructuum, quia ad illorum solutionem non poterat is condemnari, quin eodem tempore utilitas ex dicta Lege promanans extenderetur ad commodum venditoris exteri, quod fieri non poterat citra manifestam ejusdem Legis violationem omninò 29
prohibitam *l. prospexit ff. qui, & quibus. Rolan. conf. 99. num. 47. libr. 2. Cravett. conf. 46. num. 2. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 48. numer. 11. Bonden. collect. legal. 15. numer. 78. libr. 2. Rota decis. 413. numer. 14. & 15. part. 12. & decis. 314. num. 9. part. 19. recent.*

Et quidem facile admodum fuit Domino Poletti probare, quòd merces à se emptæ spectarent ad Mercatorem exterum. Id enim plusquam satis evidens reddebatur ex partita extracta ex publico libro subhastationum Liburni, ubi harum mercium venditio adnotata legitur cum hac expressione „ *vendita delle Mer-* " *canzie della Nave nominata S. Croce, Capitano Gio-* " *vanni Regen, predata dalla Nave Grifone* „ quamobrem cum Navis illa *Grifone* sine dubio spectaret ad Dominum Hermannum Wanputen Mercatorem exterum, cujus erat Procurator Dominus Fridericus, consequens est, ad eumdem Wanputen spectasse tam Navim

vim

vim *S. Cruz* deprædatam ab ejus Navi *il Grifone*,
30 quam merces omnes in ea repertas ex latè, & doctè traditis per *Dominum Casareg. de Commerc. in adnot. ad disc. 24. per tot.*

Ita profectò sese res habet, & nulla circa primum extremum inter Partes aderat controversia, quæ tota redacta fuit circa aliud extremum, prætendente Domino Friderico, sese vendidisse has merces nomine ejus proprio, & viceversa Domino Poletti sustinente, venditionem factam fuisse à Domino Friderico, tamquam Procuratore proprietarii mercium.

Qua in re favore Domini Friderici non parum prima facie urgebat, quòd ipse præfatas merces vendendas exposuit non expresso nomine Procuratoris, ex quo de plano intrare videtur conclusio, quòd in dubio Procurator, qui in contrahendo proprium ejus nomen, non autem nomen Procuratoris expendit, censetur, voluisse pro se ipso, & non pro principali contrahere
31 per textum in *l. ci qui 7. §. final. Cod. quod cum eo, De Luc. ad Golin. de Procurat. part. 5. capit. 1. num. 4. vers. & ratio, Mans. consultat. 496. num. 13. Hodiern. contr. 39. num. 29. De Luc. ad Gratian. capit. 385. num. 17. & seq.* cum aliis apud *Dom. meum Casaregis de Commerc. disc. 140. num. 26.* quæ conclusio libentiùs admittenda videbatur in casu nostro, eo quia agitur inter Mercatores, inter quos totum operatur
32 bona fides ex notatis per *Stracch. de Mercatur. tit. quomodo proced. sit in caus. Mercator. part. 1. num. 1. & seq.* & proceditur sola facti veritate inspecta, & posthabitis juris subtilitatibus. *Bartol. in l. quintus ff.*
33 *Mandat. Soccin. Sen. consil. 107. nu. 4. lib. 4. Conciol. ad Statut. Eugub. libr. 3. rubr. 1. num. 6. Ansald. de Commerc. disc. gener. num. 1.*

Nihilo tamen minùs urgentiores mihi visæ fuerunt rationes, quæ à Domino Poletti adducebantur ad effectum suadendi, venditionem fuisse factam à Domino Friderico nomine Procuratorio. Id enim primò convincebatur ex eo, quòd paulo antequam Dominus Poletti emeret merces, pro quarum pretio factum est hoc Judicium, emerat pariter sub hasta publica aliam Navim nuncupatam *S. Jacopo*, quæ publicæ hastæ fuerat exposita cum expressione, quod illa esset „ *di attenenza del Sign. Console d'Olanda* „. Ex tamen deveniendo posteà ad pretii solutionem, & ad Instrumenti confectionem super dicta venditione, vidit Dominus Poletti, Navim prædictam pro medietate spectare ad Dominum Fridericum, qui tam in actu recipiendi solutionem medietatis pretii, quàm in actu celebrandi Instrumentum, expressè declaravit, sese dictam Navim vendidisse, uti Procuratorem proprietarii repræsentati per Capitaneum ejusdem Navis, ut palam est ex dicto Instrumento „ ibi „ *Federigo Broegh raccomandatario, „ e commesso del. Sig. Giacomo Hoyge Capitano della „ Nave il Grifone* „.

Ex quo innegabili facto nemo non videt, Dominum Poletti, licet merces, quas ipse posteà emit, fuissent venditioni expositæ, uti attinentes ad Dominum Fridericum, potuisse tamen, immò debuisse rationabiliter dubitare, an re vera ad illum attinerent necne; & an ille eas venderet nomine proprio, vel tamquam alterius Procurator, non solum quia hujusmodi enunciativa, uti emissa à Ministris publicæ hastæ ad effectum sciendi, quis esset debitor mercedis ei debitæ, non probat veram rei pertinentiam per regulam, de qua
34 *Menoch. conf. 260. num. 13. Rot. dec. 558. num. 2. cor. Cavaler. decis. 58. num. 7. cor. Dunoz. Sen. decis. 75. num. 2. cor. Ubald. decis. 633. num. 12. cor. Bich.* verùm etiam, quia jam experientia eum docuerat, hujusmodi enunciativis ad hunc effectum fidendum non esse. Jam enim sequuta erat contractatio Navis, quæ licet à ministris hastæ fuisset in publica Tabella descripta, uti attinens ad Dominum Consulem Hollandiæ, in actu tamen perficiendi, atque adimplendi contractum, cognovit Dominus Poletti, illam pro medietate spectare ad alium, quàm ad Dominum Consulem & medietatem illam, de qua aliquo modo verificabatur, quòd ad Dominum Consulem pertineret, fuisse ab hoc venditam nomine alieno, & uti alterius Procuratore, ut legitur in eodem Instrumento „ ibi „ *Il Sig. „ Tommaso Slicher Console per li Signori Stati d'Olanda in questa parte, come Raccomandatario del Sig. „ Daniello Sandersen* „.

Sicuti quippe Dominus Poletti circa Navim à se ipso emptam viderat, & cognoverat modum, quo illi fuerat descripta in Tabella, ad nihil minùs conducere, quàm ad habendam certam notitiam veri venditoris, ità nec potuit, nec debuit notitiam veri venditoris mercium desumere ex descriptione, quam de illis fecerunt Ministri hastæ, sumendo argumentum ab experientia, quod in Jure est validissimum *capit. quàm sit. de elect. in 6. Bald. cons. 136. sub num. 2. Rimin. cons. 657. num. 8.* 35
lib. 6. Surd. cons. 132. n. 23. Barbos. de Loc. commun. loc. 45. Bonden. collect. legal. 1. num. 74. lib. 2.

Si ergò aliunde quàm ex modo, quo descriptæ fuerant dictæ merces à Ministris publicæ hastæ, argui, & conjici debet, quis verè esset illarum venditor, nil meliùs ad hunc effectum deservire potest, quàm ipsamet, quæ paulò antè præcesserat Navis venditio. Prout namque ex illius venditione devenerat ad notitiam Domini Poletti, Dominum Fridericum esse Procuratorem Hermanni Wanputen, repræsentati per Capitaneum Navis, ad quem spectabat tam Navis, quàm merces, ita credendum est merces prædictas spectantes ad eumdem Proprietarium, ad quem Navis spectabat, fuisse venditas vice, & nomine constituentis, cujus nomine vendita fuerat Navis: quando enim contrahens cum alterius Procuratore, scit illum esse talem, tunc etiamsi fuerit tacita qualitas Procuratoris, censetur, cum illo, uti tali contrahere, & obligationem suam adstringere in gratiam solius constituentis, eadem prorsus ratione, qua in his circumstantiis solum constituentem, non autem Procuratorem sibi potest habere obligatum, ad tra- 36
dita per *Bartol. in l. si pupilli §. 1. num. 5. vers. prædicta, & num. 6. vers. ex prædictis ff. de negoc. gest. Hodiern. contr. forens. cap. 39. num. 28. Altimar. de nullit. contract. rubr. 1. quæst. 10. num. 45. Dom. meus Casaregis de Commerc. disc. 5. num. 58.*

Animadverso potissimum, quòd nedum Dominus Poletti noverat Dominum Fridericum esse alterius Procuratorem, sed etiam noverat, illum uti talem sibi paulò anteà vendidisse Navim, de qua suprà: ex quo consequitur, quòd sicut ille Procuratoris nomen expendit in venditione Navis, quæ erat pars deprædationis factæ Navi *il Grifone* ita censendum est, illum non diverso, sed eodem nomine voluisse vendere merces, quæ pariter jure ejusdem deprædationis ad ejus principalem spectabant, licèt in harum venditione Procuratoris nomen minimè expresserit, per ea, quæ in valde proximis terminis benè tradunt *Bartol. in l. Procurator qui* 37
pro evictione in fin. ff. de Procurat. Ruin. conf. 94. numer. 7. vers. sic eodem nomine Procuratorio omnia intelliguntur gesta lib. 1. Hodiern. contr. 39. sub n. 41. Altimar. de nullit. contract. rubr. 1. quæst. 10. num. 71.

Absque eo quòd quidquam relevet, quòd sicuti Dominus Fridericus nomen Procuratoris explicavit in actu vendendi Navim, ita illud etiam explicavisset in venditione mercium, si has etiam, uti Procurator vendere voluisset, juxta argumentum desumptum à discretiva, de quo in *l. unica §. Sin autem Cod. de Caduc.* 38
tollen. Handed. conf. 2. num. 18. lib. 1. Bonden. collect. legal. 9. num. 50. lib. 2.

Tale enim argumentum, quod in subjecta materia nequaquam urgeret, etiamsi discretiva erueretur ex eodem actu, ut quia in eodem Instrumento, in quo Dominus Fridericus vendidit Navim uti Procurator, vendidisset etiam merces omissa expressione illius qualitatis, quia in his propriis terminis obstarent punctuales authoritates, quas mox cumulavi in §. *Animadverso*; Meliori sanè ratione meruit contemni, ex eo quia cum tam Navis, quàm merces fuerint sub hasta publica expositæ sine ulla expressione tituli Procuratoris, ita ut si res ibi finem habuissent, ubi habuerant initium, utraque venditio censeri posset facta nomine proprio Domini Friderici juxta auctoritates, de quibus suprà §. *Qua in re*, & eatenus constet, venditionem fuisse factam nomine Procuratoris, quatenus Partes devenientes posteà ad confectionem instrumenti, in hoc Dominus Fridericus Procuratoris nomen explicuit, fortissima inde emergit ratio conjiciendi, quod si confici debuisset instrumentum etiam de mercibus spectantibus ad eumdem, ad quem spectabat Navis, etiam in hoc Dominus Fridericus idem nomen Procuratoris expendisset; in quibus terminis vice argumenti à discretiva, quod numquam urget, quando illud eruii prætenditur ex actibus diver-

diversis, & separatis Adden. ad Greger. decis. 301. numer. 18. in fin. Rot. dec. 229. n. 7. cor. Cels. dec. 174. num. 21. par. 4. dec. 564. num. 31. par. 19. rec. & quando considerari potest diversitas rationis, cur aliquid fuerit in uno actu omissum, quod fuerat in alio expressum. Card. De Luc. de Fideicom. disc. 74. sub
40 num. 3. Rot. decis. 480. num. 5. & 6. coram Coccin. Rot. Senen. dec. 6. num. 21. coram Dom. meo de Comitib. locum sibi hic propriè vindicat argumentum desumptum à solito, quod quando sumus inter easdem personas, & in iisdem circumstantiis, est validissimum,
41 argumento textus in l. certi condictio ff. si cert. per. Decian. cons. 46. sub num. 36. lib. 2. & cons. 66. n. 18. lib. 3. Stracch. de Mercat. part. 2. num. 29. & tit. de Naue. part. 3. num. 28. cum aliis apud Castill. quotid. controv. lib. 5. cap. 80. num. 3.

Ex quibus si nondum satis certum sit, D. Fridericum merces has vendidisse, uti Procuratorem illarum Proprietarii, omnem omninò submovet dubitationem subsequens factum ejusdem Domini Friderici. Ex ejus siquidem libris in judicio ad instantiam Domini Poletti exhibitis apparuit, has merces fuisse ab eodem semper uti alienas, non uti effectas suas consideratas; idque præsertim convincitur ex Libro Copiaconti, ubi formatur ex integro computum super venditione Navis S. Croce, & mercium in ea repertarum, & posteà, detractis expensis, quæ fieri debuerunt occasione ejusdem venditionis, & præcipuè provisionibus favore ejusdem D. Friderici, restringitur valor rerum venditarum ad unicam summam petiarum 51235. eademque integra summa refertur ad creditum Hermanni Wanputen hoc modo „ Il Sig. Ermanno Wanputen toccante la Nave Grifone, &c. avere .... 23. Giugno 1710. per netto ritratto della Nave S. Croce, Capitano Giovanni Rogen, e del suo carico in mercanzia Pezze 51235. „

Cum autem inter partitas, quæ constituunt dictam summam petiarum 51235. sine dubio adsit etiam partita pretii retracti, seu retrahendi ex mercibus venditis Domino Poletti, consequens est, ut sicuti in creditum Hermanni Wanputen posita fuit à Domino Friderico tota dicta summa petiarum 51235. ita ad ejusdem Hermanni creditum positæ fuerint etiam singulæ partitæ, quæ dictam summam componunt, & sic etiam pretium mercium, quas emerat Dominus Poletti, ut sic
42 singulæ partes conveniant cum toto integrali, quod illæ componunt l. quæ de tota ff. de rei vindic. Reminald. cons. 277. num. 25. lib. 3. Vela dissert. 4. num. 20. Rot. decis. 74. num. 79. post Pacific. de Salvian. decis. 98. num. 16. & decis. 233. num. 3. & 5. part. 17. recent.

Quod clariùs, & innegabiliùs ostendit idem Dominus Fridericus, quatenus non contentus retulisse ad creditum Hermanni totam dictam summam petiarum 51. mill. posuit etiam è fronte illius summæ in unum redactæ singulas partitas, ex quibus illa componitur. Cumque inter has legatur expressa partita mercium venditarum Domino Poletti, non amplius argumentis egemus, ad effectum cognoscendi, quo nomine fuerint venditæ præfatæ merces, quia ex hoc facto resultat clara ejusdem Domini Friderici confessio, quòd ipse voluerit nomen hoc debitoris acquirere pro Hermanno,
43 non autem pro se ipso, ut in puncto ponderat Rot. decis. 243. sub num. 1. vers. quia in ejus libris cor. Cavaler. illique propterea non licet modo contrarium sustinendo impugnare prædictam confessionem, quam tempore non suspecto, & in circumstantiis adeo con-
44 grua, & proportionata emisit cap. per tuas de probat. l. cum precum Cod. de liberal. caus. Ruin. cons. 50. n. 53. lib. 1. Rocc. disp. jur. select. cap. 136. n. 11. & seq. Rot. dec. 781. n. 4. cor. Buratt. dec. 698. n. 14. cor. Caprar.

Idipsum etiam suadet animadversio, quod D. Fridericus constituit Hermannum Wanputen creditorem pro illa ad amussim summa, qua eadem Navis, & Merces fuerunt effectivè venditæ, detractis solummodò provisionibus sibi debitis, & aliis expensis, quas necessario subire debuit pro perficienda Navis, & mercium venditione. Ex quo aliud fortissimum eruitur argumentum convincens, dictas venditiones fuisse factas nomine Proprietarii. Nimium quippè inverisimile est, Dominum Fridericum voluisse contrahere nomine proprio, & sic sese subjicere periculo amittendi rerum venditarum pretium, prout contigisset, si fortè supervenisset alicujus emptoris decoctio, cujus præjudicium totum in hac hypothesi cessisset damno ejusdem Domini Friderici juxta regulam, de qua Scribentes in l. si nomen 45
4. ff. de hered. & act. vend. & in l. servi emptor. ff. de peric. & comm. rei vend. Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 4. tit. 24. num. 18. Gratian. discept. forens. cap. 523. num. 17. & ex alia parte nullum pro hoc periculo, cui se subjiciebat, lucrum procurasse, sibi appropriando aliquod pretii augmentum, prout practicari solent omnes illi, qui merces ab aliis emunt, illas postea nomine proprio revendituri, ut est cuique notorium.

Ne ergo dicamus, Dominum Fridericum fuisse adeo incautum circa rerum suarum administrationem, ut sine spe alicujus lucri voluerit se periculo amissionis pretii subjicere contra præsumptionem, de qua in l. cum de indebito Cod. de probat. quæ præsumptio fortiùs urget in homine Mercaturæ addicto, qui solet in 46
negotiis suis peragendis diligentissimè, atque attentè procedere Santern. de assecurat. par. 3. num. 17. Fontanell. dec. 304. num. 19. in fin. Dom. meus Casareg. de Commerc. disc. 137. num. 15. & disc. 144. num. 12. dicendum necessario est, illum in hoc negotio solùm Procuratoris personam gessisse, prout supra probatum est, & suadet postremum hoc argumentum desumptum à verisimilitudine, quæ pro ipsa veritate habetur, cap. 47
quia verisimile. de præsumpt. Castill. quotid. contr. lib. 5. cap. 63. num. 1. & seq. Rot. dec. 245. num. 22. & 23. par. 7. dec. 677. numer. 11. par. 19. recent. cum aliis apud D. Casareg. de Commerc. disc. 161. num. 35.

Quæ si vera sunt, prout mihi videntur verissima, clara hinc descendit illatio, nullos ex hujusmodi contractu deberi fructus à Domino Poletti in vim sæpè oppositæ Legis, quæ ut supra vidimus, nullo modo juvare potest Mercatores exteros, & sic non potest prodesse Hermanno Wanputen, cujus nomine contractus hic factus fuit a D. Friderico.

Quin opponi ullo modo possit petitionem fructuum fuisse à Domino Friderico promotam non in beneficium Hermanni Wanputen, sed ad commodum sui ipsius, qui saltem ex post dimittendo eumdem Hermannum ex propriis ejus pecuniis, effectus fuit Dominus contractus, & ut talis, cum ex alia parte ipse sit Mercator Liburni, dignus sit, qui juvetur beneficio dictæ Legis favore Mercatorum Liburni prolatæ.

Obvia namque emicuit responsio, quòd nempè cum Dominus Fridericus successerit in jura creditoris ex propriis ejus pecuniis dimissi, eadem prorsus ratione, qua probatum fuit, nullos deberi fructus creditori illi dimisso, palam fit nullos etiam posse deberi fructus Domino Friderico in illius locum subingresso, ne melior sit cessionarii, quàm cedentis conditio contra regulam, 48
de qua in l. nemo plus juris ff. de regul. jur. & in l. emptor. Cod. de hered. action. Rot. dec. 94. num. 21. & dec. 129. n. 8. cor. Othobon. dec. 147. n. 9. cor. Caprar. decis. 50. num. 16. cor. Ansald. dec. 517. numer. 11. part. 14. recent.

Demonstrata ex deductis tam in precedenti, quàm in hoc §. inapplicabilitate Legis Liburni tam respectu emptoris, quàm venditoris, posset jam decisioni finis imponi.

Verùm quia adeo redundans est bonum jus, quod assistit Domino Poletti, ut etiamsi Lex Liburni debuisset in hoc casu attendi, nihilo tamen minus seclusa mora nulli deberentur ab eo fructus, ideo sit

ARTICULUS TERTIUS,

In quo probatur, D. Poletti non fuisse in mora solvendi.

ARduam primo aspectu Provinciam videbatur D. Poletti assumpsisse, quatenus postremo loco conabatur suadere, se non fuisse, nec esse in mora solvendi, licet solutionem distulerit per plusquam 20. annos, & contendebat, necessariam esse hujusmodi moræ probationem, ad hoc ut debeantur fructus in vim Legis Liburni, quamvis in ea apertè disponatur fructus solvendos esse “ *senz' altra interpellazione, o costituzione in mora* “.

Sed cum feliciter probaverit necessitatem moræ, non obstantibus mox relatis verbis dictæ Legis, & feliciùs etiam demonstraverit, non obstante lapsu annorum suprà 20. nullam in eo moram posse considerari, non potui, quin illum à solutione prædictorum fructuum absolverem etiam ex hoc tertio fundamento.

Inci-

Incipiendo igitur à primo, meum non est in hoc,
revocare in dubium dictæ Legis validitatem; me enim
non latet, quòd, licèt non desint, qui contendant non
valere Statuta, quæ in aliquibus casibus fructuum solu-
tionem præcipiunt, etiam non probata mora debito-
49 ris, quos refert *Card. de Luc. de Dot. disc.* 123. *n.* 3.
verior tamen, & in foro receptior est opinio aliorum,
qui pugnant pro hujusmodi Statutorum validitate, ut pro-
50 bat ipse *De Luc. loc. cit. n.* 4. & ultra alios ibi ab eo
relatos *Rot. dec.* 261. *n.* 4. & 5. *part.* 19. *rec.*

Supposita ergo dictæ Legis validitate, quam liben-
tius in casu nostro admittebam, quia agitur de Lege in
forma specifica approbata a Serenissimo Magno Duce,
cujus specifica approbatio, seu confirmatio præcludit
viam quoquo modo disputandi circa ejusdem Legis va-
liditatem, etiam quando illa aliquid disponeret contra
51 jus, ad bene tradita per *Gabr. conf.* 183. *n.* 16. *lib.* 2. *Con-
stantin. ad Statut. Urb. in prælud. art.* 1. *n.* 36. *Rot.
dec.* 339. *n.* 2. & 3. *part.* 2. *dec.* 157. *n.* 9. *part.* 6. *rec.
dec.* 381. *n.* 23. *cor. Bich. dec.* 597. *n.* 6. *cor. Caprar.*
cum id, quod Principi placuit, Subditis obsequii tan-
tùm gloriam relinquat *§. Sed, & quod Principi instit.*
52 *de jur. natur. gent. & civ. & l.* 1. *ff. de Constit. Prin-
cip. Card. de Luc. de Regal. disc.* 148. *num.* 8. *Rot. de-
cis.* 199. *n.* 13. *part.* 18. *recent.*

Legis, inquam Validitate supposita, adhuc credidi,
illius dispositionem minimè obstare, quin probanda sit
debitoris mora ab eo, qui fructus in vim dictæ Legis
prætendit. [*Contrarium infra firmatur per Auctorem
post fin. hujus Disc.*] Præmisso enim, quòd duplex in
jure datur species moræ, una, quæ dicitur mora ex
re, seu irregularis, alia ex persona, quæ regularis ap-
53 pellatur, ut ex *l. mora* 32. *in principio ff. de Usur.* tra-
dit *Bargal. de Dol. lib.* 2. *titul. de Dol. & propos. n.* 4.
pag. mihi 246. & latius *Leotard. de Usur. quæst.* 81. *n.* 5.
& seq. quatenus præfata Lex Liburni per ea verba „
„ *senz' altra interpellazione*, „ *e costituzione in mora*
„ absolvit creditorem ab onere probandi moram de-
bitoris, intelligendum est, illam loqui de illa mora,
quæ contrahitur ex persona, mediante scilicet hominis
interpellatione, quæque ob id dicitur regularis, firma
tamen stante obligatione probandi saltem moram ir-
regularem, ut in terminis *L. curabit*, ubi cavetur fru-
54 ctus ab emptore solvi debere „ *licet nulla* „ *mora in-
tercesserit* „ optimè tradit „ *Soccin. Sen. cons.* 88. *n.* 7.
libr. 4. & *cons.* 130. *n.* 6. *eod. libr.* 4. „ ibi, *quia illud*
„ *non debetur nisi ratione moræ saltem irregularis, ut*
„ *traditur in dicta L. curabit, qua dum dicit* licèt nul-
„ la mora intercesserit, *intelligitur, scilicet regularis,*
„ *requiritur tamen irregularis.* „

Et clariùs idipsum in nostro casu suadent priora illa
verba „ *senz' altra interpellazione* „ quæ quo benè con-
gruunt moræ regulari, quæ nonnisi per interpellatio-
55 nem contrahitur *Leotard. de Usur. quæst.* 81. *n.* 7. *Rot.
dec.* 46. *n.* 2. & 3. *cor. Roxas dec.* 219. *n.* 10. & 11.
part. 7. *dec.* 161. *n.* 14. *part.* 13. *dec.* 149. *n.* 21. *& seq.
part.* 19. *rec. dec.* 303. *n.* 28. *cor. Bich. dec.* 220. *n.* 1.
cor. Benincas. dec. 6. *n.* 12. *cor. Eminentiss. Falconer.
de falsit. & dec.* 4. *n.* 3. *cor. eod. de Usur.* eo minùs con-
56 veniunt, atque adaptantur moræ irregulari, quæ con-
trahitur re ipsa, & sine ullo hominis facto, ut benè,
latèque explicat *Leotard. de Usur. dict. q.* 81. *n.* 6. & *n.* 26.

Et ratio rationis est, quia admissa interpretatione,
quòd nostra Lex vellet fructus omninò solvi etiam, ubi
nulla adsit mora irregularis, sicuti hujusmodi dispositio
esset contra illud utriusque juris principium, quòd fru-
57 ctus numquam debeantur sine mora ad tradita per Do-
ctores in *l. quod te ff. si cert. petat. Leotard. de Usur.
quæst.* 81. *n.* 1. & *seq. Cenc. de Censib. quæst.* 75. *n.* 7.
Gratian. discept. Forens. cap 987. *num.* 8. & 9. *Castil.
quotid. contr. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 72. & *seq. Conciol. alleg.*
56. *n.* 43. *Rot. dec.* 86. *n.* 17. *part.* 11. *dec.* 775. *num.* 2.
& 6. *part.* 28. *rec. dec.* 13. *n.* 3. *cor. Eminentiss. Fal-
con. de reb. Credit. & dec.* 4. *n.* 2. *cor. eod. de Usur.* cum
aliis in *Pisana Interesse* 30. *Januarii* 1730. *cor. me.*
Ita ipsa lex redderetur injusta, & irrationabilis, atque
ideo rejecta dicta interpretatione, non est recedendum
58 ab altera, quam supra proposui, ut sic jura juribus con-
cordentur, ut appositè notant *Ruin. consil.* 138. *n.* 13. &
seq. lib. 5. *Menoch. consil.* 133. *n.* 6. & *cons.* 247. *n.* 17.
Rocc. disp. jur. select. c. 75. *n.* 14. *Rot. dec.* 72. *n.* 44. *cor.
Ansf. & dec.* 2. *n.* 13. *cor. Emin. Falc. de Stat. exclus. fam.*

Probato ex his, ab eo, qui petit fructus in vim Legis
Liburni, convinci saltem debere moram irregularem debi-
toris, faciliùs modò probabitur, nullam omnino mo-
ram considerari posse in D. Poletti, qui licet diu di-
stulerit sui debiti solutionem implere, cum tamen us-
que ab initio semper crediderit, se nihil omninò debe-
re, hujusmodi credulitas, dummodo sit aliquo modo
justa, & colorata, non autem mendicata, & calum-
niosa, excludit ab eo omnem moram, illumque pro-
pterea liberat à necessitate solvendi fructus, qui contra 59
eum petuntur *Bartol. in l. quod te n.* 12. ibique *Jas. n.*
15. *ff. si cert. petat. Gloss. in l. qui sine dolo* 64. *ff. de
reg. jur. Honded. cons.* 38. *n.* 35. *Gratian. discept. Forens.
cap.* 66. *n.* 5. *Surd. cons.* 39. *n.* 13. & *cons.* 260. *n.* 15.
& *dec.* 261. *n.* 16. *Cancer variar. resol. part.* 3. *cap.* 16.
num. 70. & *seqq. Antonel. de Loc. Legal. lib.* 2. *cap.* 4.
num. 152. *Sabell. resol.* 91. *n.* 10. *Cyriac. contr.* 374. *n.*
23. *Tranchedin. consult.* 102. *n.* 4. *Mans. consult.* 58.
n. 51. *Gob. consult. dec.* 14. *n.* 75. & *seqq. Sperel. dec.*
40. *num.* 62. & *seqq. Gizarel. dec.* 20. *num.* 33. *Magon.
dec. Lucen.* 69. *n.* 21. *Rot. dec.* 805. *n.* 4. *cor. Pen. dec.*
110. *n.* 16. & *dec.* 117. *n.* 3. & 4. *coram Cerr. dec.*
185. *num.* 22. & 23. & *dec.* 556. *n.* 16. *cor. Bich. dec.*
372. *n.* 1. & *seqq. inter recollect. per Palm. Rota No-
stra in Liburnen. Pecuniaria coram Domino meo Bonsi-
nio Patre Lib. Motiv.* 142. *à* 186. & *in Florentina
Salarii §. Postremò coram eodem Lib. Motiv. eod. a*
354. & in *Pisana Interesse* 30. *Januarii* 1730. *coram
me.* egregie *Rot. cor. Molines dec.* 646. *num.* 35.

Facile admodum fuit Domino Poletti, probare sese
usque ab initio credidisse potiùs creditorem, quàm de-
bitorem D. Friderici. Licèt enim probationes ab eo ad-
ductæ ad effectum probandi deficientiam instrumento-
rum navalium, & obtinendi ob id absolutam liberatio-
nem à solutione debiti, pro quo conveniebatur, ope
ab eo oppositæ compensationis, quæ æquivalet solu-
tioni *l. amplius* 15. *ff. rem rat. hab. Maur. de Solut.* 60
cap. 2. *§.* 5. *num.* 5. & *seqq. Niger. de Except. cap.*
13. *§.* 2. *num.* 11. & 12. *De Ros. consult.* 45. *n.* 5.
& 6. *Rot. dec.* 91. *num.* 37. *coram Arguel. dec.* 63.
num. 27. *coram Ansald. dec.* 6. *num.* 2. *cor. Eminen-
tiss. Falconer. de legat.* dictam rerum deficientiam non
benè, ac perfectè concluserint, & propterea in utra-
que Instantia prodierit Sententia absolutoria Domini
Friderici, cui uti in hac parte reo convento satis erat 61
dictas probationes aliquo modo dubias ostendere vul-
gata *l. Actor. Cod. de Probat. Bonden. collect. legal.*
30. *num.* 1. & 2. *volum.* 2. *Rot. decis.* 380. *num.* 1.
coram Baratt. dec. 208. *nu.* 5. *cor. Duran. dec.* 98.
num. 2. *coram Cavaler. decis.* 700. *num.* 6. *part.* 4.
tom. 3. *dec.* 116. *num.* 1. *part.* 7. *dec.* 113. *num.* 9.
part. 8. *dec.* 351. *nu.* 19. *part.* 10. *dec.* 348. *num.* 5.
part. 11. *dec.* 466. *num.* 9. *part.* 19. *rec.*

Negari tamen non potest, quin ex iisdem proba-
tionibus liquidò, ac concludenter constiterit de con-
questionibus, ac reclamationibus ab eodem D. Poletti
promotis circa assertam dictarum rerum deficientiam,
illico, vel paulò post sequutam Navis contractationem.
Ultra enim testimonium Antonii Buscemæ, qui de-
ponit, sese hujusmodi D. Poletti querimonias ex ejus-
dem mandato retulisse D. Friderico, ut ait in respon-
sione ad quintum Interrogatorium „ ibi „ *mancarono* “
due Cannoni, delle vele, gumene, ed ancore, e ciò “
lo sò per quello, che allora mi disse il detto Sig. Ca- “
pitan Poletti con l' occasione, che il medesimo mi man- “
dò à parlarne al detto Sig. Federigo “ cui testi, li-
cèt unico, plenè deferri poterat, quia deponebat de 62
facto proprio *Farinac. de Testib. quæst.* 63. *num* 221.
Gratian. discept. Forens. capit. 626. *num.* 7. & 8. &
cap. 812. *num.* 7. *Adden. ad Ludovis. dec.* 351. *num.*
10. *dec.* 1163. *num.* 6. *cor. Seraph. decis.* 437. *num.* 1.
coram Ubald. dec. 5. *num.* 4. *coram Eminentiss. Falco-
ner. de Reb. Credit.*

In ulteriorem earumdem lamentationum comproba-
tionem concurrit ejusdem Domini Friderici confessio
eruta ex literis, quas ipsemet circa tempus sequutæ
venditionis Navis scribebat Hermano Wanputen illius
proprietario, quæque extractæ fuerunt ex ejus Libro
Copia Lettere. In earum enim altera, quæ scripta ap-
paret sub die 20. Januarii 1709. legebantur hæc ver-
ba “ *Ma il Compratore si lamenta, che al conse-* “
gnato Inventario, sopra il quale la Nave fu venduta, “
le man-

„ *lo manchino due pezzi cannoni, e due vele, il che*
„ *esamineremo, e trovandolo sussistere, bisognerà fargli-*
„ *ne l' abumento* „ & in alia diei 17. Martii immedia-
tè sequentis habetur „ *devo dirvi, che toccante la pre-*
„ *sa S. Giacomo, vi resta qualche disputa sopra la dif-*
„ *ferenza dell' Inventario, e perciò non ne ha potuto*
„ *esser disteso; e mandaro il conto di vendita* „ qua-
63 mobrem supponendæ potiùs sunt, quàm probandæ con-
quæstiones à D. Poletti tempore congruo emissæ, circa
quas adest geminata ejusdem D. Friderici confessio, quo
nulla major, nec melior desiderari potest probatio *cap.*
per tuas. de Probat. l. cum à matre Cod. de rei vindic.
l. generaliter Cod. de non n. pecun. Cravet. cons. 175. n.
2. Rot. dec. 464. num. 2. coram Prid. dec. 11. num. 2.
coram Eminentiss. Falconer. de reb. credit.

Hujusmodi autem conquæstiones testibus, & confes-
sione partis verificatæ secum ferunt necessitatem faten-
di, quod ideo illæ fuerint à D. Poletti emissæ, quia
re vera crediderit, in Navi empta deficere illa instru-
menta: seposita enim tali credulitate, vix, & ne vix
quidem credi potest, D. Poletti voluisse conqueri de
re, de cujus contrario sciret, se posse statim convin-
64 ci, ut in proximis terminis ponderant *Honded. consil.*
90. n. 20. libr. 2. Carbon. ad Defens. Judic. in Syndic.
lib. 2. part. 2. num. 10. Ciarlin. contr. Forens. libr. 2.
cap. 156. num. 42. Capyc. Latr. consult. 35. num. 22.
Raynald. observ. Crimin. tom. 2. cap. 14. num. 306. &
vot. 77. num. 2. & seqq. vers. „ *ma credo, che si tol-*
ga dalle conquestioni immediatamente fatte “, *Rot. dec.*
188. sub num. 1. vers. item conquestiones, & acclama-
tiones coram Merlin.

In eumdemque sensum collimat animadversio, quod
circa illa tempora, non una hæc, sed plures aliæ se-
quutæ fuerunt contractationes inter Dominum Frideri-
cum, & Dominum Poletti pro pretio in totum petia-
rum suprà 4000. (non comprehensis petiis 3000. anteà
solutis pro Navi) ut constitit ex ipsis partitis productis à
Domino Friderico. Cumque majorem illius summæ
partem diligenter solverit Dominus Poletti, ita ut re-
manserit debitor in sola summa petiarum 579. ut ex
eisdem partitis; hinc sicuti à Domino Poletti effectuata
fuit solutio majoris partis debiti à se ea causa plurium
emptionum contracti, ita credendum est, illum effe-
ctuaturum fuisse etiam solutionem hujus exiguæ sum-
mæ, si sese illius debitorem credidisset, præcipuè cum
tunc temporis, ut non controvertebatur, esset divitiis
affluens. In quibus circumstantiis debitoris divitis, &
soliti punctualiter satisfacere suis creditoribus, de faci-
li admittitur præsumptio, quod si minùs diligens fuit
in alicujus debiti solutione, id contigerit, vel quia ve-
re non esset debitor, vel saltem quia se debitorem non
65 crederet, ex animadversis per *Menoch. de Præsumpt. lib.*
3. præsumpt. 135. num. 15. Cyriac. contr. 280. num. 8.
Gob. consult. 68. num. 13. Dom. meus Calderon. resol.
75. num. 10. Rot. decis. 325. num. 19. cor. Pamphil. de-
cis. 124. num. 22. coram Merlin. dec. 65. num. 3. post
Merlin. de Pignor. dec. 41. n. 9. & dec. 86. n. 8. part.
11. & dec. 386. num. 8. part. 14. rec. decis. 450. num.
10. coram Crispo.

Verum probe noscens Dominus Poletti, parum sibi
profuturum fore, docuisse de tali ejus credulitate, nisi
ejusdem credulitatis justitiam, & rationabilitatem osten-
66 deret, per ea, quæ in subjecta materia notavit *Ansald.*
de Commerc. & Mercat. disc. 34. numer. 53. Ad hanc
convincendam plura deduxit, quæ me suasum reddide-
runt, eum habuisse justissimam causam ita credendi.

Et primò per plurium testium examen probavit sty-
lum, qui universaliter vigebat inter Piratas Zellandos,
relinquendi Duci, aliisque officialibus Navis deprædа-
tricis aliqua ex instrumentis navalibus repertis in Navi
deprædata, & præcipuè, ut ajunt testes prædicti „
La miglior gumena, e la miglior ancora, e una vela a
loro elezione „ nisi fortè inter Dominum Navis, &
ipsos Officiales conventum fuerit, de his solvendo ali-
quam summam loco dictorum instrumentorum.

Quo stylo ita vigente juncta etiam altera circum-
stantia, quòd de tempore sequutæ contractationis Na-
vis, hæc uti veniens e Regione, cujus suspecta erat
salus, detinebatur sub custodia, seu, ut vulgò dici-
tur „ *in quarantena* „ nullique propterea patebat li-
ber ad eam accessus, si Dominus Poletti sequutus fi-
dem eorum, qui sibi retulerunt dicta instrumenta in
Navi, à se empta deficere, de hac deficientia conque-
stus fuit cum D. Friderico venditore nemo sanè dixerit,
credulitatem ab illo conceptam circa dictorum instru-
mentorum deficientiam fuisse affectatam, & insubsi-
stentem, cum immò illa esset si non prorsus rationa-
bilis, saltem valde excusabilis, uti fundata in fide te-
stium, quibus quicumque etiam solertissimus credidis-
set, uti deponentibus de re, quam probabilem redde-
bat, & verosimilem stylus supradictus, cui multum
deferri solet inter Mercatores *Corn. cons. 319. n. 12.* 67
lib. 3. Gen. de Script. Privat. lib. 3. tit. de Lit. Camb.
quæst. 6. n. 16. Rocc. respons. 4. n. 27. lib. 1. Capyc. La-
tr. consult. 21. num. 8. Ansald. de Commerc. disc. gen.
num. 41. D. meus Casareg. eodem tractat. disc. 76. nu-
mer. 16. Rot. dec. 50. num. 33. coram Ninot. dec. 123.
num. 3. part. 13. recent.

Libentiusque eidem Domino Poletti parcendum est,
si in hac præconcepta credulitate perseveravit, post-
quam Dominus Fridericus auditis illius querimoniis
circa assertam rerum deficientiam, vice eas rejicien-
di, prout planè eas rejecisset, si certò scivisset, nihil
omninò eorum in Navi deficere, quæ erant in Inven-
tario descripta, illas propitiis auribus excepit, & ea-
rum tenorem proprietario notificavit ope Epistola-
rum, quarum supra meminimus in §. *In ulteriorem.*
Sicut enim hinc patet, ipsummet Dominum Frideri-
cum non habuisse pro impossibili dictarum rerum de-
ficientiam, ita excusari debet Dominus Poletti, si per-
severavit in sua credulitate, in quam incidit idem
Dominus Fridericus, & contra quam nihil sibi op-
poni audivit, ut optimè in similibus terminis ponde- 68
rat *Cephal. cons. 407. n. 35. & 36.*

Crescitque in immensum D. Poletti bona fides ani-
madvertendo, quod Dominus Fridericus nedum, ut
mox dicebam, benignè excepit conquestiones ab illo
promotas, sed post illas ita exceptas, numquam am-
plius, vel judicialiter, vel extrajudicialiter illum in-
terpellavit ad solutionem residui pretii mercium, pro
quo solummodò promovit præsens Judicium post vi-
ginti annos à die contracti debiti. Quæ adeo diuturna
creditoris acquiescentia, licet à me non fuerit repu-
tata apta, & sufficiens inducere præsumptionem se-
quutæ compensationis, vel solutionis, cum ad hunc
effectum non sufficiat sola creditoris acquiescentia etiam
per longissimum tempus protracta *Marescot. variar.* 69
resol. lib. 2. cap. 67. n. 36. Andreol. controv. 136. n. 2.
Cardin. de Luc. de Censib. disc. 20. n. 8. Constantin.
ad Statut. Urb. adnot. 48. num. 262. Paulut. dissert.
36. art. 1. num. 56. & dissert. 54. num. 13. Rocc. di-
sput. Jur. Select. cap. 92. num. 40. Conciol. allegat. 8.
num. 15. Palm. alleg. 69. num. 18. Rot. dec. 174. nu-
mer. 20. post Constantin. ad Statut. Urb. dec. 38. nu-
mer. 9. post de Luc. de Dote dec. 184. num. 15. cor.
Cels. cum aliis *apud Dominum meum Auditor. de Co-*
mit. dec. Florent. 106. n. 14. & 15.

Maximi tamen ponderis apud Me illa fuit ad effe-
ctum conjiciendi rationabiliter credidisse Dominum Po-
letti se nihil debere. Videns quippe ille creditorem
post habitas querelas circa deficientiam instrumento-
rum, obmutuisse, & numquam amplius per tanti
temporis lapsum sui crediti consecutionem procurasse,
potuit justè credere, id contigisse, quia re vera cre-
ditor ipse veram, & satis superque probatam dicto-
rum instrumentorum deficientiam reputaverit, cum ex
communi hominum judicio nemo præsumatur adeò
negligens in obtinendo satisfactionem ejus, quod sibi
debetur ex firmatis per *Surd. dec. 105. num. 1. & 3.* 70
Andreol. controv. 57. n. 12. Card. De Luc. de Dot.
disc. 67. num. 6. & disc. 68. n. 5. Marzimedic. dec. 85.
sub num. 5. vers. concurrebat Rot. dec. 125. num. 12.
part. 10. dec. 87. num. 7. & 8. part. 11. rec. dec. 687.
num. 7. coram Caprar.

Nec placuit replicatio, quam dabant defensores Do-
mini Friderici, quòd nempe is ideò tamdiu distulerit
petere suum creditum, quia cum sciret illud esse fru-
ctiferum, sciebat per consequens nihil sibi deperire,
& jus suum incolume, & salvum futurum fore, per
ea, quæ tradunt *Palm. Sen. cons. 45. n. 17. Andreol.* 71
controv. 136. sub n. 2. vers. cum tacens, aliique apud eum-
dem *Dominum de Comit. decis. Florent. 106. n. 19.*

Semper enim recurrebat eadem distinctio, de qua
supra, quòd nempe hæc ratio efficit, ut considerari
non

non valeat creditoris acquiescentia ad effectum inducendi præsumptionem solutionis, vel extinctionis debiti juxta terminos, in quibus loquuntur auctoritates, de quibus in objecto. At nullatenus eadem ratio apta est destruere justissimam illam credulitatem, quam debitor præconceperat referendo hujusmodi creditoris silentium ad crediti deficientiam: Potissimùm, quia Domino Poletti uti Mercatori, valde improbabile reddebatur, sub spe exigui illius lucri, quod Dominus Fridericus sperare poterat, relinquendo in illius manibus hoc residuum pretii, parvipendere eum voluisse lucrum longè majus, quod potuisset retrahere ex eadem pecunia, si illam implicuisset in Negociis mercantilibus; contra id, quod communiter practicare solent alii Mercatores, qui quotidiè vice alius tradendi usurarias pecunias, illas ab aliis accipiunt, ut illas implicent in negociationibus majoris lucri, ut edocet quotidiana experientia.

Cum ergo in hypotesi inquiratur non cur re vera Dominus Fridericus distulerit procurare hujus sui crediti satisfactionem, sed solum cur Dominus Poletti suum hoc debitum minimè exsolverit, curandum non est de eo quod potuit esse in mente creditoris, & solum attendi debet id, quod fuit, vel esse potuit in mente, & in animo debitoris. Cumque is potuerit ex supradictis credere, adeò diuturnum silentium creditoris non aliunde oriri, quàm ex eo, quod ille agnoverit sui crediti deficientiam, hoc exuberat, ut pro justa, & rationabili haberi debeat opinio, in qua erat debitor, se nempe nihil omninò ex hac causa debere, & sic ut nulli ab eo debeantur fructus juxta authoritates latè suprà congestas in §. *Probato ex his*.

Quòd si Dominus Poletti attentis iis, quæ inter eum, & Dominum Fridericum sequuta fuerunt tempore proximo contractationi Navis, & Mercium, potuit rationabiliter credere, Dominum Fridericum ideò acquievisse, & destitisse ab ulteriori petitione residui pretii mercium, quia habuerit pro verâ, & justificata deficientia instrumentorum Navalium, ex qua oriebatur creditum Domini Poletti ejusdem debito contraponibile; meliori sanè potiorique jure potuit in eadem rationabili opinione se confirmare in vim eorum, quæ successivis postea temporibus evenerunt.

Inter actus consequutivos seria animadversione dignum est, quòd Dominus Fridericus numquam sivè judicialiter, sivè extrajudicialiter institit pro aliquid consequendo ad computum horum fructuum, nec etiam quando per plurium annorum cursum summa ex dictis fructibus conflata ad plura centenaria petiarum ascenderat; quod sanè non ob aliam causam evenisse credere potuit Dominus Poletti, quàm quia re vera nihil à se ipso deberetur Domino Friderico, qui uti mercator solertissimus, si sese creditorem sortis, & fructuum agnovisset, non est ullo modo probabile, nec verosimile, quòd vice petendi fructus tunc saltem quando ad summam valdè conspicuam pervenerant, voluerit tacitus, & contentus eamdem summam conflatam ex fructibus relinquere otiosam, & infructiferam in manu debitoris, prout de facto otiosa erat, & infructifera, cum à jure non permittatur consequi interesse
72 alterius interesse *l. nullo modo Cod. de Usur. l. si non sortem in princip. ff. de condit. indeb. Scacc. de Commerc. & Camb. §. 7. Gloss. 2. numer. 39. & seq. Leotard. de Usur. quæst. 86. per tot. Tranchedin. consultat. 1. num. 32. & seq. Ansald. de Commerc. disc. 67. num. 30. Rot. Januen. dec. 87. sub num. 8. Rot. Roman. dec. 301. num. 12. & num. 20. part. 5. recent.*

Quæ sola circumstantia desumpta ex negligentia creditoris in non petendo creditum, quod sciebat esse infructiferum, si tanti valet, ut quandoque ex illa inferatur præsumptio sequutæ solutionis, maximè in casu creditoris Mercatoris, & per consequens non soliti diù tenere suas pecunias otiosas, ut in puncto ponderant
73 *Paris. cons. 137. num. 14. lib. 4. Simon. de Prat. cons. 153. num. 3. Scacc. de Commerc. & Camb. §. 1. part. 1. quæst. 7. sub num. 80. Rocc. disputat. Jur. Select. capit. 39. num. 51. & capit. 155. num. 6. Rot. decis. 822. num. 8. coram Merlin. decis. 50. num. 8. coram Bich. decis. 449. cor. Emerix Jun.* multò fortius ponderanda, & valutanda erat in casu nostro ad solum effectum magis, magisque comprobandi justam, & rationabilem causam, qua movebatur Dominus Poletti ad credendum se non esse debitorem, & sic ad solum consequutivum effectum eum liberandi à solutione fructuum, qui, ut vidimus, non debentur ab eo, qui non fuit in mora, & proinde ad hoc ut illi non debeantur, sufficit sola dubietas, eodem modo, quo illa exuberat pro exclusione moræ, quæ numquam præsumitur, &
in dubio pro illius exclusione est judicandum *l. si ser-* 74
vum §. Sequitur ff. de verb. oblig. Alex. cons. 23. num. 11. libr. 7. Surd. cons. 97. num. 15. Bondon. collect. legal. 50. num. 179. lib. 2. Mascard. de Probation. concl. 1071. num. 3. Actolin. resolut. 64. num. 20. & 21. Rot. dec. 142. num. 44. post Merlin. de Pignor.

Argumento huic negativo desumpto ex non facto Domini Friderici, accedit aliud positivum ex ejusdem facto promanans. Anno siquidem 1725. occasione cujusdam solutionis tunc temporis ei factæ à Domino Poletti, illam expresse retulit ad computum quarundam sarcinarum Tabaci, quas illi nuper vendiderat, ut legitur in quictantia in actis exhibita „ ibi „ 1725. a' 16. *Novembre Io Federigo Broegh ho ricevuto dal* " *Sign. Girolamo Poletti Pezze 185. 12. 6. per Ta-* " *bacchi vendutili, e consegnatili a me contanti* „ & " tamen eum fructus maturati ex prætenso residuo pretii mercium venditarum anno 1709. adeò excrevissent, ut anno 1725. excederent summam petiarum 500. quis non videt, longè utilius fuisse Dom. Friderico ex dicta venditione Tabaci formare aliud creditum æquè fructiferum, & solutionem prædictam referre in causam dictorum fructuum, prout etiam de jure in dictam
causam referenda erat *l. in iis §. Imperator, & §. Apud* 75
Marcellum ff. de solution. Gratian. discept. forens. capit. 224. numer. 43. in fin. Martimedic. decis. 25. numer. 2. D. meus Casareg. de Commerc. disc. 50. num. 51. Rot. decis. 242. numer. 28. coram Ottobon. decis. 1190. num. 7. coram Emerix Jun. decis. 343. num. 1. part. 14. decis. 243. numer. 15. part. 19. recent. decis. 15. numer. 11. coram Eminentiss. Falconer. de Censibus.

Si ergo Dominus Fridericus etiam in hac adeò congrua, & proportionata occasione omisit, vel petere suum antiquius creditum, vel illud saltem ad memoriam sui debitoris revocare, & nulla facta de hoc debito antiquiori mentione solutionem acceptavit in extinctionem debiti recentioris, dubitari amplius non potest, Dominum Poletti justissimam indè potuisse desumere rationem sese confirmandi in ea opinione, & credulitate, qua ductus jamdiù putaverat se nullo modo esse debitorem Domini Friderici, ut ponderando dictam circumstantiam exactionis crediti posterioris sine ulla protestatione circa creditum antiquius, in longè fortioribus terminis, & ad effectum longe duriorem
tradunt *Constantin. ad Statut. Urb. annot. 48. art. 2.* 76
num. 244. Paulut. dissert. legal. 36. art. 1. numer. 15. & 16. Monac. dec. Floren. 2. num. 22. Rot. dec. 225. num. 21. post Zacch. de Oblig. Camer. decis. 355. numer. 3. cor. Caprar. dec. 671. num. 13. part. 18. recent. Et si is habuit justam causam credendi, se non esse debitorem, sique in hac credulitate confirmatus fuit tam ex facto, quàm ex non facto ejusdem D. Friderici, ut discursus habeat finem principio conformem, consequens tandem est, nullos ab eo deberi fructus pro illa summa, quam se non debere existimabat, ut pluries supra dictum, & probatum est.

Quin obstare crediderim, præfatam conclusionem posse quidem procedere, quando dubietas debitoris provenit ex aliquo intricato juris articulo expectante Judicis decisionem, in quibus terminis versantur fere omnes authoritates in dicto §. *Probato*, relatæ: non autem posse procedere, quando dubietas versatur in nudo facto, prout evenit in casu nostro, in quo tota quæstio versabatur circa existentiam, vel deficientiam instrumentorum Navalium: Cum enim inter factum, & non factum non detur medium, debuit Dominus Poletti certo scire, an dicta instrumenta verè necne deficerent; nec poterat super hoc verificari illa rationabilis dubitatio, quam considerant præfatæ authoritates.

Ultraquamquòd enim incertitudo liberat debitorem à mora, & sic ab onere solvendi fructus, sivè illa versetur in jure, sivè in tempore, sivè etiam in facto, ut probant *Aretin. cons. 94. nu. 4. Cephal. cons. 407. num. 32. Gob. consult. dec. 14. num. 78. Speroll. dec. 40. num. 74.*

Obje-

Objecto solidiùs respondetur advertendo, illud posse forsan procedere, si Dominus Poletti succubuisset in causa, eo quia ex parte Domini Friderici probata evideoter fuisset existentia illorum instrumentarum, de quorum deficientia is querebatur; tunc enim quia non poterant illa existere, quin illorum existentia esset ei nota, frustra is recursum habuisset ad suadendum Judici, sese credidisse contrarium, & nemo Judicum hujusmodi affectatam, & mendicatam credulitatem ad effectum, de quo agitur, approbasset, quia credulitas debet esse probabilis, & rationabilis, qualis in hac hypothesi non fuisset illa Domini Poletti, utpote qui allegasset, se credere id, cujus contrarium apertè sciebat.

Nullo autem modo meruit attendi præfatum objectum in casu præsenti, in quo nulla facta à Domino Friderico probatione saltem concludenti circà existentiam dictorum instrumentorum, remansit, & adhuc remanet sub dubio, an illa verè existerent, vel desiderarentur; Et ideò in hoc dubio succubuit Dominus Poletti in utroque judicio, quia erat Actor, & probationes ab eo adductæ pro convincendo assertam deficientiam, non erant uodequaque perfectæ, & concludentes. In quibus terminis cum tota quæstio, quæ inter partes agitabatur, versaretur in agnoscendo, an probationes cumulatæ à Domino Poletti concluderent necne oppositam ab eo deficientiam, potuit ille justè, & rationabiliter credere sese esse in probatis, & hæc ejus credulitas expectabat decisionem à Judice, à cujus arbitrio, ut plurimum pendet probationum mate-
78 ria. *Castren. in l. admonendi* 31. *num.* 39. *ff. de jurejur. Menoch. de arbitr. cas.* 90. *num.* 1. *& per tot. Ciarlin. contr.* 130. *num.* 65. *Gob. consult.* 35. *num.* 18. *Capyc. Latr. dec.* 1. *num.* 36. *Rot. dec.* 14. *num.* 10. *in Mantiss. ad Card. De Luc. in conflict. dec.* 2. *num.* 12. *cor. Eminentiss. Falconer. de Gabell.*

Et licet probationes prædictæ congestæ, à Domino Poletti tam in prima, quàm io secunda instantia, fuerint reputatæ irrelevantes, & ob id fuerit in utroque judicio condemnatus ad solutionem sortis principalis; noo potest tamen exinde inferri, quod sint etiam irrelevaotes ad effectum fructuum: Nimium quippe diversa est ratio sortis, ac fructuum. Quoad sortem, cum clara esset obligatio Domini Poletti, non poterat se ab illius solutione aliter liberare, quàm vel probando sequutam solutionem, vel probando aliud creditum æquè clarum, ita ut intraret compensatio, ad quos effectus non sufficiunt probationes dubiæ, atque æquivo-
79 cæ *l. prima, & l. final. Cod. de compensat. Surd. cons.* 456. *num.* 4. *& seq. Rot. dec.* 337. *num.* 7. *& dec.* 352. *num.* 10. *coram Cels. dec.* 698. *num.* 7. *cor. Caprar. decis.* 2. *num.* 10. *part.* 16. *recent. dec.* 511. *num.* 8. *cor. Emerix Jun. decis.* 38. *num.* 26. *in Mantiss. ad Card. De Luc. de Doto decis.* 11. *num.* 6. *coram Eminentiss. Falconer. de Solution.*

Illæ autem dubiæ, atque æquivocæ probationes, quæ non sufficiunt ad probandum creditum, quod compensari prætenditur, exuberant ad effectum obtinendi absolutoriam à solutione fructuum, qui quando, prout hic, non petuntur in vim alicujus præviæ conventionis, sed solum in vim Legis, vel Statuti, illorum solutionem demandantis in pœnam moræ à debitore contractæ in solvendo, sufficit, tem quoquo modo esse dubiam, ut excludatur mora, & per consequens non debeantur fructus, qui in sequelam moræ petuntur, ut io puncto debitoris, qui solutionem sui debiti distulerat credens habere aliud creditum compensabile, quod postea declaratum fuit, non esse compen-
80 sabile *Honded. cons.* 38. *num.* 20. *& seq. lib.* 2. „ ibi „ *satis esset ad excusationem à mora, cum verosimiliter credere potuisse se non teneri ad solvendum, sed posse debitum cum suo credito compensare, & sic uti retentione pecuniarum exactarum pro suo credito* ".

Ex his ergo solidissimis rationibus tam divisim, quàm conjunctim consideratis credidi, nullos à Domino Poletti deberi fructus non solùm ante motam litem, sed nec etiam à die litis contestatæ, quia cum ex superiùs deductis constet, dictum Dominum Poletti non sine probabili fundamento potuisse credere, se non esse debitorem, justam propterea habuit causam sese opponendi, & litem sustinendi, ne jura sua relinqueret indiscussa, ut probant authoritates supra relatæ, quarum pleræque loquuotur de fructibus decursis post Judicialem interpellationem, & præcipuè *Gob.* 81
consult. dec. 14. *num.* 75. *Rot. dec.* 372. *num.* 1. *& per tot.* penes *Palm. Rot. nostra in Pisana Interesse* 30. *Januarii* 1730. *§. Prima est, coram Me.*

Quamquam verò ex duobus aliis æquè solidis fundamentis absolvendum censui Dom. Poletti à solutione fructuum decursorum pendente lite. Primò quia illius debitum non erat liquidum, nec facile liquidabile per solam operationem Arithmeticam, quo casu haberi debuisset pro liquido etiam ad effectum condemnandi ad solutionem fructuum, ut conciliando authoritates, quæ videntur inter se contrariæ, dixit *Rot. in decis.* 82
372. *num.* 9. penes *Palm.* sed pro sui plenaria liquidatione expectabat sententiam Judicis, qui declararet, an constaret de deficientia, si non omnium, saltem aliquorum ex iostrumentis navalibus, & præcipuè illorum, quorum meminerat ipsemet D. Fridericus in ejus Epistolis, quas scribebat ad proprietarios mercium; data autem hujusmodi debiti illiquiditate, inconcussum est, fructus non deberi, nec etiam à die motæ litis *Honded. cons.* 51. *num.* 24. *& num.* 33. *libr.* 1. 83
Thesaur. quæst. 71. *num.* 3. *lib.* 3. *Leotard. de Usur. quæst.* 84. *numer.* 1. *Gob. consultat.* 14. *num.* 72. *Fontanel. decis.* 206. *numer.* 2. *Capyc. Latr. decis.* 133. *num.* 17. *&* 18. cum aliis in *decis.* 372. *num.* 4. *& num.* 9. *penes Palm.*

Secundo quia, licèt Dominus Fridericus certò sciret deficientiam aliquorum tormentorum Bellicorum, quam in propriis ejus libris adnotaverat, convenit tamen Dominum Poletti pro tota, & integra summa ejus debiti, nihil ei bonificando ratiooe dictæ deficientiæ, & solùm ei bonificavit tenuissimam, atque ideo incongruam summam petiarum 30., quando ex positionibus sibi datis à Domino Poletti timere incæpit, sese à Judice cogi forsan posse ad exhibitionem ejus Librorum, ex quibus detegi de facili posset rei veritas, prout illa in hac saltem parte post sequutam dictorum Librorum exhibitionem apparuit. Quamobrem cum hinc constiterit de excessiva petitione à D. Friderico promota, debuisset ille arceri à consequutione etiam summæ vere debitæ, juxta pœnam contra petentes plus debito sancitam in *l. unica Cod. de plus pe-* 84
tition. At mitiùs cum eo agendo satis mihi fuit illum arcere à consequutione fructuum, quos forsan obtinere potuisset à die per eum factæ interpellationis, cum certi, & indubitati juris sit, interpellationem factam pro summa verum debitum excedente, aptam non esse constituere debitorem in mora, nec etiam pro summa verè debita *Surd. cons.* 142. *numer.* 85
6. *Ger. Spin. cons.* 5. *num* 28. *& cons.* 69. *num.* 15. *Gratian. discept. forens. capit.* 42. *num.* 42. *Leotard. de Usur. quæst.* 84. *num.* 50. *Ansald. de Commerc. disc.* 34. *num.* 47. *Mans. consult.* 58. *num.* 51. *Tranchedin. consult.* 102. *num.* 3. *& seq. Gob. consult.* 14. *num.* 75. *Capyc. Latr. decis.* 133. *num.* 25. *Rot. decis.* 228. *num.* 15. *& seqq. part.* 1. *rec. decis.* 119. *num.* 16. *& decis.* 177. *num.* 4. *coram Cerr. decis.* 372. *numer.* 1. *& seq.* penes *Palm. Rota nostra in Liburnea. Pecuniaria coram Domino Bonfinio Patre Lib. Motiv.* 142. *a* 186. *& in Pisana Interesse* 30. *Januarii* 1730. *ab Incarn. coram Me.*

Accedente potissimum, quod Dominus Fridericus in ipso judicii principio, medio ejus juramento constanter negavit quasdam positiooes, quas ultrò, libeosque debuisset admittere, uti contineotes materiam, cujus veritas ex ejusdem Libris posteà apparuit, ut præcipuè erant illæ, quæ continebant conquestiones circa assertam rerum deficientiam à D. Poletti interpositas paulò post sequutam Navis emptionem, & posteà verificatas ex pluries memoratis epistolis ipsiusmet Dom. Friderici, quas scripsisse noo poterat ipse ignorare. Cum igitur ob scienter denegatam à Dom. Friderico veritatem ipse inciderit in perjurium, & Dom. Poletti constitutus fuerit in necessitate protrahendi judicium, ut aliunde probaret illam rei veritatem, quam ex ore Dom. Friderici non potuerat eruere, æqui, bonique ratio non patitur, solvi debere à Dom. Poletti aliquod interesse decursum pendente lite, tum quia nemo debet ex alterius culpa, & delicto pati aliquod damnum vulgata *l. sancimus Cod. de pœn.* cum similibus 86
apud *Bonden. collect. legal.* 15. *num.* 72. *libr.* 2. tum

fortiùs,

fortiùs, quia si dictorum fructuum solutio demandata fuisset, debuisset eodem tempore condemnari D. Fridericus ad illos restituendos loco damnorum, & interesse, ad quod una cum expensis tenetur erga alteram partem
87 is, qui fuit convictus de mendacio, & perjurio in respondendo positionibus *Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 7. n. 761.* aliique *apud Michalor. de Position. c. 41. n. 16.*

Nullatenus demum relevante, quòd etiam Dominus Poletti non omninò sincerum se se exhibuerit producendo quasdam partitas desumptas ex quodam ejus libro non solùm informi, & illegali, sed etiam valde suspecto, & sic culpæ, & delictum unius cum culpa,
88 & delicto alterius compensari possit, ad benè notata per *Bersan. de Compensat. cap. 2. quæst. 27. per totum* hoc etiam addito, quod suspicio, qua inficitur dicta probatio eruta ex dicto *Scartafaccio*, influere etiam debeat in alias probationes ab illo adductas, ex regula,
89 de qua in *l. fraudem 45. §. Quoties ibique Gloss. in verbo cadat ff. de Jur. Fisci.*

Cum enim ratione productionis documenti, ut suprà, suspecti, condignam jam luerit pœnam Dominus Poletti, qui præcisivè ab hac circumstantia potuisset fortasse admitti ad beneficium juramenti supple-
90 torii, tum ob denegatam à Domino Friderico veritatem *Jas. in l. nec quidquam §. Ubi decretum num. 17. ff. de offic. preconsul.* cum aliis apud *Michalor. de position. capit. 41. sub numer. 16. vers. & contra ipsum juratur in litem*; tum quia credi poterat, eum semiplenè saltem probasse suam intentionem; quo casu ju-
91 ramentum in litem solet concedi ad *Gloss. in cap. final. verb. probatione. de jurejur. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 190. num. 2. Rot. decis. 6. num. 11. & decis. 124. num. 12. coram Mantic. decis. 200. num. 10. cor. Emerix Jun. decis. 1. num. 11. coram Eminentiss. Falconer. tit. de Sponsal.* Non erat ulterius cum eo adeò crudè, & rigidè procedendum, ut quia suspectæ fidei esset altera ex tot probationibus, quas cumulavit in demonstrationem suæ justæ, & rationabilis credulitatis, suffocatæ ob id remanere deberent etiam aliæ probationes; nam simul stare potest, quod Scartafacium, uti continens, sit suspectum, id verò, quod in dicto
92 Scartafacio continetur, sit, si non verum, saltem probabile, ut in longè fortioribus terminis ex *Rolan. cons. 43. numer. 14. & 15. lib. 3.* dixit *Dom. meus Cæsareg. disc. 153. num. 17. & 18.*

Et ita in acerrimo Partium contradictorio, &c.

Hieronymus Finetti R. A.

Resolutio per Dominum meum Auditorem Hieronymum Finetti Collegam meum, ac virum doctissimum in hac causa ad favorem Dom. Capitanei Poletti capta,
93 mihi justissima visa fuit tum ex his, quæ in primo juris articulo, tum ex aliis quæ in secundo elaboratissime per eum deducta fuere; At respectu tertii articuli, qui erat utique in causa superfluus, & propterea ad ornatum potius decisionis, ut moris est, superadditus, multum dubitabile censeo, quod ibi per eum, quamvis ingeniose, firmatum fuit, quinimò contrarium verius mihi in jure videtur, nam licet regulariter, ut debeantur fructus, seu interesse de jure requiratur mora regularis, vel irregularis, prout in decisione Domini mei traditur, tamen quando interesse petitur in vim alicujus actionis, prout ex contrahentium pacto, tunc illud etiam nulla intercedente mora debetur *Rot. Roman. decis. 118. numer. 6. part. 1. coram Ubald.* & ut late per Nos comprobatum fuit in *disc. 50. numer. 47. cum seq. & disc. 120. num. 28. & seq.* cum pluribus authoritatibus desuper utrobique congestis, & ideò quoque demonstravimus, quod interesse debitum in vim actionis procedentis ex aliquo Partium pacto omninò debetur, licet debitor propter crediti illiquiditatem scire non potuisset, quantum suo Creditori deberet antequam illud liquidatum fuisset *Nos disc. 120. num. 27. 28. & 29.*

Quod dicitur de interesse debito in vim pacti, idem dicendum est de altero debito in vim Statuti, vel Legis, aut consuetudinis municipalis, quia quidquid ex
94 Statuto debetur, non minus in vim actionis debetur, quam in vim pacti *Surd. de Alim. tit. 3. qu. 6. per tot. Menoch. cons. 8. num. 20. vers. primo quia. Palm. Nep. alleg. 103. num. 15. Rot. rec. part. 9. decis. 398. num. 25. Ros. consult. 29. num. 32. & decis. 2. nu. 48. & 49. post Paulut. dissert. 128. tom. 3.* ideoque à Pacto ad Statutum valet argumentum *Urceol. decis. Florent. 18. num. 12.* cum pluribus ab eo citatis *Zaul. ad Stat. Pavent. tom. 2. libr. 5. rubr. 4. numer. 67.* Nos *disc. 179. num. 53.* & idem operatur Statutum, quàm Pactum *Urceol. d. decis. 18. num. 13.* & Nos *d. disc. 179. num. 54* quinimò fortius Nos *ibid. numer. 55. & Urceol. d. decis. 18. num. 13.*

Addito etiam, quod quidquid per Statutum quoad contractus dispositus, intelligitur ab ipsis Partibus in earum contractu, tamquam per Pactum, appositum, licet illud per Contrahentes non fuerit expressum *Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 8. num. 4. & seq. & per tot. Rot. Roman. post Zacch. de obligat. Camer. dec. 272. num. 4. 5. Mans. consult. 384. numer. 5.* & Nos *disc. 163. num. 17. de Commerc.* 95

ARGUMENTUM.

An, & quando Permutanti, vel Dividenti ob evictionem passam in bonis sibi per divisionem, aut permutationem obventis detur regressus ad alia bona, quæ pervenerunt Conpermutanti, vel Condividenti, licet ab istis fuerint in Tertium alienata, itaut non teneatur ille agere contra Creditorem, qui pretium ab emptore dictorum bonorum recepit.

Bona subhastata, & Tertio deliberata in vim sententiæ nullæ, vel notoriè injustæ possunt per Dominum à Tertio vindicari, absque eo quod Dominus teneatur contra pretium de mandato Judicis Creditori solutum agere.

SUMMARIUM.

1 *Permutanti qui passus fuit evictionem in bonis permutatis datur regressus actione vindicationis ad bona propria.*

Limita in casu quo fuissent bona in Tertium ex titulo oneroso alienata num. 5.

Declara hanc limitationem non procedere in casu alienationis ex titulo nullo, vel invalido n. 6.

2 *Dividenti etiam ob evictionem passam in bonis sibi per divisionem obventis datur regressus ad alia bona condividenti assignata, & n. 4.*

Et de ratione num. 3.

Declara tamen, ut num. 5.

7 *Bona subhastata, & Tertio deliberata per Judicem in vim Sententiæ nullæ, vel injustæ possunt per Dominum à dicto Tertio vindicari, licet pretium bonorum de mandato ejusdem Judicis fuerit creditoribus solutum.*

8 *Sententia injustè lata, & contra jus clarum est nulla.*

Neque meretur nomen Sententiæ n. 9.

Neque pariter indiget revocatione n. 10.

11 *In petitione, seu libello, quando post plenam facti narrationem potuit Judex cognoscere quales, & quot actiones de jure competant actori, si adsunt solitæ clausulæ salutares intelliguntur per Actorem deductæ omnes actiones sibi competentes, ac si fuissent expressæ, & num. 12.*

13 *Sententia lata contra jus non desinit esse nulla, licet Judex habuerit intentionem rectè judicandi, vel ob ignorantiam nescíverit ex se supplere in iis, quæ de jure supplere tenetur.*

Quod procedit, quamvis à Partibus non fuissent ante Sententiam, sed postea, earum jura, vel exceptiones deductæ num. 14.

Cortonen. Evictionis, seu Regressus ad Bona Divisa.

DECISIO AUTHORIS,

ET

DISCURSUS CC.

IN Judicio Concursus formato super Bonis, & hæreditate qu. Do. Doctoris Marci Antonii de Laparellis, inter alios Creditores comparuit etiam Dom. Honuphrius de Laparellis Junior, uti hæres quond. Dom. Equitis Petri Patris sui, petendo, ex Causa evictionis passæ per ejus Patrem super bonis, quæ in Divisione

sequuta

sequuta inter se, & alios duos Fratres ei obvenerunt,
ex aliis Bonis, pariter in Divisione pro tertia parte obven-
tis dicto quondam Doctori Marco Antonio Fratri dicti
q. Petri Senioris, & in dicto concursu universali posi-
tis, pro tertia parte ejusdem evictionis satisfieri, &
reintegrari debere.

Emanavit de anno 1707. in dicto Judicio Sententia
Graduatoria, in qua dicto Domino Honuphrio Junio-
ri vigesimus secundus tantum locus fuit per Judicem as-
signatus, & successivè fuerunt inter alia dictæ hæredi-
tatis quondam Marci Antonii Bona subhastata ea, quæ
S. Martini nuncupantur, & deliberata postea D. Equi-
ti Philippo Sernini pro pretio Scutorum 385. solvendo
Creditoribus dicti quondam Marci Antonii juxta præ-
dictam Sententiam graduatoriam.

Post mortem dicti D. Honuphrii agnoscens D. Pe-
trus Junior ejus Filius, & hæres notoriam injustitiam
dictæ Sententiæ graduatoriæ, Judicium aliud promo-
vit adversus dictum D. Equitem Sernini, in quo petiit
se immitti in dictis bonis in eum perventis vigore dictæ
subhastationis, ac deliberationis.

Verùm quia dictus D. Petrus in prima Instantia suc-
cubuit, ideo appellavit, & fuit per eum in hac secun-
da appellationis Instantia juxta Leges municipales Cor-
tonæ petitum Consilium Sapientis, in quem de consen-
su Partium fui Ego electus.

Devoluta itaque Causa ad meum Judicium cum to-
to Processu desuper constructo, & Partium Allegationi-
bus, nec non auditis pluries earum Procuratoribus,
demum post maturum examen respondi Judici de Parti-
bus revocandam fore, & esse primam Sententiam, &
concedendam fore immissionem in dictis Bonis dicto
D. Petro pro reintegratione ad ratam evictionis, per
eum, aut ejus Patrem passæ in bonis sibi in dicta divi-
sione obventis.

1 Motus ex eo quia, sicuti permutanti, qui passus
fuit evictionem in bonis permutatis, competit regressus
in vim actionis rei vindicationis ad bona propria in
permutationem alteri data, ut uno ore affirmant per te-
xtus expressos in *l. 1. & 4. C. de rer. permutat. Franc.
Stephan. dec. 44. Claper. dec. 49. quæst. unic. Rot. Ro-
man. coram Falconer. decis. 8. num. 8. de emption. Rot.
Roman. decis. 142. num. 8. part. 14. Manens. dec. 24.
num. 3. Cyriac. controv. 233. num. 14. Altograd. Jun.
controv. 77. num. 2. cum seq. Card. De Luc. de Em-
ption. disc. 20. num. 2. Mangil. de Evict. quæst. 140.
num. 6. Guzman. eod. tractat. quæst. 29. per tot. Rot.
Roman. decis. 109. numer. 1. & 2. part. 13.* latè *Geb.
consultat. 109. num. 1. & seq.* & plenius *consult. 135.*
2 *numer. 4. 5. 6. 7. 8.* ità in casu nostro utique de jure
concedi debebat dicto D. Petro Juniori utpote me-
diato hæredi q. Dom. Petri Senioris hujusmodi regres-
sus pro tertia parte evictionis prædictæ ad dicta bona
titulo divisionis assignata ab eodem q. Dom. Petro Se-
niore dicto Dom. Marco Antonio ejus Fratri; Cum divi-
3 sio nihil aliud sit quam permutatio *l. Communi dividun-
do §. Si debitor ff. commun. divid. l. 1. C. comm. utriuf-
que jud. Bursat. cons. 173. num. 16. lib. 2. Menoch. cons.
91. num. 35. Michalor. de Fratrib. part. 3. cap. 39. n.
4. Guzman. de evict. quæst. 23. sub nu. 6. vers. Quia
divisio, Mangil. eod. tractat. quæst. 114. num. 1. vers.
Ratio est, Rota Romana coram Caprar. dec. 288. num.*
4 *2.* & in puncto, quod Fratri dividenti secuta evictione
in bonis sibi in permutatione obventis, detur regressus
ad alia bona in divisione assignata alteri Fratri *Bursat.
cons. 173. num. 19. lib. 2.* & alii Doctores ibi laudati.

Neque obstat, quod iste regressus ad bona propria
5 non detur, quoties illa in Tertium ex titulo oneroso
fuerunt alienata, prout in casu nostro, ubi fuerunt
in vim subhastationis deliberata, ac vendita dicto D.
Equiti Sernini pro pretio prædicto Creditoribus dicti q.
Doctoris Marci Antonii solvendo, ut per Textum in
l. cum precibus C. de rer. permutat. tradunt *Cyriac. con-
trov. 189. num. 7. & controv. 200. num. 11. 12. Card.
De Luc. de Empt. disc. 20. numer. 4. cum seq. Caball.
cons. 5. lib. 1. & Geb. consultat. 135. num. 15. & seq.*

Nam omisso quod dicta opinio non est in jure paci-
fica, sed valdè controversa, ut videre est penes innu-
meros allegatos ab *Altimar. de Nullitat. contract. rubr.
1. part. 2. quæst. 16. num. 54. §. Quæ conclusio*, ea tan-
6 tum procedit quando alienatio rei permutatæ facta in
Tertium, sequuta fuerit ex aliquo titulo valido, secus
si ex titulo invalido, & nullo, prout in casu nostro
ubi dicta bona fuerunt subhastata, & deliberata dicto
Dom. Equiti licitatori in vim Sententiæ notoriè inju-
stæ, seu nullæ, ut punctualiter tradunt *Salgad. de Reg.
protect. lib. 4. cap. 14. num. 39. & num. 51. 52. usque
ad 69. De Luc. ad Franch. dec. 120. num. 1. & seqq.
P. Affict. controv. 33. num. 12. Giurb. observat. 55.
num. 15. Marescott. var. lib. 2. cap. 6. num. 5. 6, Rot.
post Constantin. ad Statut. Urb. decis. 183. num. 16. &
seq. & coram Royas dec. 236. num. 10. & seq. & co-
ram Rembold. decis. 388. per tot. & coram Peutinger.
decis. 386. numer. 10. 11. 12. & decis. 210. numer. 6.
& dec. 221. post Posth. de subhast. & Rot. coram Mo-
lines dec. 825. num. 1. & 2. & in Anconitana Spolii
9. Junii 1610. coram Sacrato impressa* penes *Marche-
san. de Commiss. lib. 2. fol. mihi 235. Mangil. de sub-
hast. quæst. 153. num. 25. 26. 27. Rot. part. 2. rec. de-
cis. 476. num. 3. 4.*

Quod enim dicta Sententia graduatoria fuerit nulla 7
ob notoriam injustitiam, & per consequens etiam sub-
hastatio, & deliberatio dictorum bonorum, ambigi non
potest, quia fuit per Judicem denegatus regressus dicto
D. Petro Juniori ad dicta bona quondam Doctoris Mar-
ci Antonii postea subhastata, & deliberata dicto D. Equi-
ti Sernini pro solvendo illius Creditoribus pretio, sibi
competens pro tertia parte reintegrationis evictionis pas-
sæ à D. Petro Seniore ejus Avo in bonis, quæ fuerunt
ei assignata in divisione bonorum Paternorum sequuta
inter dictum Dom. Equitem Petrum Seniorem, & q.
DD. Canonicum Franciscum, & Doctorem Marcum
Antonium Fratres, contra apertissima Jura superius al-
legata in §. *Motus, & seqq.* prout latissimè docent *Alti- 8
mar. de nullit. Judic. rubr. 13. quæst. 29.* ferè *per tot. Bon-
den. collect. 6. à n. 60. usque ad 73. & collect. 26. n. 75.
tom. 1. & collect. 50. n. 269. 270. tom. 2. Rot. Rom. cor.
Falcon. tit. de Decimis dec. 5. n. 2. Cancer. var. lib. 3. cap.
17. à nu. 49. usque ad 58. D. meus Auditor de Comitib.
dec. Florent. 97. n. 33.* & adeo est nulla, ac invalida Sen- 9
tentia contra jus lata, & sic notoria injustitia laborans,
ut nequidem mereatur nomen Sententiæ, ut prosequi-
tur *Bonden. dicta collect. 6. numer. 71. & Dom. meus 10
Auditor de Comitib. dicta decis. 97. num. 34.*, neque
pariter, utpote non esset in rerum natura, illa indiget
revocatione *Rot. dec. 233. numer. 2. part. 19. Rot. Ro-
man. coram Falconer. sub tit. de Decimis dec. 5. num.
4. Rot. Roman. coram Molines dec. 881. num. 5. & co-
ram Cerr. dec. 166. num. 11., & part. 9. recent. tom.
2. dec. 354. num. 13. & Rot. cor. Ansald. decis. 30. n.
3. Scopp. ad Gratian. decis. March. 197. n. 19. & 20.*

Nullatenus attenta replicatione, quod dicta Senten-
tia graduatoria minime possit de hujusmodi injustitia
notari ob regressum ad alia bona Paterna aliis Fratri-
bus in divisione obventa dicto D. Honuphrio uti hære-
di q. D. Petri Sernini à Judice denegatum, quia per
dictum Honuphrium non fuit talis regressus in suo Li-
bello petitus, sed tantum actio evictionis, quæ ei
competebat in vim promissionis de evictione à dictis
Fratribus de Laparellis, sive in Instrumento divisionis
stipulatæ, nec non alia actio hypothecaria, quam cre-
debat sibi competere.

Quandoquidem verum nullatenus est in facto, quòd
dictus D. Honuphrius uti hæres quondam Equitis Petri
Patris sui non deduxerit in Libello aliam actionem sibi
de jure competentem, scilicet rei vindicationis, sive re-
gressus pro tertia parte ad bona obventa in divisione di-
cto quondam Marco Antonio Laparelli; Nam attenta
tota seria facti ab eo Judici in suo Libello narrata, ex
qua cognosci poterant omnes actiones, quæ ei de jure 11
competebant, nec non clausulis in conclusione ejusdem
Libelli positis „ ibi „ *e circa le cose come sopra pre- "
messe, domanda, e fa istanza per V. S. Reveren- "
diss. farsi ogni, e qualunque altra dichiarazione, e "
condennazione necessaria, ed opportuna, ec. non si "
astringendo, ec. deducendo, ec. implorande, ec. e tut- "
te non solo, ec. ma in ogni altro miglior modo, ec. "*
dici debet in tali casu, quod fuerit etiam petita per di-
ctum Libellum dicta actio rei vindicationis, sive regres-
sus ad dicta bona, ut communiter firmant *Alex. con-
sil. 208. n. 3. 4. lib. 7. Rot. Gen. de Mercat. dec. 109.
n. 5. Altograd. Jun. contr. 87. n. 12. Barbos. claus. 77.
n. 3. Pacific. de Salvian. inspect. 1. cap. 3. n. 7. 8. An-
dreol. controv. 304. num. 12.*

Quam-

Quamobrem nil penitus refragatur, quod non fuerit expressim petitus in Libello prædictus regressus, sive actio rei vindicationis, oam Judex, cui totum narratum fuit factum, ex quo cognosci poterat competentia hujusmodi actionis, tenebatur cum hac actione, licet non specialiter proposita ex semetipso Actonis Justitiæ supplere, ut in puncto ponderant *Alex. conf. 208. num. 3. in fin. lib. 7. & Cost. de remed. subsid. in prælud. 8. num. 1. Mans. consult. 370. numer. 27.* latè, & egregiè *Menoch. de Præsumpt. lib. 1. quæst. 52. per tot. Rot. Roman. dec. 807. num. 2. coram Molines.*

Neque injusta, seu nulla ex capite notoriæ inju-
13 stitiæ desioit esse Sententia, ex quo Judex propter imperitiam, vel ignorantiam nescivit supplere in iis, quæ de jure supplere tenebatur, quia sicuti injustitia Sententiæ non pendebat a mala, seu bona intentione, & desiderio, quod habuit Judex in judicando, sed metiuur ex parte rei, nempe ex parte ipsius tantum Sententiæ continentis in sa jus Partis, indebitè, ac injustè læsum, ut tradunt Doctores omnes superius laudati sub §. *Quod enim*, ideo etiamsi Judex crederet in conscientia ritè, & rectè judicare, nihilominus ejus sententia aliquid contra Jus, vel Leges continens dici debet injusta, & sic etiam nulla, ut optimè tradit *Nigr. de Except. cap. 12. §. 13. numer. 32.*

Et adeò verum est, ut eo etiam in casu longe du-
14 bitabili, quo Judex proferendo Sententiam injustam nullam penitus culpam haberet, ex quo non fuerit antea per Partem deductum jus suum, ob quod injustitia postea apparuit, quæ prius Judici apparere non potuit, nihilominus talis sententia continens in se injustitiam non desinit esse nulla, & per consequens nullum mandatum de subhastandis bonis Debitoris, nec non subhastatio, & deliberatio deinceps subsecutæ, licet Judex nulla notari potuerit injustitiæ macula, ex quo non poterat divinare jus, quod Parti assistebat, prout egregium in modum firmarunt *Rot. coram Remboid. dec. 388. num. 1. cum seqq. & divers. part. 4. dec. 115. num. 5.*

Et ita, &c.

A R G U M E N T U M.

Plenè discutitur, an sit validus, vel Usurarius ille contractus, qui Genuæ celebratur, in quo datur, seu mutuatur alicui pecunia, cum obligatione eam restituendi in tot ratis infra aliquot annos una cum lucro decem pro Centenario, & cum pacto, quòd mutuator subire debeat periculum vitæ Mutuatarii, itaut per mortem Mutuatarii extinguatur omne debitum, quod de tempore illius mortis adhuc solvendum superesset.

Explicatur Statutum Genuense *de securitatibus §. Securitates 1.* & §. *Non possunt fieri.*

S U M M A R I U M.

1 *In contractibus magis attendi debet eorum substantia, & mens contrahentium, quàm verba.*

2 *In Vitalitio Censu si adest pactum restituendi pecuniam pro sorte datam, non potest resolvi talis Census, nisi in Mutuum.*

Ideoque talis Census cum hujusmodi pacto juxta quamplures Doctores reputatur Usurarius n. 5.

Sed declaratur eorum Sententia cum distinctione hic adducta n. 6. & seq. & n. 10. & 13.

3 *In Mutuo commisceri potest citra Usuram alter contractus, sive assecurationis, vel assumptionis periculi in aliquem futurum eventum, vel quilibet alius dummodo de jure sit licitus, & justus.*

4 *Ut in Cambio maritimo.*

7 *In Mutuo, licet de sua Natura sterili, ex pluribus causis lucrum ritè, & rectè admitti potest.*

8 *Lucrum cessans, vel damnum emergens a principio in pactum deduci potest, & in certa quantitate taxari.*

Item pretium, seu præmium periculi assumpti ab Assecuratore.

11 *Actus semper referendus est ad titulum licitum.*

12 *In Contractibus aliquando ob imperitiam Notarii, vel Partium aliquid impropriè nominatur.*

14 *Mutuum admixtum cum altero contractu assecurationis in foro interno potest esse licitus, sed in foro externo semper dijudicari debet Usurarius.*

Contrarium firmatur, videlicet, quod etiam in foro externo licitum judicari debet mutuum cum aliis Contractibus mixtum num. 15. & seq.

Et quibus in casibus num. 16. 17. ubi de trino Contractu.

18 *Mutuum cum mixtura alterius contractus sponsionis, vel assecurationis validum est, & licitum, & num. 19. 20.*

Et de ratione ibid.

21 *Contractus, si ambigi potest, quod sit Usurarius, non est pro Usurario dijudicandus, si communiter in aliqua Civitate, vel Provincia practicatur, & num. 22.*

23 *Interesse, vel pretium assecurationis excessivè conventum non reddit Usurarium Contractum, sed debet excessus à Judice moderari, & n. 24.*

25 *In contractu assecurationis vitæ hominis pretium, sive præmium decem pro singulo centenario non est excessivum.*

Et similiter in contractu Scommissæ, sive Sponsionis, vel hujusmodi num. 26. & 27.

28 *Pretium, seu præmium assecurationis, vel periculi suscepti in aliquem futurum eventum semper est justum, si juxta consuetudinem loci taxatum fuit a Partibus.*

29 *Mutuum mixtum cum Contractu sponsionis non intelligitur prohibitum à Statuto Genuensi de* Securitatibus.

Et qua ratione ibid.

Januen. Pecunia data ad vitam Debitoris.

E T

D I S C U R S U S CCI.

SEmpronius recepit à Titio libras 2000. quas restituere promisit eidem Titio una cum annuo Interesse, seu Vitalitio ad rationem 10. pro singulo centenario, & anno, in hunc tamen solutionis modum, videlicet, lib. 334. singulo adveniente semestri in computum, tam interesse Vitalitii, quàm sortis usque ad omnimodam extinctionem totius Debiti, & cum hoc pacto etiam inter eos firmato, quod quandocumque Sempronius decederet, illius obligatio, seu debitum pro omni residuo Capitalis, quod de tempore suæ mortis immaturum adhuc superasset, extinguatur, itaut Titius illud amittere debeat, prout sequitur in puris Censibus Vitalitiis.

Super qua facti specie, post varias tum Theologorum, tum Juristarum sententias inter se contrarias, de mea opinione in sensu veritatis requisitus, ad dicendum nempè an iste Contractus sit de jure invalidus, vel Usurarius, aut verò in jure justus, & subsistens.

Respondendum mihi equidem visum fuit pro validitate, & justitia hujusmodi Contractus ex rationibus infrascriptis.

Verùm, quia sententiarum diversitas, quæ mihi transmissa fuit, provenit ex eo, quòd non fuit primitus per anteriores Doctores Consulentes benè agnita, ac firmata, ut necessarium erat, qualitas, aut natura hujus Contractus, ideò ut ritè, & rectè super ejus validitate, aut invaliditate decidi valeat, ante omnia id a Nobis demonstrandum est, qualem nempè Contractum, vel Contractus revera Partes agere intellexerint, quamvis fortè, vel ipsæ infeliciter se explicaverint, vel Notarius ob ignorantiam, ut evenire sæpe solet, non bene contractum extenderit, cum principaliter ad mentem Contrahentium, & Contractus substantiam, & non ad verba advertendum sit, ut opportunè admonui supra in *disc. 148. n. 18. & 39.* & alibi passim.

Præmisso etenim quod Contractus, de quo agitur, haberi nequeat pro Censu Vitalitio personali, ut male suppusuerunt omnes qui desuper eo consuluerant, sed pro vero mutuo, nam quemadmodum repugnat naturæ talis Contractus Vitalitii quælibet repetitio, seu restitutio Capitalis, seu pecuniæ, quæ solvitur venditori 1

hujusmodi Vitalitii Census ab emptore pro ejusdem pretio, ut firmat tam Theologorum omnium, quàm Jurisconsultorum Schola, ita quoties in aliquo contractu, quantumvis a Partibus nominato pro Censu
2 Vitalitio, aut annua responsione ad alicujus vitam, reperitur pactum, quo imponatur Venditori onus restituendi Emptori pecuniam receptam, talis Contractus non est, nec esse potest, nisi verum mutuum, prout doctè ponderant *Leotard. de Usur. quæst. 49. numer. 7. & num. 40.*, quem sequuntur communiter Doctores, & præ cæteris *Torr. de Pact. lib. 3. cap. 9. num. 17.* & latissimè tradit modernus, & doctissimus *R. P. Ludovicus Noguer. Jesuita in suis. quæstion. Singul. disp. 4. quæst. 1. numer. 1. 2. & seq. usque ad 20.* & melius *quæst. 3. num. 12. usque ad fin.*

3 Et quamvis ob alterum pactum in dicto contractu appositum, quòd nempè decedente Sempronio intra tempus præfixum ad restituendum in tot paghis de Trimestri in Trimestre distributis dictum Capitale lib. 2000. cum interesse Vitalitio ad decem pro singulo centenario, & anno, statim remaneat extincta quæcumque obligatio dicti Sempronii, & sic amittat Titius omne residuum, quod superesset de tempore mortis dicti Sempronii, quod aliàs solvendum erat de successivo trimestri in trimestre, si ipse supervixisset, inficiari non possit, quod præter mutuum voluerint Partes alterum contractum agere, in quo Titius Mutuator assumpsit in se periculum mortis Sempronii, amittendi scilicet, vel totum Capitale, vel illius residuum, quod adhuc solvendum de tempore mortis Sempronii superesset, nihilo tamen minus id non est efficiens ad reddendum injustum, vel Usurarium hujusmodi Contractum, quia de jure in Contractu mutui citra ullam labem usurariam concurrere, vel accumulari possunt alii Contractus, seu pacta, dummodo justa, & licita sint, ut abundè docteque de more probat *Card. de Luc. de Usur. disc. 4. per tot.* & Nos post eum *disc. 148. num. 13.* & pro-
4 ut similiter sequitur in Cambio Maritimo, ubi præter mutuum, intervenit Contractus assumptionis cujuscumque periculi, quod super pecuniis alteri mutuatis ad negotiandum contingere potest ad latè tradita per Nos supra in *disc. 14. per totum*, & melius *disc. 18. num. 5. & disc. 62. numer. 22. cum seq. Gratian. cap. 589. numer. 3. 4. 5. & seq.* & latissimè *Rocc. Episcop. disp. Jur. cap. 98. num. 11. 12. 13. & seqq.*

His itaque firmatis, nunc videndum superest, an saltem iste Contractus Mutui admixtus alteri pacto, quo se Mutuans subjecit periculo amittendi Sortem in casum mortis Mutuatarii, sit injustus, illicitus, sive usurarius ob responsionem librarum decem pro singulo centenario, quas pro interesse Vitalitio Mutuatarius Mutuanti solvere promisit.

5 Me enim non latet, quod quamplurimi Doctores tenuerunt, quòd si in aliquo contractu constaret, fuisse pro aliqua pecuniarum summa promissam aliquam annuam responsionem, vel censum, cum obligatione insuper debitori injuncta restituendi eandem pecuniam illi, a quo eam habuit, talis Contractus esset illicitus, & usurarius, quamvis non sit Census Vitalitius, sed verum mutuum, quia cum mutuum sit de sui natura sterile, nullatenus potest, ultra sortem mutuatam, aliquid a creditore exigi, ut punctum tradunt *Leotard. de Usur. quæst. 49. num. 7. & num. 40. Cenc. de Censib. quæst. 10. num. 7. & 26. Salgad. Labyrint. Credit. part. 1. cap. 20. numer. 12. & seq. Torr. de Pact. Futur. success. lib. 3. cap. 9. num. 18.*

6 Quorum sanè Doctrinæ me nullatenus objicio, quoniam rectè procedunt in iis terminis, in quibus ipsi loquuntur, vel intelligi debent, nempè in caso puri, & simplicis mutui, ex quo nulla alia competere possit Mutuanti, nisi actio contra debitorem ad sibi tantum restituere faciendum pecuniam mutuatam,
7 at cum Mutuator, vel ex ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, vel alicujus periculi in se assumpti a debitore, vel alterius justi tituli, jus petendi habet, tunc nemo est, qui inficietur, quin Mutuator petere possit quicquid ultra summam mutuatam, sibi ex prædictis causis, seu qualibet earum debetur, ut latissimè docet doctissimus *P. Onnat. de Contract. tom. 3. tract. 30. de Usur. disput. 207. à sect. 1. usque ad sect. 13.* cum aliis abunde ab eo allegatis, ac aliis infinitò DD.

qui allegari possunt, quod adeo verum est; ut liceat illud in proportionata, ac verosimili summa in pactum a Partibus deducere, prout quoad interesse lu- 8
cri cessantis, vel damni emergentis latè firmant *Ansald. de Commerc. disc. 67. n. 3. usque ad 17.* cum plurimis ab eo citatis, & Nos *disc. 41. num. 12. 13. 14.* & ibi in *Addit. n. 24. 25. & dec. DD. Tassorelli, & de Riccis*, quæ est supra *disc. 169. n. 24. & 25. tom. 3.*
& quoad periculum amittendi sortem in se assumptum 9
a Mutuante Nos supra *disc. 14. num. 12. §. Hinc profectò dicebam usque ad num. 14. & num. 27.* & melius *disc. 18. num. 5. & disc. 62. num. 22. cum seq.*

Cum itaque talis conventio, & taxatio interesse, vel pretii assumpti periculi sit justa, & licita, dici amplius non potest, quod contractus, de quo agitur, quamvis sit mutuum mixtum cum altero assecurationis, sive assumptionis periculi, & non census Vitalitius, sit usuraria labe infectus, ex eo quod Mutuans pepegerit sibi solvi a debitore interesse ad rationem decem pro singulo centenario, & anno super dicto capitali lib. 2000. partim ob causam lucri cessantis, & partim propter pretium dicti periculi a se assumpti.

Minimeque officere valet, quòd in ipso contractu 10
non fuerit expresse dictum a Partibus ea decem super Sortem fuisse promissa per Mutuatarium, tam ex causa lucri cessantis, quàm pro pretio dicti periculi mortis per Mutuantem in se assumpti, quinimò appareat ea promissa fuisse sub nomine Vitalitii; Quandoquidem id in primis non verificatur in facto, nam prædicta decem non fuerunt a Contrahentibus simpliciter nominata pro vitalitio, sed modo alternativè pro interesse, aut vitalitio „ ibi „ *gl' Interessi, o Vitalizj* " & modo *Interessi Vitalizj*, ex quo datur intelligi Contrahentes, non habuisse dicta decem pro vero annuo censu vitalitio, quia non ita modo alternativè, modo mixtim Vitalitium cum interesse illa nominassent, quinimò ex tali vocabulorum mixtura, cum qua ea decem nominantur, satis comprehenditur voluisse Partes, quòd dicta decem inservire deberent; tum pro interesse lucri cessantis, tum pro annua responsione, seu mercede pro periculo vitæ Mutuatarii, quod Mutuans singulis annis subire debebat, cui quidem annuæ mercedi pro periculo vitæ promissæ, nomen quoque Vitalitii rectè tribui, ac adaptari posse nemo non videt.

Secundo autem loco respondetur, quod cum appareat in casu nostro, voluntatem Partium, fuisse non contrahendi verum Censum Vitalitium, quia ei repugnat restitutio sortis, sed potius mutuum cum pacto, quòd Mutuator prædictum periculum subeat, nempè amittendi sortem in casum mortis Mutuatarii, pro quo contractu, ut vidimus, licitum est pacisci inter Partes, tam interesse lucri cessantis, quàm mercedem annuam pro dicta periculi assumptione, necessario dicendum, vel præsumendum est, quod prædicta de- 11
cem pro singulo centenario, & anno ultra sortem, nonnisi ex dictis justis titulis promissa fuerint, extraditis per Nos *disc. 45. num. 32. & disc. 49. n. 30. & disc. 129. n. 9.* & notat ferè in terminis *Card. de Luca de Dote disc. 158. n. 31. & de Legat. disc. 4. n. 9.* Quamvis Par- 12
tes, aut Notarius, vel oscitanter, vel ob imperitiam eadem decem nominaverint vitalitia contra mutui naturam, ut egregiè advertit dicta Decisio DD. Tassorelli, & Ricci, quæ est supra *disc. 169. n. 67.* & melius *num. 26. 27. 31. 32. & 40.* & post *Balducc. ad Ramon. dec. 49. in 2. n. 16.* & in nostris similibus terminis, nempè in casu, quo unus mutuaverat alteri quandam pecuniarum summam,
cum onere huic per pactum injunctum solvendi annuum 13
censum super summa mutuata ad rationem sex pro singulo centenario, & anno, quod non debeat talis contractus, sive annuus Census promissus haberi pro Censu Vitalitio, licet ita fuerit a Partibus nominatus, sed pro interesse lucri cessantis, quia mens Contrahentium fuit faciendi contractum mutui, & non census firmavit *P. Noguer. Jesuita in suis Moralib. quæst. Singul. disp. 4. quæst. 3. de mutuo num. 1. cum seq.* & melius *num. 5.* ubi se reminit pro comprobatione ejus assumpti ad ea, quæ superius plenissimè scripsit in *ead. disput. 4. quæst. 1.*

Quibus tamen videtur obstare Textus in *Cap. Naviganti. de Usur.* ubi Gregorius IX. Summus Pontifex damnat tan-

tanquam Usurarium illum Contractum, in quo quis
mutuat, & simul eodem tempore periculum pecuniæ
in se suscipit, & ratione suscepti periculi aliquid ul-
tra sortem a Mutuatario sibi dari paciscitur.

Ad evacuandam hanc difficultatem, quæ unica esse
potest in hac materia, reflectendum est, quòd Sum-
mus ille Pontifex non damnat illum contractum, ex
quo revera non possit mutuator ultra sortem aliquid,
tum ratione lucri cessantis, tum suscepti periculi a
mutuatario recipere;

14 Sed quia, cum agatur de mutuo commixto, cum
altero pacto, seu contractu assecurationis, & sic de
materia de fænore suspecta, Pontifex præsumendo
pravam fuisse in Mutuante fœnerandi voluntatem sub
colore alterius contractus, talem contractum in Fo-
ro externo, tanquam usurarium damnat, quare Do-
ctores communiter advertunt, quòd dari potest hu-
jusmodi contractum, seu contractus in foro interno
justos, licitos, & validos esse, quia forte mutuans
non presserit Mutuatarium ad ineundum secum alte-
rum Contractum assecurationis, sed ipsemet Mutua-
tarius, vel sponte ab initio requisiverit, vel require-
re fecerit per organum, ut mos est, alicujus Media-
ante notitiam revocationis Mandati valeat, nec non ex
eodem Textu firmant *Paris. de resignat. libr. 9. capit.
25. numer. 17. 28. 29. 30. Cald. Pereir. de Emption.
cap. 15. num. 37. Tondut. quæst. Benefic. cap. 26. num.
21. cum seq. Albit. de Inconstant. quæst. 12. numer. 97.
De Luc de Benefic. disc. 38. num. 6. Rot. Romana dec.
130. num. 4. 5. 6. par. 6. rec. Altimar. d. quæst. 31. n.*
1141. ita prima Præsentatio facta de Persona dicti Re-
verendi Dom. de Mazzuolis à Procuratore penitus sui
mandati revocationem ignorante valida fuit, & pro-
pterea illi, qui fuit primò præsentatus, & non Dom.
4 de Mari institutio in dicto Beneficio indubiè debetur,
ut sumpto præsertim argumento ob identitatem ratio-
nis à prædicto Textu in dicta *Clementin. Unic. de re-
nunciat.* punctualiter in terminis præsentationis factæ à
Procuratore ante notitiam revocationis mandati tradunt
Covar. pract. quæst. cap. 9. sub numer. 8. ibique egregiè
*Phar. num. 54. Caldas Pereir. de empt. cap. 55. num.
39. circa fin. De Luc. de Jurepatronat. disc. 62. numer.
23. Rot. Roman. part. 6. rec. dec. 130. num. 7. Add.
ad Burratt. dec. 723. num. 21. Albit. de Inconstant. q.
12. n. 116. Rebuff. de Benefic. Inform. Vicar. n. 213. &
Rota Nostra in Florentina Beneficii 29. Augusti 1730.
§. Sed etiam coram D. Philippo Rota.*

Quamobrem in nihilo penitus obstat *Castrens. cons.
57. libr.* 1. juxta veterem impressionem, & *cons.* 361.
5 juxta aliam. & *cons.* 362. juxta alteram impressionem
lib. 1. quem sequuntur *Lambertin. de Jurepatron lib.
2. part. 1. quæst. 4. artic. 9. & Ludovis. dec. 452. nu-
mer. 6. De Luc. ad Golin. de Procurat. part. 3. cap. 5.
num. 17. Vivian. de Jurepatron. libr. 5. cap. 6. n.* 29.
Nam opinio Castrensis non est in jure fundata, qui-
nimo, utpote contraria nostræ Juris regulæ supra fir-
matæ, communiter a Doctoribus superius allegatis re-
probata fuit, affirmantibus, quod ea non potest pro-
cedere, nisi in casu, quo mandans, vel ejus secundus
Procurator prævenisset Procuratorem revocatum in
6 præsentando, ut advertunt *Add. ad Burratt. dec. 723.
num. 21. & Albit. de Inconstant. quæst. 12. num.* 116.
& alii supra laudati.

Utque etiam videamus, quod revera opinio Ca-
strensis erronea sit, expendendum est, an jura per eum
adducta ad probandam suam opinionem aliquam ha-
beant in jure subsistentiam, vel bene casui nostro ad-
aptentur.

7 Ipse enim nulli alio juris fundamento innititur, ni-
si Textibus in *l. si Pater ff. de Manumiss. vindict. &
in l. 2. §. Si quis donaturus ff. de Donat.* ex quibus
quemadmodum infert, quod gesta à Procuratore revo-
cato irrita sint, quamvis sui mandati revocationem
ignoraverit, his quatuor concurrentibus, nempè quod
Procurator sit constitutus ad actus extrajudiciales, &
actus qui geritur per Procuratorem, sit talis, qui ex-
plicari nequeat sine expressa Domini voluntate; Ter-
tio quod revocatio non redundet in damnum pecu-
niarium Tertii, nec ipsius Procuratoris; Quartò, quod
actus non sit de necessitate a Domino faciendus, ita
cum putaverit Castrensis eadem quatuor requisita in
Procuratore ad præsentandum concurrere, conclusit,
quod præsentatio ab eo facta, licet revocationem sui
mandati ignoraverit, nullatenus valeat.

8 Verum decipitur Castrensis primò existimando,
quod memoratus Textus in *leg. si Pater* loquatur in
Filio Procuratore constituto ad servum manumitten-
dum, quod est falsum; quia in eo Textu agitur de
simplici Nuncio misso ad hoc præcisè, ut servum vi-
ce Domini manumitteret; Magnum enim intercedit
discrimen inter actum, qui per Procuratorem geritur,
& actum, qui per Nuncium, vel Epistolam explica-
tur; in primo casu actus est validus, si Procurator
revocationem nesciat, ut probant expressi Textus su-
pra laudati, secus verò in secundo, quia si post mit-
tentis pœnitentiam, quamvis Nuntio, vel epistolam 9
recipienti non intimatam actus gestus fuerit, nullam
habet validitatem, ut ita communiter distinguendo
Textum prædictum cum aliis conciliant, & explicant
Gomez. var. tom. 2. capit. 4. numer. 3. ibique *Aylon.
Addition. numer. 4. Sanchez. de Matrim. libr. 6. dis-
putat. 11. numer. 7. Gutierez. eod. tractat. cap. 43.
numer. 6. 7. Vela ad cap. final. part. 4. de Procurat.
in 6. numer. 3. 4. 5. Thesaur. lit. P. conclus. 862. num.
31. 32. Gonzalez. ad regul. Cancell. 8. Gloss. 26. n. 16.
17. & Gloss. 63. num. 41. & seq. Capon. disp. 159. ca-
pit. 3. num.* 10.

Nec non in iisdem quoque terminis loquitur alter
Textus in *leg. 2. §. Si quis donaturus ff. de Donat.* ut 10
ibi explicat *Gloss. verb. perferret*, ac alii communiter
scribentes, & optimè *Gomez. d. cap. 4. num. 3. vers.
Textus notabilis.*

In altero similiter fallit Castrensis, quod nempe
credidit præsentationem esse ex illis actibus, qui sine
expressa Domini voluntate nequeunt expediri, nam a-
ctus, qui absque voluntate Domini non possunt expe-
diri, sunt illi, in quibus transfertur aliquod jus in re,
nempè possessio, aut dominium alicujus rei, ut inferius
opportuniori loco latius demonstrabitur; & in his ter-
minis loquitur Textus in *l. 2. §. Si quis donaturus ff. 11
de Donat.* à Castrensi allegatus, ubi revera agitur de
transferendo actualiter dominio pecuniarum donationis
titulo, & similiter alter Textus ab eodem Castrensi
adductus in *d. l. si Pater ff. de manumiss. vindicta* lo-
quitur de manumissione, ex qua servi dominium a-
mittitur, unde hujusmodi actus non geritur ex Filii,
sed ex Patris voluntate, ut eleganter declarat *Vela in 12
dicto capit. fin. de Proc. in 6. num. 17. & 18.* hinc
est, quod quando non agitur de transferendo aliquo
jure in re, nempè dominio, & possessione alicujus
rei, prout in præsentatione, per quam non transfer-
tur, nisi jus ad rem, nempè jus, seu actio ad peten-
dam institutionem, & cum ipsa institutione jus in re,
nempe dominium, & possessionem Beneficii, tunc a-
ctus gestus per Procuratorem, quamvis revocatum abs-
que illius scientia, de jure validus est, ac si à Procu-
ratore nondum revocato gestus fuisset, prout infra ple-
nius probabitur.

Tertium quoque requisitum, quod quando non re-
dundat revocatio in præjudicium Tertii, vel Procura-
toris revocati, actus per Procuratorem revocatum ge-
stus non valeat, nullam pariter in jure subsistentiam
habet, tum quia ex textibus à Castrensi laudatis, &
in quibus ille se fundat, hoc minimè probatur, cum ibi
longe diversa sit decidendi ratio, tum quia male credi-
dit Castrensis, quod ille, cum quo talis Procurator,
ex titulo lucrativo contraxit, vel actum lucrativum ges-
sit, damnum aliquod per revocationem non sentiat,
sed lucrum tantum amittat, & sic quod revocatio non
redundet in præjudicium Tertii, quod est falsum, quia,
qui lucrum, vel jus lucrativum jam acquisitum, & ra-
dicatum ex aliquo contractu, vel quasi contractu a-
mittit, revera damnum in suo Patrimonio patitur;
ut per *leg. 2. §. Merito ff. ne quid in loc. pub. leg. 13
non amplius §. Final.* ubi *Gloss.* & omnes scribentes
ff. de legat. 1. Gloss. singulariter in *leg. 1. §. Si quis
propter verb. per in Integr. restitutionem ff. de itiner.
actuque privat.* firmant *Surd. cons. 321. numer. 22.
& cons. 440. num. 32. Cyriac. controvers. 199. num. 9.
& controv. 452. num. 58. & 59. Caphal. cons. 319. n.
30. volum.* 3. & ideò valet donatio facta per Procu-
ratorem revocatum ante scientiam revocationis manda-
ti, quamvis donatio sit actus, vel contractus lucrati-
vus ex parte Donatarii, quod non ex alia ratione pro-
venit, nisi quia revocatio mandati esset in damnum
donatarii, ex quo amittit lucrum, vel jus lucrativum
ex contractu donationis jam acquisitum, & radicatum.

Go-

14 *Gomez. var. libr. 2. capite 4. num. 3.* & ibi *Aylon.*
Additionat. num. 4. Pater Molin. de Just. & Jur. disp.
2/23. num. 5. quod enim dicitur de donatione, æque
bene militat in præsentatione, quia præsentatio non est
15 nisi donatio quædam de arbitrio suo per Patronum
Præsentato elargito, ut doctè tradit *Lambertin. de Ju-*
repatr. libr. 2. part. 1. quæst. 1. artic. 3. per tot. fol.
mihi 414. & Franc. Marc. dec. 479. num. 2. quæ om-
nia mirificè comprobantur ex Auctoritate *Rotæ Roma-*
næ in Compostellana Parochialis 14. Aprilis 1603. co-
ram Lancellotto, & in Tullen. Capellaniæ 2. Junii 1627.
coram Pirovano, quas refert, & sequitur *Ferentill. in*
add. ad dec. 723. num. 21. ac *Albit. de Inconstant. in*
judic. quæst. 12. num. 116. quibus in locis reprobando
vel declarando Castrensis opinionem dicunt, quod ejus
opinio procedere tantum potest, quando secundus Pro-
curator, vel Dominus prævenerit in præsentando Pro-
curatorem revocatum, quia in hoc casu vera est ratio
Castrensis, quod per revocationem nemini fit præju-
16 dicium, neque Procuratori revocato, ut patet, neque
postea Præsentato ab illo, cum per mandatum ad præ-
sentandum non effectuatum, & re integra revocatum
per præventivam præsentationem factam à Domino no-
væ Personæ, antequam primus Procurator revocatus
alteram præsentasset, secus in altero casu, quo Pro-
curator revocatus prævenerit Dominum in præsentan-
do, quia cum tali Personæ præsentatæ fuit jus præ-
sentationis jam acquisitum, & in ea radicatum, re-
vocatio si valeret, damnum utique illi redundaret,
quod tolerari in jure non permittitur.

Deficit quoque quartum requisitum, scilicet quando
Dominus nullam habet necessitatem faciendi actum, quia
licet Patronus non habeat physicam necessitatem præ-
sentandi; habet tamen moralem, seu causativam ne-
cessitatem deveniendi ad actum præsentationis infra
tempus à Lege præscriptum, alias pro ea vice priva-
tur jure, & fructu Patronatus, qui devolvitur ad Or-
dinarium, ut de simili necessitate causativa optimè lo-
17 quuntur *Capon. controv. 8. artic. 3. num. 7. Altograd.*
Jun. controv. 67. num. 3. 4. 5. 13. Rodulphin. allegat.
67. numer. 3. & seq. Bulduc. ad Ramon. observat. 85.
num. 66. & seq. Torr. de Majorat. part. 2. quæst. 15.
num. 14. 15. 16. & num. 20. Rot. post De Luc. de Fi-
deicommiss. disc. 47. num. 9. 10. 11. Cum igitur fun-
ditus corruant fundamenta Castrensis, jure ac merito
fuit per prædictos Doctissimos Jurisconsultos superius
laudatos in §. *In Contrarium in fin.* communiter re-
probatus, & simul cum eo Lambertinus, qui non est,
18 nisi simplex Castrensis opinionis relator, ejusque ra-
tionum, quas in jure omninò insubsistentes esse pro-
bavimus.

Agnoscentes DD. Informantes pro Reverendo Do-
mino de Mari hanc Castrensis Sententiam sustineri non
posse, ad varias limitationes confugerunt, cum qui-
bus saltem regulam supra positam effugere de facili
credebant.

Et primo dicebatur, quod licet regulariter gesta per
Procuratorem revocatum, & revocationis inscium va-
lida sint, tamen in materia Jurispatronatus sufficit,
quod notitia revocationis deveniat ante institutionem
ad notitiam Ordinarii ex authoritate *Castrens. d. cons.*
19 *362. in fin. vers. Præterea revocatio, Lambertin. de*
Jurepatronat. libr. 2. part. 1. quæst. 4. versic. 14. num.
5. fol. 494. quem sequuntur *Ferentil. Addition. ad*
Buratt. dec. 723. num. 21. in fin. & Albit. de Incon-
stant. d. quæst. 12. num. 117.

Verum hoc Adversariorum assumptum ex Authori-
tatibus prædictis minimè comprobatur, quia Castren-
sis loco citato nil aliud firmat, nisi quod sufficit re-
20 vocationem Procuratoris devenire ad notitiam Ordi-
narii antequam admittat Ordinarius præsentationem fa-
ctam à Procuratore revocato juxta Textum *Clement.*
unic. de renunciat. ubi habetur, quod renunciatio Be-
neficii, vel Dignitatis facta à Procuratore revocato non
valet, quando de tempore actus renunciationis revo-
catio Procuratoris jam devenerit ad ejus notitiam, vel
ad notitiam Superioris à quo recipitur, & admittitur
renunciatio, & sic nemo non videt; quod nihil com-
mune habet prædicta Authoritas cum casu nostro, cum
de tempore præsentationis, & illius admissionis Ordi-
narius ignorabat revocationem Procuratoris.

Pariter Lambertinus nihil ad propositum facit, quia
tenendo opinionem, quod post revocationem Procu- 21
ratoris præsentatio sit nulla, licet non fuerit intimata
Procuratori, hoc unum in hac materia subdit, quod
nempè si institutio sequuta fuerit in Persona præsenta-
ti a Procuratore revocato, nihilominus valebit insti-
tutio, quamvis talis præsentatio fuerit nulla, utpotè
facta à Procuratore revocato, & ideo advertit esse
necessarium ad hunc effectum, ut impediatur institu-
tio, vel, si sequeretur, ut illa non valeat, quod no-
titia revocationis Procuratoris devenerit ante institu-
tionem ad notitiam Ordinarii, sed si Lambertinus cre-
didisset hujusmodi præsentationem esse de jure validam,
non utique affirmasset esse in tali casu necessarium,
quod notitia revocationis devenisset ad Ordinarium an-
te illius institutionem, sed totum contrarium, nam
quoties de jure valida est Præsentatio facta à Procu-
ratore inscio revocationis sui Mandati, ac si esset fa-
cta à Procuratore nondum revocato, nihil omnino re-
fert, quod postea deveniat ad Ordinarium notitia re-
vocationis, quia Ordinarius tenebitur non obstante ta-
li notitia Præsentatum, utpote de jure ritè, & rectè
præsentatum, instituere.

Quo verò ad Authoritatem Ferentilli, & Albitii qui
eadem illius verba refert, nullum super eis potest fieri
fundamentum, tum quia intelligendi sunt ad mentem
Castrensis, vel Lambertini, quos unicè allegant; Ete- 22
nim postquam ipsi Ferentill. & Albit. firmaverint con-
tra Castrensem, & Lambertinum, præsentationem fa-
ctam à Procuratore revocato, inscio tamen suæ revo-
cationis, esse de jure validam, id tamen his duobus
casibus ita postea limitant, primo nempè si Patronus,
aut illius secundus Procurator prævenerit in præsen-
tando Procuratorem revocatum, secundo quando revo-
catio primi Procuratoris pervenerit saltem ad notiti-
am Ordinarii Collatoris, quod est necessarium, alias
enim si ad Præsentationem primi Procuratoris seque-
retur, institutio esset valida, in hac enim secunda li-
mitatione quemadmodum non indicant Ferentillus, &
Albitius illius simplex Relator, tempus, in quo per-
venire debeat notitia revocationis ad Ordinarium, vel 23
de tempore admissionis præsentationis, sed ante Insti-
tutionem, intelligendi sunt in hoc sensu, quo loqui-
tur Castrensis, & Lambertinus, nempè quod, licet de
tempore præsentationis, & admissionis non pervenerit
revocationis notitia ad Procuratorem revocatum, satis
sit, quod illa saltem de tempore dictæ admissionis,
pervenerit ad notitiam Ordinarii, ut præsentatio sit nul-
la, vel non sequatur institutio, & hic juvat adverte-
re, quod hæc limitatio in hoc sensu accepta, est con-
sentanea dictæ *Clementinæ unic. de renunciat.* citatæ ad
hoc propositum à Castrensi, qui juxta illius dispositio-
nem satis est, quod de tempore, quo sequitur renun-
ciatio, & respectivè illius acceptatio, saltem Superior
non ignoret revocationem Procuratoris; sed si post ad-
missionem, seu acceptationem renunciationis talis noti-
tia devenerit ad Superiorem, ante tamen Collationem
Beneficii renunciati alteri factam, non dicit eadem Cle-
mentina, quod non valeat renunciatio, itaut non pos-
sit à Superiore in alterum conferri Beneficium, sed
contrarium tali casu determinat; Quod enim dicitur
in casu renunciationis, dici debet in casu præsentatio- 24
nis, quia utraque à Doctoribus, ut supra vidimus,
parificantur, & sic, si de tempore, quo Ordinarius
admittit præsentationem factam à Procuratore revoca-
to habet scientiam revocationis, hujusmodi scientia sa-
tis est, ut dicatur præsentatio invalida, prout invalida,
& nulla habetur renunciatio, si vero post admissionem
talis præsentationis devenerit notitia hæc ad Ordina-
rium, ante tamen institutionem Præsentati, erit vali-
da Præsentatio, sicuti est valida renunciatio, quamvis
postea, ante collationem Beneficii renunciati Superior 25
habuerit notitiam revocationis.

Eodem similiter modo respondebatur aliis Authorita- 26
tibus in contrarium allegatis, nempè *Paris. de resi-*
gnat. tom. 2. libr. 9. quæst. 26. n. 2. & seq. Lotter. de
re Benefic. lib. 3. quæst. 27. per tot. Tondut. q. Benefic.
26. num. 1. & seq. Card. De Luc. de Benefic. disc. 38.
per tot. & hujusmodi, qui agentes resignationis Bene-
ficiorum materiam ad terminos dictæ *Clement. unic.*
de renunciat. tenuerunt, quod ad effectum ne valeat
resignatio, sufficiat ad notitiam Superioris, vel Pa-
pæ, aut illius Officialium pervenisse revocationem
Pro-

Procuratoris constituti ad resignandum Beneficium, li-
cet non fuerit talis revocatio Procuratori intimata, quia
ut mox diximus in responsione data ipsi Clementinæ
Unica, quod eorum dictum, alioquin in suis terminis
verissimum, adaptari quidem posset casui nostro, si de
tempore, quo Procurator coram Ordinario præsentavit
Rev. D. de Mazzuolis tunc præsentem, eamque acce-
ptantem, Ordinarius d. revocationem non ignorasset;
Nemo è contra ex dictis Authoribus ausus fuit assere-
27 re, quod si post sequutam resignationem in manibus Su-
perioris, vel Papæ notitia revocationis ad Superiorem,
vel Papam pervenerit, resignatio non valeat, quinimo
contrarium in hoc casu determinant, ex eo quod noti-
tia ad Superiorem, tunc re non amplius integra perve-
nit, ex quo validissimo ratiocinio in angustiis se posi-
tos sentientes Informantes pro Rev. D. de Mari repli-
cabant, quod in materia Jurispatronatus res semper di-
28 citur integra, quousque præsentatus institutionem suam
ab Ordinario consecutus fuerit, quod erat manifestum
æquivocum per ea, quæ inferius plenè quoad hanc ob-
jectionem dicemus sub §. *Altera quæ cum seq.* & melius
in §. *Neque valet*.

Neque prædictis aliud obstare videtur, quod nempè
29 in concursu provisi ab Ordinario putativo, & alterius
provisi ab Ordinario vero, debeat præferri provisus a
vero, cum veritas, non obstante *l. Barbarius* prævale-
re debeat opinioni, vel errori *Lap. alleg.* 89. *num.* 15.
& ibi *Adden. & Rot. cor. Buratt. dec.* 479. *n.* 18. quæ
conclusio etiam videtur procedere in hac materia præ-
sentationis, nam si præsentatio facta fuerit à Bonæ fi-
dei Possessore tamquam Domino putativo Patronatus,
& postea compareat ante institutionem verus Dominus,
qui alterum præsentet, instituendus est ille, qui fuit à
vero Domino præsentatus, ut per textum expressum in
30 *Cap. Consultationibus* 19. *de Jurepatr.* firmant Docto-
res omnes, & plenè *Rot. Rom. cor. Ansaldo* impressa
penes *Fagn. de Jurepatr. lib.* 2. *Canon.* 22. *cas.* 4. *nu-
mer.* 13. *cum seq.*

Quandoquidem hic non agitur de duobus præsentatis
à diversis Personis, nempè à Patrono vero, & D. Pu-
tativo, sed agitur de duobus Præsentatis ab uno, eo-
demque vero Patrono medio primi, & secundi illius
Procuratoris, sola vertente quæstione, an Præsentatus
à Primo Procuratore veri Patroni, licet postea absque
ejus scientia revocato, fuerit bene præsentatus, itaut
excludi debeat alter postmodum præsentatus ab altero
Procuratore ejusdem veri Domini, quæ quæstio statim
resolvitur ad favorem primi præsentati ex regula Juris
supra allegata, quod gesta à Procuratore revocato ante
31 scientiam suæ revocationis, omninò valida sunt, quia
Lex provide disposuit, quod ante intimationem, vel
scientiam revocationis mandati habitam à Procuratore
revocato nullum habeat effectum, & habeatur Procu-
rator, ac si non esset revocatus, ut egregiè notant Do-
ctores omnes ad confirmationem prædictæ regulæ alle-
gari, & ideo actus præsentationis ab eo gestus nomine
32 veri Domini dicitur factus ab ipso vero Domino, ut
punctim notant *Vivian. de Jurepatr. lib.* 10. *cap.* 3. *nu-
mer.* 2. 3. *Piton. eod. tract. libr.* 2. *alleg.* 99. *num.* 8. &
non à Domino putativo; Minusque per eandem ratio-
nem allegabile est exemplum præsentati à Possessore Ju-
repatronatus concurrentis cum Præsentato à vero Do-
mino Patronatus, cum pariter casus iste ita penitus ex-
traneus est à nostro, ut meruerint Romani Advocati,
33 qui tale exemplum allegabant pro Decisione contra præ-
sentatum à Procuratore revocato, in hoc ingenii imbe-
cillitate notari à Doctissimo Viro *Card. De Luc. disc.*
82. *num.* 11. *de Jurepatr.*

Altera, quæ afferebatur limitatio, quod nempè se-
cunda præsentatio de Persona Rev. D. de Mari re inte-
gra facta fuerit, tum quia prima præsentatio Rev. D.
de Mazzuolis, cum admissa fuerit ab Ordinario cum
Clausula *si; & in quantum de jure, &c.* non fuit per-
34 fecta, & pura, sed conditionalis *Ludovis. decis.* 417.
num. 12. *Barbos. Claus.* 149. *n.* 6. *Rot. decis.* 217. *nu.* 4.
post Postb. de Manuten. Vivian. de Jurepatr. part. 2.
lib. 9. *cap.* 1. *n.* 3. tum etiam, quia adhuc de eo tempo-
re nondum sequuta fuit institutio d. D. de Mazzuolis,
nullius ponderis visa fuit.

Quandoquidem nulla ex rationibus supra in contra-
rium adductis apta est de jure ad inducendam casui no-
stro hanc limitationem.

Etenim quoad primam deductam ex admissione pri-
mæ Præsentationis conditionaliter ab Ordinario facta
plures occurrunt responsiones.

Et primo respondetur, quod prædicta Clausula, quæ
fuit per Ordinarium pro cautela apposita suæ admis-
sioni, ad præservandum nempè jus suum, quod forte
ex admissione simplici, ac absoluta deterius fieri pos-
set, solum apta est ad qualificandam ipsam admissio-
nem, secus præsentationem purè, & simpliciter factam
à Patrono, ac acceptatam à Præsentato; Actus enim
Præsentationis acceptatæ à præsentato stat de per se,
& de per se validus est absque admissione Ordinarii,
nam ad ejus validitatem non requiritur admissio Or- 35
dinarii, sufficit enim quod ipse fiat cor. Ordinario,
vel ejus Curia, vel Notario, vel etiam ad ejus noti-
tiam tantum *Garz. de Benefi. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 12.
Rot. part. 15. *recent. decis.* 176. *numer.* 14. 15. 16. &
part. 18. *tom.* 2. *decis.* 665. *num.* 8. & *decis.* 739. *nu-
mer.* 2. & *cor. Emerix Jun. decis.* 30. *num.* 5. *Fagn.
de Jurepatr. tom.* 2. *canon.* 3. *cas.* 4. *n.* 17. immò præ-
sentatio facta coram Ordinario, vel ad illius notitiam,
& acceptata à Præsentato, dicitur actus purus, perfe-
ctus, ac plenè consummatus, ex quo jus ad rem perfe-
ctè, & irrevocabiliter Præsentato acquiritur, ut mox
infra latè probabitur.

At supposito (& erit secunda responsio) quod dicta
Clausula influeret in Præsentationem, tamen cum ea
conditio, quæ ex dicta clausula oritur, non est nisi
conditio intrinseca, & de præsenti, cum se referat Or-
dinarius ad ipsum actum præsentationis, prout de jure
ipso tempore admissionis est, eum admittendo, si ipse
est de jure validus, & admissibilis, eumque non ad-
mittendo, si non est admissibilis, & ideo cum talis con-
ditio nedum de præsenti, verum etiam intrinseca non
suspendat, neque imperfectum actum reddat, actus re-
manet purus, ac perfectus, ac si dicta conditio non 36
fuisset apposita, ut egregiè firmant *Rocc. respons.* 134.
num. 11. & *Mans. consult.* 381. *numer.* 1. & *seq.* & in
terminis dict. Clausulæ *si, & in quantum Roman. cons.*
501. *num.* 4. *vers. nunc vero quoad casum*, & *numer.* 5.
& ibi *Adden. Mandos. litt. F.* ubi loquitur in colla-
tione Beneficiorum allegando *Dec. in l. Actus legitimi
num.* 12. *ff. de regul. Jur.* & in puncto ejusdem Clau-
sulæ appositæ in admissione præsentationis ab Ordina-
rio sequendo dictum *cons.* 501. *Roman.* firmarunt *Rot.
coram Seraphin. decis.* 699. *repetita in part.* 1. *divers.
decis.* 687. *Vincen. Grilenzon. cons.* 125. *num.* 6. 7. 8. &
seqq. & generaliter, quod conditio intrinseca, nempe 37
ea, quæ est juri, & Legibus consentanea, vel secun-
dum jus apponi debet, nihil operatur, ac si non esset
apposita *Rot. part.* 3. *rec. decis.* 483. *num.* 3. *in fin.* &
part. 8. *decis.* 42. *n.* 11. & 12.

Tertio denique respondetur, quod si etiam falsò sup-
poneremus, quod admissio præsentationis esset condi-
tionalis non conditione intrinseca, neque de præsenti,
sed conditione extrinseca, & merè dependenter à futu-
ro eventu, nec non talis admissio influeret in actum
præsentationis, itaut pariter illa hujusmodi conditione
afficeretur, attamen inter Contrahentes, nempè inter
præsentantem, & præsentatum quoad irrevocabilitatem
præsentationis diceretur perfectus, & completus, ac si 38
esset purus *Rot. Roman. decis.* 67. *num.* 13. *post Pa-
cific. de Salvian. Rot. coram Buratt. decis.* 581. *nu-
mer.* 12. & *coram Merlin. decis.* 568. *numer.* 8. &
egregiè præ cæteris *Urceol. consultat.* 5. *numer.* 56. ne-
que interim pendente conditionis purificatione potest
uni ex Contrahentibus præjudicium inferri, nam jus,
quod post hujusmodi contractum alteri fuisset acquisi-
tum usque ad verificationem conditionis est immutabi-
le, quia conditio, dummodo non sit potestativa, sed
casualis, aut mixta, postea verificata retrotrahitur ad
diem contractus in præjudicium etiam cujuscumque 39
Tertii, cui fuisset interim aliquod jus quæsitum *Rot.
Roman. part.* 4. *decis.* 539. *numer.* 6. *Sabell. resol.* 23.
numer. 1. *Salgad. Labyrint. Credit. part.* 2. *capit.* 21.
numer. 4. *cum pluribus sequentib. Antunez. de Donat.
Reg. libr.* 1. *prælud.* 2. §. 2. *numer.* 8. Cum igitur pri-
ma præsentatio acceptata à Præsentato sit certa, & ir-
revocabilis, licet sit conditionalis, nec non conditio le-
gitimæ admissionis per declarationem Ordinarii verifi-
cata retrotrahatur ad tempus illius præsentationis, cer-
to omninò sequitur, quod quæcumque alia subsequens 40

praesentatio dici non potest re integra facta, quia ipsa succedit post primam praesentationem jam perfectâ, & irrevocabiliter acquisitam primo Praesentato.

Neque valet secunda ratio, quod nempè re integra facta fuerit secunda praesentatio Rev. D. de Mari, ex
41 quo de tempore illius praesentationis nondum fuerat R.
Dom. de Mazzuolis primo praesentatus ab Ordinario institutus, nam ea manifesto aequivoco nitebatur, quia sumebantur actus praesentationis, & actus institutionis pro unico tantum actu individuo, ideò ad tollendum aequivocum sufficit distinguere actum praesentationis ab actu Institutionis, quo posito verum erit, quod habito respectu ad actum Institutionis secunda praesentatio facta fuerit re integra, nempè nondum secuta Institutione, secus verò quoad primam praesentationem Rev. D. Mazzuoli.

Quod secunda praesentatio habito respectu ad primam praesentationem dicatur in casu nostro non re integra facta, non est dubitandum, quia cum prima praesentatio Rev. Dom. de Mazzuolis facta fuerit cor. Ordinario praesente, ac acceptante eodem Rever. de Mazzuolis, & sic cum illa fuerit perfectè completa, & consummata, ut firmant egregiè *Lambertin. de Jurepatron. libr. 2. part. 2. quaest. 7. art. 1. in princip. fol.* 829. *& artic. 2. num. 5. vers. sed ubi perficitur actus fol.* 833. *Ricc. in prax. Curiae Archiepisc. Neapol. decis.* 60. *numer.* 1. 2. *part.* 4. *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 36. *vers. Quod est maximè, Piton. de Jurepatr. allegat.* 61. *numer.* 13. *Garz. de Benefic. part.* 4 *capit.* 1. *numer.* 21., ideò alteram postea subsequutam dici non potest re integra, sed re non integra supervenisse, nam tunc dicitur aliquid fieri re integra habito respectu ad alterum actum, quando iste actus nondum est in aliqua substantiali parte inceptus, secus verò cum aliquid fit post alium actum, qui est in aliqua parte substantiali inceptus, eoque magis si ille fuit perfectus, & consummatus, quia tunc re non integra factum dici-
42 tur, ut communiter docent *Cost. de re integr. in praelud.* 3. *numer.* 1. *& seq. Alex. cons.* 210. *numer.* 12. *libr.* 7. *Cyriac. controvers.* 214. *numer.* 40. *Golin. de Procurat. part.* 5. *cap.* 4. *numer.* 1. *& seq. Mantic. de Tacit. lib.* 7. *tit.* 21. *nu.* 7. *& Albit. de Inconstant. quaest.* 12. *num.* 77.

Quae omnia licet per rationem à suis juris principiis ut supra deductam superabundent, mirificè quoque comprobantur ex punctuali Authoritate *Lambertin. de Jurepatron. lib.* 2. *part.* 2. *quaest.* 7. *artic.* 2. *vers. Et si diceres fol.* 833. ubi ad objectum quod praesentatio non possit dici actus perfectus, quia res non desinit esse integra, & ideò perfecta dici non possit, nisi sequuta institutione praesentati, ita doctissimè more suo respondit; Aut respicitur ad provisionem totalem Ecclesiae, vel Capellae, & tunc quoad hunc respectum actus non dicitur perfectus nisi post Institutionem Clerici, vel Sacerdotis praesentati; si verò respectus habetur ad individuos actus, per quos deveniri debet ad provisionem totalem Ecclesiae, seu Capellae, & quemlibet de per se, nempè praesentationem de per se, & institutionem de per se, quilibet horum duorum actuum habet suam per-
43 fectionem, & sic praesentatio concurrentibus requisitis necessariis ad eam perficiendam actus dicitur perfectus etiam non sequuta institutione.

Eoque magis id procedit in duobus actibus, qui ineuntur inter diversas personas, ut in casu nostro, quia actus praesentationis sequitur inter Patronum praesentantem, & Clericum praesentatum, pro cujus perfectione requiritur id solum, quod ad complendam praesentationem de jure tantum est necessarium, quo completo nihil aliud inter Praesentantem, & Praesentatum su-
44 perest faciendum, ubi enim alicui actui nihil superest à Partibus faciendum, actus dicitur perfectus ex regula, quam docet *Tabor. axiomat. Jur. in verb. Perfectum*. Actus verò Institutionis sequitur inter alias Personas, nempè inter Ordinarium, & Praesentatum, & iste perficitur per ea, quae sunt necessaria ad perficiendam Institutionem Praesentati.

Et propiereà attenta hac sola perfectione actus praesentationis, licet sequuta non fuerit Institutio, illi per necessè sequi debent effectus, qui ab actu perfecto praesentationis de jure sequi debent, & sic praesentatione sequuta non datur amplius in Patronis Ecclesiasticis ulla variatio, & in Patronis Laicis variatio non privativè
ad personam primi Praesentati ex eo, quod tunc res 45
non dicitur amplius integra, ut docet *Lambertin.* loco citato, & *Rot. Rom. cor. Molines decis.* 85. *num.* 9. in. *lib.* 1. *& cor. Falconer. tit. de Jurepatron. decis.* 47. *numer.* 13. *& Piton. de Jurepatr. alleg.* 100. *num.* 387. & pariter post solam praesentationem acquiritur Praesenta-
to jus ad rem *Lambertin. de Jurepatr. libr.* 2. *part.* 2. 46
quaest. 8. *num.* 15. *Garz. de Benefic. part.* 4. *cap.* 3. *n.* 8. 9. in. *Vivian. de Jurepatr. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 37. *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quaest.* 20. *num.* 33. 35. *Corradin. in Prax. Benefic. lib.* 4. *cap.* 6. *nu.* 3. *in fin. Rot. decis.* 74. *numer.* 2. 3. *& decis.* 339. *num.* 24. *part.* 16. & apud *Piton. de Jurepatr. alleg.* 40. *sub n.* 48. idque adeò verum, ut si aliqua obtenta fuerit à Papa gratia deroga-
toria super Jurepatronatus cum clausula *dummodo non* 47
sit alteri jus quaesitum, gratiae locus non erit, si sequuta fuerit alicujus praesentatio, quamvis sequuta non fuerit
illius institutio, quia ex sola praesentatione jus dicitur 48
acquisitum Praesentato *Seraphin. decis.* 1238. *Grilenzon. cons.* 125. *n.* 6. *usque ad* 12. *Add. ad Burat. dec.* 651. *num.* 10. *Garz. de Benefic. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 21. *Rot. Rom. cor. Falconer. de Jurepatr. decis.* 28. *numer.* 3. 4. plenè *Rosa de execut. litter. Apostolic. part.* 1. *capit.* 5. *num.* 112. 113. *&* 114.

Minusque subsistere visa fuit Authoritas *Rota coram* 49
Penna decis. 1021. *numer.* 3. ubi primo firmat ex *decis.* 110. *incip. & quod coram Put. lib.* 2. *prima impressionis Romana de anno* 1612. quae juxta alteram posteriorem impressionem Romae de Anno 1620. *est decis.* 109. *numer.* 4. *vers. Et quod* ubi primo, inquam, firmat non esse necessariam intimationem revocationis Procuratori fieri, secundo, quod quatenus ea esset necessaria, satis esset, quod illa fiat ante sequutam institutionem per textum in *l. licet C. de Procurat. & Bartol. in l.* 1. *num.* 10. *Cod. de Satisdan.* quia ex supradictis authoritatibus per Pennam adductis neutrum suae Decisionis comprobatur assumptum.

Nam quoad primam partem illius Decisionis, adver-
tendum est, quod si Penna ex d. *decis.* 110. *cor. Puteo* 50
firmare intellexit, ut ex adverso praetendebatur, quod non requiratur in Procuratore scientia suae revocationis, ne valeat amplius actum gerere, & hoc non dixit, neque dicere somniavit Puteus, quia ipse reverà non negat, quin sit necessaria in Procuratore scientia suae revocationis ne valeat actum demandatum gerere, sed solum dixit non esse necessarium, quod talis revocatio intimetur Procuratori, cum sufficiat, quod per aliud quodcumque medium notitia suae revocationis perveniat.

Quo verò ad alteram partem ejusdem Pennae Deci-
sionis; Textus in *l. licet Cod. de Procurat.* ab eo al- 51
legatus non loquitur de vero Procuratore, qui fuit absque illius scientia postea revocatus, sed de falso Procuratore ad lites, & ideò non erat dictus Textus utpotè adeo extraneus à casu suo per dictam Decisionem allegabilis; Maximum autem inter falsum Procuratorem, & Procuratorem verum, absque sua scientia revocatum, intercedit discrimen, nam verus Procurator, licet postea revocatus non potest dici de jure
falsus, nisi postquam ipse sciverit revocationem sui 52
mandati, ut advertit in puncto *Farinac. de Furtis quaest.* 170. *num.* 2. juncto *num.* 3. *Jas. in dicta l. licet num.* 4. *Cod. de Procur. Mut. decis. Sicil.* 4. *num.* 14. *Golin. de Procurat. part.* 2. *cap.* 4. *numer.* 50. & probant aperti Textus, ac Doctores in principio, per Nos ad firmandam nostram regulam laudati. Nec non ex eo probatur, quia Judicium initum cum falso Procuratore est omninò nullum, ut decernunt Im-
peratores in *d. l. licet*, & firmat ibi *Gloss.* caeteri- 53
que scribentes; è contra cum vero Procuratore absque illius scientia revocato est validum, nisi revocatio intimetur Judici, & Parti, itaut nequidem in Judiciis sola scientia extrajudicialis sufficiat; ut volue-
runt *Cost. de retrotract. cas.* 28. *cap.* 8. *n.* 8. *Franch.* 54
decis. 490. *num.* 2. *Golin. de Procurat. part.* 3. *cap.* 5. *numer.* 95. *& seq. & numer.* 98. *Albit. de Inconstant. quaest.* 12. *nu.* 87. *&* 91. vel nisi saltem juxta alteram opinionem intimetur Judici, aut Parti *Altimar. de Nullit. in Judic. rub.* 11. *n.* 79. 80. *& seq. & de Luc. ad Franch. d. decis.* 490. *num.* 1. *& seqq.*

Eoque minus allegari merebatur per Pennam *Bartol. in d. l.* 1. *num.* 10. *C. de satisdand.* quia ibi Bar-

rolus

55 tolus nihil aliud firmat, nisi quod actus à Procuratore Actoris ad lites, qui fuit revocatus, nullatenus valet, quando notitia suæ revocationis jam ad reum Adversarium, & Judicem pervenerat, quod, vel nihil commune habet cum eo, ad cujus comprobationem doctrina *Bartoli*, per dictam Decisionem Pennæ allegatur, vel potius Bartolus à contrario sensu retorqueri potest, nam quemadmodum in casu nostro de tempora Præsentationis factæ de Persona R. de Mazzuolis coram Ordinario notitia revocationis nondum pervenerat ad Procuratorem, neque ad Ordinarium, ita illius Præsentatio valida dijudicari debet.

Neque similiter obstat altera *dec.* 452. *num.* 6. *coram*
56 *Ludovis.* quia sicuti ipse non innititur nisi Authoritatibus *Castrens. dicto cons.* 362. *& dicta dec.* 1021. *coram Penna*, quas, vel tanquam juris principiis contrarias, vel super falsis doctrinis collocatas penitus insubsistentes satis superque demonstravimus, ita de illa uti eodem morbo laborante nulla est habenda ratio.

Præterquamquod advertendum etiam est, quod in casibus dictarum Decisionum coram Penna, & Lodovisio alia aderant fundamenta, & quidem principalia, ac solidissima, quæ revera per Sacram Rotam Romanam respective in utroque casu rectissime decisum fuit, quibus itaque potissimis fundamentis ibi concorrentibus quemadmodum non oportebat illam assumi quæstionem, an nempè Procurator absque sua scientia revocatus potuerit validè præsentare, ideo credendum est, quid, & quantum desuper hac supervacanea quæstione à dictis Decisionibus dictum fuit, fuisse de cerebro tantùm (ut sæpè contingit, & sæpissimè hunc improbum extensorum morem increpitando advertit *Card. de Luc.*) extensoris superadditum ad ornatum, ut dicitur Decisionum, sed potius in dedecus Sacræ Rotæ Romanæ Urbe, & Orbe Celeberrimi Tribunalis, quamobrem illa, sive antiqua, sive media, sive moderna semper, & enixè protestata fuit pro reparatione sui nominis, & aliorum Tribunalium, & Judicum cautela, quod suis Decisionibus neutiquam deferatur, nisi in iis, super quibus principaliter actum; & decisum fuit, & potissima fundamenta consistunt, ut scitissimè juxta mo
57 rem docet *Cardin. De Luc. de relation. Curiæ Roman. disc.* 32. *num.* 77. *cum plurib. seqq.*

Nullius quoque relevantiæ compertum fuit alterum objectum, nempe quod cum esset in facultate D. Lazzari Patroni variare præsentando cumulativè aliam Personam, dici nullatenus valet, quod prima præsentatio Rev. Dom. de Mazzuolis fuerit actus completus, ac perfectus, ex quo potuerit ei aliquod jus acquiri, nam sicuti in casu, quo duo essent simul præsentati à
58 Patrono, nemini eorum jus ad rem acquiritur, quia incertum est quis eorum ab Ordinario instituendus erit, ut firmant *Rocc. collect.* 1661. *Garz. de Benefic. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 13. 14. *Piton. de Jur. Ecclesiastic. discept.* 140. *numer.* 40. *& seqq. Vivian. de Jurepatron. lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 5. ità in præsenti, quia ob possibilem variationem Patroni incerta erat usque ad institutionem institutio dicti Rev. Dom. de Mazzuolis primo præsentati.

Quandoquidem falsissimum in jure est, quod possibilis actus, vel contractus variatio, vel revocatio reddat illum imperfectum, nam communis Doctorum opinio contrarium determinat, nempè quod actus, vel contractus, licet, vel ex Lege, vel ex pacto possibiliter variationi, vel revocationi subjaceat, nihilo
59 minus est perfectus, purus, consummatus, & absolutus, ac pro tali in jure reputatur, ac si non esset revocabilis, aut variabilis, ut probant infiniti laudati per *Tiraquell. de retract. convent.* §. 2. *Gloss.* 1. *num.* 1. *& nu.* 74. *cum seqq.* & ferè per tot. *Glossam*, *Gratian. cap.* 526. *num.* 53. *&* 54. *Decian. cons.* 8. *num.* 80. *lib.* 1. *Paris. cons.* 92 *num.* 22. *lib.* 3. egregiè *Menoch. cons.* 624. *n.* 13. *vers. Respondetur secundo*, quem cum aliis sequitur *Card. De Luc. de Servit. disc.* 88. *num.* 4. *& de Usur. disc.* 8. *num.* 3. *Rot. Roman. coram Cels. dec.* 172. *num* 9. *&* 10. plenè, & eleganter *Falconer. de Donat. dec.* 6. *n.* 8. *usque in fin.*, *& Episcop. Rocc. disput.* 123. *num.* 12. *& seq. & disp.* 134. *nu.* 1. *Rot. coram Buratt. dec.* 677. *num.* 1. Quinimò ipsamet possibilis variatio in Patrono præsefert, ac supponit perfectionem primæ præsentationis, quæ variari potest, alias implicaret in terminis imperfectio actus, & illius variatio, quia si primus actus, idest si prima præsentatio esset nulla, vel imperfecta, per aliam præsentationem postea à Patrono factam dici non posset, quod ille variasset, sed quod noluisset primam perficere pro altera facienda, ut punctim, docteque de more sic advertit
Lambertin. de Jurepatron. lib. 2. *part.* 2. *quæst.* 7. *art.* 60
2. *sub n.* 5. *vers. sed solum considerari habeat*, *& vers. seqq. fol. mihi* 833. & in terminis similibus revocabilitatis *Rocc. Episcop. disp.* 123. *num.* 12. 13. 15. 16. *& disp.* 134. *num.* 11. *Cyriac. controv.* 239. *num.* 2.

Posita igitur tali perfectione primæ nostræ Præsentationis Rev. Domini de Mazzuolis, licet esset variabilis cumulativè tantum cum altera possibili præsentatione, pernecesse sequitur, quod ex ea fuit eidem Rev. Dom de Mazzuolis acquisitum jus saltem ad rem, prout in fortioribus, nempè quod per actum, vel contractum licet sit revocabilis, seu variabilis, perfectè acquiratur possessio, & Dominium, quod est jus in re utique po-
tentius, quam jus ad rem, uno ore affirmant Docto- 61
res omnes mox supra laudati in §. *Quandoquidem*, & præ cæteris *Rot. Roman. coram Falconer. tit. de Donat. dec.* 6. *n.* 8. *usque in fin.*, & alii qui allegari possent si tædio non haberem litaniam Authoritatum intexere.

Nil refragantibus Authoritatibus in contrarium adductis, loquentibus de duobus simul à Patrono præsentatis, qui casus est longè diversus à nostro, ubi à principio fuit tantum præsentatus dictus Rev. Dom. de Mazzuolis, & successivè dictus Dom. de Mari, cujus præsentatio fuit nulla, cum facta fuerit non cumulativè, sed privative.

Nam primo casu usque ab initio per præsentationem de duobus simul factam statim certa redditur incertitudo eorum respectivè institutionis, & sic mirum non est, quod ob talem incertitudinem non acquiratur pluribus simul præsentatis jus aliquod ad rem; In secundo vero casu unius tantum ab initio præsentati incerta est hæc incertitudo suæ institutionis, quia non potest reddi certa, nisi superveniat variatio, quamobrem cum sit incerta hæc possibilis variatio (qua data, tunc solum causaretur, tam in primo, quam in secundo cumulative Præsentato incertitudo eorum institutionis) ideo noluit Lex quod per istam possibilem motum variationem impediantur in actibus, & contractibus subjectis variationi, aut revocabilitati omnes iidem effectus, quos producunt actus, vel contractus puri, perfecti, & absoluti, ut pariter reflectunt eædem authoritates, per Nos supra citatæ in dicto §. *Quandoquidem*.

Quare concluditur, quod si Patronus in casu nostro actualiter variasset accumulando aliam Personam, tunc per supervenientiam hujusmodi accumulativæ præsentationis jus ad rem, quod ab initio erat perfectè acquisitum, variatum fuisset, ut sequitur in omnibus actibus, & contractibus purificata conditione resolutiva Legis, vel hominis, verum quia Patronus jure variandi non fuit usus, nunquam primo nostro Præsentato jus ad rem ab eo jam ab initio acquisitum alteratum fuit, ut distinguendo unum casum ab altero advertunt
Corradin. in prax. lib. 4. *cap.* 6. *num.* 3. *&* 58. *Rot.* 62
apud Garz. de Benefic. part. 4. *cap.* 3. *num.* 14. *& seq.* & bene *Piton. discept. Ecclesiastic.* 140. *nu.* 10. 27. *& n.* 29. *tom.* 4. *Ros. de execut. lit. apost part.* 1. *cap.* 5. *n.* 112. *Sperell. dec.* 180. *n.* 29. 30. *lib.* 2.

Insistebant ulterius pro Rev. Domino Mari Informantes, quod ad similitudinem resignationis Beneficii factæ à Procuratore revocato, in cujus casu, licet de tempore supplicationis per Procuratorem revocatum porrectæ pro admittenda resignatione, & admissæ à Papa scientia illius revocationis non fuisset adhuc ad eum, neque ad Papam, vel ejus Officiales perventa, tamen non diceretur perfecta resignatio Beneficii, quinimò sufficiat, quod talis notitia ad Officiales Papæ perveniat antequam gratia resignationis sit signata, & à Dataria expedita, insistebant inquam, quod ad similitudinem hujus exempli idem dicendum sit in casu præsentationis, quod nempè quamvis admissa illa sit ab Ordinario, tamen numquam dici debeat perfecta quousque Præsentatus per successivam Institutionem Beneficium ab Ordinario obtinuerit.

Respondebatur, quod nullo modo dicta paritas inter dictos duos casus, utpote inter se adeo longè diversos procedere valet, nam in casu resignationis ille primus consensus datus à resignante, vel ab ejus Procuratore de

tempore supplicationis Papæ exhibitæ, est consensus imperfectus, & informis, & sine operatione, ac effectu, quia juxta Constitutiones Pontificias, & regulas Cancellariæ alter necessario exigitur formalis, & juratus consensus resignantis, vel ejus Procuratoris in actu, vel limine signandi, & expediendi gratiam resignationis, sine quo novo formali consensu perfici non potest resignatio, quare mirum non videtur, quod prima admissio resignationis facta per Papam de tempore supplicationis perfecta non sit, cum deficiat tunc temporis ex parte ipsius resignantis ejus verus, & formalis consensus, qui necessario juxta Constitutiones, & regulas Cancellariæ Papalis exigitur ad perficiendum actum resignationis, & sic admissio Papæ, utpote cadens tunc temporis super actu informi, & carente consensu vero ex
63 parte altera resignantis, inefficax remanere debet, ut punctim advertunt *Tondut. resol. Benefic. lib. 1. cap. 26, n. 16. cum seq.* & præsertim *n. 19. & 20. Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæst. 16. n. 57. 58. 59. & seq. & nu. 27.* cum aliis pluribus *seqq. Gratian. cap. 195. n. 7. & seq.* & ibi *De Luc. Add.* & egregiè alter *Cardin. De Luc. de Benefic. disc. 38. n. 4. 5. & seqq.* quorum Doctorum pars maxima advertit, quod aliter dicendum foret de
64 jure communi, si regula, vel stylus Datariæ Romanæ non esset in contrarium, ut videre est penes *Lotter. d. quæst. 16. num. 33. & 34. Tondut. d. quæst. 26. num. 22. Gratian. discept. Forens. d. cap. 191. num. 15. & seqq.* & alios supra citatos.

In casu verò præsentationis, cum unicus, & simoltaneus tantum consensus requiratur tam ex parte Præsentantis, quam ex parte Præsentati acceptantis, igitur statim ac illorum consensus simul uniantur cor. Ordinario, unus in præsentando, & alter in acceptando præsentationem, perficitur quoad istas personas actus præ-
65 sentationis, qui non est nisi contractus donationis, ut supra vidimus, prout in omni contractu id de jure sequitur.

Nil refragante, quod præsentatus non remaneat per solam præsentationem de Beneficio provisus, sed requiratur pro illo plenè consequendo subsequens Ordinarii institutio, & sic usquequo non fuerit institutus præsen-
66 tatus res non videatur perfecta, sed integra *Fagn. de Jurepatr. par. 2. can. 9. cas. 1. num. 3. & part. 4. can. 2. cas. 7. n. 3. Piton. eod. tract. alleg. 1. n. 13. Lagunez de Fructib. part. 1. cap. 31 §. 8. nu. 23.* quia pro fatali responsione sufficit advertere, quod totum negotium provisionis Clerici de aliquo Beneficio de Jurepatronatus Laicorum in universum sumptum non perficitur per unum tantum actum, & inter easdem personas, prout resignatio Beneficii, quæ perficitur ex renunciatione à Papa, vel Ordinario acceptata, sed ex duobus actibus distinctis, & inter diversas Personas gerendis, uno nempè præsentationis, & altero institutionis, qui duo actus, licet ad perficiendum totum negotium, seu totalem provisionem Clerici de Beneficio de jure Laicalis Patronatus necessarii sint, tamen sunt inter se distincti, & unusquisque de per se, concurrentibus suis respectivè requisitis, recipit suam perfectionem, quo posito absque dubio recurrit semper eadem distinctio supra per Nos tradita, ac punctualibus authoritatibus comproba-
67 ta, quod nempè si respectus habetur ad solum actum præsentationis, res dicitur perfecta, & completa, & non integra, itaut quoad personas præsentantis, & præsentati, inter quas ille perficitur producere debeat omnes juris effectus, quos de jure parit quilibet actus, seu contractus perfectè gestus, ut probant Doctores longa serie allegati supra in §. *Quod secunda, & seqq.* & §. *Et propterea*, si vero habetur respectus ad provisionem Clerici præsentati, & tunc res dicitur integra usquequo Ordinarii non sequatur institutio, per quam confertur Præsentato Beneficium, & sic jus in re, nempè Dominium, & Possessio Beneficii, & in hoc sensu loquuntur omnes Doctores in contrarium laudati.

Ad evitandam denique validitatem Præsentationis dicti Rev. de Mazzuolis prætendebant DD. Informantes pro Rev. de Mari causam hanc versari in casu Matrimonii Spiritualis, in quo, sicuti in carnali non procedit regula, ut supra firmata, quod actus gestus per Procuratorem absque sua scientia revocatum validus sit *Albit. de Inconstan. in Judic. qu. 12. n. 10.* Verum cum falsum sit, quod per præsentationem Matrimonium
68 spirituale contrahatur, prout docet *Lambertin. de Jurepatron. lib. 2. part. 1. quæst. 2. artic. 9. numer. 5. fol. 430. & lib. 2. part. 2. quæst. 5. art. 9. per tot. fol. 798.* Ideo non potest adaptari casui nostro limitatio prædicta per Informantes adducta. Et ita, &c.

ARGUMENTUM.

Fidejussor de Judicio Sisti & Judicatum solvendo datus à Reo, an si in prima Instantia Reus fuerit absolutus, teneatur pro illa summa, in qua idem Reus condemnatus fuerit in secunda Instantia? Res valde controversa est in casu quo prima sententia fuerit appellabilis, & de facto fuerit ab illa appellatum. Sed in casu Decisionis, in quo prima Sententia transierat in Judicatum, absolutè deciditur pro omnimoda liberatione fidejussoris, licet contra d. priorem Sententiam impetrata fuerit Revisio, & in gradu Revisionis Reus fuerit condemnatus.

Filius Familias an, & quando validè obligetur ex fidejussione, non obstante Statuto Florentiæ declarante irritas obligationes Filiorum Familias?

SUMMARIUM.

1 *Fidejussor de Judicio Sisti, & Judicatum solvendo debet solvere illam quantitatem, in qua fuit condemnatus ille pro quo fidejussit.*

2 *Idque procedit, etiam si ab illa Sententia Actor appellaverit contra* Caballum resol. crimin. capit. 109. n. 20. & seq. & n. 3.

4 *A Sententiis latis in Curia Mercantiæ Civitatis Florentiæ appellatur ad alterum ex Judicibus Quarteriorum ejusdem Civitatis.*

5 *Causa, quæ semel ingressa fuit Aulam Principis, non potest amplius cognosci à Judicibus inferioribus.*

6 *Quod quis semel approbavit, reprobare amplius non potest.*

7 *Fidejussor qui pro securitate Judicii accessit in prima Instantia in qua fuit absolutus is, pro quo fidejusserat, non amplius tenetur si Causa reassumatur in gradu Revisionis.*

8 *Revisionis petitio non suspendit exequutionem Sententiæ, cujus petitur Revisio.*

9 *Fidejussio pro assecuratione Judicii, qua mediante debitor effugit carcerationem, durat quamdiu durasset debitoris carceratio.*

10 *Sed si res eo deveniat, ut debitor carceratus debuisset excarcerari, illico extinguitur fidejussoris obligatio.*

11 *Revisionis concessio, vel denegatio à sola Principis gratia dependet*

12 *Princeps non solet gratias concedere, quæ sint tertio præjudiciales.*

13 *Princeps concedendo Revisionem, non est credibile, quod voluerit præjudicare fidejussori non audito, qui jam omnimodam liberationem fuerat consequutus.*

14 *Instantia perempta, statim liberatur fidejussor, qui accesserat pro securitate Judicii.*

15 *Et si Princeps Instantiam restauret, opus est novo fidejussore, nec cogi potest ad iterum fidejubendum ille, qui prius fidejusserat.*

16 *Fidejussor datus in prima Instantia, tenetur etiam in gradu Appellationis: Limitatur autem in casu de quo infra n. 36.*

17 *Contra, quod immò non teneatur.*

18 *A diversis non fit illatio*

19 *Appellatio suspendit exequutionem Sententiæ, & ipsam Sententiam de medio tollit, perinde ac si lata non fuisset.*

20 *Appellatio interponi debet intra decem dies.*

21 *Et prosequi debet intra biennium.*

22 *Revisio potest peti intra biennium de Jure Communi.*

23 *Instantia Revisionis, postquam fuit petita, est perpetua, nulloque tempore circumscribitur.*

24 *Argumentum a minori ad majus via affirmativa non est a Jure permissum.*

25 *Rejicitur* Ansald., *qui ex quo credit fidejussorem primæ Instantiæ teneri, etiam in gradu Appellationis,*

tionis, infert illum teneri etiam in gradu Revisionis.

26 *Argumentum ab Appellatione ad Revisionem in subjecta materia procedit solum via negativa, idest, non tenetur in gradu Appellationis, ergo nec etiam in gradu Revisionis.*

27 *Argumentum à fortiori est in Jure validissimum.*

28 *Doctor loquens contra communem aliorum sensum, attendi non debet.*

29 *Maxime si scribat, non in sensu veritatis, sed ad Causa opportunitatem.*

30 *Decisiones Rota Romana, & aliorum Tribunalium, nullam faciunt Authoritatem circa ea, qua dicunt solum incidenter, & citra Causa necessitatem.*

31 *Dictio* „ in continenti „ *vel nullum, vel brevissimum patitur intervallum.*

32 *Ab uno aequiparatorum optimè, & validè infertur ad aliud.*

33 *Causa finalis detegitur ex proœmio dispositionis.*

34 *Sententia absolutoria Rei, vulnerat viam exequutivam, & post illam procedi debet via ordinaria.*

35 *Fidejussoris obligatio cessat cessante causa, ob quam fidejusserat.*

36 *Fidejussor datus in prima Instantia, non tenetur in gradu Appellationis si in fidejussione adsint verba importantia restrictionem ad Judicem prima Instantia.*

37 *Idque procedit tam si quis promittat se soluturum id quod judicabit talis Judex nomine illius expresso, quam si quis promittat se soluturum id quod judicabit Judex hujus, vel illius Curia sine expressione Nominis Judicis.*

38 *Fidejussor potest petere liberationem, postquam diu stetit in obligatione.*

39 *Contractus gestus à Filio familias sine Patris consensu, est nullus juxta dispositionem Statuti Florentini.*

40 *Filius familias publicè se gerens tamquam Pater Familias, non subjacet dispositioni dicti Statuti, & ejus obligatio subsistit etiam sine Patris consensu.*

41 *Filius Familias vivens seorsim à Patre, & domum proprio ejus nomine conducens, habetur pro Patre Familias.*

42 *Item habetur pro Patre Familias, si contrahendo non Patris, sed proprium ejus nomen publice expendat.*

43 *Item, si exerceat aliquod officium Publicum, cujus virtute debeat authorizare contractus Minorum, & Mulierum.*

44 *Filius Familias, qui post mortem Patris tacuit per quinquennium censetur ratificasse obligationes a se vivente Patre susceptas, nec ideo potest amplius illarum nullitatem opponere.*

45 *Intellige tamen dummodo habuerit scientiam nullitatis sua obligationis.*

46 *Scientia nullitatis inducta à jure communi presumitur in Viro Doctore, & Cancellario.*

47 *Et fortius in viro sic qualificato presumitur scientia nullitatis inducta à Statuto.*

Florentina Cautionis de Judicio Sisti, & Judicatum solvendo.

DISCURSUS CCIV.

UT sese eximeret Antonius Monti ab imminenti executione, quam contra ejus Personam parabat D. Carolus Ventura Badii, sub die 13. Maji 1702. exhibuit apud Acta Curiæ Mercantiæ fidejossionem Domini J. U. D. Raphaelis Luzzi, qui in hæc verba suam obligationem extendit „ *L'Eccellentissimo Sign. Dottor Raffaello Luzzi, ec. volendo nientedimeno obbligarsi, che il Sig. Antonio Monti di Città di Castello possa evitare ogni, e qualunque esecuzione, che pretendesse poterli far contro tanto come forestiero, che per qualsivoglia altra cagione, e dependenza, niuna eccettuata, il Sig. Carlo Ventura Badii per qualunque somma, e quantità di denaro, o pretensione, e acciò il detto Sig. Monti goda de' Benefizj concessi da questi Statuti, il medesimo Sig. Luzzi promesse, e promette, che il detto Sign. Antonio Monti starà fermo a ragione nella presente Corte, pagherà il giudicato qualunque somma si sia, o sarà, ec. altrimenti il detto Sig. Luzzi del proprio promesse, e promette osservare, e così si obbligò, e si obbliga, ec.* „

Instructo postea inter Partes Judicio, prodiit in prima instantia sententia, qua declaravit Antonium debitorem in solis scutis 85. eumdemque absolvit ab omnibus aliis summis contra eum petitis. Reclamavit ab hac sententia Carolus Ventura Creditor, & contra illam impetravit à S. C. R. Beneficium revisionis, cujus ope reassumpto cor. novis Judicibus Causæ examine, condemnatus fuit Antonius in conspicua, & considerabili summa scutorum 1037.

Instante demum d. Carolo Ventura, pro hujus secundæ sententiæ executione contra Raphaelem fidejussorem; Ego, qui à Magistratu Conservatorum Legum in executionem Regii rescripti requisitus fui de meo voto, retuli, fidejussorem prædictum teneri ad solutionem scutorum 85. de quibus in prima illa sententia, ipsumque absolvendum esse à majori illa summa, ad quam in supradicto judicio Revisionis Antonius debitor principalis fuerat condemnatus.

Motivum ita referendi, quoad primam partem, stetit in eo, quod pro illa summa, ad quam Antonius 1
Monti condemnatus fuerat in prima instantia, censui venisse casum obligationis assumptæ per Raphaelem fidejussorem, illumque ideò ad dictæ summæ solutionem omnino teneri *l. stipulatione ff. de verb. oblig. l. fænerator vers. si nauis ff. de nautic. Fænor. Rot. dec. 479. num. 2. post Cenc. de Censib. decis. 592. num. 1. cor. Caprar. decis. 1039. num. 1. cor. Emerix Jun. dec. 3. nu. 1. cor. Falconer. de Fidejuss.*

Et licet ab aliquibus tantum roboris tribuatur appellationi, & recursui à prima sententia, ut fidejussor liberatus remaneat, nedum à solutione ejus, quod judicatur à secundo judice, sed etiam à solutione quantitatis declaratæ per primum Judicem, ut videre est apud *Cabal. resol. Crimin. cap. 109. n. 20. & seq.* verior ta- 2
men atque æquior mihi visa fuit opinio aliorum, qui licet fidejussorem absolvant à debito declarato in secundo, vel ulteriori Judicio, illum tamen teneri, omninò volunt pro eo, quod in prima instantia fuerit judicatum, quia de hoc jam commissa est stipulatio, ut in his præcisis terminis de æquiori, & veriori testatur *Scacc. de* 3
Appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 2. num. 79. vers. ego censeo Thesaur. dec. 202. n. 18.

Quo verò ad aliam partem resolutionis respicientis absolutionem fidejussoris à majori illa summa, de qua in secunda sententia, potissima decidendi ratio desumpta fuit, ex eo quod prima illa sententia, quæ Antonium principalem debitorem absolvit à plerisque prætensionibus ab Actore promotis, illico transiit in auctoritatem rei judicatæ, non quia sententiæ Curiæ Mercantiæ sint ex earum natura inappellabiles, cum immò me non lateat ab illis regulariter appellari ad alterum ex Judicibus Quarteriorum hujus Civitatis, ut latè firmat *Urceol. decis. 26. n. 13. & seq.* & est cuique in Curia versanti no- 4
torium; sed quia cum partes ipsæ recursum habuissent ad Principem, & ab eo obtinuissent illam particulariter delegari duobus solum ex illis, qui in Curia Mercantiæ tunc temporis residebant, causa uti Aulam Principis semel ingressa, desierat esse ordinaria, & appellabilis, & effecta fuerat delegata, & inappellabilis ad tradita per 5
Vant. de Nullit. ex defect. Jurisdict. n. 66. & seqq. Vestr. in prax. lib. 3. cap. 9. nu. 12. Magon. decis. Florent. 90. n. 1. Boscol. post de Luc. de Feud. art. 1. n. 30.

Hujusque rei veritatem fateri debuit ipsemet actor, qui tentans à d. sententia appellare ad alterum ex Judicibus Quarteriorum, obtinuit quidem ab hoc appellationem admitti prævia declaratione „ *Non obstitisse, neque obstare exceptionem incompetentiæ ex defectu Jurisdictionis* „ At successivè hujus Decreti revocationem pati debuit cor. DD. Tribus Rotæ Auditoribus, qui declaraverunt „ *Nullam devolutam fuisse Jurisdictionem Domino Judici Quarteriorum.* „ Cumque horum Judicio Actor ipse acquieverit, & relicta ob id via ordinariæ appellationis, recursum habuerit ad S. R. C. atque impetraverit extraordinarium Revisionis remedium contra dict. sententiam, non potest nunc in dubium revocare ejusdem sententiæ transitum in rem judicatam ad regu- 6
lam Textus in *l. cum te Cod. de transact. Add. ad Greg. dec. 452. n. 22. Rot. dec. 30. n. 3. part. 19. rec.*

Qua notabili facti circumstantia opportunè præmis-
sa, facilis admodum mihi visa fuit causæ resolutio con-
tra Actorem. Quicquid enim dubitari potuisset, si pri-
ma illa sententia lata à duobus ex Judicibus Curiæ Mer-
cantiæ, fuisset de sui natura appellabilis, & ab illa
fuisset de facto appellatum (de quo tamen aliqua in-
fra dicturus sum) certum omnino, atque indubitabi-
le est, quod cum illa sententia novo fuerit subjecta exa-
mini, ope extraordinarii, & gratiosi remedii revisio-
nis, ut mox vidimus, fidejussor, qui pro Actoris se-
curitate accesserat in prima illa Instantia, non amplius
tenetur in gradu revisionis, ut articulo ad partes dis-
cusso, atque examinato egregie determinat *Pereira de revision. cap. 90. per tot.* & præcipuè *num. 9. & num. 13.* ubi præmisso, quod Judicium revisionis non sit or-
dinariè, sed solùm extraordinariè superius Judicio an-
tecedenti, nec veniat in consequentiam instantiæ, in
qua fuit præstita cautio fidejussoria, tandem concludit
7 „ *quod absoluta debitore principali convento per illam*
„ *Sententiam Senatus Supremi, qua transit in rem Ju-*
„ *dicatam, quamvis postea contra ordinariam reme-*
„ *dium revisionis concedatur supplicanti, extendenda*
„ *non erit fidejussoris pristina obligatio ad novam in-*
„ *stantiam, & penitus diversum Judicium Revisionis* „
& consonant idipsum in puncto firmantes *Cabal. resol. crimin. cap. 109. num. 1. & 2. Hering. de fidejuss. cap. 20. §. 20. num. 26. & 27. Altimar. de Nullit. tom. 1. rubr. 4. quæst. 25. num. 17.*

Cujus conclusionis duplex, ni fallor, assignari po-
8 test validissima ratio. Prima est, quod revisionis pe-
titio non suspendit executionem rei Judicatæ *Valasc. consult. 51. num. 28. Scacc. de Appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 19. remed. 3. num. 27. in princ. Pereira de revision. cap. 9. num. 27. cap. 37. num. 14. & cap. 40. numer. 13. Antunez de Donat. Reg. lib. 2. capit. 8. num. 34. & cap. 21. numer. 9. Cabal. resolut. Crimin. cap. 109. num. 4. Capyc. dec. 27. num. 12. & dec. 202. numer. 8. in fin.* unde fit (inferendo ad rem nostram) quod sicuti, si Antonius principalis debitor ob non re-
pertum fidejussorem fuisset à creditore in vim Statuto-
rum Mercantiæ carceribus mancipatus, statim post pu-
blicatam sententiam absolutoriam, contra quam non
competebat appellationis suspensivæ remedium, debuis-
set in ejusdem sententiæ exequutionem excarcerari; Ita
statim in ejusdem sententiæ exequutionem sequi debuit
liberatio fidejussoris, cujus obligatio uti subrogata in
locum carcerationis Antonii, potuit quidem durare
quamdiu durasset illius carceratio ex benè animadver-
sis per *Gratian. discept. Forens. cap. 248. nu. 25. Con-*
9 *stantin. ad Statut. Urb. adnot. 59. art. 7. num. 343.* sed
non potuit sanè diutius subsistere, quam substitisset
ejusdem debitoris carceratio, ut ex regula subrogato-
10 rum, omissis generalibus in puncto arguit *Venturin. cons. 36. num. 66. & 67.*

Altera ratio, quæ suprapositam conclusionem ani-
mat, & vivificat, in eo stat, quod Revisionis con-
cessio, vel denegatio, licet illi soleat præcedere ali-
qualis causæ cognitio, nihilo tamen minus à sola Prin-
cipis gratia dependet, ut in puncto notavit *Pereira de*
11 *Revision. cap. 8. numer. 3. & seq. Antunez de Donat. Reg. lib. 2. cap. 8. num. 31.* Cum verò apud Principes
nil umquam fuerit antiquius, quam quod gratiosæ eo-
rum concessiones favore alicujus emissæ, non sint al-
12 teri tertio præjudiciales *l. 2. §. Merito, & §. Si quis à Principe ff. ne quid in loc. publ. cap. super eo de Offic. deleg. Vagnan. in cap. causam qua num. 12. & seq. de rescript. Rot. dec. 2148. num. 4. cor. Coccin. dec. 362. num. 5. cor. Bich. decis. 64. num. 6. cor. Ansald. decis. 707. num. 14. part. 18. recen.* Mirum videri non debet,
immo eorum Sanctæ, & piæ voluntati valde consenta-
neum est, quod indulgendo supplicanti Revisionis re-
medium, præjudicare nolint fidejussori non audito, fa-
ciendo illum reincidere in obligationem, à qua per sen-
tentiam in judicatum transactam, fuerat jam libera-
tus, ut in his terminis ratiocinatur *Pereira de revision. cap. 90. num. 21.* „ ibi „ *Maxime cum verum*
13 „ *sit, Principem revisionem concedentem, Tertio inau-*
„ *dito minimè velle præjudicium inferre, quoad libe-*
„ *rationem sibi jam quæsitam, & sua accessoriæ obli-*
„ *gationis extinctionem ex sententia in rem judicatam*
„ *transacta* “.

Cui prorsus simile est id, quod in hac eadem ma-
teria sequi passim videmus in terminis peremptionis in-
stantiæ, quæ secum fert liberationem illius, qui fidem
suam in gratiam alicujus ex colligantibus, & pro se-
curitate alterius interposuerat *l. cum lite mortua.* ibique 14
gloss. ff. judic. solv. Sanfelic. in prax. judic. quæ est
post ejus Decisiones *sect. 58. num. 16. Scacc. de appell. lib. 3. capit. 2. quæst. 15. num. 358. Paschal. de Patr. Potest. part. 1. cap. 8. numer. 202.* ille enim numquam
reincidit in obligationem, licet postea Princeps perem-
ptæ instantiæ, ut quotidie evenit, novam vitam resti-
tuat, idque ob supradictam rationem, quia Princeps
munificentiæ suæ effectus alicui indulgendo, numquam
præsumitur voluisse alteri præjudicare, ut in hoc præ-
ciso casu *Paschal. de virib. patr. potest. part. 1. dict.* 15
cap. 8. à num. 203. & plurib. seqq. Altimar. de Nullit. rubr. 9. quæst. 36. num. 10. & 11. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubr. 20. num. 96. Constantin. ad Statut. Urb. adnot. 31. num. 162.

Quæ cum ita sint, fidejussoris liberationi usque mo-
do firmatæ, minime adversari credidi opinionem illo-
rum, qui tenent, fidejussorem datum in prima instan-
tia teneri etiam in gradu appellationis, ut ultra undevi-
ginti Doctores relatos per *Cyriac. controv. 285. num.* 16
12. tradunt *Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 2. num. 8. Gratian. discept. forens. cap. 348. numer. 24. Cancer. var. resol. libr. 2. capit. 5. num. 121. & seqq. Card. De Luc. de Credit. disc. 99. numer. 4. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 111. num. 84. Constantin. ad Statut. Urb. adnot. 59. art. 7. num. 340. & seqq. Palm. alleg. 156. num. 14. & alleg. 157. num. 3. De Franch. decis. 320. per tot.* ibique omnes addentes *Thesaur. dec. 202. num. 11. Rot. dec. 551. num. 2. cor. Pen. dec. 84. num. 15. cor. Coccin. dec. 56. numer. 15. cor. Pamphil. dec. 28. numer. 10. in Mantiss. ad Card. De Luc. de Judic. dec. 288. num. 8. coram Crisp.*

Ultra quam quod enim hæc opinio non transit si-
ne contradictoribus, cum immò contrarium expresse
sentiant novem supra quadraginta Doctores collecti per 17
eumdem *Cyriac. dict. controv. 285. numer. 20.* & nu-
merum quinquagesimum impleat ipse *Cyriac.* qui huic
opinioni se subscribit: Admissa etiam pro veriore pri-
ma illa opinione, sunt adeo diversi termini appella-
tionis à terminis revisionis, ut ab uno ad aliud reme- 18
dium nequeat inferri *l. Papinianus ff. de minor. l. naturalem §. Nihilominus ff. de acquir. possess. Gratian. discept. forens. cap. 839. nu. 20. Bonden. collect. legal. 16. num. 50. lib. 1.*

Atque hic omisso, quod differunt in hoc, quod
Revisionis petitio non suspendit executionem senten-
tiæ, *ut supra vidimus in §. Cujus conclusionis*, & est
notorium; appellatio autem dictam executionem ne-
dum suspendit, sed sententiam ipsam de medio tollit, 19
perinde ac si lata non fuisset, ut ait *Bald. in rubr. Cod. de appellat. numer. 2. Fontanell. decis. 377. num. 15. Rot. decis. 113. num. 5. & seqq. cor. Arguell. decis. 174. num. 3. & 4. cor. Cels. decis. 31. num. 18. & decis. 63. num. 33. coram Ansald.* Alia magis ad rem
nostram stringens differentia in eo consistit, quod appel-
latio interponi debet intra brevissimum tempus decem 20
dierum *Authen. hodie Cod. de appellat. capit. quod ad consultationem 15. de Sentent. & re Judic. Rot. decis. 176. num. 2. part. 5. decis. 178. numer. 1. part. 6. recent. decis. 75. numer. 2. coram Caprara.* Et pro illius
prosequutione solum biennii tempus præscribitur *l. tem-* 21
pora 2. Cod. de Tempor. & repar. appellat. Rot. dec. 178. num. 19. part. 10. decis. 104. num. 7. part. 11. decis. 215. num. 1. part. 18. recent. decis. 148. numer. 8. coram Caprara. At viceversa Revisioni, & longius Sta-
tutum est tempus, nempe Bienniom pro illius peti-
tione, & supplicatione *l. unica Cod. de sentent. Præ-* 22
fect. Prætor. Pereir. de revision. capit. 28. num. 1. Et
post porrectas supplices preces pro illa obtinenda, præ-
cisis particularibus aliquorum locorum constitutioni-
bus, nullum à jure determinatum est tempus, intra
quod ejus instantia finiri debeat, ut per text. in *Au-*
then. sed etsi lis Cod. de tempor. & repar. appellat. tra- 23
dunt *Valasc. consult. 31. numer. 31. Pereira de revis. cap. 36. num. 6.*

Cognita modo adeo substantiali inter Revisionem,
& Appellationem differentia, nemo umquam dixerit,
quod ex quo fidejussoris obligatio duret in gradu ap-
pellationis habentis instantiam brevem, & limitatam,
durare

durare illa etiam debeat in gradu Revisionis, cujus in-
stantia nullo temporis limite circumscribitur: hoc enim
esset arguere à minori ad majus via affirmativa, quod
neutiquam est à jure permissum ad tradita per *Jason. in*
24 *l. quæ de legato num. 5. ff. de legat. 1. Curt. Jun. Cons.*
134. num. 4. & cons. 333. numer. 59. & seq. Surd. de
Aliment. tit. 9. quæst. 1. num. 11. Rot. decis. 144. n. 24.
part. 11. recent.
25 Patet hinc manifestum æquivocum, in quod inci-
dit *Ansald. de Commerc. disc. 91. numer. 13. & disc.*
92. numer. 25. ubi ad effectum firmandi fidejussorem
teneri etiam in Judicio Revisionis, id infert ab appella-
tione, quod argumentum, ut mox vidimus, est de ge-
nere prohibitorum.
Et licet hoc eodem arguendi genere, ab appellatio-
26 ne scilicet ad Revisionem utantur *Cabal. resolut. Cri-*
min. capit. 109. numer. 5. & Hering. de fidejussor. ca-
pit. 20. §. 20. numer. 28. quos ego supra sequutus fui
in §. *Qua notabili*; Ipsis tamen id facilè ignosci potest,
quia cum illi tueantur opinionem, quod fidejussio non
duret in judicio appellationis, in quo duratio esset cer-
to tempore præfinita, quatenus inde inferunt, quod
nec etiam duret in Judicio Revisionis, quod potest
perpetuam durationem habere; utuntur utique argu-
mento illo, quod dicitur à fortiori, quod est validissi-
27 mum, & in jure passim admitti solitum ad textum in
l. penult. Cod. de necess. hered. Cephal. cons. 332. n. 43.
lib. 3. Dec. cons. 1. num. 160. libr. 1. Cravet. cons. 290.
num. 7. Rot. decis. 165. num. 3. part. 16. recent. decis.
403. num. 7. cor. Emerix Jun.
Sileat ergo authoritas Ansaldi, quæ unica contra
principale resolutionis fundamentum ab Egregiis A-
ctoris defensoribus afferebatur, & non solum sileat
ob evidentem irrelevantiam argumenti, quo utitur,
sed etiam quia ille uti unicus prævalere non debet
communi aliorum Doctorum sensui ad notata per
28 *Mans. consult. 81. numer. 52. Palm. alleg. 38. nu. 10.*
Card. de Luc. de testament. disc. 74. numer. 7. & de
fideicommiss. disc. 143. numer. 5. Rot. decis. 75. num.
50. coram Ansald. & fortiùs, quia suprapositam con-
clusionem firmavit, non in gratiam veritatis, sed ad
opportunitatem causæ, quam uti Advocatus tuebatur,
29 ex pluries animadversis per *Cardin. De Luc.* & præ-
cipuè *de alien. disc. 25. numer. 13. de regular. disc.*
39. numer. 3. & de Judic. discurs. 35. numer. 7. Rot.
decis. 26. numer. 2. coram Falconer. tit. de fideicom-
miss. ac demum quia id potius obiter, & incidenter
dixit, quam quia super id constituerit suæ defensionis
fundamentum; quod immò ex aliis longè fortioribus
motivis desumpsit, in quibus terminis nedum consu-
lentes, sed nec ipsæ Supremorum Tribunalium deci-
siones in iis, quæ obiter, & incidenter proferunt,
30 aliquam faciunt authoritatem *Palm. allegat. 346. nu-*
mer. 31. Rot. decis. 498. numer. 30. coram Dunozet.
Sen. decis. 480. num. 31. coram Bich. decis. 285. nu-
mer. 12. & decis. 407. numer. 42. part. 9. recent.
Explosa dicti Ansaldi authoritate, quæ sola in con-
trarium afferebatur, manere tandem debet in causa,
fidejussorem de Judicio sisti, & Judicatum solvendo,
post obtentam à principali debitore absolutoriam in
prima instantia, non esse amplius obligatum pro Ju-
dicato in gradu revisionis, ut authoritate, ratione,
atque exemplo huc usque probatum fuit. Sique hæc
vera sunt sola juris censura inspecta, & ut dicitur
in abstracto, veriora sanè, immò verissima efficiun-
tur in concreto casus nostri, tum ex Statuto Mer-
cantiæ, tum ex verbis, quibus concepta fuit formula
fidejussionis.
Et quidem ex Statuto Mercantiæ: Illud enim Li-
br. 2. Rubr. 8. post præmissam dispositionem, quod
in aliquibus casibus à creditore procedi possit exequu-
tivè nedum contra bona, sed etiam contra perso-
nam debitoris, præbet eidem debitori normam se se
liberandi à dicta exequutione, vel mediante actuali
deposito summæ petitæ, si debitum, pro quo pulsa-
tur, sit liquidum, vel medianta datione fidejusso-
ris, si debitum sit illiquidum. Ac demum conclu-
dit, quod si facto per aliquem debitorem deposito
ad formam Statuti, Judex pronunciet non constitis-
se de credito, nec fuisse locum exequutioni, atque
hæc sententia transeat in authoritatem rei judicatæ,
illicò, & in continenti restitui debeat depositum, ut
loco citato „ ibi „ *E pronunziandosi alcune tali* “
esecuzioni non si esser potute fare, o non valere, “
o sotto qualche altre simili, o equipollenti forme, e “
parole rivocandosi, passata che sarà la Sentenza “
in cosa giudicata, tal deposito in continenti si re- “
stituisca a chi avrà depositato. „
Posita ergo hac litterali Statuti dispositione, &
posito etiam pro innegabili, quod fidejussio, de qua
modo agimus, in ejusdem Statuti exequutionem fue-
rit interposita, ut apertè convincitur ex verbis in il-
lius proœmio appositis „ ibi „ *acciò il Sig. Mon-* “
ti goda de' Benefizj concessi da questi Statuti; “
Certa hinc descendit illatio, quod sicuti, si ab An-
tonio Monti fuisset factum depositum, hoc ei debuis-
set restitui statim à publicata Sententia primorum Ju-
dicum (quia hæc ex supra dictis statim assumpsit
vires Rei Judicatæ) ut apertè innuunt ejusdem Sta-
tuti verba mox relata, & iterum non inutiliter repe-
tenda „ ibi „ *passata che sarà la Sentenza in cosa* “
giudicata, tal deposito in continenti si restituisca a “
chi avrà depositato „ quæ formula *in continenti* “
vel nullum omninò, vel saltem brevissimum patitur 31
intervallum *Jason. in l. final. §. Illico Codic. de Ju-*
dic. Gloss. in capit. quia propter. verbo mox de elect.
Mascard. de Probat. conclus. 1084. numer. 10. cum
aliis per *Bonden. collect. legal. 26. numer. 108. &*
sequenti libr. 2. Ita statim, & in continenti post di-
ctam sententiam solutus ab obligatione remanere de-
buit fidejussor, quia cum fidejussoris præstatio in
casu debiti illiquidi parificetur à Statuto deposito fa-
ciendo in casu debiti liquidi, non debet unum ex
hisce parificatis remediis diutius durare, quam alte- 32
rum, juxta argumentum, de quo in *l. stichus ff.*
manumiss. testam. Gratian. disceptat. forens. capit.
298. numer. 70. Torr. var. jur. quæst. lib. 2. Miscell.
part. 1. tit. 12. decis. 8. num. 26. Rot. decis. 232. nu-
mer. 15. cor. Caprara.
Mirifice autem comprobantur, & confirmantur
prædicta ex verbis ipsis, quibus concepta legitur fide-
jussio. In primis enim ex illius proœmio evidenter
percipitur, ideo Dom. Luzai pro Antonio Monti fi-
dem suam interposuisse, ut ille hoc medio evitaret
exequutionem, quam contra eum parabat prætensus
creditor, ut ibi: „ *Che il Signor Antonio Monti* “
da Città di Castello possa evitare ogni, e qualun “
que esecuzione, che pretendesse poterli fare contro “
il Signor Carlo Ventura Badii „ Quæ sane verba,
uti posita in proœmio, denotant causam finalem,
qua Dom. Luzzi motus fuerit ad fidejubendum *Gra-* 33
tian. disceptat. forens. capit. 96. numer. 92. Caren. re-
solut. 104. numer. 9. Palm. decis. 170. numer. 13. &
decis. 272. numer. 16. Rot. decis. 531. num. 5. coram
Gregor. decis. 25. num. 9. & seq. coram Ottobon. de-
cis. 107. num. 6. part. 15. decis. 53. num. 20. & decis.
161. num. 4. & 9. part. 19. rec.
Eaque causa finali præcognita, sicuti certum est,
quod illico post sententiæ absolutoriæ transitum in
rem Judicatam, cessavit metus imminentis exequu-
tionis, quia sententia absolutoria Rei adeo vulnerat
viam exequutivam, ut prætensus Creditor, si ulterius
velit jura sua experiri, id solum possit via ordina- 34
ria, ad latè tradita per *Cenc. de Censibus part. 2.*
capit. 2. quæst. 5. artic. 6. numer. 24. Gratian. discep-
tat. forens. capit. 765. numer. 42. Zacch. ad Galles
de oblig. Cameral. quæst. 37. numer. 23. & sequenti,
ubi refert plurimas Rotæ Romanæ decisiones, qui-
bus addi etiam possunt *decis. 433. num. 3. & 4. co-*
ram Dunozet. Jun. & decis. 254. num. 3. & 4. part.
18. recent. ita firmiter concludendum est, quod post
ejusdem sententiæ publicationem ipso jure cessaverit
fidejussio ob cessantem metum exequutionis, qui ei-
dem fidejussioni unice causam præbuerat ex bene ani- 35
madversis per *Hering. de Fidejussor. capit. 10. num.*
58. Cyriac. controv. 101. nu. 18. Altimar. de Nullit.
tom. 8. rubr. 2. & 3. quæst. 1. sect. 1. num. 538. Surd.
decis. 260. num. 1.
Argumento huic validissimo desumpto ex verbis pro-
œmialibus fidejussionis, aliud non absimile accedit,
quod oritur ex illius verbis dispositivis „ ibi „ *promes-*
se, e promette, che il detto Sig. Antonio Monti sta- “
rà fermo, a ragione nella presente Corte, o paghe- “
rà il giudicato „. Si ergo eò solum tetendit fidejusso-

gis obligatio, ut Antonius „ *starà fermo a ragione* „ *nella presente Corte* „ quid amplius argumentis egemus ad effectum concludendi fidejussoris obligationem extendi non potuisse ad Judicium Revisionis? Quando etiamsi versaremur non in extraordinario revisionis judicio, sed in judicio ordinario appellationis, adhuc ob illam restrictivam ad præsentem Curiam „ *nella presente Corte* „ absolutum esset fidejussorem minimè teneri pro judicato in gradu appellationis, ut est textus clarus, & litteralis in *l. cum apud Sempronium* 20. *ff.*
36 *Judic. solv.* „ ibi „ *stipulatione cautum est, ut, quod Sempronius Judex judicasset, præstaretur, à cujus sententia petitor appellavit, & cum apud competentem appellationis Judicem res ageretur defensore condemnato, quæsitum est, an stipulatio commissa esset? Respondit secundum ea, quæ proponerentur, non esse jure commissam, Claudius. Ideo in stipulatione adjicitur, quive in ejus locum substitutus erit* „ & in hoc conveniunt penè omnes illi, quos supra retuli pro opinione in terminis appellationis contraria fidejussori, & præcipuè *Scacc. de appellat. libr. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 2. num. 80. Gratian. discept. cap. 348. sub numer. 24. Card. De Luc. de Credit. disc. 99. numer. 4. Constantin. ad Statut. Urb. adnot. 59. art. 7. n. 344. Ansald. de Commerc. disc. 91. numer. 11. & 12. Vincent. De Franch. decis. 320. num. 4. Thesaur. decis. 202. num. 15.*

Sique aliquis dubitaret, expressionem Curiæ non æquipollere expressioni nominis Judicis, de qua solum agitur in dicta *leg. cum apud*, unde desumitur mox firmata conclusio, meliùs quàm ego respondere possim,
37 huic objecto punctualiter respondet *Fontanell. dec. 238. num. 5. & 6.* per hæc verba „ *Et si dixeris, eum textum habere facilem solutionem, & exitum, ut loquatur, quando proprio nomine fuit Judex nominatus, qui non est casus noster, in quo non nominantur nomine proprio Judices, sed nomine officii nominantur Consules, &c. unde videtur non intrare dispositionem textus prædicti? Respondebo, eam distinctionem casuum verbalem potius esse, quam realem, quia ego non video, quid possit differre dicere, promitto stare his, quæ declarabuntur per N. & N. Consules Logiæ Maris, vel simpliciter per Consules, &c.* „

Augenturque in immensum huc usque exposita rationum momenta ex ea facti circumstantia, quod Revisio non fuit ab Actore immediate, vel saltem paulò post primam sententiam impetrata, sed benignum S. R. C. Rescriptum illam concedens prodiit solum die 13. Aprilis 1723. & sic post viginti annos à die primæ illius sententiæ, quæ prolata fuerat à die 15. Martii 1703. in qua sane hypothesi absurdum valdè esset asserere, fidejussorem tamdiu debuisse sub obligationis vinculo remanere; & quia ex hoc sequeretur etiam necessitas inferendi, quod fidejussori numquam esset spes consequendi liberationem ob semper vigentem possibilitatem superventuræ Revisionis, pro qua impetranda, ut supra vidimus, nullum à jure præfinitum est certum tempus. Ideò semper magis, magisque tenenda est opinio contra durationem fidejussionis in Judicio Revisionis, ne tenendo opinionem contrariam incidatur in periculum reddendi perpetuam dictam obligationem, contra elementaria juris nostri principia, quod adeò abhorret à perpetua fidejussorum obligatione, ut imò illis liberationem indulgeat, postquam diu steterint in
38 obligatione, ut ex text. in *l. Lucius Titius* 38. *vers. final. ff. mandat.* tradunt *Menoch. de arbitr. libr. 2. centur. 1. cas. 41. numer. 2. Valasc. consult. 36. numer. 2. Hering. de fidejuss. cap. 25. numer. 32. & sequenti Mantic. de Tacit. libr. 16. tit. 22. numer. 26. Cancer variar. resol. part. 2. capit. 5. numer. 88. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus. 4. gloss. 18. part. 3. numer. 13. Racc. disput. Jur. Select. cap. 104. num. 2. Afflict. decis. 241. sub num. 3. vers. secundo si diu steterit Larrea decis. 7. sub numer. 23. vers. vel si diu, Rot. decis. 320. num. 1. coram Cavaler. Adden. ad Buratt. decis. 401. num. 19.*

Absoluta ex his expositione rationum comprobantium justitiam meæ principalis resolutionis, pro integro causæ complemento superest satisfaciendum cuidam objecto, quod promovebatur à fidejussore, qui ad effectum se se eximendi etiam à solutione illius exiguæ summæ, de qua supra in prima parte decisionis, totis viribus contendebat, obligationem fidejussoriam à se susceptam, fuisse prorsus invalidam, uti destitutam proprii ejus Patris consensu, qui omninò, ita mandante Statuto hujus Civitatis lib. 2. rub. 110. & Reformatione edita anno 1471. requiritur in contractibus filio- 39
rum familias ex latè traditis per *Urceol. decis. Florent. 37. num. 11. & seqq.*

Verùm enim verò, cum mihi ex actis constiterit, Raphaelem prædictum, tempore initæ obligationis, publice, & palam se se gessisse uti Patremfamilias, jure, meritoque credidi, ejus obligationem, etiam sine Patris consensu subsistere, & sustineri, ut sumpto argumento à textu litterali in *l. 3. ff. ad S. C. Macedon.* 40
ubi ita legitur „ *si quis Patremfamilias esse credit non vana simplicitate deceptus, nec juris ignorantia, sed quia publice Paterfamilias plerisque videbatur, sic agebat, sic contrahebat, sic muneribus fungebatur, cessabit Senatus Consultum* „ tradunt *Bald. in l. 1. num. 1. 2. 3. & 6. Cod. eod. tit. Menoch. de Præsumpt. lib. 6. Præsumpt. 55. num. 29. Mantic. de Tacit. lib. 8. tit. 7. numer. 20. & 21. Salgad. Labyrint. Credit. part. 2. cap. 9. num. 4. Rot. decis. 82. num. 8. cor. Priol. decis. 734. num. 4. cor. Dunozet. Jun. decis. 568. num. 3. cor. Bich. decis. 672. num. 1. & decis. 827. num. 3. & 4. cor. Emerix Jun.* cum aliis in *decis. 9. nu . 24. cor. Eminentiss. Falconerio de Testament.*

Porrò circumstantiæ, quæ Raphaelem in statu potius Patris, quam Filiifamilias publicè constituebant, & pondere, & numero erant considerabiles. Ille enim seorsim à Patre continuo habitabat, propriam, & distinctam habens familiam, semperque in annuali animarum computatione fieri solita à Parochis, tamquam Familiæ caput describebatur, etiam quando, ut non rarò eveniebat, ejus Pater Florentiam accedens in eadem Domo una cum Filio commorabatur, ut ex partitis Libri Parochi exhibitis in Processu. Ex quo non leve oritur argumentum, dictum Filium pro eo, quod respicit rerum suarum administrationem, uti Patremfamilias meruisse considerari, ex animadversis per *Pa-* 41
schal. de virib. Patr. potest. part. 4. cap. 10. numer. 22. vers. Et è contra Card. de Luc. de Contract. & alien. disc. 37. numer. 11. Racc. disput. Jur. Select. capit. 136. numer. 19. Zand. ad Statut. Favent. libr. 4. rub. 69. numer. 16.

Accedit, quod tam activè, quàm passivè contrahendo nonnisi proprium ejus nomen sine Patris interventu impendebat; idque non semel, aut bis, sed decies, & amplius contigit, tam in contractatione pecuniæ *Proc. Rei à cap. 65.*, quàm in emptione rerum mobilium dicto *Proc. à cap. 67.* quàm demum in emptionem bonorum stabilium dicto *Proc. à cap. 70. s.* Quapropter nemini amplius dubium esse potest, quin dictus Raphael meritò ab omnibus haberetur pro Patrefamilias, ut expendendo præfatas circumstantias ponderant *Gra-* 42
tian. discept. forens. cap. 820. n. 3. Antonell. de Temp. legal. lib. 2. cap. 74. num 5. 6. de Marin. ad Reverter. decis. 354. num. 4. De Franch. decis. 10. num. 4. Mans. consult. 52. num. 17. Rot. decis. 14. num. 11. coram Dunozet. Sen. decis. 567. num. 4. & 5. part. 1. rec. coram Bich. decis. 40. num. 5. seqq. cor. Peutinger. decis. 111. num. 3. part. 8. recent.

At quod omnem prorsus, siquæ adhuc esse poterat, dubitationem in hac facti circumstantia submovit, id potissimum fuit, quod Raphael tempore susceptæ obligationis, non solum erat in legali facultate laureatus, sed quod magis est, jamdiu fungebatur publico munere Cancellarii Sancti Michaelis in Horto, cujus principuum Officium, ut est Curiæ, & Civitati notorium, consistit in certiorando mulieres, & minores circa contractus ab eis ineundos: in quibus terminis durum nimis, atque asperum visum fuit, eum, qui à Principe est destinatus ad aliorum contractus authorizandos, non posse postea sine Patris consensu contractus proprio ejus nomine celebrare, ut in puncto ad effectum sustinendi contractum filii familias, Patris consensu, aliisque solemnitatibus destitutum firmavit *Rot. decis.* 43
236. num. 7. 8. part. 16. „ *unde absurdum esset, quod ille, qui alienos contractus solet authorizare, non posse sine Judicis decreto, & aliis solemnitatibus contrahere* „ *& decis. 87. num. 5. part. 18. rec.*

Res autem transit in evidentiam ex eo, quod Raphael ab anno 1706. quo vivere desiit ejus Pater usque

ad

ad annum 1726. licet pluries in Judicio lacessitus occasionem habuerit opponendi hujusmodi nullitatem, numquam tamen revera illam opposuit, qua attenta vicennali taciturnitate, & acquiescentia, propitiis auribus excipi amplius non poterat prædicta serotina exceptio, quia in his terminis etiam solum quinquennale silentium post mortem Patris exuberat, ut obligatio filiifamilias, licet fortasse nulla in origine ob deficientiam paterni consensus, præsumatur ab eodem
44 filio sui juris effecto ratificata, ad pluries firmata per *Rot. dec. 535. num. 6. cor. Merlin. dec. 482. num. 17. part. 18. recent. dec. 157. num. 16. post Constantin. ad Statut. Urb. decis. 481. num. 43. cor. Crispo* cum aliis apud *Dom. meum de Comitib. decis. Florent. 107. num.* 36. & non posse propterea ab illo impugnari ad textum apertum in *l. final. Cod. si maior factus.*

Nullatenus relevante, tacitam hanc ratificationem nullius esse efficaciæ, nisi certò constet, ratificanti innotuisse defectus, & nullitatem actus, qui prætenditur ratificatus, ad notata per *Gabriel. cons 62. num.*
45 *27. & seq. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 513. nu. 11. & cap. 824. num. 52. Palm. alleg. 373. num. 23. Rot. dec. 646. num. 17. coram Merlin. dec. 98. num. 6. & seq. part. 11. dec. 300. num. 28. part. 18. recent.* ab onere siquidem probandi in Raphaele scientiam prædictæ nullitatis obligationis (si ea tamen aderat) relevabatur in hypothesi Carolus Ventura, ex quo, ut vidimus, dictus Raphael est Doctor utriusque juris, & Cancellarius, & qua talis, sicuti non potest allegare ignorantiam eorum, quæ proveniunt à jure com-
46 muni *Rota decis. 20. num. 5. & decis. 44. num. 9. cor. Buratt. dec. 324. num. 9. part. 15. rec. dec. 667 num. 10. cor. Emerix Jun. decis. 6. num. 6. cor. Falconer. de Pension.* ita citra periculum detegendi propriam ejus turpitudinem, nequit allegare ignorantiam juris mu-
47 nicipalis, à quo descendit dicta nullitas, ut in puncto animadvertit *Rot. decis. 183. numer. 7. & 8. part. 18. recent.*

Et ita, &c. Utraque, &c.

Hieronimus Finetti Rot. Aud.

ARGUMENTUM.

Sequestra Judicialia, vel extrajudicialia facta pro summa verum debitum excedente, an sint in totum nulla, vel saltem valida pro parte verè debita, & quid si Creditori esset impossibile veram summam exprimere, quia creditum esset illiquidum, vel incertum, & in hoc casu quomodo fieri debeat sequestrum?

Sequestrans an teneatur in totum, vel pro rata tantum summæ non debitæ ad damna, expensas, & interesse favore sui Debitoris, seu sequestratarii.

Et quæ veniant sub Appellatione damnorum, & expensarum in subjecta Materia?

Merces, vel Bona justè, vel injustè sequestrata, quæ servando servari non possunt, si pereant an id cedat Damno sequestrantis, sequestratarii, vel sequestris?

SUMMARIUM.

1 *Sequestra judicialia facta pro summa debitum excedente sunt in totum nulla, & de ratione ibid.*

Idque procedit in quocumque mandato Judicis executivo reali num. 2.

Et in Mandato adjuditationis num. 3.

Et in Mandato Capturæ de suspecto per Judicem relaxato num. 5.

4 *Argumentum valet à Mandato capturæ, ad mandatum sequestri.*

6 *Sequestrans bona Debitoris pro summa creditum excedente tenetur erga Debitorem ad omnia damna, Interesse, & litis expensas, quæ, & quas passus sit Debitor occasione dicti Sequestri.*

Idem procedit etiam in rebus, vel Mercibus injustè, vel nulliter pignoratis num. 7.

Sicuti etiam tenetur ad omne damnum, & interesse lucri cessantis num. 11.

Et tenetur actione injuriarum ad solutionem alterius summæ taxandæ favore Debitoris arbitrio Judicis num. 15. 16. 17. 18. ubi plura exempla referuntur, & num. 20. ubi quomodo arbitrium Judicis debeat regulari.

Nam Debitor propter sequestra realia injuria afficitur num. 19.

8 *Damnorum appellatione venit Deterioratio, tam intrinseca, quam extrinseca, Mercium sequestratarum, consistens in Diminutione pretii ex lapsu temporis proveniente.*

Et expensa, itineris, navigationis, cibariorum, & reditus Debitoris ad Patriam num. 9.

Et omne id, quod quis non potuit lucrari propter impedimentum sequestri, & adsistentiam illius liti num. 10. & 11.

Limita si Mercator, vel Artifex potuit commodè absque sui præsentia per Procuratorem litem agere, & sequestrum liberare num. 13.

Et id quod non potuit Debitor solvere suis Creditoribus, vel servitia, vel operas præstare in aliquo Officio, vel Apotheca num. 14.

12 *Interesse lucri cessantis taxari potest usque ad sex pro qualibet centenario.*

21 *Qualibet executio capta in vim mandati pro summa majore Debito, & non consummata per subhastationem, vel adjudicationem perfectam sustinetur pro summa verè debita.*

Præcipuè si facta fuit in mercibus, & rebus dividuis num. 22.

Et in loco in quo in Judiciis executivis proceditur sola facti veritate inspecta num. 23.

Vel inter personas, ut Mercatores, inter quas de Jure ex bono, & æquo proceditur, num. 24.

25 *Sequestrans tenetur solum ad Damna, & expensas pro rata tantum summæ non debitæ.*

Præcipuè in Dominio Florentino, attento Statuto Mercantiæ libr. 2. Rubr. 8. nu. 26. 27 28.

Contraria opinio verior, & probatur num. 29. 30. 31. 34. 35. 36. 37. 38. 62 Rejiciuntur DD. contrarium sentientes num. 32.

Declaratur Statutum Mercantiæ prædictum numer. 33.

39 *Debitor, seu sequestratarius non tenetur sequestrum in suis bonis injustè, vel nulliter factum removere, neque pro eo removendo diligentias facere.*

40 *Merces, vel Bona injustè sequestrata pereunt damno sequestrantis, secus si sequestrum sit justum, nam tunc id cedit damno Debitoris num. 41.*

42 *Si res sequestrata, quæ servando servari non possunt, pereant, pereunt damno sequestris, & de ratione num. 43.*

44 *Venditio rerum, seu Mercium sequestratarum facta à sequestre absque Decreto Judicis, & citatione Partium valet, si facta fuerit bona fide, vel pro pretio, quo communiter merces, vel res vendebantur.*

45 *Sequestrum, vel alia executio extrajudicialis facta pro majori summa non est in totum nulla, sed invalida pro rata tantum summa non debita, etiamsi accedat Judicis mandatum, & n. 46.*

Contrarium num. 47.

Conciliatur utraque opinio n. 48.

49 *Sequestrum, seu qualibet alia executio facta pro summa debitum excedente est nulla in totum, quando creditum erat illiquidum, & incertum, & num. 50. ubi de ratione.*

Contrarium verius num. 51.

Rejicitur prima opinio num. 54. 55. 56. 57. 58. 59. ubi de ratione.

Sed sequestrum sive reale, sive personale fieri debet, ut debitor caveat de stando juri, vel judicatum solvendo num. 52. 53.

60 *Decisio Authoris.*

61 *Confirmatio sequestri facta per Sententiam Judicis nulla est, & invalida, si sequestrum factum fuit pro summa verum debitum excedente.*

Libur-

Liburnen. Sequestri super Mercibus.

DECISIO AUTHORIS, ET DISCURSUS CCV.

EX multiplici nullitatum vitio sequestra omnia, quæ
Liburni à DD. Fratribus de Benottis in Merces
D. Augustini Park Goddard Mercatoris Angli, & Equi-
tis Sancti Stephani injecta fuere, ac intra paucissimos
dies illic ab eo postmodum Judice confirmata per Nos
denique uti Judicem à Serenissimo D. Magno Duce po-
stremo Delegatum in confirmationem alterius Senten-
tiæ D. Auditoris Hieronymi Finetti prioris Judicati re-
vocatoriæ, cassata pariter, & revocata fuerunt, nec
non successivè damnati iidem DD. de Benottis ad emen-
dationem omnium damnorum, quæ dicto D. Equiti
Goddard ob causam eorundem sequestrorum imposte-
rum obvenerunt.

Verum quia in diotina hujus Causæ discussione, ple-
ræque desuper hac materia quæstiones, quamvis sæ-
pius in praxi occurrentes, quam plurimum tamen in
Jure difficiles, excitatæ fuerant, ideò eas in hunc dis-
cursum pro Fori instructione ad varia tollenda æquivo-
ca, & inconvenientia, quæ in maximum præcipuè
Mercaturæ, & Mercatorum damnum contingunt, re-
degimus.

Prima igitur quæstio sit, an sequestra facta pro sum-
ma, majore verò debito sint in totum nulla, vel sal-
tem pro parte vere debita, valida sint, ita ut ad dam-
na, quæ debitori Sequestratario obvenerint, teneatur
sequestrans, vel in totum, vel pro rata tantum sum-
mæ non debitæ.

Super qua quæstione per communiorem, & verio-
rem Doctorum Sententiam in jure receptum habetur,
1 quod sequestra pro summa majore vero debito sint in
totum nulla propter individuitatem Decreti Judicis, cum
2 quo mandatur injici sequestra, ut de quocumque De-
creto, vel Mandato Judicis executivo reali tradunt *Ri-
dolphin. in prax. part. 1. cap. 6. num. 20. Marescot.
var. resol. lib. 2. cap. 6. nu. 1. & seq. Ab. Eccles. obser-
vat. 147. num. 3. Cartar. dec. Januen. 39. num. 9. Rot.
dec. 411. num. 4. part. 5. rec. & dec. 302. numer. 12.
part. 14. & dec. 601. num. 5. part. 18. & coram Du-
ran. dec. 388. num. 3. & coram Cerr. dec. 124. num.
1. & 2. & dec. 147. num. 3. coram Emerix Jun. dec.
1353. num. 4.* & post *Constantin. ad Statut. Urb. dec.
184. num. 1.* & post *Zacch. de obligat. Cameral. dec.
2. num. 13. & dec. 103. num. 2. Rocc. Episcop. disput.
Jur. cap. 143. num. 32. Urceol. de Transact. quæst. 97.
num. 1. & seq. Postb. de subhast. observat. 12. ex num.
95. Buratt. dec. 235. num. 4. & Rot. coram Molines
dec. 487. nu. 1. usque ad 7. Paulut. dissert. 50. art. 1.
num. 122. cum seq. Card. De Luc. de Regal. disc. 122.
num. 1 § Punctum pendebat, & Rot. post Nigr. de Sub-
3 hasthat. dec. 20. per tot.* sic quoque in mandato adju-
dicationis relaxato pro majori summa debiti *Hodiern.
ad Surd. dec. 45. nu. 1. Asin. de Execut. § 4. cap. 11.
num. 1. Cost. de Ratione Rata quæst. 26. num. 1. Bal-
ducc. ad Ramon. cons. 80. sub numer. 31. Andreol. con-
trov. 160. num. 1. cum seqq. Magon. dec. Florent. 109.
num. 5. Ab Eccles. observat. for. 147. num. 1. Gratian.
cap. 162. num. 33. cum seq. Rot. dec. 397. num. 1. &
3. part. 18. rec. & coram Royas dec. 280. num. 2. &
coram Emerix Jun. dec. 1353. num. 8. Rot. coram Lu-
dovis. decis. 198. num. 8. & coram Cavalcr. decis. 84.
4 num. 2.* Nec non similiter in mandato Capturæ de su-
specto pro summa majore debito per Judicem relaxato
5 (à quo indubie ad mandatum sequestri in jure valet ar-
gumentum, quia utrumque à pari procedunt *Curt. de
Sequestr. vers. secundo quæro num. 49.* late, & egregie
*Borgnin. Cavalcan. de Usufr. Mulier. relicto num. 208.
vers. nec est facienda aliqua distinctio. Rot. coram Bu-
ratt. dec. 595. num. 4.*) firmant communiter *Caccialup.
de Debitore suspecto quæst. 6. n. 29. Barz. decis. Bonon.
76. num. 6. Cancer var. resol. part. 3. cap. 17. num.
338. Scannarol. de Visitat. Carcerat. lib. 3. § 10. ca-
pit. 8. numer. 23 & seq.* & omnium latissimè *Paulut.
dissert. tom. 1. dissertat. 50. art. 1. num. 122. & seq.,
Rot. post Balducc. ad Ramon. decis. 65. num. 20. tom.
4. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubr. 3. num. 82.
& Rot. Roman. dec. 81. num. 3. part. 15. rec. Fonta-
nel. dec. 234. num. 15. Leo de Præparat. part. 2. præ-
parat. 28. num. 13. Constantin. ad Statut. Urbis annot.
19. num. 191. 192. & plurib. seqq. tom. 1.*

Hinc oritur, quod sequestrans tenetur erga suum de-
bitorem ad omnia damna, & interesse, & litis expen- 6
sas, quæ, & quas ratione hujusmodi nullæ, vel inde-
bitæ executionis debitor passus est, ut punctualiter tra-
dunt *Bald. cons. 106. & cons. 249. per tot. libr. 3.,
Strach. de Mercat. tit. quomodo in Caus. Mercat. pro-
cedat. particul. 3. part. ultim. partis princip. num. 18.
& 19., Ab Eccles. observat. forens. 126. num. 17.,
& observat. 201. num. 5. 6., de Hevia de Commerc.
Terrestr. lib. 2. capit. 30. num. 45. Gob. consult. 104.
num. 32. Petr. de Ubald. de fratrib. part. 8. quæst. 29.
num. 30. Pegaz. var. resol. cap. 16. num. 89. Cancer.
var. part. 2. cap. 4. num. 13. & 34. Rodriquez. de Con-
curs. Credit. part. 1. art. 6. n. 92. & 93. Berlich. conclus.
part. 1. conclus. 73. num. 130. & conclus. 77. num. 38.
39.* late *Peck. de Jur. Sistend. cap. 13. per tot. Carocc.
de sequestr. part. 3. quæst. 8. per tot. Conciol. ad Sta-
tut. Eugub. libr. 2. rubr. 3. num. 82. Ansald. de Com-
merc. disc. 36. num. 44. & disc. 37. num. 3. Fontanell.
decis. 97. per tot. Thesaur. decis. 67. per tot. & Rot.
Roman. post Nigr. de Subhast. dec. 20. per tot. & Re-
ta Nostra in Liburn. seu Florentina Nullitatis Captu-
ra 22. Junii 1673. § Ex prædictis coram Farsetto*,
quæ conclusio procedit etiam in rebus, vel Mercibus 7
injustè, vel nulliter pignoratis *Borgnin. dec. 23. num.
30. part. 1. De Marsil. de Fidejuss. num. 298. & 299.
& Brixian. in repertor. ad decis. Borgnin. verb. seque-
strum factum versus fin.*

Quorum damnorum appellatione venit præsertim de-
terioratio tam intrinseca rerum, vel mercium sequestra- 8
tarum, quam extrinseca consistens in diminutione pre-
tii, inde ex lapsu temporis secuta in mercibus, vel
rebus sequestratis *Bald. in dicto cons. 249. libr. 3. &
Ubald. de duobus Fratrib. part. 8. quæst. 29. num. 30.
Rodriquez. de Concurs. Credit. part. 1. art. 6. num. 92.
Berlich. conclus. libr. 1. conclus. 77. numer. 39. Borgnin.
decis. 23. numer. 30. part. 1. Hypolit. Marsil. de Fide-
juss. num. 298. & 299. Brixian. in Repertor. ad decis.
Borgnin. in verb. sequestrum factum super versus fin.
Mar. Mut. decis. Panormit. 92. num. 12.* nec non ex- 9
pensæ, itineris, Navigationis, & Cibariorum pro eo
tempore, quo Debitor extra patriam, vel domum
suam moratur, ac etiam reditus ad eandem Patriam
suam *Fontanell. dec. 97. num. 7. & seq. Thesaur. dec.
67. num. 4. § Intrinseca autem, & cum pluribus cita-
tis D. Auditor de Comitib. decis. Senen. 27. num. 18.
& Gob. consult. 29. n. 34. tom. 1. Rot. Rom. decis. 29.
num. 14. vers. ubi habita part. 16. rec.*

Damnum quoque dicitur illud, quod quis non po-
tuit cum sua arte lucrari propter impedimentum seque- 10
stri, ex quo debuit sequestri liti assistere *Gob. consult. 29.
num. 34.*, & cum infinitis laudatis firmat *D. Auditor
de Comitibus dicta dec. Senen. 27. nu. 15. cum seq.* &
sic si Mercator, vel qui solitus est negotiari, fuit im-
peditus per hujusmodi sequestra Mercaturam exercere,
vel negotia solita facere, tenetur sequestrans, qui hu- 11
jusmodi ei impedimentum injecit, ad omne damnum,
vel interesse lucri cessantis *Hermosill. ad ll. Hispan. l.
8. tit. 3. part. 5. glosс. 9. fol. mihi Hispan. 110. tom.
1. Rocc. respons. 18. 19. tom. 1. Ansald. de Commerc.
disc. 66. n. 17. Sabell. § Interesse n. 5. 6. & 9.* hujus- 12
modi interesse taxari potest usque ad sex pro singulo cen-
tenario *Bonden. consult. 20. num. 2. 3. & seq. tom. 2.*

Quæ conclusio limitatur in casu, quo potuisset Mer-
cator, vel Artifex absque sui personali assistentia, &
cura æque commode, vel pari facilitate per Procura- 13
torem litem agere, eumque instruere, & à sequestro
liberationem Mercium suarum consequi *D. Audit. de
Comitibus dicta dec. 27. nu. 19. & 20.* & similiter pro
damno habetur, si propter sequestra non potuit Debi-
tor suis Creditoribus solvere, vel servitia, ac operas 14
Domino suo in aliquo officio, vel apotheca præstare
*Jo: Petr. Molignot. de Jur. Retent. quæst. 341. Rodriq.
de Concurs. Credit. part. 1. art. 6. num. 92. Berlich.
conclus. part. 1. conclus. 73. num. 131.*

Ne dum tenetur qui indebite, vel nulliter sequestrum
injecerit in Personam, vel bona Debitoris, ut mox
diximus, ad omnes expensas, damna, & interesse re-
ficiendum

ficiendum debitori, verum quia ob sequestra injuria af-
15 ficitur Persona illius, cujus bona sequestrantur, ejus-
que existimatio non parum læditur, ut tradunt *Bald. in l. 1. nu. 12. Cod. de prohib. sequestrat. Rodriquez de Concurs. Credit. part. 1. art. 6. num. 116. Bottin. ad Statut. Gen. lib. 4. cap. 1. §. Ille autem. Mass. observ. ad Cartar. dec. 53. num. 15.* Ideo sequestrans actione quo-
que injuriarum tenetur ad solutionem alterius summæ
Judicis arbitrio taxandæ pro injuriæ compensatione de-
16 bitori ob hujusmodi sequestrum illatæ, ut firmant *Carroc. de Sequestr. par. 3. quæst. 26. Cancer. var. resol. par. 2. capit. 4. num. 34. Bald. cons. 249. lib. 3. Bottin. ad Statut. Genua lib. 4. cap. 1. §. Ille autem, Berlich. conclus. lib. 1. conclus 77. num. 38. cum plurib. & pluribus* per eum citatis *Ab Eccles. observat. 201. num. 5. 6. part. 1. Paulut. dissert. lib. 1. dissert. 50. artic. 1. num. 59. & art. 3. num. 159. Mysinger. observ. centur. 5. observat. 69. num. 5. 6.* ubi refert Casum in quo fuit
pro recompensatione hujusmodi injuriæ per Cameram
Imperialem, & Senatum, condemnatus ultra damna,
17 impensas, ac interesse quidam Mercator ad solvendum
debitori sexcentum aureos, similesque etiam casus re-
ferunt *Coler. de Process. execut. par. 2. cap. 3. num. 39. & Marquard. de Jur. Mercat. lib. 1. cap. 13. num. 46. Berlich. conclus. lib. 1. conclus. 77. num. 38. & nu. 39.* ubi refert condemnationis exemplum in majore sum-
18 ma sequutæ. In nihilo obstante, quod hæc exempla
per dictos Authores relata reperiantur in casibus se-
questri personalis, quia sicuti illa innituntur solo fun-
damento injuriæ, quæ infertur debitori, ita illa con-
cludere debent in casu sequestri bonorum, vel Mer-
cium indebitè facti, nam similiter ob sequestra realia
19 debitores afficiuntur injuria, & pro tali injuria eis
quoque competit eadem actio injuriarum, quæ com-
petit pro sequestro Personali, ut firmavimus mox supra
per Authoritates ibi punctualiter relatas, cum hac ta-
20 men differentia, quod sicut in sequestro personali ma-
jor ingeri videtur injuria, & molestia debitori, quam
in sequestro reali; Ita Judex sequendo normam regu-
lati arbitrii non debet, cæteris tamen paribus, eadem
mensura, qua condemnaret illum, qui personam seque-
strare, seu capturare fecit, condemnare sequestrantem
bona, vel merces debitoris.

Hæc de plano procedere videntur, major autem dif-
ficultas insurgit in altero Juris Articulo, an scilicet
sequestrans teneatur tantum pro rata summæ exceden-
tis summam verè debitam.

Pro tuenda affirmativa opinione ita argui potest, nem-
pe quod quemadmodum de æquitate sequestrum, prout
21 alia quælibet executio cæpta in vim Mandati excessivi
pro summa majore debito, & non consummata, vel per
Subhastationem, vel adjudicationem perfectam, in ju-
re pro summa vere debita utique sustinetur, ut fir-
mant cum innumeris citatis *D. Auditor de Comitibus dec. Senen. 1. num. 8. & Massa ad Cartar. observ. 39. num. 22. Urceol. de transact. quæst. 97. num. 3. & Rota post Constantin. ad Statut. Urbis dec. 184. nu. 6.* eoque
magis, imo absque ullo dubio quando illa vel facta
fuit in Mercibus, seu rebus dividuis, seu recipienti-
22 bus functionem in genere suo secundum *Marcell. responsum in L. si non sortem §. si certum. ff. de condit. indeb.* & ut advertunt dictus *D. Aud. de Comitib. dicta decis. Senen. 1. num. 12. & Ab Eccles. observat. Forens. 147. num. 21. & seq. Mass. dicta observat. 39. nu. 14. 15. 18. 19. De Luc. de Dote disc. 58. num. 8. & de Judic. disc. 36. num. 24. Rot. Lucens. apud Balduec. ad Ramon. decis. 65. num. 20. tom. 4. Rot. Roman. in Mantiss. ad Card. de Luc. de Judic. decis. 13. n. 8. Rot. Roman. post Constantin. dec. 184. num. 7.* vel in loco ut
Florentiæ, in quo per Tribunalia in Judiciis præcipuè
23 executivis proceditur sola facti veritate inspecta *D. Audit. de Comitibus dicta dec. Senen. 1. num. 12. Andreol. controv. 159. numer. 4. Rota penes Postb. de subhast. dec. 86. numer. 10.* & post *Constantin. ad Statut. Urb. dec. 184. sub nu. 10.* vel inter Personas, ut Mer-
24 catores, inter quas de jure ex bono, & æquo proce-
ditur omissis juris apicibus, & subtilitatibus, ut in
puncto Mercatoris notant *Calvin. de æquit. lib. 1. cap. 24. num. 6. in fin. Cost. de Portion. Rata quæst. 137. n. 19. Constantin. ad Statut. Urb. annot. 19. numer. 189. & 190. Urceol. de Transact. quæst. 47. num. 4. & dec. Florent. 44. num. 11. & 12.* ita per consequens non
debentur damna, & impensæ nisi pro rata tantum ex-
cessus, pro qua vitiatur sequestrum, & sic non pro 25
summa verè debita, pro qua si non de juris rigore,
saltem de æquitate sustinetur sequestrum, vel alia quæ-
libet executio, prout in puncto sic arguendo conclu-
dunt *Cost. de Portion. Rata quæst. 137. num. 17. & seq. Calvin. de æquit. lib. 1. cap. 24. nu. 6. & 7. Andreol. contr. 159. num. 4.*

Quæ fortius locum habent in Civitate, & Dominio
Florentino, quia prædicta æquitas non scripta compro- 26
bata fuit per Legem scriptam mediante dispositione Sta-
tuti Mercantiæ *lib. 2. Rubr. 8. §. E se fatte*, quo cave-
tur exequutiones factas pro summa majore veri Crediti
ad ratam veri Crediti confirmandas fore, & quoad
excessum revocandas, imo ex hac Statutaria sanctione 27
argui quodammodo potest, quod voluerint Statuentes
pro rata veri Crediti non teneri Creditorem ad damna,
ex quo si mandaverint sequi hanc æquitatem non scri-
ptam ad effectum convalidandi pro vera summa debita
executionem factam super bonis debitoris videtur per
consequens voluisse effectum, qui deinde resultat, quod
nempè liber evadat Creditor ab obligatione damno-
rum, & interesse, in qua esset, si nullitas, quæ jux-
ta rigorem juris pro excessu contrahitur super tota
executione, non fuisset sublata per æquitatem compro-
batam, & confirmatam à dicto Statuto.

Additur ulterius, quod si executio facta fuisset pro
summa tantum verè debita, nihilominus debitor esset
in damno, quod ab ea executione juste facta resultas- 28
set, ideò licet facta fuisset executio, vel sequestrum
pro majore summa, non debet Creditor reficere nisi
ea damna, quæ passus fuerit Creditor pro excessu, nam
alia etiam passurus erat in casu, quo non fuisset exe-
cutio excessivè facta.

Sed omninò contrarium firmandum est, nam, licet
per æquitatem introductum fuerit, ut sustineantur se- 29
questra, aliæque executiones factæ pro majore sum-
ma, quàm sit verum debitum, non potest in jure re-
ctè argui, quod creditor ad damna tantum pro rata
excessus teneatur erga debitorem, quia regulariter quic-
quid per æquitatem, sive à Lege, sive à Stilo, vel
consuetudine introducitur, semper intelligitur fuisse
concessum absque ullo damno alterius Partis, itaut si 30
altera Pars esset in aliquo damno, illud semper refici
debeat, ut doctè de more tradunt in vim plurium tex-
tuum, & *Gloss. in l. 1. ff. de Legib. Salgad. Labyrint. Credit. part. 2. cap. 24. numer. 24. 25. 26. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 125. num. 8. 9. & 10. De Luc. de Dote disc. 68. nu. 4. Rodriquez de Concurs. Credit. part. 2. artic. 4. num. 7. 8. Olasch. decis. 46. num. 19. vers. nam licet Rocc. Episcop. Select. disput. capit. 147. num. 12.* & in puncto, quod hæc æquitas per quam 31
moderno tempore sustinentur sequestra, vel executio-
nes pro summa vere debita, introducta tantum fuit
ad inutiles circuitus evitandos, & diversas inutiles Li-
tes, & impensas resecandas, secus ad effectum libe-
randi Creditorem à refectione omnium damnorum,
& interesse, quæ interim passus fuisset Debitor, egre-
gie advertit *Salust. Tiber. in prax. Judiciar. cap. 37. fere per totum* omninò legendus, quem sequitur *Ursell. conclus. 86. num. 18. vers. Et prædicta*, & mirifi-
ce *De Luc. disc. 58. num. 9. & disc. 62. numer. 4. de Dote, Urceol. de Transact. quæst. 97. num. 3. & 4.* &
in *dec. Florent. 44. num. 12. & D. Audit. de Comitib. d. dec. Sen. 1. num. 9.*

In nihilo refragantibus Authoritatibus *Costæ*, *Calvini*, *Hodiern. Andreoli* in contrarium pro punctua- 32
libus allatis, nam de *Costa* nulla habenda ratio, quia
nedum ipse ex proprio Marte loquitur, nullam affe-
rendo Legem, vel Authoritatem, nisi *Nevizanum*,
qui nunquam somniavit dicere id, ad quod allega-
tur, sed etiam contra manifesta Juris principia, qui-
bus altera communior Doctorum Sententia innititur,
& similiter *Calvinus*, & *Hodiern.* nullatenus sunt at-
tendendi, quia ambo pendent ab ore *Costæ*, absque
ullo, ut dixi Juris fundamento loquentis, & quam-
vis *Calvinus*, & *Hodierna* aliquos alios Doctores al-
legent, nemo tamen ipsorum ausus fuit asserere, quod
male, vel oscitanter ipsi supponunt, neque pariter est
habendus in consideratione *Andreolus*, quia ipse quo-
que loquitur absque ulla Lege, & authoritate.

Minimeque penitus ex prædicta dispositione Statu-
ti Mer-

ti Mercantiæ expressè mandantis juxta modernam æ-
quitatem confirmationem executionum pro summa ve-
rè debita, & earum revocationem in excessu, elici
valet à contrario sensu argumentum, quod voluerit
Statutum liberare pro rata veri crediti, Creditorem à
refectione damni à debitore passi, quia quoties Lex,
vel Statutum ob aliquod æquitatis motivum ad unius
33 favorem aliquid disponit, debet intelligi id fecisse abs-
que ullo alterius Partis damno, vel præjudicio, ut
mox supra vidimus per Authoritates allegatas in §.
Sed omnino, & in puncto ita huic Argumento in
contrarium adducto, egregie respondet *Osasch. decis.
Pedem. 46. numer. 14. vers. nec movet*, & *numer. 15.*
& ibi præsertim *vers. Nam licet sit concessum*, & *Ma-
rescott. var. resol. lib. 2. cap. 125. num. 10. Altegrad.
Sen. cons. 25. num. 16. lib. 2.*

Nullius quoque momenti reputanda est ea subtilis
reflexio, quod respectu ratæ veri crediti eadem dam-
na, quæ passus fuit debitor in rebus, vel mercibus,
super quibus pro majori summa, sequestrum, vel alia
executio facta fuit, passurus erat etiam in casu, quo
tantum pro summa debita facta fuisset executio, &
sic cum vere nihil omnino referas quoad ratam veri
crediti, quod executio, sive sequestrum factum fuerit
uno, vel altero modo, non debet quoad damna re-
34 spectu summæ verè debitæ Creditor diversimode dijn-
dicari, sed æqualiter tam in uno, quam in altero ca-
su à damnis absolvi; quia hæc ratiocinatio locum si-
35 bi vindicare posset, quando per Creditorem conclu-
denter probaretur, quod difficillimum, & fere impos-
sibile fuisset, quod in casu etiam executionis factæ
pro summa vere debita non potuisset debitor hujus-
modi damna effugere; verùm quia debitor, in isto
casu, potuisset omne damnum evitare, vel fidejus-
sionem præstando, vel solvendo verum debitum, pro-
pterea tota illa ratiocinatio penitus corruit, ut in hi-
sce similibus terminis notant *Salycet. in l. Edita 3.
num. 13. vers. Fui C. de edend. Scacc. de Appellat. qu.
11. sub num. 33. §. Ad adducta versus fin.* & *Rota Ro-
man. part. 17. recent. decis. 82. num. 2.* & fere in pun-
cto ponderant *Card. De Luc. de Judic. disc. 36. num.
24. vers. Tunc si adsit excessus*, & *Mass. ad Cartar.
decis. observat. 39. num. 11. vers. Et quia pro majori.*

Minusque valet replicatio, quod si debitor potu-
isset, ut prætendebatur in casu nostro, præstare fi-
dejussionem pro tota summa, licet majori vero de-
bito, pro qua sequestra facta fuerunt, & sic liberare
res, vel merces à Sequestris, vel saltem diligentias
facere instando apud Judicem, vel sequestres, ut ven-
36 derentur ne deteriores postea, sive intrinsecè, sive
extrinsecè fierent, sibi debet imputare omne dam-
num, quod ex sequestris ei obvenerit, si dictam cau-
tionem dare omiserit, vel venditionem rerum, seu
mercium non procuraverit, nam quoties impedimen-
tum ex facto Adversariæ Partis procedit, nemo tene-
37 tur illud removere, neque ullas diligentias, quamvis
posset pro eo removendo, facere *Card. De Luc. de
Censib. disc. 27. num. 6.* & *de Benefic. disc. 56. num. 3.
Rot.* penes *Torr. var. quæst. tom. 1. tit. 2. decis. 16. n.
18. fol. mihi* 483. & *Bondon.* penes *Oter. de Pascuis
cap. 49. num.* 205. *Posth. dec. Bonon. 59. num. 113. 114.*
& *seq.* nequidem contra sequestrantem, vel Judicem,
38 aut alios protestari *Rot. coram Penna d. decis. 37. num.
11.* & *Posth. d. decis. 59. num. 115.* & in puncto quod
non tenentur debitor sequestrum in suis bonis inju-
39 ste, vel nulliter factum removere, neque pro eo re-
movendo diligentias facere tradunt *Rot. coram Penna
d. decis. 37. num. 11.* & *Posth. d. decis. 59. num. 114.*
& *Pegaz. var. resolut. cap. 16. num. 89. §. Nec aliquid
interest fol. mihi 1067. lib. 2.* quare si merces, vel bo-
na sequestrata postea perierint, vel deteriora facta fuerint,
omne damnum imputabitur injuste sequestranti, & sic
40 tenebitur illud integrè reficere debitori, cui sequestrum
factum fuit, ut supra latè probavimus, secus dicen-
dum esset si sequestrum juste, & rite injectum fuis-
set, nam tali casu, si sequestratæ res perierint, vel
41 deterioratæ fuerint, non cedit id damno sequestrantis,
sed damno debitoris *l. Pignus ff. de Pignorat. Action.
Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 111. num. 106.* &
107. & latè *Posth. decis. Bonon. 21. numer. 27.* & *28.
29. 30. 31. cum seqq.* Veruntamen si ageretur de re-
bus sequestratis, quæ servando servari non possunt,
sive essent cum tempore peritura, vel damnum ali-
quod, sive deteriorationem passuræ, tunc si illæ pe-
rierint, vel deteriores effectæ fuerint, id cedet dam- 42
no Sequestris, quia ipse tamquam bonus Administra-
tor tenebatur, officio Judicis implorato, vendere ne
perirent, vel aliquam deteriorationem paterentur, &
pretium servare, vel deponere, ut per Textum in *l.
si oleum 10. ff. de dolo malo*, & alios contextus com-
muniter tenent *Gail. lib. 1. observat. 148. numer. 3.
4.* plenè *Cyriac. controv. 258. num. 10. cum seq.* & *nu-
mer. 26.* & fere per totam *Rodriquez de Concurs. Cre-
dit. part. 1. artic. 6. num. 175.* & *seq. Ab Eccles. par.
1. observat. 126. num. 15.* & *seq. Tort. ad Statut. Pap.
rubr. 7. sive stat. 7. in Civilibus numer. 62.* & *in fin.
Hermosill. ad ll. Hispaniar. l. 8. tit. 3. part. 5. gloss. 10.
numer. 4.* & *6. fol. mihi Hispan. impresc.* 211. *Ridol-
phin. in prax. part. 1. cap. 14. num.* 135. & quamvis 43
dixerim, quod debeant hujusmodi res, vel merces per
Sequestrem vendi, implorato Judicis officio, ac etiam
citatis partibus, ut docent *Borell. in summ. decis. lib.
2. tit. 37. num. 174.* & *175.* & alii mox supra cita-
ti, attamen si constaret, quod venditio facta fuerit 44
bona fide, pro pretio nempè, quo communiter mer-
ces, vel res vendebantur, venditio valebit, licet abs-
que decreto Judicis, neque citatis Partibus à Seque-
stre facta fuerit, ut per Textum expressum in *l. 1. §.
Licet autem vers. Commodius ff. de periculo*, & *com-
mod. rei vendit. Rot. Roman. decis. 219. num. 18. 19.
part. 5. recent.* & per ea, quæ latè tradidi supra *dist.
198. num. 49.* ad quem vos remitto.

Modo videndum remanet an ea omnia, quæ dicta
sunt de Sequestris, & aliis executionibus factis pro
summa majore vero debito procedant in sequestris,
vel aliis executionibus extrajudicialibus, nempè in il-
lis, quæ fiunt vigore alicujus pacti executivi inter Par-
tes initi sive virtute precarii, vel constituti, & hu-
jusmodi.

In quo Juris Articulo videntur inter se adversari
Doctores, quorum altera opinio sustinet, quod se-
questrum, vel alia executio extrajudicialis facta pro
majori summa non sit in totum nulla, sed pro rata 45
tantum summæ non debitæ, & pro summa vere de-
bita valida sit, quia cum nullum intercedat in exe-
cutione extrajudiciali Judicis mandatum, ex cujus in-
dividuitate tantum nulla executio in totum redditur,
ideo dicta individuitate cessante, nulla in totum esse 46
non potest extrajudicialis executio, quod procedit et-
iamsi accesserit Judicis mandatum, quia hoc manda-
tum Judicis, cum solum accedat pro urbanitate, &
superabundanter, non operatur quin revera executio
attribuatur pacto, vel conventioni Partium, ut plu-
ribus citatis firmant *Cancer. var. resolut. part. 3. cap.
17. numer. 341. cum seq. Hodiern. ad Surd. decis. 45.
nu. 10. Merlin. Pignatell. cent. 2. cap. 69. per totam*,
& ibi *Scopp. Add. num. 9. 10. Altimar. ad Rovit. ad
cons. 40. num. 25. lib. 2.* Altera vero contrarium om- 47
ninò tuetur, ut nempè, executiones, licet extrajudi-
ciales, in totum sint nullæ, & hujus sententiæ sunt
Gratian. discept. cap. 162. num. 33. & *seq. Balducc. ad
Ramon. cons. 80. num. 32. Rot. Roman. decis. 397. num.
1.* & *seq. part. 18. tom. 1. recent.* & *decis. 426. num.
7. part. 19. volum. 2.* & *coram Merlin. dec. 621. vers.
Et cessat. Hering. de Fidejuss. cap. 6 num. 127. Surd.
dec. 45. num. 3. 4.* & *12.*

Sed in hoc Authorum conflictu de facili ita pos-
sunt conciliari eorum diversæ opiniones, quod nempè 48
prima procedat, quando executio extrajudicialis facta
fuit, vel in rebus dividuis recipientibus functionem
in genere suo, vel in una re, quæ commodam pati
possit divisionem absque damno debitoris, qui rem
dedit in solutum, ut bene colligitur ex celebri Textu
in hac materia à Doctoribus ponderato in *l. si non
sortem §. Si centum ff. de condict. indebit.* præsertim
ex verbis „ ibi „ *Nemo enim invitus compellitur ad
communionem* „ & cum hac conciliatione rectè tran-
seunt Doctissimus *Merlin. Pignatell. dicto cap. 69.
num. 15. vers. Eo tamen modo* & *D. Auditor Mas-
sa ad Cartar. decis. observat. 39. num. 9. 10. 11.* &
12. & nonnulli alii ex supracitatis.

Altera, quæ in hac quæstione, resolvenda remanet
difficultas, ea est, an nempè sequestrum, sive alia exe- 47
cutio facta pro majori summa vero debito de stricto
Juris

Juris rigore in totum sit nulla, etiam in casu, quo
Creditori impossibile erat, dum sequestrari bona, vel
capturari fecit personam sui prætensi debitoris, expri-
mere veram summam, vel quia creditum suum erat il-
liquidum utpote dependens à futura discussione partita-
rum, vel computorum solidatione, vel liquidatione
alicujus facti, seu interesse, pro quo debitor teneba-
tur, aut quia creditum esset incertum, ex quo pende-
ret à redditione rationis, sive administrationis, vel so-
cietatis.

In qua quæstione, quamvis Senatus Cathaloniæ pe-
nes *Fontanell. decis.* 235. *num.* 17. 18. 19. *& Cancer.
var. part.* 2. *capit.* 10. *num.* 18, tenuerit exprimendam
50 fore aliquam summam, ne debitori nimium difficile sit
invenire fidejussorem pro summa incerta, tamen veritas
est in contrarium, quia Lex, quæ pro creditis illiqui-
51 dis, vel incertis, permittit posse fieri sequestrum, vel
in bonis, vel in persona debitoris, per necessarium
antecedens supponit, vel disponit, quod fieri debeat
sequestrum eo modo, quo Creditor illud facere potest,
& quemadmodum pro credito illiquido, vel incerto im-
52 possibile est Creditori exprimere veram summam Debi-
ti, ideo Sequestrum, sive personale, sive reale debet
tantum fieri, ut debitor caveat de stando juri, vel ju-
dicatum solvendo in ea summa de qua constabit, ip-
sum post Sententiam esse verè debitorem; quinimo si
illa exprimeretur, & esset in majori summa, quam ve-
rum debitum, erit in totum nullum sequestrum, vel
captura ob individuitatem Decreti Judicis; ut præter
alios supra suo loco laudatos firmat optimè *Castrens.
cons.* 474. *sub numer.* 1. *vers. similiter in alio loquitur
Baldus usque ad vers. concluditur ergo part.* 1. egregie
latèque *Borgn. Cavalcan. de Usufruct. Mulier. relicto
numer.* 208. *vers. Alias si pro majori summa usque ad*
209. *Balducc. ad Ramon. cons.* 11. *num.* 23. *Rot. post
eumdem Balducc. tom.* 3. *dec.* 17. *per. tot. num.* 10. *&
decis.* 18. *per tot.* & præcipuè *num.* 19. *&* 20. *Fonta-
nell. dec.* 235, *num.* 17. cui in hoc tenuit contra Sena-
tum Cathaloniæ *Scanarol. de Visitat. Carcerat. lib.* 3.
§. 8. *cap.* 2. *num.* 27. *& seqq. Mass. ad Cartar. decis.*
117. *num.* 5. 6. 7 *Bertachin. vot. dec.* 129. *Sabell. in
summa verb. debitor num.* 30. *vers. Sed quod imo*, &
quamvis major pars horum Doctorum loquatur de ca-
ptura, tamen eorum dictum procedit in sequestro rea-
53 li bonorum, quia à Personali executione, seu captu-
ra, ad executionem realem, sive sequestrum de jure
valet argumentum, ut supra probatum fuit, & in pun-
cto ita egregiè respondet *Borgn. Cavalcan. de Usufruct.
Mulier. relict.* loco mox citato.

Neque obstat, quod absque expressione alicujus sum-
54 mæ difficillimum erit debitori invenire fidejussorem pro
liberando se à tali sequestro, quod pro absurdo consi-
deratum fuit à Senatu Cathaloniæ.

Primo quia sibi imputare debet debitor, qui ex facto
proprio, vel ex propria culpa se posuit in ista angu-
55 stia, dum se suspectum, vel contumacem reddidit Cre-
ditori, & sic dedit causam sequestro, per ea, quæ
tradunt *Cravet. cons.* 270. *numer.* 3. *Menoch. de arbitr.
cas.* 337. *num.* 20. *Taber. axiom. jur. verb. impedimen-
tum* §. 5.

Secundo, quia nullatenus probatur, quod difficilius
56 sit invenire fidejussorem, ut simpliciter caveat tantùm
de stando juri, & judicatum solvendo, quam pro sum-
ma ex solo arbitrio Creditoris exprimenda, quæ etiam
exprimi potest in notabili summa, ut magis difficulte-
tur debitor ad inveniendum pro ea fidejussorem.

Tertio, quia Creditor injiciens sequestrum contra
57 suum debitorem in casibus à jure permissis ad effectum,
ut caveat, utitur jure suo, propterea non est haben-
da in consideratione difficultas inveniendi fidejussorem,
quæ ob sequestrum ita factum illi obveniat *l. si mihi,
& tibi ff. de legat.* 1. & ibi Doctores latè *Solorzan. de
Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *capit.* 18. *numer.* 30. & id
maxime procedit, quando creditum dependet à futura
58 redditione rationis, nam sicuti debitor tunc tenetur
ad factum redditionis rationis, ideo de jure pro adim-
plemento hujus facti potest obligari ad fidejussorem præ-
standum, ut caveat pro reddenda ratione, ut optime
reflectunt *Scannarol. Rot. & Massa* locis mox supra
laudatis.

Quartò, quia creditor se exponeret periculo exprimen-
59 di, vel majorem summam, quam esset illius creditum,
quod resultaret in damnum debitoris, quia incideret
in majorem difficultatem inveniendi fidejussorem, vel
minorem summam, & sic non habendi fidejussorem
pro tota summa, quæ sibi verè deberetur, quod es-
set absurdum, & ideo pro eo evitando verius, &
æquius in jure est, ut sequestrum fiat non pro certa
summa, sed ut debitor caveat modo quo supra mox
dictum fuit.

Et hic ponitur finis huic articulo, ex cujus discus-
sione indubitatè reor fuisse per Nos recte judicatum, 60
quod teneantur DD. Fratres de Benottis ad omnia
damna passa à D. Equite Goddard Anglo ob sequestra
ab illis facta super illius mercibus apud varios Merca-
tores Liburni existentes pro longe majori summa, quam
esset eorum Creditum, eoque magis, quia pro eadem
excessiva summa fuerunt postea dicta sequestra per Sen-
tentiam Judicis confirmata, quam sequestrorum con- 61
firmationem eodem nullitatis vitio laborare punctim
dixit latè, & egregie *Cavalcan. de Usufruct. Mulier.
relict. numer.* 209. *vers. & in tantum sunt vera, us-
que ad numer.* 10. *Salust. Tiber. de modo proced. in
caus. quæ coram Audit. Camer. agunt. lib.* 1. *cap.* 36.
numer. 4. 5. *Cancer. var. lib* 3. *capit.* 17. *num.* 345.
*vers. Quod adeo verum Brixian. in repertor. ad dec.
Borgnin. verb. sequestrum nullum quando*, imo ma-
joris detrimenti erat confirmatio, quia post dictam
confirmationis Sententiam, quæ ob desertionem ap-
pellationis per incuriam Curatoris dicti Dom. Equi-
tis secutam, non poterat amplius ipse Dom. Eques
medio fidejussionis à dictis sequestris suas merces li-
berare, & quamvis in contrarium replicaretur, quod
de æquitate dicta confirmatio pro rata summæ susti-
neatur, tamen eadem occurrebat responsio supra da-
ta, quod dicta æquitas quoad damnorum refectionem
nihil DD. Fratribus de Benottis suffragabatur; At 62
quemadmodum nedum ex dicto capite motus fui ad
decidendum in favorem dicti Dom. Equitis, sed ex
aliis etiam Juris rationibus, ideo in sequenti decisio-
ne illas pariter, ut docet pro meis viribus discussas,
subjiciam.

A R G U M E N T U M.

Equites Divi Stephani possunt Mercaturam exer-
cere, & illam profitendo gaudent omnibus
Privilegiis propriæ Religionis, & omnibus
aliis de Jure Communi Militibus concessis,
& an id procedat etiam in Equitibus Hiero-
solymitanæ Religionis, Militibus, & Nobi-
libus?

Declaratur, & latissime exornatur Capitularis
Deliberatio Sacræ Militaris Religionis D.
Stephani edita *die* 19. *April.* 1695. disponens
quod antequam relaxetur executio contra
Equites dicti Ordinis debeat eisdem assignari
terminus quindecim dierum ad solvendum,
& an Executio obtenta absque prævia di-
cti termini assignatione valida sit, vel inva-
lida?

Declaratur Statutum Mercantiæ Civitatis Flo-
rentiæ *lib.* 2. *Rubr.* 8. *delle Esecuzioni*, & con-
ciliatur cum prædicta Capitulari Delibera-
tione.

Actus gestus contra Statuti, vel Legis disposi-
tionem quando sit nullus, nec ne?

Pro validitate confirmationis Sequestri quæ re-
quirantur?

S U M M A R I U M.

1 *Executio obtenta absque prævia assignatione termi-
ni à Statuto inducti ad solvendum, nulla est,
& invalida.*

2 *Statutum disponens de Executionibus factis ad
effectum solvendi, non comprehendit executio-
nes, quæ fiunt ad effectum cavendi, vel sisten-
di bona.*

Limita num. 3.

4 *Miles Mercaturam exercens non gaudet Privilegiis de Jure Communi Militibus concessis.*

Declar. id procedere in iis Militibus tantum, quibus Mercatura prohibetur num. 5.

6 *Equites Divi Stephani possunt Mercaturam exercere absque Nobilitatis jactura.*

Et Negotiationem profitendo gaudent omnibus Privilegiis à Statotis sua Religionis eisdem elargitis num. 8.

Idem procedit in Equitibus Hierosolymitana Religionis num. 7.

Et in omnibus Nobilibus, & Equitibus in extranea Civitate Mercaturam profitentibus, quamvis Negotiatio ibi Nobilitati derogaret, numer. 9.

10 *Privilegio censetur renunciatum, quando quis se subjicit alicui Legi, vel Statato incompatibili cum eodem Privilegio.*

Declara ut nom. 11. & seq.

11 *Declaratur, & conciliator Statutm Mercantia Civitatis Florentia* libr. 2. Rub. 8. delle Esecuziuni *cum Capitulari Deliberatione Sacra Militaris Religionis Divi Stephani, & numer. 12. 13. 14. & 15.*

14 *Statutum, seu Lex postea facta limitationem, vel modificationem continent habetur, ac si esset in primo Statato id insertum.*

16 *Statutum loqens per verba affirmativa, vel dispositiva tantum, non antem prohibitiva, non importat nullitatem actus gesti contra ordinationem Statuti, sed contraveniens puniri potest.*

Pracipuè si observantia actos sit injuncta Judici, & non Parti num. 17.

18 *Declaratur pradicta Capitularis Deliberatio Militaris Religionis Divi Stephani num. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. & 27.*

19 *Clausula* altrimenti ec. *Caterata de stylo Curia Florentina inducit nullitatem actus alio modo gesti.*

21 *Rescriptum, & Decretum Principis declaratur à precibus eidem per supplicantes porrectis.*

22 *Observantia declarat an Statotum, seu Rescriptum contineat in se clausulam irritantem actus alio modo gesti.*

24 *Relatom attenditur, & non referens, & numer. 27.*

25 *Actus gestus contra Statuti, vel Legis dispositionem quando sit nullus nec ne, & nomer. 26.*

29 *Terminus non est assigaandus Curatori absentis ad certiorandum suum Principalem, nisi petatur. Fallit Florentia, & Liborni attenta contraria consoetudine num. 30.*

31 *Sententia à Judice prolata non assignato termino Curatori absentis non valet.*

32 *Ad validitatem confirmationis sequestri necessaria est pracedens crediti liqoidatio.*

33 *Judex non potest procedere ad Executionem contra aliquem nisi prius pracedat liquidatio crediti.*

34 *Produci debent etiam ea omnia, que cum productis necessariam connexionem, & relationem habent.*

35 *Partitarum extractio à Libris Mercatorum facta sine citatione Partis non valet.*

36 *Liquidatio Crediti fieri non potest sine Calculo dati, & recepti.*

37 *Sententia pracipitanter lata contra absentem, & sine assignatione termini ad faciendas suas defensiones, nullitatis vitio laborat.*

38 *Executio facta contra Debitorem, antequam veniat dies solationis, nulla est.*

39 *Quando constat de magna quantitate damnorum, & interesse, potest quis condemnari ad prastandam aliquam partem eorum, licet adhuc non sint liquidata.*

Et ita observatur à Rota Florentina num. 40.

In eadem Causa.

DISCURSUS CCVI.

EX alio quoque triplici nullitatis capite prædictam Sequestrorum confirmationem à DD. de Benottis obtentam undique injustam, & nullam dijudicavimus, eosque propterea ad omnia damna, impensas, ac interesse post dictam confirmationem dicto D. Equiti Goddard causata cum majori intrepiditate condemnavimus.

Uno nempè ex inobservantia deliberationis Capitularis Sacræ Religionis S. Stephani emanatæ anno 1695. approbatæ vigore gratiosi Rescripti per Serenissimum Magnum Ducem illi elargiti, ex qua demandatum fuit, quod contra Equites dictæ Religionis non valeat ad ullam executionem procedi, nisi prius fuerit per Creditorem obtenta licentia à D. Auditore ejusdem Serenissimi Magni Ducis, & assignatus terminus dictis Equitibus dierum 15. ad solvendum, quia DD. de Benottis absque præcedente assignatione dicti termini, tam prædicta sequestra injecerunt, quam eorum confirmationem à Dom. Gubernatore Liburni consequuti fuerunt, ut in puncto ex 1
defectu assignationis hujusmodi termini pro nullitate executionis egregiè firmant *Barz. decis. Bonon. 76. nu. 1. & seq. Rota in dicta Florentina in Liburnen. seu Florentina Nullitatis Captura 22. Junii 1673. §. Ulterios coram Farsetto, & in Lucana Nullitatis Captura coram D. Bonfinio, qua est dec. 347. num 42. inter recollect. à D. Palm. Nep. & Dom. Mass. ad Cartar. decis. 14. num. 23. cum seqq.*

In nihilo relevantibus iis, quæ in contrarium subtiliter per Defensores DD. de Benottis objiciebantur.

Et primò nullatenus obstat quod dicta Capitularis deliberatio loquatur tantum de executionibus, quæ fiunt ad effectum solvendi, & non ad effectum cavendi, vel sistendi bona pro assecuratione tantum crediti, vel pro assecurando Judicium ne elusorium red- 2
datur, vel saltem de eis tantum loqui intelligenda sit, ut bene advertunt *Gotierez de Juram. part. 1. cap. 16. nom. 32. Sabell. resol. 53 num. 15.*

Nam objectum procederet quoad sequestra tantum à DD. Benottis facta, secus quoad eorum confirma- 3
tionem obtenta ad effectum præcisum solvendi, quare post injecta sequestra, & sic assecuratum Judicium indubitare tenebantur dicti DD. de Benottis, antequam executiones Sequestrorum confirmationem ad effectum solvendi obtinerent, dictum terminum dierum 15. dicto D. Equiti Goddard concedere.

Nullius quoque ponderis est altera objectio, quod nempè dictus D. Eques Goddard debeat considerari non uti Eques, sed uti Mercator, ideoque non valeat gaudere Privilegio dictæ dilationis dierum 15. 4
elargito Equitibus S. Stephani ad solvendum ad instar aliorum Militum Mercaturam profitentium, qui gaudere non possunt Privilegiis de jure Militibus concessis *Bald. in l. unic. Cod. in qoibos Causis militant. numer. 1. Caccialup. de Debitor suspect. quast. princip. 5. num. 15. Caffar. peregr. quast. 35. num. 19. in fin. Carleval de Judic. lib. 1. num. 1. disp. 2. quast. 6. sect. 4. sob nom 471. Tondut. de Pravent. part. 1. cap. 28. nu. 9. Novar. de elect. Fori qoast 36. nom. 7. vers. declara Gratian. cap. 186. num. 24. Zacch. de Salar. quast. 91. numer. 24. Barbos. ad l. omnes num. 2. Cod. In quibus Causis militant Scannarol. de Visitat. Carcerat lib. 3. §. 4. cap. 6. nom. 33. Castagn. de Privileg deduct. na egtat. quest. 8 fallent. 1.*

Quandoquidem, omissa pro nunc disputatione, an Equites Sancti Stephani æquiparari ita possint aliis Militibus, ut juris communis dispositio pro illis edita, in illis quoque locum habeat, respondetur objectum procedere in aliis Militibus, quibus de jure in- 5
terdicta fuit negotiatio, propterea, cum ipsi ob Mercaturæ exercitium, Legem offendant, omnia Privilegia à Legibus illis concessa, jure ac merito sublata fuerunt per textum in *l. unic. Cod. Negotiatores ne militent. lib. 12.* & propter istam rationem ita notant 6
omnes Doctores in objectio laudati. Verum cum in casu nostro non sit dictis DD. Equitibus S. Stephani Mercaturæ exercitium interdictum, quinimò expressè permissum, dum ex Statutis dictæ Sacræ eorum Religionis

gionis sub *tit.* 17. *cap.* 3. nullæ aliæ artes eis prohibentur, nisi viles, & mechanicæ, quæ Nobilitati derogant, inter quas non debet in Italia præsertim Florentiæ, Genuæ, Venetiis negotiatio connumerari, quia de particulari consuetudine, vel sanctione tum Nobilibus, tum Equitibus, Religionis etiam Hierosolymi-
7 tanæ, sive jactura nobilitatis, vel Equestris Ordinis dedecore illa permittitur, ut latè tradit cum pluribus allegatis *Ansald. de Mercat. disc. fin. & general. num.* 75. *usque ad num.* 82. quo loci enumerat alias Civitates tum Italiæ, tum extra Italiam existentes, in quibus ars Mercaturæ, vel negociationis permittitur, ideo per consequens, cessante in Nostris Equitibus prohibitione negociationis, illa non impedit, quominùs gaudere debeant omnibus Privilegiis, quæ à Statutis, vel
8 Ordinibus Suæ Religionis, vel Magni Magistri eis elargita fuerunt, ut prosequitur idem *Ansald. loco citato sub num.* 79. quod etiam procedit in Nobilibus, & E-
9 quitibus extra Patriam suam, in qua Negotiatio Nobilitati non derogat, Negotiationem profitentibus, in alia nempè extranea Civitate, vel Provincia quamvis in hac extranea Civitate negotiatio Nobilitati derogaret, ut punctum advertit *Gutierez pract. quæst. lib.* 3. *quæst.* 13. *ex num.* 84. & præcipuè *num.* 92. & 96. & post eum idem *Ansald. dict. disc. general. numer.* 80. & 81.

Ejusdem pariter irrelevantiæ comperta fuit altera Adversariorum oppositio cum majori subtilitate excitata, quod nempe, cum D. Eques Goddard propter assumptum Negotiationis exercitium statim se subjecerit Statuto hujus Curiæ Mercantiæ *lib.* 2. *rubr.* 8. *delle esecuzioni*, cujus vigore contra Mercatores etiam absque ulla in certis casibus præcedente assignatione termini ad solvendum pro eorum contractibus executio, sive realis, sive personalis intentatur, videtur quod ipse pernecesse Privilegio dierum 15. Equitibus à dicta Capitulari deliberatione indulto renunciaverit; Nam alias non esset idem Privilegium practicabile cum observantia dicti Statuti Mercantiæ, cui sponte Dom. Eques Goddard se subjecit, paratam, vel promptio-
10 rem executionem, & absque ulla assignatione termini ad solvendum contra Mercatores debitores concedentis ex traditis per *Gallerat. de Renunciat. lib.* 5. *cap.* 6. *numer.* 17. *& seq. & Centur.* 1. *renunciat.* 6. *n.* 20.

Nam hujusmodi argumentum renonciationis solùm
11 procedere posset, si adessent duo Fora distincta, unum nempè pro dictis Equitibus Sancti Stephani, & alterum pro Mercatoribus tantum, quæ circa modum executionum, tum personalium, tum realium adversus dictos Equites, & Mercatores respectivè faciendarum diversimode disponerent, quo casu, si aliquis Eques S. Stephani Mercator efficeretur, tunc argui posset, quod ipse se subjecerit Statuto Fori Mercatorum, & per consequens sequeretur, quod alteri Equitum Foro incompatibiliter circa executiones cum Statuto Mercatorum disponenti renunciaverit; Verum quia dictum Statutum Mercantiæ *rubr.* 8. *dell' esecuzioni*, non est conditum pro Mercatoribus tantum, sed generaliter, & indistinctim comprehendit, tam Equites S. Stephani Mercatores, quàm non Mercatores, tam Nobiles, quam Plebejos, & quascumque personas subditas ubique Etruriæ, & sic, cum vigore dicti Statuti executio fieri possit contra Equites, sive Mercatores, sive non Mercatores; Privilegium dilationis dierum 15. à Serenissimo Magno Duce, & Magistro dictæ Religio-
12 nis, DD. Equitibus indultum ad solvendum antequam contra eos ad executionem procedatur, stare non potest nisi eorum respectu, & favore in formam modificationis dicti Statuti Mercantiæ sub *rubr. delle esecuzioni* absque etiam ulla termini assignatione executionem permittentis; Immo cum hæc modificatio per dictum Privilegium postea inducta ad favorem dictorum DD. Equitum de sui natura sit relativa ad dictam præcedentem *Rubr.* 8. *Statutorum Mercantia* compre-
13 hendentem regulariter omnes subditos, & sic etiam dictos Equites, ut notat *Paris. cons.* 17. *num.* 19. *lib.* 1. & perbelle *Cartar. dec.* 67. *num.* 50. 54. *usque ad* 57. haberi ideo debet idem Privilegium, ac si esset insertum in dicta *Rub.* 8. per viam favorabilis modificatio-
14 nis, vel limitationis factæ dicto Statuto à Serenissimo Magno Magistro respectu suorum Equitum, prout mirum in modum advertit fere in puncto *Rot. coram*

Bich. decis. 388. *num.* 9. 10. 11. Ratio autem cur Serenissimus Magnus Magister rigorem dicti Statuti Mercantiæ pro Equitibus prædictæ suæ Religionis temperaverit, nulla alia esse potest, nisi quod voluerit, ut 15
cum majori honestate, & urbanitate dictæ Personæ adeò honorabili Caractere insignitæ in executionibus contra eos agendis tractarentur, quàm non permittebat dictum Mercantiæ Statutum, ut in similibus terminis ponderant *Ridolphin. in prax. Judic. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 349. & 350. *Scannarol. de Visitat. Carterat. lib.* 3. §. 10. *cap.* 4. *num.* 24.

Neque demum in nihilo relevabat, quod ultimo loco opponebatur per Defensores DD. fratrum de Benottis, quod cum dicta deliberatio Capitularis approbata à Serenis. Magno Magistro non loquatur per 16
verba prohibitiva, sed affirmativa, vel dispositiva tantum, absque expressa annullatione actus, non subintraret idcirco nullitas executionis, sed actus tenet, & solùm contraveniens puniri potest juxta receptam distinctionem, quæ communiter traditur super Statutis, vel Legibus, de qua *Bartol. in L. Non dubium sub num.* 16. *ff. de Legib. Natta cons.* 237. *n.* 6. *Alex. cons.* 24. *num.* 3. *libr.* 4. *Castrens. consil.* 16. *numer.* 9. *lib.* 1. *Honded. cons.* 72. *numer.* 21. *libr.* 2. *Altograd. Sen. cons.* 86. *numer.* 5. & 13. *lib.* 2. *Palm. Nep. alleg.* 363. *nu.* 27. *& seq. Gob. consult.* 95. *num.* 35. *Salgad. Labyrint. Credit. part.* 1. *cap. fin. num.* 38. *Mans. consult.* 184. *num.* 24. *Sanfelic. decis.* 390. *num.* 9. & ibi in *Addit.* §. *Princeps quando cum seq.* & Nos *disc.* 71. *num.* 28. præcipue quando observantia actus non est à 17
Statuto, vel à Lege injuncta Parti, aut Causæ, sed Judici, vel alteri Executori *Belmont. decis.* 52. *numer.* 10. *Merlin. decis. Luc.* 68. *num.* 10. *Sanfelic. dicta dec.* 390. *n.* 23. *Palm. d. alleg.* 363. *n.* 22.

Quandoquidem revera nullatenus subsistit in facto, quod dicta Capitularis deliberatio edita die 19. Aprilis 1695. loquatur per verba tantum affirmativa, sed 18
per verba negativa, & prohibitiva „ ibi „ *che prima, che siano esecutati in bonis; si degni di comandare, che in avvenire non possino, nè devino essere gravati senza prima esser loro assegnato qualche termine competente ad aver pagato, altrimenti, ec.* cujus deliberationis Capitularis precibus Serenissimus Magnus Dux; & Magister gratiosè annuendo rescripsit cum termino dierum 15. assignando dictis Equitibus antequam contra eos ad executionem in eorum Bonis procedatur.

Insuper quod omnem amaritudinem tollit, & hanc 19
veritatem manifestè aperit, est clausula illa ceterata *altrimenti, ec.* quæ juxta stylum, & sensum hujus Curiæ præsefert clausulam irritationis actus sub alio modo facti quod nempè si aliter executio fieret in bonis DD. Equitum, quàm disponit dicta Capitularis deliberatio, sit nulla; & nullius momenti.

Neque aliquem obicem facere videtur, quod Rescri- 20
ptum à Serenis. Magno Duce, & Magistro dictæ Religionis postea conditum pro confirmatione, & approbatione dictæ deliberationis Capitularis non loquatur per verba negativa, sed affirmativa, neque adsit in eo dicta Clausula *altrimenti* „ ibi „ *si assegni un termine di 15. giorni a' Cavalieri dopo essere stata concessa la Licenza, e prodotta in Atti* „ Nam siquidem intentio Capitularis deliberationis in modum precum porrigendarum extensa, absque dubio fuit consequendi Privilegium dictæ assignationis dierum 15. cum annullatione executionis, & cum dicta clausula *altrimenti, ec.* expressè illam irritante, si aliter actum fu- 21
isset, ita subsequens gratiosum Rescriptum Serenissimi Magni Magistri intelligi debet ad mentem Capituli Supplicantis, quia Decreta, vel Rescripta, interpretari, & declarari omnino debent juxta Partium intentionem, & supplicationem ob quandam naturalem, & virtualem relationem, quam habet Decretum ad preces, ut per textum expressum in *L.* 1. *Cod. de diversis Rescript. Natt. cons.* 98. *numer.* 22. *Cephal. cons.* 77. *num.* 36. *Menoch. cons.* 33. *num.* 14. *Rot. cor. Dunozett. Jun. dec.* 604. *n.* 7. *Ojasch. dec. Pedem.* 23. *n.* 44. & egregiè in terminis magis dubitabilibus *Caren. resolut.* 75. *num.* 1. *Mans. consult.* 174. *n.* 1. & 2. *Palm. allegat.* 302. *num.* 10. & Nos ad *Statut. Genuæ tit. de Decret. à Senat. impetrand. in rubr. nu.* 15. cum aliis à Nobis ibi relatis.

Acce-

Accedente ulterius his omnibus diuturna observan-
tia, ex qua constat, quod sæpè sæpius in contingentia
plurium casuum fuerunt declaratæ nullæ, & nullius
momenti executiones factæ in Bonis Equitis S. Stepha-
ni absque assignatione dicti termini; Quæ observantia
est tantæ potentiæ, ut locum non relinquat amplius du-
22 bitandi quin dicta deliberatio Capitularis, nec non Re-
scriptum Serenissimi Magni Ducis sub ea emanatum
hujusmodi clausulam irritantem sub se contineat, ex
vulgatis Juribus.

In nihilo penitus testagante, quod Epistola circula-
ris imposterum post plures menses scripta à Ministro
23 dicti Capituli Judicibus pro notificatione, ac observan-
tia dictæ Deliberationis Capitularis (à qua Epistola
æquivocum sumpserunt prædicti DD. Defensores DD.
de Benottis) referendo dictam Deliberationem Capi-
tularem, loquatur per verba affirmativa „ ibi „ *Es-*
„ *sendosi degnato il Serenissimo Gran Duca Nostro Si-*
„ *gnore, e Gran Maestro della Sacra, ed Illustrissima*
„ *Religione di S. Stefano alle Preci del Capitolo Gene-*
„ *rale della medesima Religione celebrato questo presen-*
„ *te anno in Pisa benignamente rescrivere, che prima*
„ *che siano rilassate le esecuzioni contro i beni de i Si-*
„ *gnori Cavalieri di detta Religione, e dopo essere sta-*
„ *ta prodotta in Atti la solita Licenza di poterli con-*
„ *venire, s'assegni loro un termine di 15. giorni ad*
„ *aver pagati i loro Creditori. Io significo a VS. la*
„ *benigna resoluzione dell' Altezza Sua, acciò sia ese-*
„ *guita in cotesto suo Tribunale, ec.* „ quia, cum hu-
jusmodi Epistola Ministri sit tantum relativa Delibera-
24 tionis Capitularis, nullatenus est attendenda, cum so-
lum attendi debeat relatum, & non referens ex notis-
simis Juribus.

Cæterum ad exuberantiam addebatur, quod etiam
supposito, quod dicta Deliberatio Capitularis, ac dicta
Epistola Circularis loquerentur per verba affirmativa,
nequidem haberet locum allata in contrarium *Bartoli*
distinctio; Primo, quia ad effectum ut actus gestus con-
tra Statuti, vel Legis dispositionem, sit nullus, suffi-
25 cit, quod Statutum, vel Lex loquatur per prius, ac
posterius, quod nempè aliquid ante aliud fieri mandet
non obstante, quod Statutum, vel Lex per verba affir-
mativa, & non prohibitiva, vel negativa loquatur, ut
in casu nostro, ubi tàm Deliberatio Capitularis, quàm
ipsa Circularis Epistola illam referens tali modo dispo-
nunt, ut videre est ex dicta Capitulari Deliberatione
„ ibi „ *Senza prima esser loro assegnato un termine di*
giorni 15. „ & ex dicta Epistola Circulari „ ibi „ *che*
prima, che siano relassate l'esecuzioni contro i Beni de
i Signori Cavalieri di detta Religione, e dopo essere
stata prodotta in Atti la solita Licenza di poterli con-
venire, si assegni loro un termine di giorni 15. „ prout
communiter in puncto docent cum pluribus allegatis
Ravz. decis. Bonon. 76. num. 1. & seqq. Gob. consultat.
95. num. 37. Ganaver. cons. 6. numer. 19. 20. Sperell.
decis. 40. num. 44. Mart. cons. 9. num. 43. in med. &
num. 44. Rot. Nostra coram Urceol. dec. 38. num. 10.
Sanfelic. decis. 390. in addit. verb. nisi prius cum se-
quenti, ac verbo dictio prius, & in terminis Sequestri
Riminald. Jun. cons. 804. num. 6. lib. 7.

Secundo, quia cum dicta Capitularis Deliberatio
26 contraria sit Statuto Communis Florentiæ, vel Mer-
cantiæ, nullum, aut minorem, juxta respectivè suos
casus, terminum Debitori ad solvendum assignanti cen-
setur volita pro forma, qua ideò neglecta per Creditores
nulla, ac invalida remanet executio contra DD. Equi-
tes facta, ut generaliter in qualibet Lege, vel Statu-
to, contra, vel præter Jus Commune, vel cum ali-
qua illius modificatione, seu limitatione disponente fir-
mant *Amat. resol. 66. numer. 16. Mans. consult. 241.*
numer. 21. Natta cons. 32. num. 7. Cravett. cons. 182.
numer. 10. Mart. cons. 9. numer. 43. & cons. 59. num.
11. Riminald. Jun. cons. 804. numer. 4. & seq. libr. 7.
Sanfelic. decis. 390. in addit. verb. quando Statutum,
& verb. seq. Rota coram Duran. decis. 18. numer. 17.
Caracciol. decis. 11. num. 2. Conciol. ad Statut. Eu-
gub. in prælud. numer. 1051, latè & egregiè *Rota No-*
stra coram Urceol. decis. 38. num. 10. & 11. cum plu-
ribus ab eo citatis.

Ex his etiam patet Responsum, quoad alteram par-
tem objecti, ubi ex adverso dicebatur nullitatem exe-
cutionis in casu nostro nullatenus induci, ex quo Epistola
Circularis per Ministrum scripta Judicibus non injungat
Parti vel causæ, sed Judici observantiam dictæ assi-
gnationis termini, tum quia dicta Circularis Epistola
tamquam relativa dictæ Capitularis Deliberationis non 27
est attendenda, sed ipsa Deliberatio Capitularis, quæ
expressè tale onus dirigit in actum executionis, & Par-
tem; tum etiam quia nequidem verum est, quod hu-
jusmodi assignatio termini per dictam Epistolam Cir-
cularem Judicibus injungatur, quinimmò in actum exe-
cutionum tota dispositio per eamdem Epistolam relata
in actum executionis directa est, ut patet ex illius ver-
bis „ ibi „ *che prima, che siano relassate l'esecuzioni*
contro i Beni de i Sigg. Cavalieri di detta Religione, s'
assegni loro un termine di quindici giorni ad aver paga-
ti i loro Creditori.

Et quamvis eadem Epistola post enunciatam dispo-
sitionem dictæ Capitularis Deliberationis in fine di-
rigat verba in Judicem, illa tamen nihil ad rem per- 28
tinent, quia ea verba, non sunt verba dispositionis,
sed Ministri, cum quibus ipse enixè injungit Judici-
bus observantiam ejusdem Capitularis Constitutionis,
seu Deliberationis, ut ex eadem Epistola clarè con-
stat „ ibi „ *Io significo a VS. la benigna resoluzione*
dell' Altezza Sua, acciò sia eseguita in codesto Tri-
bunale. „

Ultimum denique nullitatis caput, qua infecta etiam
erat prædicta Sequestrorum confirmatio, emanabat ex
terminorum conculcatione, improboque, nec non in-
formi modo, cum quibus processum fuit in Causa: Nem-
pè quia primum Curatori, qui D. Equiti Goddard, tan-
quam absenti, & Londini commoranti, fuit constitu- 29
tus, nullus fuit assignatus terminus ad certiorandum,
& consulendum suum Principalem, ut necessarias In-
formationes, ac Instructiones pro ejus defensione reci-
pere posset; Et quamvis dictus terminus, non fuerit in
casu nostro à Curatore petitus, prout illum peti debere
supponunt Doctores fere omnes de hoc termino loquen-
tes, quos lata manu congerunt *Altimar. de Nullit. rub.*
11. quæst. 32. nu. 90. cum plurib. seqq. & D. Mass. ad
Cartar. dec. observat. 84. n. 1. 2. & seqq.

Attamen quemadmodum ex inveterato stylo, ac
observantia Curiæ Florentiæ, & Liburni semper so- 30
let per Judicem ex officio suo tantum, dictus termi-
nus Curatori in ipso actu ejus electionis assignari,
de quo stylo plenissimam fidem facit *Rota Florenti-*
na penes recollect. *à Domin. Palm Nep. decis. 349.*
numer. 14. & 25. vers. sed insuper, ita cum Judex
contra dictum stylum, & consuetudinem illum in
casu nostro omiserit, omnia acta, & Sententia cum 31
dicto Curatore inde secuta, remanent nulla, & nul-
lius momenti, ut in puncto firmat *Muscatell. in pra-*
ctic. Civil. part. 3. in gloss. probandum nu. 63. vers. Et
hoc quoque casu.

Secundo quia per DD. de Benottis nulla præcedens
facta fuit in Actis legitima liquidatio eorum Crediti, 32
quæ necessaria erat ad validitatem Confirmationis Se-
questri, ut in puncto advertit dict. *Rota Nostra Floren-*
tina in dec. 349. nu. 26. & 27. & quod generaliter de
jure requiratur talis liquidatio antequam Judex deveni-
re valeat ad Sententiam, vel Decretum executionis tra- 33
dunt *Ansald. de Commerc. disc. 38. num. 16. 17.* latè
ab Eccles. observat. 109. per tot. Conciol. ad Statut.
Eugub. lib. 2. rubr. 3. num. 56. Giurb. dec. 15. per tot.
Posth. de Subhast. inspect. 26. nu. 19. & 20. & 21. &
Rot. post eum *decis. 56. num. 12. & decis. 150. num. 1.*
post *Mangil. eod. tractat. dec. 49. num. 4.*

Nil penitus relevante productione duarum Litera-
rum diversis, & longe inter se distantibus temporibus à
D. Equite Goddard scriptarum, quæ in Actis facta fuit
à dictis DD. de Benottis, una cum Partitis extractis ab
eorum Libris, ex eo quod nullum ex prædictis Docu-
mentis exhibitis probationis gradum constituebat; Al-
tera enim productio duarum Literarum facta fuit, omis-
sis omnibus aliis intermediis Literis, cum quibus neces- 34
sariam connexionem, & relationem habebant prædi-
ctæ duæ Literæ tantum productæ, ut benè advertit
D. Mass. decis. Lucen. 14. num. 50. & seqq. & al-
tera Partitarum, quia extractæ fuerunt à Libris absque
citatione Partis, ut in puncto confirmationis Seque-
stri ponderat dicta *Rota Nostra Florentina inter re-* 35
collectas à D. Palm. Nepot. decis. 349. numer. 26. &
27. tom. 4. præter quamquod dictæ Partitæ indigebant 36
di-

discussione, & Peritorum opera pro formando vero calculo dati, & recepti, sine quo non potest fieri legitima liquidatio Crediti *Rot. decis. 275. num. 13. 14. part. 5. recentior. De Luc. de Credit. disc. 114. numer. 6. & Rot. part. 10. recentior. decis. 86. num. 8. & coram Falconer. de Subhast. decis. 2., numer. 3. 4. 5. 6. & seq.* nec non inter dictas Partitas extractas aliquæ deficiebant, quæ poni debebant in Creditum dicti D. Equitis.

37 Tertio quia Sententia dictæ Confirmationis Sequestri inter brevissimum tempus dierum 15. promanata fuit, & sic tamquam percipitanter lata, maximè contra absentem, & in longinqua regione commorantem, cui debebat dati congruum tempus ad effectum, ut posset suas defensiones, ac jura per medium Curatoris deducere, dicta Sententia est nulla *Rot. coram Caprar. decis. 465. num. 19.*

Alterum etiam ad comprobandam nullitatem dictæ Confirmationis Sequestri per DD. Defensores D. Equi-
38 tis Goddard allegabatur juris fundamentum, quod nempe de tempore ejusdem Confirmationis non adhuc venerat dies solutionis ejus Debiti, quo stante quæcumque executio facta ad effectum solvendi, ut confirmatio Sequestri, nulla penitus est, prout egregiè firmat *Sanfelic. decis. 308. num. 6. 7. 8. & seq. ac decis. 310. num. 4. cum seq. lib. 2.*

Verum quia punctus iste erat admodum controversus ob variam interpretationem, seu dubium sensum literarum, ex quibus ille pendebat, nec non vice versa pro firmanda nullitate Sequestri nedum sufficere, sed abundare nobis visa sunt, quæ hactenus plene deduximus, ideo hujus fundamenti examen prætermisimus, ad ea nos attamen remittentes, quæ super hoc puncto à Doctissimo Collega meo Dom. Auditore Hieronymo Finetti priore Judice in hac Causa lato elegantique Calamo in ejus Decisione exarata fuere.

Quo verò ad ultimam nostræ Sententiæ partem, in qua pro tunc condemnavimus dictos DD. Fratres de Benottis ad solvendum dicto D. Equiti Goddard in computum dictorum damnorum, expensarum, ac interesse quantitatem scutorum trium mille salvo jure majoris summæ, quæ post pleniorem illorum liquidatio-
39 nem imposterum faciendam, per Nos declarabitur, non sine ratione ita arbitratum fuisse putavimus; Etenim cum ex tota congerie damnorum, ac expensarum à D. Equite Goddad in actis deducta, junctis etiam iis, quæ jam tunc ex Processu resultabant, satis agnoverimus, quod eadem damna, expensæ ac interesse, quamvis aliqua re vera non adhuc concludenter liquidata, ac alia majori discussione, & examine digna, non poterant esse minora quantitate dictorum scutorum trium mille, æquum, & justum esse censuimus, quod interim D. Eques Goddard prædicto fructu tam diuturnæ, ac dispendiosæ Litis ab eo extra Patriam sustentæ frueretur, quod temperamentum, & arbitrium tamquam æquitati, & justitiæ consonum, in bisce fere terminis capere etiam duxit *Rota Romana in Romana Hæreditatis 17. Junii 1695. §. Etenim cum coram Tanrusio* modo impressa penes *D. Torr. in Mantissa ad tractatum de Pactis futur. succession. sub decis. 27. numer. 1.*
40 & in alia simili caso eadem *Rot. coram Coccin. decis. 2200. num. 5.* quod etiam à Rota nostra sæpius observatum fuit, ubi agnovit ex majori summa petita aliquam saltem Actori indubitate deberi, demandando interim illam solvendam fore à Debitore convento in causam declarandam, &c.

A R G U M E N T U M.

Creditor an, & quando possit in vim Judicati, seu Instrumenti habentis vim Rei Judicatæ plures executiones facere, tam Reales, quàm Personales, simultanee, vel successivè in bonis, & Persona respectivè sui Debitoris, & ab una Executione possit ad aliam convolare.

Debitor an, & quando teneatur ad omnes expensas dictarum executionum, seu ad expensas unius tantum? Et quid dicendum in terminis Statuti Mercantiæ Civitatis Florentiæ *libr. 2. rubric. 8. delle esecuzioni §. fin.*

Plura Sequestra, vel Executiones an possint pro eadem summa replicari super Mercibus; vel rebus etiam in valore Summam debitam excedentibus, ad effectum ut Debitor caveat, & ne Judicium reddatur elusorium.

S U M M A R I U M.

1 *Crediter potest plures executiones Reales, & Personales facere in bonis, & Persona sui Debitoris, & de una executione ad aliam convolare.*

Et de ratione num. 2.

Precipuè si bona super quibus facta est prima executio, sint aliis Creditoribus hypothecata, vel intricata num. 3.

Limita si variande executionem damnum notabile resultaree Creditori num. 5.

4 *Replicatio, vel variatio Executionis non potest fieri simultanee, sed successivè.*

6 *Debitor non tenetur ad omnes expensas, quas Creditor fecit in singulis replicationibus, & variationibus executionum, sed ad illas tantum unius executionis.*

Distingue num. 7. 8.

9 *Declaratur Statutum Mercantia Civitatis Florentia* libr 2. rubr. 8. delle Esecuzioni §. final. *disponens, quod Debitor non teneatur, nisi ad expensas unius executionis ad electionem Creditoris, & num. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*

11 *Executio Realis, & Personalis non potest fieri ante liquidationem Crediti.*

16 *Statutum intelligi debet, ut minus corrigat Jus Commune, & ut non contineat absurdum.*

Et quod loquatur de actibus de Jure validis, & permissis num. 17.

18 *Plura Sequestra, vel Executiones possunt pro eadem summa replicari super Mercibus vel rebus, etiam in valore summam debitam excedentibus.*

Contraria opinio verior, & probatur num. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26.

Rejiciuntur fundamenta primæ opinionis numer. 27. 28. 30. 32.

21 *Creditor non potest mitti in possessionem omnium bonorum sui Debitoris, sed tot bonorum, quæ non excedant summam sui Crediti.*

22 *Missio in possessionem ejusdem est natura, cujus Sequestrum.*

Et est magis odiosa, quam Sequestrum, numer. 23.

25 *Sequestrum, & executio non potest fieri super bonis Debitoris, nec alia Cautio ab eo pratendi, si ipse paratus sit ad dandam Cautionem, vel Pignus suo Creditori, & num. 26.*

Amplia etiamsi comparere possint alii Creditores anteriores ad avocandam pecuniam, vel pignus à Debitore datum num. 30. 31.

39 *Jura non curant de incertis, & à mero eventu dependentibus.*

Nullius Sequestri.

D I S C U R S U S CCVII.

CAutum regulariter in Jure est, quod pro summa sibi debita possunt à Creditore in vim rei judicatæ, vel Instrumenti habentis vim rei judicatæ in bonis sui Debitoris plures executiones reales fieri, 1
ac ultra Realem Personalis etiam executio in Persona ipsius Debitoris Creditori permittitur, etiam ad sui libitum, de una nempe ad aliam executionem se convertendo, donec ei consultum sit cum plena satisfactione ejus, quod illi debetur, ut latè firmant *Constantin. ad Statut. Urbis annotat. 58. per tot. Post. de Subhastat. inspect. 27., fere per totam. Mass. ad Cartar. decis. observat. 105., per totam. Albis. de inconstant. Judic. quæstion. 14., per tot. & quæst.*

quæst. 43. *num.* 1. *& seq. Subell. in verb. executio*, §. *Et quod in executivis.*

Neque sibi consultum esse potest si facta una executione super rebus Debitoris ex eis suam plenam satisfactionem sui Crediti consequi non valet *Costa de remed. subsid.* 25. *& de portione rata q.* 228. *per tot. & de re integr. distinct.* 33. *& Rot. par.* 10. *rec. dec.* 343. *num.* 22. *&* 25. *Constantin. dict. annot.* 58. *num.* 7. *cum seq. Mass. dict. observat.* 105. *num.* 2, penes quos Doctores latissimè de hac materia agitur, & absque dubio hæc variatio executionis facta super bonis Debitoris ad ali- 3 am, de Jure procedit, quando bona, vel res super quibus facta est prima executio, sunt intricata propter oppositionem alterius Creditoris comparentis, vel propter anteriores hypothecas, & onera, quibus affecta sint, vel alias hujusmodi causas *Mass. ad Cartar. decis.* 105. *numer.* 13. *Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 58. *num.* 7.

Tamen hæc replicatio, vel duplicatio plurium executionum, nec non earum variatio permissa Creditori 4 simul eodemque tempore fieri non potest, sed successive, quia post factam unam executionem debet Creditor tanto tempore expectare, ut videat si Debitor sui Debiti solutionem illi offerat, quod si postea appareat Debitorem esse contumacem, tunc altera executio, vel Realis, vel Personalis replicari potest, & toties quoties durabit Debitoris contumacia, ut explicat *Alex. cons.* 130. *num.* 15. 16. & ibi *Add. lib.* 4. & post eum *Posth. de Subhastat. inspect.* 27. *nu* 24. *Albit. de inconstant. in Jud. q.* 14. *n.* 33. *Card. de Luca de Judic. disc.* 15. *num.* 3. *& disc.* 40. *num.* 44.

Advertendum est etiam, quod si notabile damnum 5 sæpius variando executionem Debitori resultat, tunc non est ad libitum Creditoris tam effrænata variandi licentia concedenda, ut docent *Constantin. dict. annot.* 58. *num.* 43. *Urceol. dec.* 38. *num.* 30.

Hinc aliud suboritur dubium, an Debitor subire debeat omnes expensas, quas in singulis variationibus, & replicationibus executionum Creditor fecerit, super 6 quo dubio communiter firmant Doctores quod non teneatur Debitor nisi ad expensam unius executionis tantum, ut *Thesaur. q.* 7. *num.* 6. *lib.* 1. *Urceol. decis. Florent.* 38. *num.* 16. *posth. de Subhast. inspect.* 27. *n.* 9. *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 3. *rubr.* 13. *n.* 5. *in fin. Mass. ad Cartar. dec.* 7. *num.* 64.

Hæc tamen conclusio solum procedit quando prima 7 executio esset per subhastationem, & deliberationem, vel adjudicationem jam perfecta, & propter aliquam justam causam, quia nempe postea comparerent alii Creditores, vel superveniret alterius Tertii oppositio, seu bona, vel res, super quibus fuit consummata executio, essent quomodolibet intricata, Creditor variasset dictam primam executionem jam perfectam ad a- 8 liam convolando, secus autem in variationibus, replicationibus executionum, quæ fiunt à Creditore ante subhastationem, & deliberationem, vel adjudicationem alicujus Rei, super qua per eum tantum cœpta fuit executio, nam in isto casu expensas omnes singularum executionum Debitor subire debebit, quia sicuti variationes, & replicationes executionum factæ tantum à Creditore, ut dicitur ex primo Decreto, non tendunt nisi ad eum finem, ut Debitor per earum molestiam inducatur ad solvendum suum debitum, ita attenta contumacia, in quam post singulas executiones incurrit in non satisfaciendo Creditori, justum & æquum est ut ad omnes expensas cujuslibet executionis cœptæ, & non consummatæ teneatur, ut egregiè distinguit *Thesaur. q.* 7. *n.* 6. *libr.* 1. ad quem uti antesignanum se referunt omnes Doctores supra mox citati *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 3. *rubr.* 13. *num.* 5. *in fin.*

Ad terminos autem Statuti hujus Mercantiæ *lib.* 2. 9 *rubr.* 8. *delle Esecuzioni* §. *fin.* quid dicendum sit, modo videamus.

Ad quem effectum præmittenda est dispositio dicti Statuti §. Statutum enim prædictum in prioribus ejus partibus Creditori vigore certarum Scripturarum, & 10 Documentorum, vel contra aliquas certas Personas concedit facultatem, ante liquidationem etiam sui Crediti faciendi præventivam executionem tam Personalem, 11 quam Realem, quod contrarium quidem penitus est Juri Communi, ut notavi supra *in Liburnen. Sequestri super Mercibus*, & in puncto hujus Statuti Mercantiæ eleganter advertit *Scacc. de Sent. & de re judic. gloss.* 14. *q.* 10. *n.* 1. 2. 3. 4. *&* 5. & præcipuè *n.* 6. *cum seqq.*

In quibusdam verò casibus permittit etiam Debito- 12 ri dare cautionem, vel fidejussionem, vel Depositum pro liberando suam Personam, vel rem ab executione desuper à suo Creditore jam facta, & demum sub §. *fin.* ita disponit.

« *E quando un Creditore per conseguire il suo credito averà fatta alcuna delle suddette esecuzioni non possa farne un altra, se prima non averà fatto confermare la precedente, e facendone nondimeno non seguita prima la detta confermazione il Debitore non debba sopportare la spesa, se non di una esecuzione ad elezione nondimeno di esso Creditore.* »

Præmisso itaque tenore dispositionum dicti Statuti Mercantiæ, advertendum est quod illud sub dicto §. *final.* absolutè Creditori non prohibet ante etiam confirmationem primæ executionis ab eo obtentam, plures alias executiones fieri, quinimo eas permittit, quia 13 in Casu quo plures à Creditore factæ fuissent executiones disponit, quod Creditor prætendere non valeat, nisi expensas unius tantum executionis ad illius electionem.

Quæri tamen potest, an dispositio dicti §. *final.* habeat indistinctè locum in omnibus casibus, in quibus 14 ad terminos ejusdem Statuti executio Personalis, vel Realis contra Debitorem permittitur? Sed nos super hujusmodi quæsito indubiè credimus, quod dispositio dicti §. *final.* locum sibi vindicare tantum possit in iis executionibus, in quibus non permittitur Debitori cautionem, vel fidejussionem præstare pro se liberando ab executione contra eum, vel in ejus bonis à Creditore factam, secus in illis executionibus, in quibus Debitori permittitur eum remedio cautionis, vel fidejussionis executionem resolvere; Ratio autem est, quia sicuti de Jure in casibus, in quibus permissum est Debitori præstare cautionem pro se liberando ab executionibus, prout ex. gr. in executionibus, quæ fiunt vel ad effectum sistendi bona Forensium ne Judicium reddatur postea elusorium, vel ex Causa suspicionis fugæ Debitoris, & occultationis bonorum, & hujusmodi, non possunt fieri plures executiones, sed una tantum ad mensuram Crediti, prout inferiùs probabitur in sequenti quæstione, ita dispositio dicti §. *final.* intel- 15 ligi debet ut illa loquatur tantum de executionibus in quibus possunt fieri plures executiones, nempe de illis, in quibus Debitor non potest medio cautionis, vel depositi ab executione se liberare, tum quia Sta- 16 tutum intelligi debet, ut minùs corrigat Jus Commune, tum etiam, ut non contineat absurdum, vel inconveniens ex vulgatis Juribus. Absurdum enim contineret in casu nostro si dictus §. *final.* comprehenderet etiam executiones, in quibus à Debitore præstari potest cautio, vel fidejussio, vel fieri depositum pro se eximendo ab executione, nam quemadmodum Statutum permittens Creditori ante Sententiam liquidatoriam sui Crediti executionem facere in bonis, vel Persona Debitoris resolubilem tamen cum cautione, vel fidejussione à Debitore præstandam, nil aliud agere intellexit, nisi assecurare Creditori exactionem sui Crediti imposterum per Sententiam liquidandi, ideo si Creditor per unam executionem ad mensuram sui Crediti hanc assecurationem consequitur, ad irrationabilem sensum traheretur Statutum, si intelligeretur quod etiam plures executiones fieri possint in illis casibus, in quibus Statutum sollicitum tantum fuit de sola assecuratione Crediti, & non de illius solutione, idest ad effectum tantum, ut Debitor caveat, non verò ut solvat.

Præterea cum dictus §. *final.* disponens de pluribus executionibus ante confirmationem primæ executionis, intelligi debeat, quod loquatur de executionibus, quæ 17 de Jure pluries valide replicari possint, igitur si de Jure, præter primam, aliæ subsequentes executiones sint nullæ, & nullius momenti, in iis casibus, in quibus permissum est Debitori præstare cautionem pro se liberando ab executione, ut infra demonstrabitur, ideo Statutum prædictum ad istos casus, in quibus cautio præstari possit à Debitore, extendi non valet, quia Statutum intelligi debet, quod loquatur de actibus de Jure validis, & permissis, ut egregiè docent *Ofasch. decis.*

decis. 142. *n.* 1. *& seq. Surd. cons.* 182. *per tot. & dec.*
74. *num.* 5. *Honded. cons.* 66. *num.* 94. *& seqq. lib.* 1.
Rota Januens. post *Mans. consult.* 685. *num.* 13. *Torr.*
var. quaest. lib. 2. *tit.* 9. *quaest.* 3. *num.* 41. *in fin. Cy-*
riac. contr. 531. *num.* 46. 47. *Cartar. dec.* 130. *numer.*
34. *Bonden. collect.* 6. *n.* 83. *tom.* 1.

Huc usque vidimus an, & quando possint fieri exe-
cutiones in vim rei judicatae vel instrumenti habentis
vim rei judicatae, modò verò videndum, an executio-
nes quae fiunt, non ut Debitor solvat, sed ad effe-
ctum tantum assecurandi judicium, vel ad effectum ut
Debitor caveat pro summa postea per Sententiam liqui-
danda, ut in Sequestris Personalibus, vel Realibus,
replicari possint pro eadem Summa debita.

In qua quaestione altera opinio fuit, quod eodem
modo pro eadem Summa fieri possint Sequestrorum
18 executiones in bonis Debitoris ex ea ratione, quia per
primum Sequestrum licet factum super re, vel pecu-
nia aequivalente, ac etiam superante in valore Sum-
mam debitam, non potest dici plenè consultum Cre-
ditori, cum dari possit casus, quod compareant alii
Creditores anteriores, vel potiores, & pecunia, vel
res sequestrata ab illis avocetur, ut firmat *Cancer. var.*
resolut. par. 2. *cap.* 4. *num.* 50. *&* 51. ubi amplius re-
fert ita fuisse eo patrocinante judicatum.

Altera vero contrarium omnino sustinuit, quod nem-
pe non solum replicari non valeant pro eadem sum-
19 ma plura Sequestra, verum etiam, quod nequidem
possit unum Sequestrum fieri super rebus, vel Merci-
bus in valore summam debitam excedentibus, cujus
opinionis fuit doctissimus *Bartholom. de Bosco cons.*
162. *per tot.*

Nos autem post maturum utriusque opinionis exa-
men censuimus Doctoris *de Bosco* Sententiam tam-
20 quam in Jure veriorem tenendam fore propter solidis-
simas rationes per eum adductas, & praecipuè ex Ju-
ribus infrascriptis.

Et primo, quia sicuti de Jure *Authenticorum* non
potest amplius Creditor mitti in possessionem omnium
bonorum sui Debitoris, sed tot rerum, vel bonorum
21 tantum, quae non excedant Summam sui Crediti, ut
latè firmavimus supra *disc.* 192. *n.* 18. *&* 19. ita non
potest pro eadem Summa Sequestrum fieri super rebus,
vel Mercibus majoris pretii, quàm sit Summa debita,
22 nam missio in possessionem ejusdem est indolis, & na-
turae, cujus est Sequestrum *Wesembec. cons.* 50. *num.* 1.
par. 1. *& Nos disc.* 192. quinimo si non potest de Ju-
re novissimo immitti Creditor in bonis Debitoris exce-
23 dentibus Summam debitam, eo minus potest Seque-
strum injici, quia est magis odiosa missio in posses-
sionem, quam Sequestrum *Caroc. de Sequestr. part.* 4.
q. 9. *Coler. de proc. execut. part.* 3. *cap.* 11. *numer.* 85.
86. *Rodriquez de Concurs. Credit. par.* 1. *art.* 6. *num.*
54. *in medio.*

Secundo quia cum Sequestratio alias regulariter pro-
hibita, de Jure tantum, vel Statuto, aut Consuetudi-
ne universali in casibus suspicionis fugae vel ad effectum
sistendi bona Debitoris suspensis permissa sit, ut per eam
24 Creditori sit cautum, ideo debet illa intelligi esse per-
missa, quatenus sit cautum, & non ultra, ut per plu-
res textus ita punctim concludit *Boscus dict. cons.* 162.
sub *num.* 1. *vers. Sequestratio ergo, & per tot.* & idem
comprobant *Rot. Roman. par.* 2. *rec. decis.* 634. *num.*
4. *& cor. Bich. decis.* 438. *num.* 4. 5. *Scanarol. de vi-*
sitat. Carcerat. lib. 3. §. 8. *cap.* 2. *num.* 65. *Mut. de-*
cis. Sicil. 92. *num.* 5. *cum seqq.* & adeo verum est, ut
si Debitor timens Sequestrum, vel executionem ali-
quam in suis bonis, vel Persona paratus sit ad dan-
25 dam cautionem suo Creditori, nulla fieri potest con-
tra eum executio, & Sequestrum, ut firmant *Ant. de*
Butr. & Joan. Andr. citati ab Antonio de Prato vete-
ri inter Respons. diversor. antiquor. respons. 55. *num.* 9.
Nevizan. cons. 52. *num.* 29.

Quoties igitur per primum Sequestrum factum à
Creditore super rebus, vel Pecuniis, aut Mercibus De-
bitoris ascendentibus ad valorem sui Crediti cautum est
Creditori, non potest ille amplius aliud Sequestrum re-
plicare super aliis Debitoris bonis.

Tertio quia Sequestratio, & Cautio ad invicem se
26 respiciunt, ideo si in casu quo à Debitore peteretur re-
laxari Sequestrum mediante pignore, vel deposito Pecu-
niae, vel rei importantis valorem praetensi Crediti,
nulla alia exigi potest cautio a Creditore *Jason. in §.*
Superest num. 9. *Instit. de actionib. Negusant. de Pigno-*
rib. part. 8. *membr.* 3. *num.* 27. *vers. nec habet. Tren-*
tacinque variar. resol. libr. 3. *de solut. resol.* 10. *num.*
23. *Paitel. expedit. Civil.* 27. *in annot. numer.* 53. *&*
54. *Thomat. decis.* 175. *numer.* 11. cum aliis, quos
laudat *Paulut. dissert.* 50. *artic.* 3. *numer.* 73. *libr.* 1.
ita non potest pro eadem Summa replicari aliud Se-
questrum, vel illud fieri ab initio super rebus, vel
Mercibus supra Creditum valentibus, ut punctualiter
ita ratiocinatur *Bosc. dict. cons.* 162. sub *numer.* 1. §.
Tertio quia,

Neque urget Authoritas *Cancerii* in objecto su-
perius allata, quia ille nullum alium Authorem ad 27
comprobandam suam opinionem adducit, nisi *Jasonem*
in l. 1. *num.* 23. *ff. si quis Jus dicen. non obtemp.* qui
contrarium firmat super eo, ad quod per *Cancerium*
allegatur, quia licet ipse *Jason.* prius dicat, quod pos-
sint plura remedia executiva, vel executiones à Cre-
ditore intentari, postea tamen se explicando advertit
id procedere, quando executiones fiunt ad effectum,
ut Debitor solvat, secus vero in Casu quo non pos-
set fieri executio, vel Sequestrum nisi ad effectum ut
Debitor caveat, ut videre est ex *Jason. loc. citat. vers.*
dicit etiam singulariter Baldus.

Eoque minus valet ratio per eumdem *Cancerium*
assignata, quod nempe non potest per primum Seque- 28
strum, licet aequivaleat Credito, esse consultum Cre-
ditori, quia possint comparere alii Creditores potio-
res, vel anteriores ad avocandam pecuniam, vel res
Sequestratas, quandoquidem illa ratio de Jure nulla-
tenus subsistit, quia Jura non consulunt, nec curant 29
de incertis, & possibilibus à mero eventu dependenti-
bus *l. si litigatores, §. final. ff. de recept. arbitr. l. non*
potest, 23. *& l. non quemadmodum* 35. *ff. de Judic. leg.*
1. §. 1. *ff. de usur.* & in terminis fere nostris ita fir-
mant communiter Doctores, qui tenent quod facto
deposito, vel dato à Debitore Creditori suo pignore 30
aequivalenti Summae debitae, non potest praetendi alia
cautio, vel fieri Sequestrum, ut mox supra demon-
stratum fuit, quamvis dari possit, quod compareant a-
lii potiores, vel anteriores Creditores ad avocandam pe-
cuniam depositam; vel pignus à Debitore datum; &
similiter ad nostri assumpti comprobationem facit, quod
Debitor possidens immobilia aequivalentia debito suo,
non potest pro suspecto capturari, neque illius Merces,
vel res sequestrari, licet comparere possint alii Credito- 31
res, sive potiores, sive anteriores pro consequenda so-
lutione eorum Crediti super dictis immobilibus à Debi-
tore possessis, ut cum innumeris citatis docet *Paulut.*
dict. dissert. 50. *art.* 1. *num.* 50.

Ultimo demum si permissa esset Creditori haec li-
centia faciendi plura Sequestra pro eadem Summa sub 32
timore, quod comparere possint alii Creditores ante-
riores, sequeretur inconveniens, nam Creditor sub hoc
obtentu posset sequestrare omnia bona sui Debitoris, quod
esset nimis praejudiciale humano Commercio, ut pon-
derat *Bosch. dict. cons.* 162. *num.* 1. *vers. tertia quia*
in fine.

A R G U M E N T U M.

Creditores, qui gaudent de jure singulari quadam praerogativa, vel privilegio, non tenentur concurrere ad accordium factum à majori parte Creditorum cum eorum communi debitore. Alii vero Creditores simpliciter tantum de jure Privilegiati ad standum dicto accordio cogi possunt, quod tamen recipit moderationem, vel declarationem, quae hic traditur.

Creditores, à jure singulariter Privilegiati, qui non tenentur accordio concurrere, non faciunt numerum, quoad suas personas, neque partem pro suis creditis in calculando numero, & Creditis aliorum Creditorum, qui ad accordium concurrere tenentur.

Creditores hypothecarii quomodo accordio concurrere debeant.

Creditor, qui simul est debitor communis Debitoris de accordio paciscentis, non tenetur accordio concurrere, quia ei competit compensatio.

Concordiæ, seu accordii judicium si agatur coram Judice seculari, coram eodem Judice tenetur etiam Clericus Creditor comparere.

Et pendente hoc judicio nullus ex Creditoribus potest contra Debitores particularia judicia, vel executiones promovere, quod procedit, licet primum judicium esset terminatum, sed penderet appellatio, vel introducta à Creditoribus, vel à Debitore.

Creditor, qui habuit à Debitore aliquam conditionem meliorem, in quo de jure puniatur; & quid dicendum in casu quo debitor callide, vel dolose induxerit suos Creditores ad accordium?

S U M M A R I U M.

1 *Concordia facta cum Debitore à majori parte Creditorum non tenentur concurrere illi Creditores qui sunt de jure singulariter Privilegiati.*

2 *Et quales isti dicantur.*

3 *Creditores alii dantur, qui sunt in jure non singulariter, sed simpliciter tantum privilegiati.*

4 *Et isti cogi possunt ad standum concordiæ à majori parte Creditorum initæ.*

Declara ut num. 5.

6 *Creditores in jure singulariter Privilegiati, qui non tenentur accordio concurrere, non faciunt numerum quoad suas personas, neque partem pro suis creditis in calculando numero, & summa aliorum Creditorum, qui tenentur ad accordium concurrere.*

Et de ratione num. 7.

8 *Creditores hypothecarii quoad personam Debitoris tenentur accordio à majori parte Creditorum factæ concurrere, secus quoad ea quæ respiciunt bona hypothecata.*

9 *Creditor, qui simul, & semel est debitor communis debitoris facientis concordiam, non tenetur ad tale accordium concurrere, sed per viam compensationis potest integrum suum creditum exigere.*

10 *Concordiæ Judicium si agitur coram Judice seculari tenentur etiam Clericus Creditor coram eo comparere, quia hujusmodi Judicium est universale.*

11 *Et pendente hoc judicio nullus ex Creditoribus potest particularia judicia, seu executiones contra Debitorem movere.*

Et de ratione num. 12. & 13.

14 *Quod procedit etiam in casu, quo esset terminatum primum Judicium, sed penderet appellatio.*

15 *Sive talis appellatio interposita sit à Creditoribus, ex quo sententia primi Judicis super concordia esset contra eos lata, sive interposita à debitore, quia Sententia fuisset ei contraria.*

16 *Si debitor alicui ex suis creditoribus meliorem conditionem fecerit, ut se subscriberet concordiæ, talis melioratio non valebit, sed nihilominus valida erit concordia;*

17 *Si vero Debitor callide, vel dolose Creditores suos induxerit ad subscribendum accordium, nullius momenti tale accordium reputabitur.*

Nullitas Concordiæ.

D I S C U R S U S CCVIII.

IN augumentum eorum, quæ diximus supra in *discurs.* 172. quoad materiam Accordii creditorum cum eorum communi Debitore, infrascripta addenda sunt notabilia.

1 Et primo notandum est, quod Creditores singulari quadam prærogativa, vel privilegio de Jure gaudentes, nullatenus ad concurrendum accordio à majori parte Creditorum cum eorum Debitore inito, de jure cogi possunt, ut lato calamo demonstrat *Berlich,*
decis. 224. *per tot. cum pluribus ab eo citatis*, ubi 2
etiam enumerat hujusmodi de Jure Privilegiatos, ad
quem pro integra habenda eorum notione Vos remitto.

Alii vero Creditores, qui non singulari prærogativa, sed simpliciter tantum de Jure sunt privilegiati, 3
nempe personale tantum Privilegium habentes, quos pariter registrat idem *Berlich. in conclus. Jur. part.* 1. *conclus.* 70. *per tot.* licet ad concurrendum accordio à
majori parte Creditorum facto cum remissione etiam 4
alicujus partis eorum crediti de Jure cogi possint, ut
late firmat *Berlich. in decis.* 241. *per totam*, attamen 5
non amittunt in totum per tale eorum concursum in dictum accordium dictum eorum Privilegium, quia saltem illud operatur, ut in solutione illi præferri debeant cæteris aliis Creditoribus Chirographariis, ut declarat *Berlich. dict. decis.* 241. *numer.* 16. & innuimus Nos supra in *dict. discurs.* 172. *num.* 45.

Accedentes modo ad resolutionem illius quæstionis, 6
an de Jure communi pro calculanda majori parte Crediti, vel Creditorum, sive de Jure aliquo municipali, quod exigeret, tum majorem numerum Creditorum, tum majores Crediti quotas, ponenda sint in calculo credita illorum Creditorum, qui ob aliquod Privilegium singulare nullo modo tenentur ad accordium concurrere, Nos firmiter censemus, quod hujusmodi Creditores, nec pro eorum Creditis, neque personis, partem, & numerum faciant, ideoque nullatenus ponendi sunt in calculo Creditorum ad effectum augendi Creditorum numerum, vel Creditum,
ut videtur sentire *Mevius decis.* 297. *part.* 5. quem 7
sequitur *Bruneman. leg.* 8. *numer.* 9. *de Pactis*, & ratio est, quia in accordio Debitoris cum suis Creditoribus, illa tantum major, vel minor pars dici debet, quæ respectum habet ad Corpus illorum Creditorum, qui sunt inter se paris conditionis, quia pars debet congruere suo toto *cap. quæ contra* 2. *distinct.* 8. *Decian. respons.* 12. *numer.* 10. & non ad alios Creditores diversæ penitus naturæ, aliud totaliter Corpus, vel genus Creditorum constituentes, ut sunt illi singulari prærogativa de Jure gaudentes, per quam exempti sunt ab onere concurrendi in hujusmodi accordium.

Quò verò ad Creditores hypothecarios, qui tenen-
tur quoad personam Debitoris ad accordium cum eo 8
à majori parte Creditorum initum, secus quoad ea, quæ respiciunt bona eorum favore hypothecata, ut distinguendo tradunt *Farinacc. in Repert. Judic. quæstion.* 95. *numer.* 3. *Rocc. de Decoct. Mercat. num.* 296. & Nos *disc.* 172. *numer.* 39. absque ullo dubio firmandum est, quod ipsi circa ea, quæ respiciunt tantum Debitoris personam, poni debeant in numero Creditorum cum eorum creditis ad augendum tam numerum Creditorum, quàm Creditum, nam quoad personam solum debitoris non distinguuntur ab aliis Creditoribus Chirographariis, quamvis intacta illis remaneant jura hypothecæ ad persequenda bona sui Debitoris, ut advertunt iidem Authores, & alii per Nos laudati in *dicto discurs.* 172. *num.* 39. & 40.

In casu autem, quo aliquis Creditor communis 9
Debitoris, cum quo accordium à majori suorum Creditorum parte initum fuit, esset simili ejusdem communis Debitoris debitor, non potest cogi ad concurrendum in dictum accordium, sed potest per viam compensationis integrum suum Creditum exigere, ut in puncto firmat *Berlich. decis.* 235. *numer.* 44. & optimè faciunt per Nos late tradita supra in *disc.* 172. & *alibi.*

Insuper advertendum remanet, quod si inter Credi- 10
tores Communis Debitoris aliqui adessent Clerici, isti pariter comparere debent ante Judicem secularem, coram quo universale judicium accordii agitur, & coram eo idem judicium fieri, & terminari debet *Mastrill. decis.* 79. *num.* 5. *Hodiern. ad Surd. decis.* 26. *numer.* 4. & 5. *Guzman. de Evict. cap.* 7. *numer.* 47. *Carocc. decis.* 24. *Naguerol. allegat.* 9. *numer.* 130. & *Sanfelic. decis.* 187. *numer.* 17. & *dec.* 305. *Molegnan. altercat.* 62. *numer.* 16. 17. *Constantin. ad Stat. Urb. annot.* 50. *num.* 76.

Iisdem advertendum est in hac materia, quod sæ- 11
pe disputationi locum dedit, quod pendente induciarum, vel concordiæ judicio nullus ex Creditoribus potest

Judicia particularia, vel executiones contra Debitorem
promovere, sed supersedendum est, donec concordiæ,
vel induciarum judicium terminetur, per rationes ad-
ductas per *Sanct. a Melo de Induciis quæst.* 18. &
12 præsertim, quia cum hujusmodi judicium sit universa-
le, ut notat *Molegnau. d. altercat.* 62. *n.* 16. propter-
13 ea eo pendente silere debent omnia alia judicia parti-
cularia, ex traditis per *Salgad. Labyrint. Credic. par.*
1. cap. 3. *per tot.*

Ex hoc etiam deducitur, quod pendente appellatio-
14 ne à Creditoribus, seu ab eorum parte interposita à
Sententia concordiæ confirmatoria, non possunt Credi-
tores appellantes executiones contra debitorem promo-
vere, quinimo debet *eis* à Judice inhiberi, quatenus
illas promovissent *Sanct. à Melo de Induciis quæst.* 15.
per tot. quod procedit etiam in casu, quo appellatio
15 fuisset per Debitorem interposita à Sententia, quæ illi
petitas inducias, vel concordiam denegavit *Sanct. à*
Melo dict. tract. quæst. 26. *per tot.*

16 Denique admonendum est, quod aliquando evenit,
ut debitor decoctus, qui remissionem partis debiti, vel
inducias à majori parte Creditorum desiderat, clancu-
lum pacificatur cum aliquo Creditore, faciendo illi me-
liorem conditionem, ut concordiæ per eum proposi-
tæ suis Creditoribus consentiat, quo casu hujusmodi
pactum, tamquam factum in fraudem aliorum Credi-
torum, nihil valet, cum decoctus secuta decoctione
nihil agere possit in præjudicium suorum Creditorum,
ut sæpe in discursibus præcedentibus firmavimus, Cre-
ditor tamen sic paciscens videtur de Jure puniendus
dumtaxat in eo, quod aliis Creditoribus exæquatur per
textum in *l. quo autem* 6. §. *Sciendum vers. qui vero*,
& *l. pupillus* 24. & utrobique scribentes *ff quæ in fraud.*
Credit. & Castrens. cons. 179. *per tot. libr.* 2. & ele-
ganter plures alios contextus punctualiter notat *Bott.*
in Collation. Juris Pontif. & Cæsar. ad Stat. libr. 4.
cap. 7. *de Decoct. & Debitor. non solvend.* §. *Si vero*,
& faciunt tradita per Nos supra in *discursu* 172. *nu-*
mer. 48.

Sed si callide, & per dolum debitor decoctus indu-
17 xerit Creditores ad secum accordium faciendum, tunc
concordia, vel transactio nullius est momenti, & pro-
pterea debitor tenebitur ad suum integrum debitum
persolvendum suis Creditoribus, ac si concordia inita
non fuisset *Rota Florent. decis.* 7. *numer.* 19. *coram*
Urceol.

Hæc procedunt de Jure Communi tantum, sed per Statuta Genuæ, & Florentiæ, ac aliarum Civitatum Mercantilium, sub aliis diversis modis, & pœnis, tam contra Debitores decoctos, quàm Creditores, dispositum reperitur.

A R G U M E N T U M.

Creditores debitoris decocti immittendi sunt in possessionem bonorum Fideicommissi, in quo Decoctus succedit, ut durante illius vita valeant eorundem bonorum fructus percipere ad computum eorum Creditorum.

Decoctus non potest hæreditatem, vel Fideicommissum, vel alia lucra sibi obvenientia, seu delata in præiudicium suorum Creditorum repudiare; Quinimo dari potest Curator Decocto, ut istius nomine tam hæreditatem, quàm Fideicommissa ipsi Decocto delata adire debeat, & omnes ac quascumque etiam actiones ipsi quomodolibet competentes, tam in judicio, quàm extra movere, ac exercere valeat.

Hæres debitoris decocti nullatenus potest jura, vel lucra, seu hæreditates ab eodem Decocto non agnitas, sed tantum ad hæredem transmissas in præjudicium Creditorum renunciare, sed ea, vel eas tenetur omnino adire.

Explicatur Statutum Florentinum *libr.* 2. *rubr.* 39. circa stipulationem Notarii pro absentibus, & ignorantibus.

Nec non Provisio anni 1477. 29. Maji emanata circa repudiationes hæreditatum factas à Debitore fallito.

Item altera reformatio anni 1582. 20. Aprilis circa Debitores Fallitos.

Exponitur differentia, quæ vertit inter Fallitos, vel Decoctos, ac cessantes.

Agitur quoque de Jurisdictione sex subrogatorum Curiæ Mercantiæ quoad bona Fallitorum.

Et quam plura notabilia ad hasce materias consesentia traduntur.

S U M M A R I U M.

1 *Decocti Creditores percipere possunt fructus Fideicommissi ad illum spectantis quousque vixit Decoctus.*

2 *Amplia, etiamsi strictissima alienandi prohibitio adjecta fuerit.*

3 *Fideicommissa æquè ordinantur in contractibus, ac in Testamentis.*

4 *Filiatio alicujus probatur ex institutione, & nominatione ejusdem a proprio Patre facta in ejus Testamento.*

5 *Mors ex hæredum confessione probatur.*

Et de ratione num. 6.

7 *Identitas Bonorum probatur ex eorum expressione a Fideicommittente facta.*

8 *Fideicommissum probatur ex confessione alicujus nedum contra eum, verum etiam contra ejus hæredes, & successores, & num.* 9.

10 *Clausula* Constituti *in contractu donationis apposita, proficit Donariis, & eorum descendentibus.*

Maxime si adjecta fuerit clausula ex nunc *n.* 11.

12 *Statuti Florentini dispositio* lib. 2. rubr. 39. *declaratur.*

13 *Notarius rectè stipulatur pro filiis, & descendentibus alicujus.*

14 *Possessio dari potest ex Legis dispositione absque ullo corporali actu.*

15 *Possessio obtenta in vim Statuti, vel Clausulæ* Constituti *ad omnes juris effectus quæsita intelligitur.*

16 *Donatario competit actio in rem scripta pro obtinenda re sibi donata.*

17 *Curatori Personæ decoctæ competunt omnes actiones decocto competentes.*

Intellige, dum agat contra bona subjecta Fideicommisso ad favorem decocti. num. 19.

18 *Decoctus potest Fideicommissum recusare in præjudicium Creditorum.*

Intellige de Fideicommisso ante, non autem post decoctionem obtento.

Et de ratione num. 20 *&* 21.

22 *Curator absentis potest ejus nomine hæreditatem opulentam adire, & pro ejus adeptione, actiones omnes absenti competentes exercere.*

23 *Debitor Fisci ex crimine potest eam ante, quàm post condemnationem, eidem in quærendis præjudicare.*

24 *Limita, nisi Fiscus eidem administrationem bonorum interdixerit, quia tunc Fiscus potest ex persona Debitoris, quicquid in eum, interim obvenerit, acceptare.*

25 Salgad. cap. 14. per tot. part. 1. Labyr. Creditor. *declaratur, & num.* 29.

26 *Decoctorum species enumerantur, & n.* 27. *&* 28.

29 Stracc. part. 3. de Decoct. num. 37. & seq. *declaratur.*

30 *Decoctus ad hoc, ut valide possit lucra sibi obvenientia in creditorum præjudicium recusare, necessaria est expressa repudiatio, quia tacita non sufficit.*

31 *Limita in illis hæreditatibus, in quibus non agnitio pro expressa repudiatione habetur.*

32 *Item in his, quæ ex Statuti Florentini dispositione* rub. 39. lib. 2. *vel ipso jure ad hæredes transmitterentur, & num.* 33. 37.

Doctores enumerantur, qui de ejusdem Statuti validitate agunt, ibidem.

34 *Legitima, & legata ad hæredes, revocabiliter tamen transmittuntur.*

35 *Repudiatio manifestissimam excludit.*
36 Thesaur. libr. 2. quæst. 74. *reprobatur.*
38 *Lucra alicui obventura quomodo in ejus patrimonio esse dicantur.*
39 *Heres alicujus debitoris nequit in Creditorum perniciem repudiare ulla lucra in defunctum à jure transmissa.*
40 *Intellige conclusionem de qua numer. 30. dummodo vere, & sincere fiat, non autem fraudolenter.*
41 *Conjectura enumerantur in probationem repudiationis fraudolenter facta.*
42 *Fraus, & Collusio arguitur ex inani rerum profusione.*
43 *Item, si Pater ad favorem filiorum repudiet.*
44 *Conjectura etiam unica sufficit ad probandam fraudem in materia de per se suspecta.*
45 *Accedente maximè causa colludendi,*
46 *Decoctus habet contra se omnes præsumptiones doli, fraudis, & malitiæ.*
47 *Consequentia valet, Decoctor, ergo fraudator.*
48 *Debitor, qui in creditorum fraudem repudiet hereditatem, moraliter peccat.*
49 *Amplia etiam ad Advocatos, & ita Consulentes,*
50 Provisio anni 1477. *examinatur, & n. 52.*
51 *Legis dispositio cessat ejus supposito deficiente.*
52 *Debitoris Cessantis appellatione qui nam comprehendantur.*
53 *Debitor Cessans dicitur etiam latitans,*
54 Reformatio anni 1582. *exponditur,*
55 *Statutum loquens de Cessantibus non extenditur ad Decoctum.*
56 *Jurisdictio sex subrogatorum Curiæ Mercantiæ quoad Decoctorum bona perpenditur.*
57 *Judicium divisionis tanquam individuum coram uno Judice peragendum est.*
58 *Fideicommissi renunciatio ex divisione ejusdem inter vocatos inducitur,*
Et ex quibus aliis resultet numer. seq. & 65.
60 *Evictio pro aliquibus bonis expressè promissa non extenditur quoad alia, pro quibus promissa non fit,*
61 *Evictio generaliter promissa non extenditur ad eam, quæ ex natura rei provenire potest.*
62 *Renunciatio Fideicommissi nunquam præsumitur, quoties illud post mortem renunciantis purificatur in ejus filios.*
63 *Fideicommissarius potest petere, & avocare bona, ad eundem in vim Fideicommissi devoluta.*
64 *Etiam absque refusione pretii, supposita scientia Fideicommissi in detentorem.*
66 *Possessor malæ fidei ad fructuum, & expensarum restitutionem tenetur,*

D E C I S I O

In Florentina Fideicommissi de Scalandronis,

Die 24. Maji 1678.

E T

D I S C U R S U S CCIX.

NOn obstantibus oppositionibus DD, Antonii, & Sebastiani filiorum Nicolai de Scalandronis decocti, uti justam confirmandam judicavimus apprehensionem Possessionis tertiæ partis pro indiviso bonorum ex Fideicommisso q. Bartholomæi de Scalandronis, ad favorem præfati Nicolai, & Joannis Baptistæ, ac Hyacinthi de Scalandronis per mortem Presbyteri Benedicti alterius fratris purificato, devolutorum, à Sindicis, seu à Curatoribus præfati Nicolai decocti factam, ad hoc tantum ut durante vita præfati decocti, iidem Creditores fructus eorundem bonorum in suorum Cre-
1 ditorum satisfactionem perciperent, juxta tradita à *Castrens. cons.* 135. *num.* 3. *in fin. lib.* 1. *Salgad. in Labyrinth. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 2. Non obstante qualibet etiam stricta alienandi prohibitione *Salgad. ibi num.* 3.
2 *& seqq.* plene etiam *Merlin. de Pignor. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 31. Nec non dicta Fideicommissa pro dictæ tertiæ partis mensura cum præfatis Joanne Baptista, & Hyacintho esse dividenda, eisdemque singulis æqualem portionem esse consignandam pro nostro voto declaravimus.

De Fideicommisso namque super dictis bonis à dicto Bartholomæo ad favorem Antonii fratris, ac Sebastiani ex dicto fratre Nepotis, & ejusdem Sebastiani filiorum, & descendentium masculorum, legitimorum, & naturalium in infinitum inducto, satis constabat ex Instrumento Donationis inter vivos ab eodem Bartholomæo sub die 21. Augusti 1592. factæ, nec in dubium revocari potest quin in contractibus etiam Fideicommissa, vel potius substitutiones his simi- 3
les, non secus, ac in Testamentis, ordinari possint ex *textu in l. quoties* ubi scribunt omnes *C. de Donat. quæ sub mod. Fusar. de Substit. quæst.* 14. *n.* 8. *& qu.* 308. *n.* 78. *Castill. controv. Jur. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 252. plene *Mart. de Succ. Legal. par.* 2. *q.* 3. *art.* 11. *n.* 4. *& par.* 4. *qu.* 21. *art.* 9. *n.* 1. *& seqq. Merlin. de Legit. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 19. *n.* 1. *Rot. apud Seraphin. dec.* 820. *n.* 2. *& par.* 1. *diver. dec.* 488. *n.* 8. late *Rauden. cons.* 11. *num.* 3.

De Descendentia quoque, & filiatione legitima præfatorum Nicolai Joannis Baptistæ, Hyacinthi, ac dicti Benedicti, & aliorum fratrum præmortuorum à Sebastiano Donatario quo ad hunc effectum dubitari non poterat, cum de ea satis constet ex Testamento dicti Sebastiani Patris, qui eos tanquam filios instituit, & nominavit *Bald. in cap. per suas n.* 5. *ubi Aretin. n.* 23. 4
& Felin. n. 17. *de Probat. Rot. dec.* 347. *sub n.* 2. *par.* 8. *rec. & cor. Ludovis. dec.* 349. *n.* 5. & ibi *Beltram. num.* 8. quæ nec à dictis Antonio, & Sebastiano junioribus in hoc judicio intervenientibus negabatur.

Mors pariter præfati Presbyteri Benedicti ultimi dd. 5
Bonorum Fideicommissariorum Possessoris sine filiis, plene apparebat ex confessionibus præfatorum Antonii, & Sebastiani, qui ejusdem P. Benedicti Hæredes Uni- 6
versales se se asserebant, & hæreditas non viventis, sed mortui datur *l. nihil aliud de Verbor. signif. & l. hæreditas ff. de reg. Jur.* cum similibus.

Identitas quoque prædictorum Bonorum à præfatis Antonio, & Sebastiano possessorum, eaque dicto Fideicommisso esse supposita probatur ex expressione eo- 7
rum in dicta Donatione à Bartholomæo Donante facta *Bald. cons.* 89. *num.* 3. *lib.* 5. *Cephal. cons.* 386. *n.*
29. *Peregr. de Fideicom. art.* 44. *num.* 3. juncto Instru- 8
mento divisionis inter dictos fratres, in quo præfata Bona sic denominata in portionem dicti P. Benedicti obvenerunt, quæ, & Fideicommisso seu majoratui à d. Bartholomæo instituto supposita esse præfati fratres asseruerunt, ex quibus nedum identitatem, sed, & Fideicommissi substantiam non tantum contra confitentes *Riminald. Jun. cons.* 23. *num.* 281. *Decian. cons.* 76. *n.* 9. *lib.* 3. *Menoch. consil.* 1111. *n.* 5. *Bart. dec.* 2. *n.* 15. & post alios relatos *Fusar. de Substit. quæst.* 618. *n.* 11. Sed etiam contra eorum hæredes, & successo-
res, ut se se asserebant, quoad dictum Benedictum, 9
præfati Antonii, & Sebastiani, probari clarum videbatur *l. non intelligitur §. Tacitè* ubi *Gloss. ff. de Jur. Fisci l. cum à Matre C. de rei vindicat. Rot. apud Ludovis. dec.* 172. *n.* 1. & post *Farinacc. de ultim. volunt. dec.* 150. *num.* 4. 5. *&* 7.

Quibus intervenientibus satis constabat ad dictum Nicolaum, Joannem Baptistam, & Hyacinthum ad præfatum Fideicommissum vocatos bona fuisse devoluta, & proinde eosdem, & dicti Nicolai nomine ejus Creditores, seu eorum deputatos pro tertia cujuslibet portione in possessionem fuisse immittendos ex Constituti
Clausula in dicto Donationis Instrumento ad favorem 10
omnium Donatariorum etiam specifice apposita, quæ nedum ad præsentes, sed etiam ad eorum Descendentes Donatarios in futurum suas vires extendit, ut reprobato *Guid. Pap. dec.* 512. latissime tradit *Cutell. de Donat. contr. Matr. tract.* 1. *disc.* 1. *Spec.* 17. *à n.* 52. cujus opinio, quamvis videatur periculosa ex his quæ post *Giovagnon. Spin.* & alios relatos firmavit *Rot. post observation. Mel. dec.* 132. *n.* 15. *&* 18. ubi in specie *Cutellum* reprobat, omnis tamen amaritudo removebatur tum ex clausula *ex nunc* dicto Constituto adje-
cta ex *Alex. cons.* 82. *sub n.* 6. *vers. confirmatur libr.* 11
2. *Barz. dec.* 49. *num.* 29. *Negusant. respons.* 387. *numer.* 1. *& seqq. Thomat. dec.* 16. *numer.* 9. *Afert. de Clausulis part.* 1. *Claus.* 20. *numer.* 8. *vers. sed Rota Postb. de Marut.* qui sic opiniones distinguit, & conci-
liat

liat observat. 20. num. 38. Rot. decis. 549. num. 2. p.
1. divers. & post eumdem Posth. dec. 75. num. 1. &
2. dec. 150. n. 1. & seqq. dec. 299. n. 7. & 9. & dec.
300. num. 14. & plur. alias, &c. Et hæc quidquid ex
Thes. Sylvan. & aliis dicat Giovagnon. cons. 34. nu-
mer. 34. verior, & receptior videtur opinio tum ex
dispositinne Statuti Florentini lib. 2. rubr. 39. ex qua
12 Donatariis licet ignorantibus absque ulla ratihabitione
ex Notarii, vel alterius stipulatione quæritur, non tan-
tum Jus quoad irrevocabilitatem actus ex parte Do-
nantis, sed & Dominium, & possessio rerum donata-
rum, ut clara sunt verba Statuti, & cum indubitatum
13 sit pro filiis, & descendentibus etiam nascituris posse le-
gitimè à Notario stipulari ex traditis à Boer. dec. 172.
num. 5. & seqq. Menoch. cons. 1153. num. 12. 13. late
Surd. dec. 322. n. 3. & seqq. Hermosill. ad leg. Hisp.
lib. 4. par. 5. l. 7. gloss. 4. n. 5. Rot. d. dec. 75. num.
1. & dec. 152. n. 1. & 2. hinc resultabat quod hujus-
modi possessio, sicut in natos, sic & in nascituros,
pro quibus Notarius expresse stipolatus fuit, purificata
conditione eorum vocationis, & Statuti, & Legis et-
iam Ministerio, fuerit ipso jure translata, cum verior,
14 & communior sit opinio veram, & realem possessio-
nem, & sine ullo corporali actu, posse ex Legis dis-
positione in alterum tranferri, ex Bartoli opinione com-
muniter approbata in l. raptores num. 2. C. de Epis.
& Cler. Noal. de transmiss. cas. 39. n. 39. Garan. de
Contin. possess. prælect. num. 12. & 25. & plurib. seqq. &
art. 1. in hereditate num. 7. Anell. Amat. cons. 99. n.
15. plene Hermosill. d. l. 7. Gloss. 3. n. 9. & novissime
Didac. de Faria in addit. ad Covarr. var. resol. lib. 1.
cap. 14. num. 10. & seqq.

Qua stante possessione, tum ex Statuto mediante
Notarii stipulatione, tum ex clausula Constituti trans-
lata, dubium non supererat, quin sicuti dicta immis-
sio fuisset dicto Nicolao, & fratribus concedenda,
prout à Nobis dictis fratribus fuit concessa, sic, & à
Creditoribus dicti Nicolai alias capta, esset eisdem con-
15 firmanda, cum talis possessio ad omnes Juris effectus
intelligatur quæsita l. mulier. ubi Gloss. Bartol. ff. de
rei vind. Beroo cons. 41. num. 11. lib. 3. Beltram. ad
Lodovis. dec. 437. num. 2. & 5. Tomat. dec. 15. num.
4. & dec. 77. num. 6. & 7. lat. Posth. de Manut. d.
observat. 20. num. 14. & plur. seqq. & Afflict. dec.
299. n. 25. maxime implorato Judicis officio, quo ca-
su non poterat talis immissio, etiam attenta Giovagno-
ni opinione denegari, ut ex Menoch., & aliis resol-
vit Thesaur. dec. 38. sub num. 5.

Et tandem omnis umbra removebatur, nam cum di-
cti Nicolaus Antonius, & Sebastianus, ut supra divi-
mus, fuissent hæredes universales ultimi Donatarii, et-
iam nulla in dictos Nicolaum, & fratres translata pos-
sessinne; ad prædictorum bonorum ab eis occupato-
rum detentionem, sive reali secundum nonnullorum,
& forte veriorem opinionem, sive personali, seu in
rem scripta secundum alios, actione relaxanda eis-
16 dem fratribus, erant condemnandi ex textu in l. quo-
ties ubi scrib. C. de Donat. quæ sub mod. Peregrin. de
Fideicom. art. 51. num. 16. 17. & 78. Odd. cons. 48.
num. 38. Menoch. cons. 1153. num. 68. & seqq. Gra-
tian. discept. for. cap. 247. num. 4. & 5. Fabr. de Er-
ror. Pragmat. Deca. 47. error. 8. per tot. & error. 10.
n. 10. in fin. plene Merlin. lib. 1. controv. 60. n. 7. &
seqq Hermosill. d. Gloss. 3. 5. & 6.

Quas actiones, & remedia absque dubio præfati Cu-
ratores Nicolai decocti exercere poterant, cum eisdem
competant omnes actiones decocto competentes tam tem-
17 pore perituras, quam non perituras; cum non solum
custodia bonorum causa, sed, & ut Creditoribus satis-
fiat, constituti à Judicibus subrogatis ad instantiam Cre-
ditorum fuerint Glos. in l. 2. ff. de bonor. author. Jud.
possid. Bartol. in l. 2. ff. de Curat. bon. dan. Alexand.
cons. 4. nu. 4. & seqq. lib. 2. Brun. de cess. bonor. quæst.
18. in princ. num. 12. & 13. Menoch. de Arbitrar. cas.
150. num 31. Virgil. de Legit. pers. cap. 12. numer. 5.
vers. potest Apicell. in tutam. pauper. tit. 4. num. 83.
ubi filius in add. num. 693.

Nec subsistere in casu præsenti putavimus, quod cum
dictus Nicolaus decoctus dictum Fideicommissum non
agnovisset, quod in præjudicium Creditorum facere po-
18 tuisse dicebatur ex l. qui autem in princ. ff. de his quæ
in fraud. Credit. l. non fraudantur ff. de Reg. Jur. cum
concordant. nec etiam potuissent dicti Curatores ad fa-
vorem Creditorum dictas actiones movere, cum ea-
dem bona Fideicommissaria in bonis decocti non es-
sent, quorum respectu actiones tantum exerceri pote- 19
rant ex traditis à Menoch. cons. 1220. num. 26. latissi-
mè Salgad. in Labyrint. part. 1. capit. 14. à num. 2.
& per tot. Franc. decis. 101. numer. 30. Olea de Cess.
Jur. tit. 2. quæst. 30. à nu. 7. usque ad 35. plene Torr.
de Pact. Futur. success. libr. 2. capit. 46. cum multis
ab eis relatis.

Nam supposita pro vera illa conclusione, quod De-
bitor in Creditorum detrimentum possit jus quærendum
repudiare, quam, & Nos in abstracto verissimam repu-
tavimus, hæc tamen objectio, in qua major dictorum
Antonii, & Sebastiani nervus consistebat, duabus res-
ponsionibus casui præsenti congruentibus resolvebatur.

Prima quarum erat, quia versebamur non in simpli-
ci Debitore, sed in decocto, rupto & latitante, sic à Ju-
dicibus ad Creditorum Instantiam declarato ante dicti
Juris donationem, cum statim omnium suorum bono-
rum administratio, inter quæ, & bona futura compu-
tantur ex Rot. Gen. decis. 83. numer. 10. fuerat interdi-
cta, & cum quo ad præjudicandum Creditoribus non
haberet, ut dicunt practici, velle nec nolle, immò pro
mortuo civiliter haberetur Seraphin. dec. 794. num. 17. 20
Franch. dec. 55. num. 2. & 3. Merlin. lib. 2. controv.
11. num. 13. Rocc. de Decoct. Notab. 4. nu. 11. Scacc.
de Comm. §. 2. gloss. 5. n. 329. & seqq. ejus voluntas
quoad hunc effectum poterat à sibi datis Curatoribus,
vel à Judice explicari, & sic Fideicommissa, legata, &
his similia, in quibus acquirendis animus requiritur ab
eis decocti nomine acceptari, unde cessabat objectum
de animi acquirentis defectu, sic ex Cammill. de Me- 21
dic. & aliis novissime deduxerunt Gallup. in prax. part.
4. cap. 2. nu. 13. in fine, & num. 14. & Rocc. de De-
coct. Notab. 44. & 45. num. 132. & 136. & seqq. &
clarius notab. 85. num. 247.

Nec incongruum videbatur, hunc actum tametsi in
debitoris voluntate repositum, ab ejus Curatoribus po-
tuisse explicari, cum etiam à Curatore bonis absentis
dato, posse ejus nomine paternam hæreditatem opu-
lentam adiri, ejusque Nomine actiones pro ejus ade- 22
ptione competentes exerceri, tradiderint Alexand. cons.
4. numer. 4. & 12. lib. 2. Fab. in Cod. libr. 6. tit. XI.
diffinit. 39. tit. 12. diffinit. 21. & Valeran. de Tran-
sact. tit. 4. quæst. 5. num. 90.

Sic etiam videmus, quod quamvis ex veriori opinio-
ne Fisci ex crimine Debitor tam ante condemnationem,
quam post nulla inter ipsum, & alium privatum habitâ
distinctione, possit in quærendis Fisco præjudicare, ut 23
docuerunt Sanchez de Matrim. lib. 6. disput. 4. num.
8. Arias de Mesa var. resol. libr. 2. capit. 41. num. 8.
Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 5. gloss. 8. num. 11.
Olea d. quæst. 3. à num. 16. Salgad. d. cap. 14. n. 125.
& Torr. d. cap. 46. à num. 66. in delictis tamen, ubi
reo Debitori bonorum administratio interdicitur, hoc
facere eidem non licet, sed Fiscus potest quærenda ac-
ceptare, cum in eum omnis Rei voluntas sit transla- 24
ta, sic Gratian. discept. foren. cap. 132. num. 14. Guaz-
zin. de Confisc. conclus. 27. n. 21. Giurb. d. gloss. 8. num.
12. in fine Peregrin. de Jure Fisc. libr. 5. tit. 1. num.
190. Muta dec. 49. num. 41. Bellon. de Jur. Accresc.
cap. 7. quæst. 46. à num. 46. & 60. & seqq.

Et licet Salgad. d. capit. 14. per tot. & in specie à 25
numer. 80. sustineat Debitorem, qui concursum firma-
vit, quem bonis cedenti æquiparat, posse in ejus Cre-
ditorum præjudicium bona quærenda repudiare, quod
& in decocto num. 84. ex Stracca ibi allegato procedere
dicat, ejus tamen opinio in casu nostro sustineri non
posse videtur, cum decoctus, de cujus specie agimus
(cum tres sint de quibus late Stracc. de Decoct. part.
2. num. 2. per tot.) satis à bonis cedente, & ab illo qui 26
non est solvendo differat, ut agnoverunt etiam Franch.
d. decis. 55. num. 4. Mart. vot. 48. nu. 9. & 10. Rocc.
de Decoct. Notab. 3. numer. 7. & seqq. Scacc. de Comm.
§. 2. gloss. 5. num. 446. & satis etiam distet ab illo De-
bitore, qui secundum Hispaniæ Constitutiones Credito-
rum Concursum pro eorum solutione in Judicio facit, 27
nam ille, quidquid agit, voluntariè ad evitandam igno-
miniam, & Carceres exequitur, ut testatur idem Salgad.
d. tract. part. 1. cap. 1. num. 6. 7. 8. & §. 2. num. 35.
& cap. 14. num. 4. At Decoctus nostræ speciei latitans,

fugitivus, & Cessans invitus ad Syndacatum trahitur
fraudolentus, & dolosus reputatur, ad perpetuam in-
famiam damnatur, & etiam aliis pœnis ex his Legibus
municipalibus est perstrictus, unde non mirum si om-
ni voluntate careat, mortuo æquiparetur, & omni-
moda administratione omnium bonorum suorum pri-
vetur, & præterea sicut Fisco conceditur, sic, & talis
decocti Curatoribus ex supradictis denegari non debet
etiam quærendorum Debitoris nomine ad Creditorum
utilitatem acquisitio, cum verum non sit Curatores
non ad hunc tantum effectum bonis decocti constitui,
ut eadem bona tempore decoctionis descripta custodiant,
& conservent, ut opinatur fuit *Salgad d. cap. 14. n.*
28 *40. & seqq.* Sed etiam mandatum habere dicantur, ut
Creditoribus ex Debitoris bonis satisfaciant, & in hoc
invigilent, & propterea omnes actiones movere posse
supra ex Bartol. Alexan. Brun. Virgil., & aliis proba-
vimus.

Ex præmissis obstare non potest *Stracc. de Decoct.*
29 *part. 3. num. 37. & 38. à Salgad.* allegatus, qui se-
cundum Jura, quæ ipse allegat, non loquitur in simili
decoctore fraudolento, sed in simplici Debitore non sol-
vendo effecto, qui non est in ea causa, ut bonorum
suorum administratione possit decipi privatus, ut agno-
vit etiam *Franc. d. dec. 55. numer. 4.* quem sequitur
Scacc. d. gloss. 5. num. 446.

Ac eo libentius in hanc inclinavimus opinionem,
30 cum nobis non constiterit dictum Nicolaum præfatum
Fideicommissum, & Donationem repudiasse, cum ad
hoc ne sibi, & Creditoribus acquireretur, satis ei non
fuisset taciturnitas, nisi repudiatio, & voluntas in ac-
ceptando expressè intervenissent, nam quidquid sit in
hæreditatibus, & aliis Juribus, quæ regulariter non
agnita non transmittuntur, & in quibus non agnitio
31 habetur pro repudiatione *l. cum antiquioribus C. de Jur.
delib. Surd. dec. 140. num. 4. & seqq. & cons. 253. sub
num. 32. Bellon. de Jur. Accresc. cap. 7. quæst. 41. num.
51.* In his tamen Donationibus, & aliis lucris ex
32 contractu dependentibus, quæ ipso Jure ex dicti Sta-
tuti Florentini dispositione *rub. 39. libr. 2.* illis, tam-
etsi ignorantibus, pro quibus, ut supra diximus, ex sti-
pulatione Notarii, ut in casu præsenti, tam in Domi-
nio, quam in Possessione, absque eo quod ulla accepta-
tio, vel ratificatio foret necessaria, jus quæritur, de cu-
jus similis Statuti validitate agunt *Cancer var. par. 1.
cap. 8. num. 44. vers. quod maxime, & Salgad. in La-
byrint. par. 2. cap. 26. numer. 57.* quorum lucrorum,
licet conditionalium, utilitas per consequens una cum
fructibus, tum ex ejusdem Statuti *rubr. 35. libr. 2.* dis-
positione, tum ex Juris Communis præscripto ad hæ-
33 redes transmittitur *§. Ex conditionali Instit. de Verbor.
obligat. Surd. cons. 317. n. 3. Noal. de transmiss. dicto
cas. 39. num. 11. Cas. 1. num. 197. cas. 2. num. 33. &
casu 5. per tot. Robl. de repræsent. lib. 3. cap. 12. num.
20. Cancer var. part. 1. cap. 1. num. 205. & part. 3.*
34 *capit. 21. sub num. 95.* Sicuti, & in legitima, legat,
& aliis luciis, quæ ipso Jure revocabiliter tamen quæ-
runtur, & ad hæredes potius, ut quæsita cum facul-
tate repudiandi, quam ut quærenda ex Juris dispositio-
ne transferuntur *L. unica §. Cum igitur, & §. Novis-
sime. od. de Cad. toll. L. si ita ff. de Condit. & de-
monst. Surd. cons. 123. num. 8. Noal. d. cas. 2. num. 4.
cas. 8. num. 42. Cas. 10. num. 1. & 13. Bellon. de Jur.
accresc. d. quæst. 41. num. 56. 83. 92. 95. & seqq. Cy-
riac. controv. 47. n. 9. Mut. dec. 49. n. 27. Arias de
Mesa var. lib. 3. cap. 42. n. 15. & seqq.* Non satis sit
debitori silendo, & non agnoscere, nisi etiam repudia-
tio expressa intercedat, cum si non agnitio in his pro
repudiatione esset habenda, superflua foret Statuti dispo-
sitio ipso Jure acquisitionem deferentis, & cessaret om-
nino Jus transmissionis, cum repudiatio transmissionem
35 excludat. *L. unica ubi Bald. n. 2. C. de his quæ ante a-
per. tab. Bartol. in l. cenere n. 21. ff. de acquir. hæred.
Dec. cons. 445. n. 57. Noal. de transmiss. cas. 8. n. 127.
Bellon. d. q. 41. n. 30.* Et sic in his juribus, & lucris,
quæ regulariter cum facultate repudiandi acquiruntur,
& per consequens ad hæredes etiam transmittuntur, sed
non in hæreditatibus, & aliis lucris, & juribus non
36 transmissibilibus, quidquid dicant *Thesaur. libr. 3. qu.
74.* & alii, ut necessaria sit expressa repudiatio, ut Cre-
ditoribus præjudicium fiat, est text. optimus in *l. 1. §.*
37 *Utrum, ibi, si libertus hæreditatem non adivit, vel le-
gatum repulerit ff. si quid in fraud. patr. & in l. Liber-
tu octoginta ff. de bon. libert.* & sic tradiderunt *Cuman.
in d. l. qui autem num. 2. ubi Albericus nu. 6. & An-
gel. in princ. ff. de his quæ in fraud. Zanch. in l. hære-
des mei §. Cum ita par. 4. numer. 418. ff. ad Trebell.
Soccin. jun. cons. 109. num. 6. lib. 3. Gratian. disc. for.
132. ad n. 39. & disc. 17. num. 31. Marc. vot. 224.
num. 4. Fannucc. de Dot. Glos. 8. n. 21. Surd. d. cons.
253. n. 31. in fin. Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 134. n.
10. & de legit. lib. 3. tit. 2. qu. 29. num. 25. Castill.
lib. 5. controv. cap. 112. num. 47. Cyriac. controv. 47.
num. 8. 9. Munac. d. dec. Bonon. 4. n. 14. & Odd. de
Fideicom quæst. 19. à n. 38. 48. & seqq.*

Et quamvis plerique Doctorum dicant hæc, & si-
milia lucra in patrimonio Debitoris non haberi, nisi
ad effectum ea transmittendi ad hæredes, & per con-
sequens si debitor non acquirat, in fraudem Credito-
rum factum dici non posse, cum ejus Patrimonium non
sit diminutum, quia hoc dicunt ad eorum sententiam
repellendam, qui opinati fuerunt, hæc ita in bonis De-
bitoris esse, ut nec etiam possint repudiari, uti putarunt
Odd. d. quæst. 19. n. 48. & Merlin. d. qu. 29. quam 38
& nos veram non credimus, sed dicimus hæc in patri-
monio defuncti habenda esse revocabiliter, idest cum fa-
cultate repudiandi, & propterea ex horum non acquisi-
tione non sufficere voluntatem indeterminatam Debito-
ris, sed expressa repudiatione opus esse, ut non acqui-
sita dicatur per *Text. in dict. §. Utrum, & dict. l. Li-
berti octoginta*, & aliis juribus, & Doctoribus supra
relatis.

Quæ tamen supradicta propositio falleret in hærede
ipsius Debitoris, in quem talia lucra essent transmissa,
quæ si ex horum acceptione nullum damnum perciperet,
omnino, & agnoscere esset obligatus, nec repudiare in
Creditorum perniciem valeret, ex alia interpretatione
Text. in d. l. Liberto octoginta, per quam sic tradide- 39
runt *Bartol. in d. l. si mihi & tibi n. 3. ff. de legat. 1.*
quem sequuntur *Castrens. n. 4. Alexan. n. 6. Jason. n.
17. Cuman. in d. l. qui autem n. 2. Alexand. cons. 113.
n. 5. & seqq. lib. 3.* quamvis ibi ab Addente damnati
nominis reprobetur, & hanc sectantur pariter *Covarr.*
late in *Cap. Raynald. 18. §. 3. num. 31. vers. illud de
Testamen. & n. 35. Surd. cons. 300. à n. 20. vol. 2.
Noal. d. cons. 2. n. 27. Bellon. d. qu. 41. n. 68. & 69.
Cyriac. d. controv. 47. n. 9. & seqq.* licet contra præ-
fatam Bartoli distinctionem, eam impugnando aliter
Text. in d. l. Liberto octoginta interpretantes insurgant
*Add. ad Capyc. Latr. dec. 8. n. 18. 21. & seqq. & A-
rias de Mesa var. lib. 2. cap. 41. à n. 19. 20. & 21.*
quod tamen cum sit extra materiam nostram ex abun-
danti sit dictum.

Secunda Responsio, ex qua allegata conclusio, pos-
se scilicet Debitorem in perniciem Creditorum velle ac-
quirere, elisa remanebat, erat, conclusionem quidem 40
veram esse, dummodo vere & sincere repudiatio fieret,
secus si fraudulenter, & simulate Debitor hoc agat, nam
etenim cum dispositio *L. qui autem & tot. tit. ff. de his
qui in fraud. Credit. cum concordant.* sit fundata in non
præsumptione fraudis, meritò fraude interveniente ces-
sare etiam debet dicta dispositio, & per consequens,
non obstante repudiatione posse Creditores in bonis re-
pudiatis satisfactionem obtinere tradiderunt *Gaurb. d.
gloss. 8. n. 13. Salgad. d. cap. 14. n. 123. Castill. contr.
lib. 5. cap. 112. sub n. 50. vers. cogita.*

Fraudem autem, & simulationem in Creditorum
damnum in hac repudiatione intervenisse conjecturis
evidenter probabatur.

Prima quarum erat, quia hæc bona fideicommissa-
ria satis pinguia, & ab omni ære alieno, & alio one-
re exempta, & libera ad præfatum Nicolaum decoctum 41
erant devoluta, quæ quislibet prudens nullo pacto repu-
diasset, unde ex hac tam patentis lucri amissione, ve-
risimile satis est simulatam fuisse præfatam repudiatio-
nem, juxta id quod Lex præsumit, semper omnes vo-
luntatem habere divitias acquirendi, & suum nolle ja-
ctare, ita ut facere quod aliquis prudens non fecisset,
collusionem arguit, & dolum. *Fachin. cons. 79. n. 26.* 42
*lib. 1. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 53. num. 37. Ga-
leott. lib. 1. contr. 61. n. 43. & Galin. de Procurat. p.
5. cap. 6. num. 21. in fin.*

Secunda, quia hæc repudiatio facta fuit à Patre ad 43
favorem filiorum, ex qua sola conjectura simulatio-
nem,

nem, fraudem, & collusionem inter eos in Credito-
rum præjudicium satis probari *ex Textu in l. pen. ff.
de bon. liber tradit. Bartol. in l. post contract. num. 3.
ff. de donat.* quem sequuntur *ibid. Roman. num. 4. Al-
ciat. num. 40.*, & alii communiter *Bald. in l. si quis
posthac numer. 2. Cod. de bon. possess. Natt. cons. 443.
num. 10. Menoch.* latè *cons. 226. à num. 89. & 90.*,
44 *& plurib. seqq.* Et in puncto hanc solant conjecturam
sufficere dixit *Salgad. dict. cap. 14. num. 130. & seqq.*
Et quod unica tantum conjectura in materia suspecta,
ut est præsens, satis sit ad simulationis, & collusio-
nis probationem inducendam dixit *Gloss. in cap. audi-
vimus de Collus. deteg. Cephal. cons. 759. num. 1. &
seqq. Seraphin. dec. 763. num. 11. Cravett. cons. 997.
num. 17. Monac. dec. flor. 18. num. 15.*, *& ex Me-
noch.*, *Mascard. & aliis*, *Amat. resol. 79. num. 14.*
45 Accedente præcipue causa colludendi, & simulandi,
quæ erat ne Creditoribus satisfieret, quo casu ex uni-
ca tantum conjectura, nempe ex sanguinis conjunctio-
ne elici simulationis, & doli probationem concordan-
do opiniones tradit *Menoch. d. cons. 226. num. 93.* &
post eum *Salgad. d. cap. 14. num. 131. &c.*

Et quod materia de qua agitur satis esset suspecta
deprehendebatur, quia agebatur de decocto repudian-
46 te, qui regulariter omnes doli, fraudis, & malitiæ
præsumptiones contra se habet; Decocti etenim à com-
muniter accidentibus, sicuti sunt faciles ad mentien-
dum, ita in Creditorum damnum, & fraudem solent
colludere, bona intricare, & conturbare, ubi dando,
alteri auferendo, & mille alia mala, & facinora per-
petrando, ita ut apod omnes passim vulgaris, & ap-
probata sit consequentia, decoctor ergo fraudator, sic
47 *Bald. cons. 400. num. 1. lib. 5. Stracc. de decoct. part.
3. numer. 15. 18.*, *& seqq. Rot. Gen. decis. 2. numer.
34.* plene *Rocc. eod. tract. de decoct. notab. 3. & 4.*,
& notab. 22. numer. 72., *& seqq.*, *& Scacc. de com-
merc. dict. §. 2. gloss. 5. numer. 329. & §. 7. gloss. 5.
num. 149.*

Quare ex præmissis summa æquitate non minus
quàm justitia moti in opinionem Creditoribus favora-
bilem unanimiter inclinavimus, prout etiam in dubio
facere tenebamur, Judex enim non ita facilis esse de-
bet ad has debitorum repudiationes admittendas, quæ
ut plurimum non nisi maximo admixto dolo fiunt,
& debitores tales repudiationes facientes, tametsi in
foro fori possint esse tuti, in foro tamen conscientiæ
mortaliter peccant, sic *Molin. de Just.*, *& Jur. disp.
48 435. num. 10. in fine Sanch. de Matrim. dict. cap. 4.
sub num. 9.* ubi plenè *Gratian. discept. for. capit. 271.
num. 26. Olea de Cess. jur. d. tit. 2. quæst. 3. num. 35.
Capyc. Latr. decis. 8. num. 13.* Præcipue si Creditores
sint ex causa onerosa *Arias de Mesa var. dict. cap.
49 41. numer. 27.* Quin immo & Advocati, & alii hanc
repudiationem consulentes eodem lethali peccato sunt
irretiti, & ad restitutionem tenentur, ut *Sanchez. ca-
pit. 4. num. 9. in fin. Cutell. de donat. contempl. mat.
tract. pr. disc. 2. part. 2. nu. 29. in fine Capyc. Latr.
dict. dec. 8. num. 14. Olea dict. quæst. 3. sub d. num.
37.* Ex quibus uti minus periculosa omnino exploden-
da sit opinio *Bartol. cent. pr. observ. 16.* aliter docen-
tis, quam etiam refellit *Giz. add. decis. Capyc. Latr.
8. a num. 35. & seqq.* quem sequutur novissime *Torr.
de pact. fut. succ. lib. 2. cap. 46. num. 90.*

Nec præmissæ resolutioni obicem facere poterat Pro-
visio anni 1477. 29. Maji, quia ultra quod ea non
loquitur in lucris ex contracto quæsitis, ut in casu
præsenti, adhuc cum dicta Lex emanaverit ad fraudes,
quæ in similibus repudiationibus in præjudicium Cre-
ditorum ut plurimum evenire solent, evitandas, ulla
ex parte non est ex ea concessa facultas Debitoribus ta-
les hæreditates repudiandi, etiam in casibus, in quibus re-
50 pudiatio non subsisteret, sed dumtaxat ex ea dispositum est,
quod in casibus, in quibus de Jure communi à Debitoribus
fieri possunt hæreditatum maternarum, & aliarum mu-
lierum, & his similium repudiationes, illæ etiam à Ces-
santibus, prout infra declarabimus, fieri debeant in-
fra tempus ab ea præfixum, & cum solemnitatibus ibi
descriptis, & aliter factæ non suffragantur; cum er-
go supra firmavimus decoctos, & fallitos maxime
fraudis, & simulationis Conjecturis intervenientibus,
has repudiationes licitè in Creditorum perniciem face-
re non posse, meritò, & dictæ Legis Provisio locum
non habet cum cessante Legis supposito, & dispositum
ab ea cessare necesse sit *l. mancipia*, *ubi gloss. C. de* 51
*serv. fugit. Roman. singul. 495. Dec. consil. 251. nu-
mer. 5.* latè *Surd. cons. 150. num. 78.*

Quinimmo tantum abest, quod dicta Provisio ob-
staculum faciat, cum potius prosit huic Causæ, cum
ea loquatur de hæreditatibus mulierum, & aliis simi-
libus, quæ regulariter non aditæ non transmittuntur,
& tamen vult etiam in his non sufficere indetermi-
natam Debitoris cessantis voluntatem, & non agni-
tionem, sed necessariam esse repudiationem expressam
cum solemnitatibus ibidem præscriptis secundum ea, 52
quæ supra diximus, & in puncto tradidit *Thusc. lit.
N. conclus. 20. num. 2. & 3.*

Nec ex eo, quod has repudiationes cum dd. sole-
mnitatibus etiam a Cessantibus prædicta Provisio fieri
posse decernat, hinc inferri licebit, quod etiam deco-
cti, & falliti, maxime fraudulenti, & dolosi possint
simili modo tales hæreditates repudiare, siquidem ces-
santis appellatio lata est, cum sub ea comprehendan-
tur etiam illi debitores, qui ab aliquo citati ad Judi-
cis præceptum in comparendo, & solvendo cessant,
& sunt contumaces ex Statutis hujus Curiæ Mercan-
tiæ, super quibus consuluerunt *Angel. cons. 61. &
Roman. cons. 104. & 163.* Qui quamvis latitantes 53
dicantur, & ob id in bonorum suorum possessionem
missionem patiantur uti contumaces *l. Fulcinius §.
Illud ff. quib. ex caus. in possess. & in l. cum qui cir-
ca ff. de Privil. Cred.* & etiam ex dictor. Statut. dis-
positione carcerari possint, non tamen Falliti, & de-
cocti in materia nostra proprie sunt, qui a credito-
ribus ad Sindacatum vocati à Judice sic declarati fue-
runt, & prout eos considerat Reformatio anni 1582. 54
die 20. Aprilis edita, quibus, & gravissimas pœnas
infligit, quare cum illud nomen cessantis, quo utitur
dicta Provisio, possit verificari in aliis debitoribus,
quod & de mente ipsius esse ex proœmio loquente de
puro debitore dignoscitur *l. fin. ff. de hæred. instit. l.
cum hi ubi Bartol. in princ. ff. de transact.* non est 55
talis otiosa dispositio extendenda ad illos, qui etiam
verè decocti, & falliti sunt *Cap. Odia*, *& cap. in
pen. de Regul. Jur. in 6. Dec. cons. 563. numer. 4.
Corn. cons. 224. num. 9. & seqq. vol. 2. & Decian.
cons. 13. num. 22. & seqq. vol. 3.* & juxta ea quæ
supra late deduximus.

Ex præmissis itaque, cum undequaque apparuisset
justa petitio Deputatorum, non minori justitia pro-
batur, & instantia Joannis Baptistæ, & Hyacinthi fra-
trum prædictorum, qui pro eorum portione immis-
sionem in prædictorum bonorum possessionem pete-
bant, quam eisdem pro indiviso, cum facultate ta-
men bona prædicta cum præfatis Creditoribus divi-
dendi concedendam censuimus, ut in nostro voto,
non obstantibus exceptionibus tam Judicis incompe-
tentiæ, quam renuntiationis prædicto Fideicommisso,
quam ex divisione allegata resultare prætendebatur,
nec non petitæ coæquationis ex subsecuta hac evictio-
ne, quam ex persona dicti P. Benedicti D. Antonius,
& Sebastianus petebant, quas dictis Jo: Baptistæ, &
Hyacintho non obstare judicavimus.

Nam quoad Fori Curiæ Mercantiæ, & DD. Sex
subrogatorum incompetentiam cum in dubium revo-
cari non posset eorum jurisdictio in perquirendo bo- 56
na, & facultates Decoctorum, & eorum possessionem
pro creditorum satisfactione apprehendendo, ut clare
disponunt Statuta Curiæ prædictæ, & cum præfati de-
putati, seu Curatores dd. bonorum possessionem pro
indiviso pro portione, ad Nicolaum Decoctum spe-
ctante de Mandato præfatæ Curiæ accepissent pro di-
cta portione verificanda, necesse etiam erat prædictos
Joannem Baptistam, & Hyacinthum alios Confideicom-
missarios, cum quibus dicta bona erant dividenda,
coram eodem Judice admittere, nam cum divisionis
Judicium individuum sit, & pro parte fieri non pos-
sit, coram uno Judice tantum, & non coram pluri- 57
bus, tractandum est, ad text. in *L. prima, de quib.
reb. ad eund. L. filia nuptæ*; *§. fin. ff. Fam. ercisc.
l. prima*, ubi scribentes *C. eod. tit. Bald. cons. 223.
lib. 3. Castrens. cons. 182. lib. 2. Afflict. dec. 354.
num. 13. Gratian. disc. for. cap. 641. num. 1. & 5.
Ciarlin. controv. 34. num. 46. & Valasc. de partit.
cap. 7. num. 1. & 3.*

Nec

Nec obstare posse visa fuit doctrina *Ancarani cons.* 270. *Dec.*, & aliorum ex adverso citata, quia ex ea non probatur DD. Sex Curiæ Mercantiæ Civitatis Florentiæ esse Judices incompetentes contra Tertium bona Decocti injustè possidentem, ut supponitur, sed solummodo non posse eumdem Tertium non citatum sua possessione privari, quæ propositio nostræ conclusioni non refragatur, & æquissima est.

Secunda quoque exceptio prætensæ renuntiationis Fideicommissi ex divisione resultata parum subsistentiæ habebat, quia ultra quam quod hæc quæstio propriè cadit, quando res Fideicommisso suppositæ inter plu-
58 res Fideicommissarios dividuntur, non quando uni res Fideicommisso subjecta, & alteri res libera assignatur, ut in casu nostro, prout etiam ponderat *Randen. cons.* 29. *num.* 80., adhuc cum in divisione bonorum communium inter dict. P. Benedictum, Joannem Baptistam, Hyacinthum, Nicolaum, & alios Fratres facta, in dicti P. Benedicti portionem obvenissent dicta bona cum expressione, quod essent dicto Fideicommisso supposita, nec eidem tacitè, vel expressè fuisset ulla facultas à Condividentibus alienandi concessa, nec de evictione speciali, etiam in Fideicommissi casu fuisset promissum, ut necesse erat, nul-
59 lo pacto præsumendum est prædictos dividentes voluisse prædicto Fideicommisso conditionali renuntiare *ex Bartol. in l. qui Romæ, §. Duo Fratres, numer.* 6. *ff. de verbor. oblig.*, & ibi *Odd. quæst.* 6. *& 7. Peregrin. de Fideicom. art.* 52. *num.* 24. *& seqq. cons.* 92. *num.* 2. *lib.* 1. *cons.* 55. *num.* 8. *lib.* 4. *Fusar. de substit. quæst.* 593. *num.* 4. *&* 174. *Galer. de renunc. centen. prima renunc.* 44. *num.* 21. *& seqq. Surd. cons.* 70. *numer.* 7. 8. *& seqq. Randen. dict. cons.* 29. *à num.* 70. Et eo fortius cum à Donante fuisset strictissima alienandi prohibitio apposita *Mangil. de Evict. quæst.* 114. *num.* 42. *Odd. cons.* 49. *numer.* 19. *Cephal. cons.* 296. *num.* 24. *Giovagnon. cons.* 7. *num.* 28. *in fine lib.* 2.

Et licet in dicta divisione legatur duplex evictionis promissio, una specialis etiam ex causa Fideicommissi; altera vero generalis, non tamen hanc prætensam renuntiationem inducere poterat, cum specialis evictionis promissio solummodo referatur ad eam, quæ caderet super bonis Sebastiani, & Catharinæ Parentum, ut ipsi dividentes se explicarunt, immo tantum abest, quod talis promissio potuisset officere, cum potius argumentum ex eo desumatur pro renuntiationis exclusione, nam si super bonis Sebastiani, & Catharinæ partes teneri voluerunt de evictione etiam ex
60 causa Fideicommissi, ergo super bonis donatis a Bartholomæo contrarium voluisse dicendum est, cum hoc non expresserint, ut in simili arguunt *Mangil. dict. quæst.* 154. *num.* 53. *& Fusar. dict. quæst.* 593. *numer.* 180., Generalis vero cum non fuerit facta specialibus verbis etiam Fideicommissi causa pro renuntiatione inducenda, non erat considerabilis, cum re-
61 feratur ad eam evictionem, quæ ex facto extraneo, non quæ ex natura rei bene partibus dividentibus cognita procedere potuisset *Mangil. dict. quæst.* 114. *numer.* 14. *& seqq. Fusar. dict. quæst.* 593. *num.* 62. 66. *&* 176. *Odd. in dict. §. Duo Fratres, Tom.* 3. *Tract. de Fideicom. quæst.* 6. *num.* 39. *Cyriac. controv.* 223. *num.* 19. 20. *& seqq. Randen.* latè *dict. cons.* 29. *num.* 70. 72. *&* 73.

Præmissis accedebat consideratio, quod dict. P. Benedictus tunc temporis Sacerdos erat, & nullos filios legitimos, & naturales sperare poterat, quare sicut erat verisimile, quod ipse noluisset in suam partem accipere dicta bona sic gravata, sic & inverisimile est dd. Fratres Condividentes, qui filios sperare poterant, noluisse dict. Fideicommisso conditionali per
62 mortem dicti Presbyteri Benedicti, necessario ad eorum, vel filiorum favorem purificando, renuntiare *Fusar. dict. quæst.* 693. *num.* 78.

Tertia quoque exceptio pro coæquatione saltem in pecunia pro dicta evictione passa consequenda, ut æqualitas inter Fratres servaretur à præfatis Antonio, & Sebastiano, uti P. Benedicti hæredibus proposita, quæ materia propius ad casum nostrum accedebat, ipsa quoque nullum obicem ingerere posse prædictæ resolutioni visa fuit, nam licet in partem præfati P. Benedicti obvenissent omnia bona Fideicommisso gravata, & in portionem aliorum bona libera, ex quo tamen idem P. Benedictus expressam scientiam, & notitiam dicti Fideicommissi habebat, ac dicta bona cum hac qualitate absque ullo dolo, vel fraude acceprasset, cum Fideicommisso prædicto supposita esse, expresse fuisset in dicta divisione narratum, nunc ob ejus mortem ad favorem aliorum Fratrum purificata Fideicommissi conditione Jure, & legitimè poterant 63
præfati ejus Fratres superstites dicta bona Fideicommissaria ad se devoluta petere, & avocare *Glos. in l. Familiæ in verbo pro parte*, ubi etiam *Bartol. Bald.* & alii *C. Famil. Ercisc.* latè *Rocc. cons.* 24. *numer.* 34. *per tot. Peregrin. cons.* 97. *num.* 1. *& seqq. lib.* 5. *& de Fideicom. art.* 52. *num.* 60. 67. *&* 68. *Mangil. de Evict. quæst.* 114. *num.* 8. *& seqq.* 7. *&* 78. *Cyriac. controv.* 323. *num.* 22. *&* 23. *& contr.* 325. *num.* 16. 17. *& seqq. Fusar. dict. quæst.* 593. *n.* 71. *& quæst.* 599. *numer.* 15. *&* 22. *Randen. dict. cons.* 29. *num.* 80. *Caren. res.* 124. *num.* 7. 8. *resol.* 125. *num.* 4. *vers. quod Jus, & resol.* 126. sub *num.* 3., etiam absque ulla pretii restitutione, quia quidquid dicat *Odd. dict. quæst.* 6. *num.* 101. *&* 102. verior, & receptior est opinio, quod habita scientia Fidei- 64
commissi ex parte accipientis bona gravata, non teneantur alii cohæredes, & condividentes ad hanc pretii refusionem, ut per *Rocc. dict. cons.* 24. *num.* 38. *&* 39. *Peregrin. dict. art.* 52. *num.* 61. *&* 68. *dict. cons.* 97. *num.* 2. *& Mangil. Fusar. Cyriac. & Caren.* locis supracitatis.

Sed omnis amaritudo removebatur, & falx ad radicem quæstionis ponebatur ex clausula finali posita in dicto divisionis Instrumento, in qua dictæ Partes dividentes expressè declaraverunt per dictam divisionem nullum factum deberi præjudicium esse Instrumentis, Testamentis, Contractibus, & Scripturis publicis, vel privatis in dicta divisione enumeratis, inter quæ legitur enuntiatum etiam prædictum Fideicommissum a dict. Bartholomæo institutum, immo quidquid contrarium esset prædictis, id Partes pro irrito, & infecto haberi voluerunt; ex quibus nedum 65
Fideicommissum prædictum referendum intelligebatur, sed & omnis renuntiatio ipsius exclusa remanebat, ut per *Mangil. dict. quæst.* 114. *num.* 43. *Rocc. dict. cons.* 24. *num.* 33. *Magon. dec. Luc.* 7. *numer.* 44. & in puncto *Decian. cons.* 3. *numer.* 128. *vers. nono lib. primo, &c.*

Et sic ex præmissis non solum præfatos Antonium, & Sebastianum condemnavimus ad præfatorum bonorum Fideicommissariorum possessionem dd. Creditoribus, & Joanni Baptistæ, & Fratribus relaxandum, quos & in eam immitti mandavimus, sed, & stante eorum mala fide ad omnium fructuum, & expensa- 66
rum restitutionem ex tradit. a *Doctor. in l.* 2. *C. de fruct. & lit. expens. &c.*

Et ita, &c.

Cosmus Farsettus Rota Auditor, & Relator.
Petrus de Angelis Rota Auditor.
Cammillus Finetti Rota Audit.

A R G U M E N T U M.

Repudiatio sive renuntiatio Hæreditatis jam à Debitore facta in præjudicium suorum Creditorum nihil valet.

Repudiatio verò Hæreditatis nondum aditæ, vel alterius cujuslibet Juris quærendi á Debitore de Jure fieri potest, & valet in præjudicium etiam suorum Creditorum.

Quæ tamen conclusio patitur suas declarationes, & limitationes hic latè traditas.

Præcipuè non valet repudiatio Hæreditatis non aditæ, sive alterius hujusmodi Juris quærendi, quando est simulata, vel collusive facta.

Et hæc simulatio, vel collusio ex conjecturis comprobari potest, quarum plurimæ in hoc Discursu ad opportunitatem Causæ recensentur.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *Repudiatio, sive renunciatio Hereditatis jam aditæ facta à Debitore in præjudicium Creditorum nil valet, & num. seq.*

3 *Repudiatio tamen Juris quærendi subsistit etiam in præjudicium Creditorum, Hypothecariorum, & Fisci, ex Causa tam onerosa, quàm lucrativa.*

Et de ratione num. 4.

4 *Quod procedit in foro fori, non autem in foro conscientiæ.*

5 *Et etiam in foro fori illa opinio non ita generaliter intelligenda est.*

6 *Et maxime ea non procedit hodiernis temporibus, quibus Hereditates cum beneficio legis, & Inventarii adiri solent.*

7 *Et illa nullatenus subsistit quando repudiatio est simulata, vel collusive facta.*

8 *Simulatio, vel collusio probatur præsumptionibus, & conjecturis.*

9 *Fortius accedente Causa colludendi.*

10 *Repudiatio facta in sibi proximè conjunctum præsumitur simulata.*

Et de ratione num. 11.

12 *Nemo præsumitur jactare suum.*

13 *Simulatio repudiationis ex verisimilitudine arguitur.*

14 *Item ex emancipatione filiorum in ipso actu repudiationis facta ad eorum favorem.*

15 *Et ex consuetudine repudiantis.*

16 *Et ex defectu alterius causæ, per quam repudiatio facta fuerit.*

17 *Simulatio ex unica præsumptione argui potest.*

18 *Repudiatio candide, & sincere facta non afficit repudiantem in conscientia, secus si facta fuerit fraudolenter.*

19 *Maxime ubi Creditores sunt ex causa onerosa.*

20 *Advocati mortaliter peccant, quoties consulunt repudiationem Hereditatis in fraudem Creditorum.*

21 *Et hæc opinio est commendatione digna.*

22 *Judex in dubio adhærere debet opinioni, quæ tutior in foro conscientiæ.*

23 *Pars pro salute animæ eligenda est tamquam tutior.*

PARS DECISIONIS ROTÆ FLORENTINÆ,

Liburnen. Repudiationis Hereditatis,

Saturni 29. Novembris 1693.

E T

D I S C U R S U S CCX.

ALterum proinde emergit digerendum principale præsentis resolutionis caput superius in divisione materiæ connotatum, an scilicet hujusmodi repudiatio sustineatur in præjudicium Creditorum Francisci repudiantis.

Facillima autem atque indubitata ex adhuc resolutis in primo Capite exurgit resolutio in præsenti, quod quia agitur de hæreditate per biennium, & ultra adita in dicto Instrumento Venditionis diei 29. Novembris 1685. ante dictam Repudiationem diei 2. Martii 1687. per quam biennii intermediationem, redditur inapplicabilis Articulus momentaneæ acquisitionis, quem excitant DD., signanter quando
1 repudiatio non simpliciter, sed alicujus contemplatione legitur facta, de quo apud *Tondut. resol. civil. part. 2. cap. 153. à num. primo ad* 7. ubi in his terminis alios colligit, plurimosque alios *Olea de Cess. Jur. tit. 2. quæst. 3.* latè *à num. 38. ad* 45. *Salgad. Labyrint. Credit. par. 2. cap. 14. num. 38. & numer.* 124. *De Luc. ad Gratian. cap. 132. num. 17. Castill. controv. lib. 5. cap.* 112. sub *num.* 50. Quia, inquam, agitur de hæreditate adita, & sic Jure per aditionem quæsito, nullatenus tenet, ac valet dicta repudiatio Francisci in præjudicium ejus Creditorum, & quidem hypothecariorum, etiam omni cessante repudiationis, seu verius renunciationis fraude, quia hoc casu non est repudiatio, scilicet sola ab acquirendo abstensio, sed est vera renunciatio, scilicet alienatio, seu diminutio proprii, atque incorporati Patrimonii, quæ nullatenus tenet in præjudicium Juris desuper Creditoribus Hypothecariis statim dicti adi- 2
tione formiter quæsiti, ut præmissa prædicta differentia inter renunciationem, & repudiationem, de qua etiam apud *Lar decis. Granat.* 55. *num.* 15. concludunt ultra apertos text. à *L. prima*, usque ad *L. 6. ff. quæ in fraud. Credit. & L. prima, & secunda, C. eod.* cum aliis concordantibus *Tondut. resol. civil. par. 2. dict. cap. 153. num. 1. Salgad. Labyrint. dict. part. 2. cap. 14. num. 1. 2. 29. cum plurib. seqq. numer.* 81. & sparsim fere per tot. *Massin. de Confisc. bonor. quæst. 36. num. 7. 12. 85. 91. & seqq. Gratian. disc. 132. num. 5. Sanchez de Matrim. lib. 6. cap. 4. num. 8. Fontanell. de Pact. Nupt. claus. 4. glos. 9. part. 5. num. 77. Caren. resol. 202. num. 8. & 22. Arias de Mesa resol. lib. 2. cap. 41. num. 13. Andreol. controv. 110. num. 4. & seqq. & per tot.* ubi interpretando *L. Patrem, & L. Debitorem, ff. quæ in fraud. Credit.* rejectis contrariis cum communiori firmat, quod Fideicommissarius non potest ante tempus à Testatore præfinitum, restituere substitutis Fideicommissum, quia non potest propriis Creditoribus præjudicare respectu Juris quæsiti super ejusdem Fideicommissi usufructu *Carleval. de Judic. libr. 1. tit. 3. disp. 25. num. 2. Castill. controv. lib. 5. cap. 112. num. 20. & 21. De Luc. ad Gratian. cap. 132. num. 14. 17. & cap. 171. à num. 11. ad finem*, ubi idem differit ac *Andreol. loco mox cit. & ad Franc. observ. ad decis. 101. Bich. decis. 292. numer. 27. Franc. decis. 101. num. 4. & ibid. observ. De Luc. disc..... num. 11. & seqq. & num. 28. De Luc. de Credit. disc. 40. numer. 13. & disc. 137. numer. 3. Ansald. de Comm. disc. 85. num. 15. & seqq.* cum aliis apud ipsos collectis, aliisque inferius notandis, adeout non sit reperire Contradictorem.

At quando per modum discursus, & sine præjudicio adhuc firmatæ conclusionis placeret præscindere ab hæreditate adita, & ratiocinari in terminis hæreditatis repudiatæ, non quidem post aditionem, sed post simplicem delationem, imo placeret ultro procedere cum opinione etiam quod Jus quærendum repudiari valeat in præjudicium Creditorum etiam Hypo- 3
thecariorum, & Fisci ex Causa tam onerosa, quam lucrativa, ut contra *Ancaran. cons. 101. per tot. Medic. cons. 98. per tot.* aliosque congestos apud *Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 3. disp. 25. numer. 10. 15. & seqq. Acost. de Privil. Cred. in præfat. ad regul. 1. num. 46. & seqq. Mans. consult. 432. num. 15. & consult. 434. nu. 15. Andreol. controv. 208. per tot. Rocc. respons. 83. num. 5. & 6. lib. 1.* aliosque plures seqq. firmarunt testantes de veriori, & communiori *Franc. dict. decis. 101. ex num. 9. ad finem, De Luc. ibid.*
latè *ex num. 3. & plures seqq.*, ubi expressè repro- 4
bat prædictos, & alios etiam in foro conscientiæ ex ratione adducta *num.* 9. ne alias redarguatur tanquam nutritiva peccati Lex permittens hujusmodi repudiationem, & ad *Gratian. disc. 132. num. 5. Caren. d. resol. 202. ex num. 10. ad fin.*, ubi pariter resolvuntur contraria *Castill. controv. tom. 5. dict. cap. 112. ex num. 43. Arias de Mesa var. resol. d. libr. 2. cap. 41. ex num.* 7. ubi *num.* 27. concludit, quod licet in foro interiori videatur contraria opinio commendanda, in foro vero exteriori esset omnium violare text. in *L. qui autem 6. ff. quæ in fraud. Cred. Massin. de confisc. bonor. dict. quæst. 36. numer. 10. & seqq. Tondut. resol. civil. par. 2. dict. cap. 153. ex num. 8.* per plures seqq. novissimè *Ramon. cons. tom. 1. observat. in cap. 5. num. 35. & seqq. mihi à car. 88.* ubi *num.* 37. declarat hanc opinionem bene procedere in foro fori, nullatenus vero in foro conscientiæ *Mans. consult. 24. numer. 30. & seqq. numer. 60. & seqq.* ultra alios plurimos.

Adhuc hujusmodi opinio licet verior, & communior, saltem in foro externo tanquam magis confor- 5
ma generalitati Imperialium sanctionum in dictis *legib. 6. 12. tit. 20. ff. quæ in fraud. Credit. l. cum quidam 26. ff. de Jur. Fisc.* ac in aliis concordantibus, de

de quibus apud prædictos non est habenis adeo re-
laxatis capienda, ut in apertum malitiæ, fraudis, &
collusionis patrandæ diverticulum degeneret contra
mentem prædictarum Imperialium sanctionum, si-
gnanter hodiernis temporibus, quibus Debitor adeun-
do hæreditates sibi delatas potest earum periculum
vitare per aditionem cum beneficio Legis, & Inven-
6 tarii non adhuc tempore dictarum sanctionum re-
perto, ut Magistraliter admonet *De Luc. de Credit.
dict. disc.* 37. *num.* 13. & latiùs *in Supplement. part.*
2. *& disc.* 129. fere *per tot.*

Dispositio enim Legum prædictarum radicatur in
candido, illibatoque corde repudiantis, plenaque ejus
sinceritate, quia admissa collusiva fictione, restat in-
applicabilis dicta dispositio & repudiatio prorsus re-
vocanda tanquam vera fictio, seu collusio ex solo
7 fraudandi, & obcæcandi creditores objecto machina-
ta, punctualiter *Giurb. ad consuet. Messanen. cap.* 5.
glos. 8. *num.* 13. *Salgad. Labyrint. Cred. par.* 2. *dict.
cap.* 14. *num.* 123. *Castill. controv. tom.* 5. *dict. cap.*
112. sub *num.* 50. *versic. cogita, &c. Ann. Robert.
libr.* 3. *rer. judic. cap.* 12. *circa princ. Mass. de
Confisc. bon. dict. quæst.* 36. *numer.* 13. *De Luc. ad
Franc. dict. observ.* 101. *numer.* 20. *Merlin. de Legit.
tit.* 2. *lib.* 3. *quæst.* 29. *num.* 13. *Mans. consult.* 344.
num. 14. *Larr. decis. Granat.* 6. ... *numer.* 9. 10. *Soc-
cin. Sen. cons.* 65. *num.* 14. *libr.* 1. *Rota Nostra Lib.
Mot.* 110. *a car.* 438. *lib.* 121. *a car.* . . . *lib.* 129 *a
car.* 268., & alibi pluries.

8 Collusio autem, seu simulatio ad hunc effectum
sufficientissimè probatur præsumptionibus, seu conje-
cturis, ut ultra fere omnes mox recensitos firmavit
pluries *Rota Nostra Lib. Mot.* 27. *a car.* 135. *libr.*
29. *a car.* 249. *lib.* 106. *a car.* 265. *dict lib.* 129. *a
car.* 268. *Monoch. præsumpt.* 125. *num.* 2. *lib.* 3. *Se-
raphin. decis.* 660. *num.* 3. *Mantic. decis.* 246. *num.* 4.
& 5. *& de Tacit. lib.* 13. *tit.* 35. *numer.* 9. *& seqq.*
fortius ubi, ut in præsenti, manifeste constat de cau-
9 sa colludendi, nimirum, ut repudians liberaretur,
imo verius hæreditas repudiata, ab exactionibus cre-
ditorum *Rota Nostra dict. Lib. Mot.* 106. *a car.* 266.
& dict. lib. 129. *a car.* 168. *Mantic. de Tacit. dict.
tit.* 35. *numer.* 6. *Rota* post secundum Volumen *cons.
Farinacc. decis.* 317. *num.* 3. *Beltramin. ad Ludovis.
decis.* 157. *num.* 27., cum qua licet mendosè citata
transit *Salgad. Labyrint. dict. part.* 2. *cap.* 14. *nu-
mer.* 131.

Plurimæ in præsenti Hypothesi concurrunt conje-
cturæ, seu præsumptiones, manifestam ostendentes
collusionem, seu simulationem prædictæ repu-
diationis, seu verius renunciationis.

Prima est conjunctio Sanguinis, scilicet Paternitas
Francisci Repudiantis, & Filiatio Nicolai, & Fra-
trum eodem contextu adeuntium cum beneficio Le-
gis, & Inventarii hæreditatem Joannis Simeonis a
Patre repudiatam, ut supra, quæ tam arcta conjun-
10 ctio indubitatam præsumptionem simulationis indu-
cit; plurimis punctualiter collectis *Salgad. dict. cap.*
14. *num.* 130 *Gratian. disc.* 255. *num.* 7. *Rot. decis.*
262 *num.* 18 *part.* 11. *& decis.* 84. *numer.* 26. *part.*
18. *recent. Rota Nostra dict. Lib. Mot.* 129. *a carte*
268., rejecta replicatione, quod *Salgadus* loquatur,
ubi repudians remanserit in possessione Majoratus,
quia *Salgadus* approbat de per se dictam præsum-
ptionem, veluti innixam regulæ, quod inter conjun-
11 ctos facilius præsumitur collusio *Decian. cons.* 81. *nu-
mer.* 24. *lib.* 4. *Rot.* post *Zacch. de oblig. cameral. decis.*
207. *numer.* 16., & in nostris præcisis terminis *Cy-
riac. dict. controv.* 319. *num.* 36. & generalius *Larr.
dict. decis. Granat.* 55 *num.* 10.

Secunda est, quia dicta hæreditas, ex documentis
per Actores apud Acta deductis, & ex tot capitibus
Partitarum, & Summatum, in quas obtinuerunt Pa-
trem condemnatum in prædicta Sententia dicti Judi-
cis a quo, & ex eorum enixa præsentis Litis susten-
tatione, concluditur admodum lucrosa; Unde nullus
12 homo prudens eam repudiasset, cum nemo præsuma-
tur velle jactare suum. Et multo fortius, quia Fran-
ciscus repudians tam de tempore devolutæ hæreditá-
tis, quam de tempore repudiationis erat ingenti ære
alieno gravatus, stetit per plures annos, vel Carce-
ribus detentus, vel fugitivus, ut constat ex actis, &
ex testibus prædictis, imo, & eodem Instrumento Re-
pudiationis colligitur, quod eo tempore esset Carce-
ratus; In his profecto circumstantiis, quæ enixè im-
pellebant prudentem Virum ad acceptandum, etiam
quam citissimè, potiùs quam ad repudiandum, ut se
a miseriis eriperet; clara, imo palpabilis verisimili-
tudo detegitur animi, ac intentionis colludendi ad
solum finem fraudandi Creditores, ne scilicet possent
res hæreditarias petere pro eorum satisfactione 13
Fachin. cons. 79. *num.* 26. *lib.* 1. *Pacian. de Pro-
bat. cap.* 53. *numer.* 57. *lib. primo, Capyc. Galeot.
controv.* 61. *num.* 43. *lib.* 1. *Golin. de Procurat. par.*
5. *cap.* 6. *num.* 21. *Lar. decis. Granat.* 55. *numer.*
24. *vers. maxime nam ii, &c. Rot. Nostra dict. Lib.
Mot.* 129. *a car.* 268.

Tertia, quia si repudians timebat de periculo dictæ
hæreditatis, ut jactat in dicto Instrumento Repudia-
tionis, poterat illam adire cum beneficio Legis, &
Inventarii, ut de facto cum tali beneficio statim, &
eodem Instrumento, atque contextu eam adierunt Fi-
lii, scilicet Actores prædicti, quæ prætermissio be-
neficiatæ aditionis unita cum emancipatione dicto-
rum Filiorum de eadem die repudiationis facta per
ipsum Patrem repudiantem, clarius ostendit ani-
mum unicum fraudandi Creditores, ut scilicet ipsi
nec proprietatem nec usumfructum bonorum hæredi-
tariorum obtinere valerent, ut seclusa emancipatio- 14
ne, saltem usumfructum tanquam Patri ad ejus vi-
tam debitum obtinuissent, ut bene exagerat *De Luc.
de Cred. dict. disc.* 127. *numer.* 13. & melius dicto
disc. 129. fere *per tot. & in Supplement. part.* 2.
& facit *Larr. dict. decis. Granat.* 55. *numer.* 28.
& 29.

Quarta quia, ut dictum fuit in secunda, repu-
dians non erat solvendo, sed semper modo carcera-
tus, modo fugitivus, & ex hoc solo redditur in re-
pudiando suspectus, tanto magis, quia constat ex
actis de alia Lite inter D. Joannem Vincentium Bon-
figli creditorem Francisci repudiantis ex una, & Phi-
lippum & Joannem Simeonem ex altera, volentes
bona, & societatem celare, ne ille satisfieret, ut la-
tè deponunt testes superius memorati, & sic constat 15
de illo malo animo, atque consuetudine similium O-
peratorum, contra quos latè invehunt *De Luc. dict.
disc.* 129 *num.* 6. *in Supplem. par.* 2. *Cyriac. con-
trov.* 319. *num.* 34. Consulto prætermissis *Stracc. de
Decoct. par.* 3. *num.* 15. 18. *&* 19. *Rocc. de Decoct.
notab.* 22. *&* 23. *num.* 101., aliisque loquentibus in
terminis decocti.

Quinta tandem, quia nulla alia fuit assignata 16
Causa, quare fuerit deventum ad talem repudiatio-
nem, qua deficiente, repudiatio præsumitur collusi-
va *Cyriac. dicta controv.* 319. *num.* 39., ubi ultro
vult, quod quatenus assignaretur, semper præponde-
ret illa fraudandi Creditores, ut *ibid. num.* 40.

Quibus sic cumulatis, sive versemur in hæreditate
adita, sive in simpliciter delata, remanet plusquam in
tuto utriusque Capitis resolutio, tanto magis, quia 17
concurrente potissimum prædicta simulandi Causa,
sufficit in hac adeo suspecta materia, etiam unica
præsumptio *Cephal. cons.* 759. *num.* 1. *& seqq. Se-
raphin. decis.* 763. *num.* 11. *Monac. decis. Flor.* 18.
num. 15. *Amat. resol.* 79. *num.* 14. & concordando
contrarias opiniones consuluit *Menoch. cons.* 226. *nu-
mer.* 93., vel saltem sufficiunt duæ *Ottob. dec.* 191.
num. 3. *part.* 5. *rec. decis.* 283. *numer.* 15. *part.* 8.
decis. 63. *numer.* 13. *par.* 18. *decis.* 546. *num.* 2.,
etiam si essent leves *Gratian. discept.* 255. *numer.* 4.
Altograd. cons. 85. *numer.* 15. *Rota dict. decis.* 63.
num. 14. *par.* 8. *& decis.* 148. *num.* 3. *par.* 6. *rec.*

Summa tandem æquitas non minus, quàm justitia
suasit in hanc resolutionem, & suasisset, etiam quod
ageretur de hæreditate simpliciter delata, quia in hoc
casu hujusmodi repudiantes, quidquid sit, quod sint
tuti in conscientia, quando candidè, & sincerè sit
facta repudiatio, in quibus terminis loquitur *De Luc.* 18
superius relat. *ad Franc. observ.* 101. *num.* 9., cum
aliis sequacibus, profecto in his factis circumstantiis
peccant mortaliter *Molin. de Just. & Jur. disput.* 454.
numer. 10. *in fine Sanchez de Matrim. cap.* 4. sub
num. 9. *Gratian. discept.* 271. *num.* 25. *&* 26. *Olea
de cess. jur. tit.* 2. *quæst.* 3. *numer.* 35. *Capyc. Latr.
decis.* 8.

decis. 8. num. 13. Fortius ubi in casu nostro, Cre-
19 ditores sunt ex Causa onerosa Arias de Mesa var.
resol. dict. cap. 41. num. 27. Modern. Ramon. observat.
in cap. 5. numer. 37. mihi a car. 88. cons. tom. 1. Et
20 ultra Advocati, & alii similem repudiationem con-
sulentes eodem conscientiæ adstringuntur vinculo Lar.
decis. Granat. 55. num. 26. in fine Sanchez, & Grat.
ubi supra, Olea dict. quæst. 3. sub num. 37. Cutell. de
Donat. tract. prim. disc. 2. par. 2. numer. 29. in fin.
21 Capyc. Latr. dict. decis. 8. num. 74. apud quos cuncti
tenentur ad restitutionem, vel saltem hujusmodi opi-
nio secundum alios est commendabilis pro conscien-
tiæ tutela, ut apud Arias de Mesa dict. cap. 41. nu-
mer. 27., & alios superius relatos; Et ex hoc æter-
næ salutis periculo contrariam opinionem reprobavit
Gizzarell. ad Capyc. Latr. dict. decis. 8. num. 35. &
seqq., novissimè secutus a Torr. de Pact. fut. succ.
lib. 2. cap. 46. numer. 90. Et in dubio Judex semper
22 debet ei adhærere opinioni, quæ conscientiæ salu-
brior est, Fenton. decis. 154. num. 18. & seqq. par. 1.
quia tutior pars pro salute Animæ est eligenda cap.
illud, §. Licet autem extra, de Cler. excom. cum aliis
Barbos. axiom. 78. num. 2. &c.

Et ita utraque, &c.

Æneas Cavalcanti Rotæ Auditor.

ARGUMENTUM.

Dominium Navis prædatæ, & Mercium in ea existentium cujus sit, & ex quibus probetur.

Merces, quæ ad regiones Infidelium adsportantur, an possint justè prædari.

Mercium pertinentium ad Schismaticos Subditos Turcarum, an sit licita deprædatio latissimè explicatur, ubi refutatur, & dilucidatur doctrina *P. Angel. Mar. Verricel. de Mission. Apost. tit. 15. quæst. 214. num. 7. & Pont. de Potest. Pror. tit. 11. num. 11, & Mastrill. decis. 254. num. 41.*

Prædator, an sit condemnandus ad restitutionem rerum injustè occupatarum, cum damnis, & interesse à prædato passis, vel solùm in quantum ipse prædator factus est locupletior, doctè, & latè discutitur.

SUMMARIUM

Facti species.

1 *Testium assertionibus accedentibus depositionibus, & fidibus, etiam extrajudicialibus, & absque partis citatione factis plena fides habenda est.*

2 *Actio pro recuperatione rerum deprædatarum competit contra violentum spoliatorem cuicumque possessori, vel alteri etiam modicum interesse habenti.*

3 *Dominium ex sola possessione præsumitur in odium violenti rei alienæ occupatoris.*

4 *Nauta cujus culpa, & facto Navis deprædata est, potest molestari à Dominis rerum deprædatarum.*

5 *Mercedem petere non potest Nauta pro adsportatione rerum deprædatarum, nisi recuperatis, & restitutis Dominis Mercibus, seu pretio illarum.*

6 *Nauta, cui restituuntur merces deprædatæ, debet præstare cautionem de indemnem servando deprædantem à molestiis Dominorum Mercium.*

7 *Testibus pauperibus, vilibus, varie loquentibus, conjunctis, commilitonibus, habentibus interesse, & qui præmeditatum sermonem habuerunt, nulla fides habenda est.*

8 *Testium defectus, non supplentur ex numero, quando omnes aliquam patiuntur exceptionem.*

9 *Navis Dominium arguitur ex Vexillo inarborato.*

10 *Secus si non sit inarboratum, sed simpliciter in Navi retentum, & num. 61.*

11 *Actiones pravæ non sunt imitandæ, & Suspiciones vanæ non sunt attendendæ.*

12 *Præsumptio, quod quilibet sit bonus, non militat in præjudicium tertii.*

13 *Bonus ex eo quod quisque præsumatur, non sequitur, quod ipsius opera bona esse dicantur.*

14 *Fugere aspectum, & invasionem Navis armatæ, non arguit, quod Navis fugiens sit hostis, sed fuga præsumitur propter metum arrepta, & num. 59.*

15 *Fuga alia est voluntaria, alia causaria, & alia ignominiosa.*

16 *Fuga causaria omnem tollit suspicionem.*

17 *Fugere à manibus potentiorum, & persecutorum nobis est connaturale.*

18 *Reversio spontanea aufugientium, removet omnem suspicionem, quæ ex fuga oriri potuisset.*

19 *Redimere se à Piratis cuicumque licitum est etiam modis violentis.*

20 *Princeps dicitur Dominus Territorii, & Jurisdictionis, non rerum subditorum.*

21 *Navigantes debent esse securi à deprædationibus.*

22 *Mare liberum cuicumque est; & usus ipsius nemini potest inhiberi.*

23 *Textus* in l. unica C. de Lib. & itiner. cust. lib. 12. *explicatur.*

24 *Maris libertatem denegandam esse nulla Lex dicit.*

25 *Consuetudinis requisitum necessarium est, ut introducatur ab illis, qui jus habent Legis condendæ.*

26 *Testis deponens de consuetudine etiam non interrogatus, tenetur reddere rationem suæ depositionis.*

27 *Consuetudo injusta, abusus, & corruptela est, ideoque non est attendenda.*

28 *Consuetudo prædandi omnes Navigantes sine literis, seu patentibus, non excusat deprædantem à restitutione rerum ablatarum.*

29 *Conjecturæ vanæ, futiles, & inconcludentes, nec simul unitæ aliquam faciunt probationem.*

30 *Conjectura, & præsumptio ab alia contraria eliditur, & fortior debiliorem vincit.*

31 *Possidentibus præsumuntur pertinere res possessæ.*

32 *Jactare suum pro alio nemo velle præsumitur.*

33 *Merces solent committi custodiæ Præpositi, vulgò nuncupati* sopraccarico, *cum conscriptione literarum onerariarum.*

34 *Et hoc fieri solitum est etiam in Turcarum regionibus.*

35 *Merces in Navi existentes, quando non adsunt literæ onerariæ, & alia solita cautela, de quibus supra, præsumuntur esse Magistri Navis, & aliorum secum Navigantium.*

36 *Pingere in Navibus imagines Divorum est mos antiquissimus navigantium.*

37 *Navis, Sancti Christiani nomine nuncupata, præsumitur pertinere ad Christianos, non ad Turcas, qui abhorrent cultum, & nomen Sanctorum Christianorum.*

38 *Expensas, damna, & infelicitates nemo pro aliorum interesse pati velle præsumitur, sed pro suo.*

39 *Judex directione rationis, ad veritatem, debet librare vim, & efficaciam conjecturarum, & præsumptionum.*

Causas, & Titulos calumniosè excogitatos nullatenus attendere, ibid.

40 *Pontificum constitutiones in materia spirituali ad quoscumque Christianos ubicumque degentes extenduntur.*

41 *Arma, Ferrum, Naves, & alia ad usum Belli parata prohibentur deferri ad Turcarum, & Infidelium regiones, quoad omne tempus, & omnem locum.*

42 *Arma, & alia Instrumenta Bellica adsportantes ad Turcas, & Infideles, æquiparantur rebellibus, & transfugis, & judicantur proditores Reip. Christianæ.*

43 *Et possunt spoliari Bonis.*

44 *Textus in cap.* significavit de Judæis, & in Extrav. multa eod. *quid disponat.*

45 *Vi-*

45 Victualia, merces, & alia subsidia præter usum Belli, non prohibentur tempore pacis deferri ad Turcas, & Infideles, sed solum tempore Belli.
46 Victualia sunt semper prohibita adsportari ad Turcas, & Infideles.
47 Contrarium refutato Nuvar. probatur.
48 Victualia sunt semper prohibita adsportari ad Turcas, & Infideles quando adsportantur mala intentione, & pravo fine.
49 Christiani deferentes Victualia, & Merces ab uno loco Principis Infidelis, ad aliam ejusdem Principis Regionem, probabiliter dubitantes Principem infidelem in Christianorum perniciem illis uti velle, remanent obnoxii Censuris Bullæ Cœnæ Domini.
50 Textus in cap. Quorumdam de Judæis, & aliorum supra explicatorum ratio affertur.
51 Excommunicati bona occupanti non conceduntur.
52 Ligna pro Domibus ædificandis, non sunt de genere prohibitorum deferri ad Turcas, & Infideles.
53 Nauta cum Juramento afferenti se deferre Merces ad aliquem locum est credendum.
54 Christiani Orientales non prohibentur habere commercium de Mercibus, & Victualibus, & aliis rebus indifferentibus, cum Turcis, etiam tempore Belli.
55 Facta, maxime pro delicto arguendo, non præsumuntur, sed sunt probanda.
56 Actum indifferentem intelligere debemus, ut culpam, & delictum excludat.
57 Testis de auditu auditus fidem non meretur.
58 Intentio Nautæ deferendi Merces ad aliquem locum probari potest circumstantiis, conjecturis, & præsumptionibus.
60 Nautæ navigant tempore æstivo, & hyemali.
62 Juris Civilis dispositio, non comprehendit subjectos Imperio Ottomano.
63 Legis dispositio locum non habet, ubi non verificatur Legis suppositum.
64 Schismatici Turcarum subditi possunt impunè deprædari; intellige, ut num. 68. 70. & 72.
65 Contrarium reprobato Verricel. probatur.
66 Græcorum Schismaticorum bona, quamvis Turcarum subditorum, non possunt diripi directè, sed tantum indirectè.
67 Et huic opinioni standum est etiam in foro externo.
68 Verticelli opinio, de qua supra, declaratur, & num. 70. 72.
69 Deprædatio est prohibita de Jure Communi, & Naturali.
71 Schismatici materiales haberi debent tamquam Catholici.
73 Dictio quoscumque est universalis omnes comprehendens.
74 Episcopo testanti de iis, quæ pertinent ad ejus munus, plena fides habenda est.
75 Episcopos duos in una Civitate esse prohibitum est.
76 Limitatur dicta conclusio, quando in una Civitate adsunt duæ nationes differentis ritus.
77 Catholici Turcarum subditi, non possunt impunè prædari, etiamsi aliquando subministrent Turcis auxilium.
78 Catholicorum Turcarum subditorum deprædatio, non cedit in damnum Turcarum.
79 Doctrina Pont. de Potest. Proreg. Tit. 11. numer. 11. & Mastril. Decis. 254. numer. 41. declaratur.
80 Judæi possunt justè deprædari, sicut & Turcæ.
81 Occupator violentus rerum alienarum tenetur non solum ad restitutionem rerum occupatarum, sed & ad resarciendum omnia damna.
82 Causa justa ad effectum inducendi bonam fidem debet esse approbata in Jure.
83 Credulitas justa non excusat occupatorem, sed possessorem.
84 Acquirens rem alienam bona Fide, & Titulo non reprobato à Jure, non tenetur ad restitutionem, nisi in quantum factus est locuplex.
85 Bona fides exoriri potest, etiam ex causis injustis, & temerariis.
86 Bona fides non justificat actum, nec reddit licitam acceptionem, sed ad summum excusat à pœnis, quibus subjacet factum illicitum, & reprobatum.
87 Culpa lata in pecuniariis æquiparatur dolo.
88 Culpa levis, vel saltem levissima est, non investigare diligentissimè, an aliquid sibi liceat.
89 Culpa levissima civiliter punitur cum refectione damnorum.
90 Juramentum in litem datur spoliato super numero, & æstimatione rerum prædatarum.
91 Prædator debet deferre, seu transmittere res prædatas ad Portum Principis, à quo habet privilegia.
92 Juramentum in litem datur spoliato super numero, & valore rerum prædatarum in odium deprædatoris.
93 Positiones probatæ per testes suspectos non convincunt de mendacio negantem dictas positiones.
94 Verba, non credit, ut ponitur, non sunt negativa simpliciter, sed qualificatè.
95 Negans positionem veram, non punitur in foro fori.
Et ita servatur in praxi Florentiæ.
96 Perjurus quando contraveniat juramento præstito in aliquo contractu ad terminos l. si quis Major ab agendo non repellitur.

Liburnen. Prædæ.

22. Januarii 1668.

DISCURSUS CCXI.

CUm ad Piraticam contra Infideles exercendam Dom. Capitan. Jo: Maria Cardus, se convertere vellet, à Serenissimo Magno Etruriæ Duce Domino Nostro, ut sub ejus augustissimis Vexillis, hoc sibi facere liceret, Diploma benignissime impetravit, eidem tamen Pissimus Princeps strictissimè inhibuit, ne Christianorum quorumcumque personas offenderet eorumve bona, Merces, & Navigia quocunque modo directè, vel indirectè diriperet, quod & jurata promissione, & fidejussione præstita juxta Armamenti Capitula Dom. Cardus confirmavit.

Sub his felicissimis auspiciis dictus Cardus Mare Ægeum persulcans Anno 1662. Mense Martii prope Thessalonicensem sinum in quandam Navim *Pincum* nuncupatam cujusd. Michaelis Faccà Græci Chiensis frumento, hordeo, Tigillis pro ædium constructione, & ligneis Circulis pro doliis coercendis onustam, quæ à Civitate Thessalonicensium ad præfatam insulam Chii transitabat, incidit, in qua, ne dum ipse Michael Navarchus, sed & omnes alii Christiani erant Chienses Ritus Græci, eamque dictus Cardus invadens sub prætextu, quod res Turcarum essent, deprædatus fuit; illisque infelicibus Navigantibus partim in Insula Melos, & partim in Insula Scyros dimissis, Navem, & bona prædata, pro ut eidem libuit, vendidit, & consumpsit.

Post aliquod temporis spatium Liburnum dictus Cardus reversus fuit, ad cujus quoque Portum deinde appulit dictus Michael, qui coram illius Gubernatore graviter de vi, ac deprædatione à dicto Cardo injuste sibi allata conquestus fuit, instititque, ex quo Navis vendita, & bona direpta jam essent consumpta; ad eorumdem valorem sibi restituendum cum damnis, & interesse hac de Causa passis Dom. Cardum condemnari.

Confessus Judicialiter fuit D. Cardus, se quandam Navem, seu Pincum de Mense Martii anno 1662. propè sinum Thessalonicæ frumento, hordeo, tignis pro ædium constructione, & circulis pro doliis coercendis oneratam, in qua omnes Vectores erant Christiani, diripuisse, sed tamen hoc ab ipso actum fuisse, quia res Turcarum erant, quod variis argumentis sibi innotuisse asseruit, sed hunc Michaelem Faccà agentem esse illius Navis prædatæ dominum, agnoscere negavit; Deinde in causæ progressu prætendit, quod si res prædictas Turcarum fuisse non appareret,

earum

earum tamen licitam fuisse deprædationem; cum ad
infidelium regiones contra Sacrorum Canonum, le-
gumque Civilium Sanctiones deferrentur, & præci-
pue cum earum exportatores Schismatici, & Turca-
rum subditi essent, quorum bona, ac si hostium es-
sent, prædari sibi fas fuisse contendebat.

Incœpto Processu pro identitate personæ dicti Mi-
chaelis, præfatus D. Gubernator interlocutus fuit, a
quo decreto ad Consules Maris Pisarum dictus Car-
dus provocavit, quibus ex benigno Rescripto Sereniss.
Principis etiam in meritis cum nostro Voto deciden-
da Causa commissa fuit, qua tandem instructa, ex
plenissime partibus, ac earum Advocatis auditis, &
nedum cum ipsis, sed, & inter nos utriusque partis
Juribus diligentissime discussis, & ponderatis, in con-
cordi Voto fuimus confirmandi interlocutoriam D.
Gubernatoris, & in meritis dictum Cardum ad Na-
vis, & rerum prædatarum consumptarum valorem re-
stituendum condemnandi, sed in hoc dissensimus, nam
Excellentiss. D. Maggius, cujus opinionem sequi vi-
sus fuit Illustr. Dom. Auditor Bononius, arbitratus
fuit dictum Cardum, ut bonæ fidei possessorem, non
teneri nisi ad id, in quo factus esset locupletior, ego
autem indistincte ad verum valorem rerum deprædа-
tarum una cum damnorum passorum restitutione esse
condemnandum existimavi.

Nam quoad identitatem, & verificationem perso-
næ dicti Michaelis deprædari satis visa fuit justificata
ex depositionibus duorum Religiosorum Ordinis Do-
minicani legitime testificantium hunc Michaelem esse
illum Dominum Navis, quæ à D. Cardo de Anno
1662. fuit prædata, quibus accedebant aliæ Justifica-
tiones ex fidibus extrajudicialibus, & aliis depositio-
nibus, tametsi absque partis citatione factis elicitæ,
1 quibus propterea plenam esse adhibendam fidem judi-
cavimus *l. 3. §. Ideoque & l. ob carmen §. Si testes ff. de
testib.*

Quo verò ad causæ merita satis fundata visa fuit
intentio dicti Michaelis ex sua possessione Navis, &
rerum deprædatarum in ea existentium optime in Pro-
cessu probata, ex qua propterea eidem actio contra vio-
lentum spoliatorem competebat, quæ cuicumque pos-
2 sessori, vel alteri etiam modicum interesse habenti pro
rerum direptarum recuperatione datur *l. 2. §. In actione
ubi scrib. ff. de vi bon. raptor. §. fin. inst. eod. tit. l. cum
§. Hac actione ff. de eo quod met. caus. Rofred. de libel.
par. 1. rub. de vi bon. rapt. num. 2. vers. 5. Jas. cons.
170. sub num. 2. lib. 2. Bos. de Furt. num. 44. Sesse
dec. 105. n. 1. Farin. de Furt. quæst. 165. n. 28.* quinimo
etiam contra violentum rei alienæ occupatorem domi-
3 nium ex sola possessione præsumi placuit *Mascard. de
Probat. conclus. 540. num. 30. & 32. Menoch. lib. 6.
præs. 63. num. 10. & in addit. Bos. d. numer. 44. Fo-
rentil. ad Burat. dec. 236. in fin.*

Et cum de spolio violento ageretur, dictum Michae-
lem ad Judicium potuisse admitti existimavimus nedum
pro propria portione quam in dictis mercibus habe-
bat, verum quoque pro portione aliorum, quam ad
Insulam Chii in dicta sua Navi deferebat, cum satis
sua interesse poterat, tum ex molestia, cui erat sub-
4 jectus, si à Vectoribus ex ejus Causa, & facto Na-
vem fuisse deprædatam, prætenderetur ad *text. in l. cum
qui §. An Pater ff. de furt. & l. pr. §. Idem Pomponius ff.
de Naut. Caup. stab. & Strac. de Navibus part. 3. nu-
mer. 15. 23. & 25. & par. ult. num. 2. & 3.* tum ex
mercede, seu Naulo, ex dicta delatione sibi, uti Na-
vis Domino, & Naucleri artem exercenti debito, ad
quam mercedem consequendam via sibi parata non
5 erat, nisi dictis mercibus, seu earum pretiis recupe-
ratis & Dominis restitutis, juxta distinctionem *Valasc.
consult. 75. nu. 11. in med. Zach. de Salar. quæst. 88.
n. 25. vers. verum Cost. de rat. quæst. 5. num. 4.*

6 Mandavimus tamen per dictum Michaelem cautio-
nem præstari de indemnem conservando dictum Car-
dum pro molestiis, quæ sibi ab aliis Nautis pro di-
cta portione possent inferri, juxta cautelam quam re-
fert *Comard. in l. unic. in notab. numer. 13. C. si de
moment. possess.*

Et quamvis dictus Cardus pro sua deprædatione
tuenda, asserendo, ut diximus, quod Navis, & Mer-
ces prædictæ Turcarum essent, multa deduxisset, ea
tamen levia satis existimavi,

Nam ultra quod ex Testibus à dicto Cardo produ-
ctis alii, ut pauperes, & viles, alii per præmedita-
tum sermonem, & varie loquentes, alii dicto Cardo
conjuncti, & ejus Commilitones, & omnes tandem
in præda interessati, & participes, cum ad eos quæ- 7
dam portio etiam ex capitulis Armamenti, pertineret,
nullam merebantur fidem ex *l. nullus ff. de testib. l. 3. eo-
dem tit. l. in omnibus C. eodem Rom. cons. 382. num. 2.
Suar. alleg. 18. sub num. 2. Farin. de oppos. contr. test.
quæst. 60. num. 2. & seq.* itaut nec numerus inhabili-
tatem eorum supplere potuisset, etiam si deponerent 8
de eo quod aliter sciri non posset, cum quilibet eorum
non unum tantum, sed plures, & incontrovertibiles
defectus pateretur, ex *Bursat. cons. 320. num. 18. &
cons. 321. num. 32. Farinac. eod. tract. quæst. 62. nu-
mer. 324. Merlin. dec. 279. nu. 4. Ferentil. ad Burat.
dec. 143. num. 38.* adhuc si integra fides illis fuisset
præstanda, in eo tamen quod ipsi deponunt, nullum
Dom. Cardus fundamentum in probando, quod res
prædatæ Turcarum essent, sicut nec in aliis ab eo
allegatis facere poterat.

Non in eo quod in dicta Navi Turcicum Vexil-
lum fuisset inventum, nam cum non elevatum, nec
ut dicitur inarboratum, sed ut dicunt testes, in Ca-
mera ejusdem Michaelis fuisset repositum, ex eo nul-
la Dominii Turcarum conjectura poterat desumi, cum
solummodo ex tali signo aliquod Dominii argumen-
tum elici posse supponant Doctores, si in Navi ele-
vatum, & erectum, seu eidem patenter appositum es-
set, tunc enim Navis signata dicitur, & ex signo præ- 9
sumptive signatum cognoscitur ex *text. in l. 2. in princ.*
ibi, *ne quis vela regia suspendere*, & in *verb. deponendi
cum l. seq. C. ut nem. privat. test. & glos. in l. nemini C.
ut nemini lic. in §. Titulos Auth. de Mand. Princ. Luc. de
Pen. in l. absit numer. 2. C. de Privil. Dom. Augusta
lib. 11. Jas. d. cons. 170. num. 2. in fin. vers. septimo.
Stracc. de Mercat. part. 2. n. 72. Afflict. ad Const.
Regni l. pr. rub. 8. n. 75. Avend. de ex. mand. pac. pr.
cap. pr. num. 11. vers. arma Fab. in C. lib. 2. tit. 59.
diffin. pr. in principio Burat. dec. 132. num. pr.* Non
autem si in Navi simpliciter retineatur, cum talis re-
tentio possit ad diversos effectus secundum casuum ac-
cidentia fieri, vel pro habendo libero ingressu in ali-
quem Portum furente tempestate, vel aliis ex causis,
ex quibus non potest inferri illorum Navis esse Do-
minium, quorum est Vexillum, ut casus referunt 10
*Strac. de Naut. par. 3. num. 23. Cabal. cas. crim. 220.
numer. 3.*

Non in alio quod dictus Michael paulo prius cum
Thessalonicam iret, à quodam Equite Melitense fue-
rit deprædatus, quia non propterea, ex quo d. Eques
Melitensis actum illicitum, & injustum fecit, poterat
dictus Cardus ejus malum exemplum sequi; pravæ
enim actiones imitandæ non sunt, nec vanæ suspicio- 11
nes attendendæ *Cap. Principatus ubi glos. in cap. de quibus
dist. 20. cap. præcipue 11. quæst. 3. cap. 4. de trans. Episc.
l. pr. §. pen. ff. de incend. ruin.* Et cum non constet de
causa, ex qua d. Eques ad talem deprædationem fa-
ciendam motus fuerit, non est pro illius justitia su-
mendum argumentum ab illa Legis præsumptione,
quòd quilibet bonus judicari debeat, quia ultra quod 12
talis præsumptio in tertii præjudicium non militat *Me-
noch.* latè *l. 5. præs. prima n. 19. Fachin. cons. 38. num. 37.
lib. pr.* adhuc inferri non poterat, quod opera illius
essent bona, & præcipue cum de genere essent pro-
hibitorum, cum & justitia, quæ circa personas ho-
minum Legis præsumptione versatur, illorum actus
non justificet, nec ad inferendum facti consequentiam
valeat argumentum illud, quilibet præsumitur bonus, 13
ergo & opera illius bona esse dicuntur ut per *Joan.
Oldendor. in topic. legal. in loc. à conjugat. & Modest.
Pitor. libr. 2. quæst. illustr. 75. num. 5. & 6.*

Pariter nec fuga, quam dictus Michael & Socii ad
aspectum Navis armatæ, ac invasionem ipsius Car-
di, eorum Navigio, & Mercibus derelictis in Scapha
arripuerunt, quicquam suffragii eidem Cardo offerre
poterat, cum ex hac nulla possit bona resultare con-
clusio, quod res prædictæ Turcarum fuerint, cum
potius eosdem Græcos metu, & timore perculsos om- 14
nibus derelictis aufugisse credendum sit, ex his quæ
ex *Bald. ac Jas. tradit. sup. in rub. de div. int. vir.
& uxor. §. 34. num. 6.* dum fugæ triplicem speciem
esse

15 esse docent, voluntariam nempe, causariam, in qua
Nos sumus, & ignominiosam, & ex causaria omnem
16 suspicionem abesse dicunt, & post eos *Bos. de Plur.
violen. num. 78. Nat. cons.* 451. *num.* 12. cum à per-
17 securorum, & potentiorum manibus fugere, satis no-
bis sit connaturale, multosque Viros probos, quam-
vis innocentissimos, ex persequentium facie aufugisse
legimus, & elegantissimam Apologiam de fuga con-
scripsit Sanctus Athanasius per extensum relatam à
Nicephor. Hist. Eccles. lib. 10. *cap.* 16. & proinde nec
fugam præfatis infelicibus culpæ tribuendam esse di-
cendum omnino videbatur, ex late congestis *à Luc.
de Pœn. in l. 14. num. 10. & 11. C. de agric. & cen-
sit. lib. 11. Jas. in l. admonendi num. 169. ff. de Jure
jur. Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 21. num. 70. & 71.*
& quatenus etiam ex prædicta fuga aliquod culpæ
argumentum potuisset à dicto Cardo desumi, hoc ta-
men ex præfatorum aufugientium spontanea reversio-
18 ne sublatum remanserat *Grammat. cons. 42. num. 18.
Rom. Jun. cons. 88. num. 49. lib. 1.*

Quod Dom. Michael à dicto Equite Melitensi,
mediante pecunia se redemerit, & quod pariter à ma-
nibus dicti Cardi se redimere eodem modo tentaverit
ejusdem Cardi intentioni prodesse non poterat, cum
Dom. Michael redarguendus non erat si sanguinem
suum à Piratis redemerit, vel redimere curavit, cum
19 hoc cuicunque licitum sit modis etiam violentis fa-
cere *l. pr. ubi glos. ff. de bon. corrip. qui ante sent.* late
Luc. de Pen. in l. probibitum sub num. 10. *C. de jure
fisc. lib. 10. & in l. si coloni numer. 11. & 15. C. de
agric. & cens. lib. 11.*

Prout nec altera quod dictus Michael & Socii
Græci, & Turcarum subditi essent, ullum justitiæ fo-
mentum tali deprædationi afferre poterat, quia ex
personarum subjectione rerum privatarum dominium
20 in Principe argui non potest, cum Territorii, & ju-
risdictionis, non rerum subditorum, Princeps Do-
minus dicatur *Bart. in l. pr. §. Per hanc, ff. de rei
vend. Angel. in l. bene à Zenone C. de præscript. qua-
drien. Soccin. cons. 127. sub num. 5. vers. hoc probatur
lib. pr. Moat. de finibus cap. 96. num. 9.*

Frivola tandem, & levis existimata fuit illa, quod
dictus Michael sine Episcopi, aut alterius sui Supe-
rioris patentibus literis fuit inventus, & propterea
quod licite prædari potuisset; Non enim ullo Jure
prohibitum legitur sine dictis patentibus navigare,
21 quinimo indistincte Navigantes à deprædationibus se-
curos esse debere, statuit *Imperat. in l. ab his C. de
Naucler. lib. 11.* mare etenim cuilibet liberum est,
22 & liber usus ipsius nemini inhiberi debet *l. nemo ff.
de rer. divis. §. Nemo Inst. eod. tit. Angel. cons. 290.
sub num. 2. vers. tertium, Roder. Suar. alleg. 17. nu-
mer. 4. & 7.*

Nec ad rem pertinere videtur *text. in l. unic. C.
de lib. & itiner. cust. lib. 12.* ibi enim non prohibent
23 Imperatores Navigantibus liberum Maris usum, nec
ex quo sine publicis documentis navigant, res adve-
ctas ad barbaros pertinere præsumunt, ita ut licite
possint diripi, sed duo tantum statuunt, unum, ne
merces illicite ad Barbaros deferantur, litora, & iti-
nera custodiri jubent, jungendo principium Legis cum
Rubrica, ut admonet ibi *Luc. de Pen. in princ. in
verb. censemus*, alterum, quod antequam Naucleri à
Portu solvant, ne à Publicanis concussiones patian-
tur, manifestent ad quem locum pergere intendant,
prout notant *Bart. & Luc. de Pen.* ibi *Suar. d. alleg.
18. n. 4. Strac. de Navib. part. 2. numer. 33.* & est
consimilis, *text. in cap. significavit, extr. de Judæis*;
Non ergo ex illo textu elici potest, sine præfatis li-
teris Navigantes prædari Jure posse, tanquam Barba-
rorum res deferentes, & ideo cum non habeamus Le-
24 gem, quæ hoc dicat, Maris libertas nemini est dene-
ganda, ut in similibus terminis dicebat *Suar. dict.
allegat. 18. num. 8.*

Nec dicto Cardo favet ab eo allegata consuetudo
diripiendi quotquot ex Navigantibus sine dictis lite-
ris inveniantur, quia si de facto talis abusus servare-
tur à Piratis, non potest dici legitime introducta con-
suetudo, nam cum Piratæ Legis condendæ potesta-
tem non habeant, nec etiam consuetudinem introdu-
cere possunt, cum de consuetudinis substantiali re-
quisito sit, ut introducantur ab illis, qui condendæ
Legis jus habent, uti à Populo, vel majori parte ipsius ut 25
tradunt *Bald. in l. 2. C. quæ sit longa consuet. Mart. de Ju-
risd. par. 4. cap. 1. cas. 63. n. 3. Ping. de Consuetud. quæst.
7. n. 22. in Enciclope Jur. part. 1. tit. 4. cap. 1.* & deficiant
alia ad inducendam consuetudinem necessaria, de qui-
bus late per *Hua. d. tit. 4. cap. 1. 2. & 3.* nec testes de 26
ea deponentes, sufficientem rationem eorum depositio-
nis reddunt, quod etiam non interrogati facere de-
bebant *Alex. cons. 136. n. 10. lib. 1. Mascard. de Probat.
conclus. 424. n. 36. & seq. Farinacc. de Testibus quæst. 70.
n. 54.* Immo etiamsi talis consuetudo fuisset probata,
& de facto servaretur, cum sit injusta, & impræscri- 27
ptibilis, & potius corruptela, & abusus, & tanto ma-
gis abolenda quanto vetustior, attendenda non erat
*Rot. dec. 1. num. 1. de consuet. in Nov. & dec. 6. nu. 3. eo-
dem tit.* Et dictum Cardum à pœnis in Piratas statu-
tis poterat forte excusare, non autem sub prætextu, 28
quod res Turcarum essent, à restitutione rerum in-
juste Christianis ablatarum *Alex. cons. 107. num. 22.
vol. 2. Bero cons. 167. num. 20. vol. 1. Caroc. dec. 3.
num. 11.* & infra latius dicemus.

Cum itaque præfatæ omnes conjecturæ à dicto Car-
do, pro justificando, quod res prædatæ non ad dictum
Michaelem, sed ad Turcas attinerent, allegatæ, pe-
nitus vanæ, futiles, & inconcludentes fuissent, ita- 29
ut nec simul unitæ prodesse ullatenus eidem possent,
ex traditis ab *Alex. cons. 150. num. 26. lib. 5. Jason.
in l. 2. num. 58. C. de pact. int. empt. & vend. Me-
noch. lib. 3. præs. 39. num. 6.* merito, & rejectæ fue-
runt, & eo magis, cum aliæ pro dicto Michaele ex
abundanti ponderatæ eisdem adversarentur, cum una
conjectura sive præsumptio ab alia elidatur, & for-
tior debiliorem vincat, & si æqualis potentiæ sint in 30
vicem conquassentur, *Viv. dec. 61. num. 12. Menoch.
de Arbitr. quæst. 76. num. 19. Hua. Enciclop. part. 2.
tit. 20. cap. 1. num. 1. 2. & seq. & cap. 3. num. 16.*

Prima quarum erat, quia prædicta Navis, & Mer-
ces in ea existentes à dicto Michaele, & aliis Chri-
stianis possidebantur, ex qua rerum mobilium posses-
sione facile resultat præsumptio, quod ad illos per- 31
tineant *Jas. d. cons. 170. num. 1. & 2. Menoch. lib. 6.
præs. 63. num. 10. & per tot. Sebast. Med. dec. 6. nu-
mer. 5. Seraphin. dec. 670. num. 2.*

Secunda, quia cum dictus Michael ex Melitensis E-
quitis manibus proprio ære suam personam, Navem,
& Merces quas Thessalonicam vehebat redemisset,
& etiam à dicto Cardo captus iterum, pro pretio
scutorum 1500. redimere prælatas res prædatas quæ-
sisset, resultat præsumptio; quod res prædictæ non
Turcarum sed propriæ fuissent, cum alias nec de suo sol-
visset, neque solvere curasset, cum neminem suum 32
pro alio jactare velle verisimile sit, nec hoc Lex præsumat
l. cum de Indebito ubi omnes DD. ff. de Cond. Indeb.

Tertia, quia si præfatæ res deprædatæ Turcarum
fuissent, non est credendum Turcas ipsarum dominos 33
Christianorum simplici custodiæ eas committere voluisse,
absque eorum Præposito, vulgò *Sopracearico* appella-
to, ut fieri solitum est, ut per *Strac. de Navig. nu-
mer. 10. in fin.* & absque literarum Onerariarum con-
scriptione, quæ hoc declararent ex *Boer. dec. 178. sub
n. 34. Sebast. Medic. dicta dec. 6. n. 8. vers. primum,* late
*Gen. de Script. priv. in addit. de lit. Onerar. Menoch.
cons. 576. num. 16. & seq* ut etiam in Turcarum re-
gionibus fieri solitum esse, tradit idem *Med. d. dec.
6. d. vers. primum.* Verum quia nullus Infidelis in d. 34
Navi, & præfatus Michael sine dictis literis fuit in-
ventus, ut dicunt Testes pro dicto Cardo examinati,
inverisimile propterea satis est ad alios, quam ad ip- 35
summet Michaelem Navis Magistrum, & ad alios se-
cum Navigantes, qui talibus literis, & cautelis opus
non habebant, spectasse *Hun. d. cap. pr. num. 43.*

Quarta, desumitur ex titulo ipsius Navis, quæ sub
Nomine Sancti Nicolai, ut plene in actis constat,
erat appellata, & in illius Puppi ejusdem Sancti
Imago depicta, secundum Navigantium antiquissi- 36
mum morem, de quo in *Act. Apostolor. cap. 28. nu-
mer. 11.* ubi de Navi Alexandrina Castoris scilicet
& Pollucis insignibus decorata fit mentio, & apud
*Nicol. Erytr. in annot. ad Virg. in dictione silla. ac
Alex. ab Alex. Diar. Ger. lib. 4. cap. 2. & libr. 6.
cap. 2.* multa de iis insignibus enarratur; Unde
ex hoc, sicut verisimile est eam fuisse Christianorum,
sic

sic & inverisimile penitus est ad Turcas pertinuisse, cum non sit credibile illorum Navim sub Sancti Nomine esse signatam, cum Sanctorum omnium Christianorum
37 Nomen & Cultum Turcæ maxime abhorreant, teste *Gabr. Prateol. in Elenc. omn. hæres. libr. 11. cap. 3. Mahometes vers. sed à Sanctis.*

Quinta, longa lis, quam per duorum annorum spatium in maximis miseriis, & dispendiis dictus Michael cum dicto Cardo substinuit, probabilem conjecturam præbebat, existimandi præfatam Navem, & Merces suas
38 fuisse, cum ad aliorum commodum non est credibile eundem tot expensas, damna, & infelicitates pati voluisse, ex his quæ tradidit *Bart. in l. idemque in fin. ff. pro Soc.* quem sequitur *Aretin. cons. 16. n. 5. vers. tertio.*

Quæ conjecturæ & præsumptiones, si non validiores, ut judicari possunt, cum saltem æquales fuissent allegatis à dicto Cardo, ex illis propterea istæ elisæ, & omni veritatis apparentia destitutæ magis apparebant, ex *Alb. cons. 56. n. 7. Hun. d. tit. 20. cap. 3. n. 16.* prout sic existimatæ fuerunt, cum in obscuris factorum controversiis sub Lege non comprehensis, Judex, qui Juris auxilium ab *Equinar. Baron. de divid. & individ. cap. 4. n. 11.* appellatur, directione rationis ad verita-
39 tem ex probabilibus argumentis Negotium diffinire debeat, & quanti valeant conjecturæ existimare, ut monuerunt *Menoch. de præs. lib. 1. qu. 5. nu. 8. & 10. & qu. 7. n. 26. Surd. dec. 23. n. 17. Bellon. Jun. cons. 20. n. 2. Merlin. dec. 714. num. 29. & seq.*

Collapso hoc fundamento, quod in eo quod Turcarum res ablatæ essent dictus Cardus pro sua deprædatione tuenda jecerat, ad alia idem Cardus, ut diximus, convolavit, prætendendo scilicet prædationem licitam fuisse, tum quia res prædictæ ad Barbarorum Terras, nempe ad Chium Insulam, contra Juris Canonici & Civilis dispositionem, deferebant, tum etiam quia dicti Græci, Turcarum subditi, & Schismatici essent, quorum bona, non secus ac Turcarum jure belli diripi potuisse contendebat.

Sed hæc pariter parum soliditatis continere visa fuerunt, nam ultra quod ex eo quod in litis exordio Dom. Cardus solummodo allegavit, se prædicta bona rapuisse, quia ad Turcas pertinebant, aliæ supradictæ Caussæ, & tituli ab eo excogitati, magnam calumniæ speciem demonstrabant ex *Paris. cons. 114. num. 18. libr. pr. Olasc. decis. 101. num. 37. Surd. cons. 28. num. 76. Barbos. in rub. num. 357. & 358. C. de præscript. 30. vel 40. annorum*, adhuc pro hac oppositione enervanda, in hac materia delationis rerum ad Infideles à Jure Canonico, quod potissimum attenditur, prohibitarum, placuit inter casus & res, à sacris Canonibus ad Barbaros exportari prohibitas, distinguere.

Supposito igitur prius, quod ratione universalis Jurisdictionis, quam in omnes fideles habet Summus Pontifex, ad quoscumque Christianos ubique degentes, ejus
40 Constitutiones in hac materia extendantur ex *Navar. in cap. ita quorumdam notab. 2. sub n. 13. & 14. & notab. 8. n. 3. de Judæis. Sair. in Thesaur. cas. conscient. libr. 3. cap. 11. num. 13. Verricell. de Apost. Miss. tit. 3. q. 83. num. 4. vers. tertio.* Considerare libuit, quod alia ad Turcarum, & Infidelium regiones deferri sunt pro-
41 hibita, quoad omne tempus & omnem locum, & hæc sunt Arma, Ferrum, Naves, & alia ad usum belli parata, & in contrafacientes, ne dum excommunicationis, sed & servitutis pœna inflicta est, ut in dicto *capit. ita quorumdam, de Jud.* cujus appendices sunt *cap. ad liberandum tit. & canon. 7. Bull. Cœnæ Dom.* quamvis in hac sola excommunicatio indicitur, & cum transgressores etiam servi capientium efficiantur sicut libertate, sic etiam bonis, nedum à Principibus, sed & à privatis propria auctoritate, sic tamen Lege permittente, spoliari possunt, tum quia tales fa-
42 cinorosi, transfugis, & rebellibus æquiparantur, & uti Christianæ Reip. proditores judicantur, ut per *Bald. & Salic. in l. pr. & 2. C. quæ res export. non pos. Navar. in d. Cap. ita quorumdam Notab. pr. sub num. 43. Luc. de Pen. in l. pr. sub numer. 13. vers. item qui juvant C. de his qui se defer. libr. 10.* & propterea eorum bona à quocumque, jure diripi possunt *l. postliminium ff. de Capt. & postlim. l. item ei ff. ex quibus Caus. Major. l. transfugam ff. de acquir. rer. dom. Soccin. cons. 94. num. 26. lib. 5. Bos. de Crimine læsæ Majest. num. 119. 120. & 130. Bonifac. de Furt. §. 10. n.* 97. & 98. Tum etiam quia, cum in persona ex hoc crimine possint offendi, eo magis & bonis spoliari 43
poterunt *l. Justissime ff. de ædil. edict. Soccin. d. num. 26. Bos.* ubi supra *Farinacc. de Var. & extraordin. d. quæst. 103. num. 20.*

Alia sunt prohibita quoad omne tempus, sed non quoad omnem locum, ut sunt illa quæ enumerantur in *cap.* 44
significavit de Judæis, & in extravag. multa eadem tit. quæ Alexandriam, & ad alia loca Soldani terræ Ægypti tantum deferri prohibentur, & contra hos deferentes eadem excommunicationis pœna, servitutis, & ulterius etiam infamiæ, & aliæ sunt comminatæ, ut in dictis capitulis continetur.

Alia sunt denique prohibita quoad omnem locum, sed non quoad omne tempus, & hæc sunt Merces, Vi- 45
ctualia, & alia subsidia præter usum belli destinata, quæ solum tempore pacis, non belli exportari ad infideles conceduntur, & in transgressores excommunicationis tantum pœna est inflicta, & in *Cap. quod olim de Judæis*, sic hanc distinctionem afferunt *Navar. in d. cap. ita quorumdam notab. 10. num. 30.* & ex aliis *Leandr. de Censur. tract. 3. disput. 7. quæst. 42. & 43.*

Et quamvis Navarrus, & alii contendant sub dicti *Cap. ita quorumdam* prohibitione, in illis verbis *necessaria subministrant*, etiam victualia posse contineri, & ex quo Ægyptus sub Turcarum Imperio modo reperitur, dispositionem *cap. significavit, & extravag. mul-* 46
ta ad omnes Turcarum Imperii regiones extendi, & sic quod semper victualia sub eisdem pœnis sint prohibita, ut in dicto *cap. ita quorumdam notab. 10. num. 4. & seq. & n. 31. in fin. & n. 46.* Ejus tamen opinio sic simpliciter intellecta insubstentabilis videtur, cum ex ea, allegata & recepta distinctio omnino destruatur, & repugnet communi Doctorum Sententiæ, quod Merces, & Victualia, tempore pacis ad Infideles transfer- 47
ri non sint prohibita, ut per *Abb. in dict. cap. quod olim Alex. cons. 130. num. 2. l. 7. Suar. dict. allegat. 18. num. 3. Boer. dec. 178. num. 20. Leandr. d. quæst. 42.* & in materia Bullæ Cœnæ Domini *Gibalin. in sinops. cons. in verbo arma vers. pr. Castr. Pal. de Cons. disp. 3. punct. 8. num. 6.* & alii ab eo allegati, & eadem Navarri opinio locum habere posset, quando Fideles mala intentione actuali, vel virtuali inimicos adjuvandi, à Christianorum oris ad Infidelium solum ea transferrent, quia tunc prohibita tantum tempore belli, & in uno casu, ex pravo fine quocumque tempore, & casu prohibita censentur, ut per eundem *Navar.* 48
ibi num. 13. & 14. & Leandr. dict. quæst. 42. secus si Christiani ab uno loco Principis Infidelis ad aliam ejusdem Principis regionem, tales res transferrent, nam tunc si ad Christianos illic habitantes eas deferant, in nullam incidunt pœnam, cum ad tales nedum Victualia, & Merces, sed & Arma, & alia vetita quocumque tempore afferri non sit prohibitum, nisi probabiliter posset dubitari, quod Barbari in Christianorum perniciem illis uti possent, quia tunc saltem in Bullæ Censuris remanent innodati, ut in materia ejusdem 49
Bullæ scripserunt *Castr. Pal. d. punct. 8. nu. 16. Azor. Inst. Moral. part. pr. lib. 8. cap. 23. quæst. 6.* & in fortioribus terminis *Duard. ad Bullam Cœnæ Domini lib. 2. Canon. 7. quæst. 6. num. 3. Bonac. de Cons. disp. pr. quæst. 8. punct. 3. num. 7.* Si vero ad Infideles exportent, & tunc nisi gravius damnum Christianis immineret, ut si in ea regione Victualia non nascantur, & Turcæ ex illis aptiores contra Christianam Rempublicam redderentur, vel si delata non in eadem substantia, sed meliora per Christianos efficerentur, vel si ex eis Barbari municiores, & validiores redditi Christianos facilius impetere, vel ab eis se defendere possent, ex dictorum Canonum dispositione nedum Victualia, quinimmo & arma, & alia quocumque tempore vetita, ab uno loco ad alium Infidelium, deferre non prohibentur, & eo magis si Infideli illorum locorum Principi subditi sint, cum hoc casu dictorum Canonum cesset ratio, quæ fuit ne de rebus Christianorum adversus eos muniatur potentia Saracenorum, quorum translata ad alium illorum Imperii locum, non magis eorum fierent, quam antea erant, ut sic distin- 50
guendo tradiderunt idem *Navar. in dicto cap. ita quorumdam notab. 8. num. 27. & notab. 10. num. 13. & n. 31. & 37.* quem, quicquid dicat *Duard.* in materia Bullæ aliter sentiens, secuti fuerunt *Sayr. in Thesaur.*

caf. conscien. cap. 11. n. 19. Castr. Pal. d. Punt. 8. n. 6.
Gibalin. d. verb. arma n. 3. vers. 3. Bonaccin. de Cons. disp.
1. q. 8. punt. 2. n. 17. Filiucc. de Cens. tr. 16 cap. 6. num.
133. vers. denique Pueron. in Bulla cap. 7. per tot. Leand.
d. disp. 7. quæst. 3.

Modò, his præmissis, si quæramus an dictus Michael,
ex quo à Thessalonicensi Civitate ad Insulam Chii victua-
lia deferre fuerit inventus, ex Cannonicarum Sanctionum
dispositione potuerit à dicto Cardo prædari, & bonis suis
spoliari, & dicendum est ex d. *Cap. quod olim* depræ-
dari non potuisse, cum tempore Belli ad Barbaricum so-
lum Victualia deferens, ex eo non nisi ad summum in
excommunicationis pœnam potuisset incidere, ex qua
consecutive non venit deprædationis pœna, cum excom-
51 municati bona non sint in eo casu, ut occupanti conce-
dantur *Cap. cum dilectus de Consuet. Peregr. de Jur. Fisc.*
lib. 3. tit. 9. n. 21. Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 2. n. 185.
vers. quicquid, sed revera dictus Michael nec in excom-
municationem incidit, cum ex aliis Summorum Ponti-
ficum declarationibus Christianis Orientalibus prohibi-
tum non sit de uno loco ad alium Turcarum, Victua-
lia & merces, etiam tempore belli, transferre, ut in-
fra dicemus.

Minus ex dispositione *cap. itaquorumdam, cap. signi-*
ficavit & extravag. Multa poterat deprædari, quia nec
ad Ægypti Terras deferebat, ut prohibetur in dicto *Cap.*
significavit, & extravag. multa, nec Arma, Navigia,
& similia exportabat, ut vetatur in d. *Cap. ita quorum-*
dam, & quamvis in ejus Navi aliqua ligna fuerint in-
venta, attamen ut idem Cardus in responsione super 5.
52 Interrogat. fassus fuit, erant pro domibus ædificandis,
quæ de genere prohibitorum non sunt, ut tradit *Laym.*
in Theol. Moral. tract. 4. cap. 21. in fin.

Si vero *Navarri* conclusionem, ut supra tamen decla-
ratam, sequi deberemus, nec ex ea dictus Michael ex
præfatorum Canonum dispositione, de suis bonis priva-
ri poterat, tum quia cum Victualia deferret ad prædi-
ctam Insulam Chii, ubi utriusque Ritus, Latini, & Græ-
ci Catholicorum maxima multitudo inhabitat, à quibus,
ut dicunt Testes Religiosi, & alii examinati, ad maxi-
mam victualium penuriam, qua laborabant, quotidie
anxie expectabatur, & ad quos idem Michael deferre vo-
luisse asseruit, in nulla culpa erat, & ei in hoc saltem
53 dum ejus juramento erat credendum ex *glos. in Clem. fin.*
de Cens. Bald. in l. cum proponas in fin. C. de Naut. fæn.
& in auth. habita C. ne fil. pro patr. Suar. d. alleg. 18.
n. 4. in fin. Tum etiam quia, quamvis ad Turcas ibi ha-
bitantes illa portare voluisset, adhuc cum dictus Cardus
non probaverit, ex eis Turcas in perniciem Fidelium mu-
nitiores, & validiores ad eos aggrediendum fore redden-
dos. in dictorum Canonum pœnas idem Michael inci-
dere non poterat, cum haberet intentionem fundatam in
libero Commercio, & usu Maris.

Nec Christiani Orientales, cum Turcis etiam tempo-
re Belli commercium habere, nec ad eos Merces & Vi-
ctualia, uti res indifferentes deferre, sunt ut diximus
54 prohibiti, etiam si ut scribit *Pueron. in d. cap. 7. n. 7. in*
fin. periculum esset, quod contra Christianos Turcæ di-
ctis rebus uti possent, & pro ut sic alias Romæ ex Sen-
tentia *Rev. P. Areosti Rev. Cameræ Apostolicæ Audito-*
ris sub die 24. Aprilis 1663. judicatum fuit, & extant
super hoc multæ Summorum Pontificum Bullæ in di-
cta Sent. Relatæ.

Et quamvis dictus Cardus asseruisset tunc temporis
Maritimam Turcarum Classem in præfata Insula Chii
moram traxisse, ad quam dictum Michaelem, præfata
victualia transferre voluisse dicebat, attamen hanc suam
assertionem excogitavit tantum, sed non probavit; facta
55 enim, & maxime pro delicto arguendo, non præsumun-
tur, sed probanda sunt, vulgata *l. merito ff. pro soc.* &
cum prædictæ res, tam pro usu Christianorum, quam
Turcarum potuissent inservire, & magis pro illis quam
istis, pro ut ex qualitate materiæ, quæ in parva frumen-
ti, hordei, & lignorum consistebat quantitate, erat ve-
risimile, non erat sumenda illa interpretatio, ut potius
ad Turcas deferrentur, quam ad Christianos, cum ex
actu indifferenti ille intellectus capi debeat, qui culpam
& delictum excludat. *Menoch. l. 3. qu. 12. n. 65. Grat.*
discept. for. cap. 541. n. 4. Honded. cons. 5. n. 60. lib. 1.
56 *Hun. in Encyclop. par. 2. tit. 20. cap. 2. nu. 12. & seq.*
conjunctis maxime probationibus in processu existenti-
bus, quod dictus Michael ad Christianos prædictæ Insu-
læ dicta victualia deferret, à quibus cum maximo expe-
ctabatur desiderio, ut supra diximus.

Nec etiam pro justificando, quod dicta Classis de di-
cto tempore in præfata Insula fuerit (ut ex abundanti
ponderatum fuit) obstant Testes à præfato Cardo produ-
cti, tum quia omnes patiuntur exceptiones supra com-
memoratas, tum etiam quia deponunt de auditu à Nau-
clero per Interpretem, qui pariter ut interpretando re-
tulit, audierat ob hominibus Navis prædatæ, qui pro-
pterea nullum probationis gradum constituere poterant 57
ad *Bald. in l. 3. n. 2. C. de divers. rescript. Rot. apud*
Gregor. XV. dec. 432. sub num. 1.

Conjecturæ quoque, quas dictus Cardus allegabat, pro
justificando dicti Michaelis intentionem, ad Turcas d.
Classis prædicta victualia deferendi (posito quod constaret
dictam Classem ibi fuisse, quod omnino falsum est) pro 58
ut posse hoc probari dicebat ex *Boer. d. dec. 178. n. 32. &*
Suar. d. alleg. 18. sub n. 6. ultra quod à Testibus pro dicto
Michaele examinatis, ab ejus assertione & aliis præsum-
ptionibus pro ea militantibus supra deductis, destrueban-
tur, adhuc levissimæ erant, & penitus inconcludentes.

Nam illa, quam elicit, ex fuga dicti Michaelis, sa-
tis vana redditur ex eo quod in hac materia supra dictum
fuit; Non enim culpæ illius tribuendum erat, si, cum in
manus armatorum Piratarum incidisset, aufugit, sed po-
tius terrori & metui, qui etiam ex verisimili probatur,
ut per *Menoch. cons. 410. n. 10. Monter. dec. 45. n. 21.*
& eidem justam Causam fugiendi dedit, ex *Bos. de plur.* 59
violent. n. 78. ultra quod, ex spontanea dicti Michaelis
reversione, omne culpæ indicium satis purgatum reman-
sit, ut supra diximus.

Non quod dictus Michael viam insolitam fecerit, quia
hoc insolitum iter fuisse, quod Michael faciebat, præfatus
Cardus minime probavit, unde nec præsumendum erat.

Non quod tempore hyemis prohibito navigaret ex
Boer. d. dec. 178. sub n. 32. quia isthæc prohibitio de
consuetudine non servatur, & quotidie videmus non 60
tam tempore æstivo quam hyemali Nautas navigare *Bart.*
in l. quoties C. de Naufr. lib. 11. Cepol. de Servit. rust.
præd. cap. 29. n. 5. & Strac. de Navibus par. 3. sub n.
1. & propterea talis conjectura à Boerio allegata satis
frigida, & insipida redditur.

Quæ verò, circa Vexilli Turcici delationem, hic à
dicto Cardo repetebantur, satis supra diluta fuere, cum
ex simplici alicujus Vexilli retentione, in occulto repo- 61
sito, nulla sufficiens, nec Jurisdictionis, nec dominii,
nec protectionis conjectura possit desumi, ut supra pro-
bavimus, quibus addi potest *Capyc. dec. 29. n. 47. in fin.*
Peregr. cons. 114. num. 2. vers. Vexilla lib. 3.

Pariter, nec ex Juris Civilis dispositione ullum fo-
mentum suæ deprædationi præbere dictus Cardus poterat,
nam quamvis, ex Jure etiam prohibitum sit ferrum,
sal, Victualia, & alia ad Barbaros Romani Imperii ho-
stes deferre, ex *l. cotem. ff. de publ. & vect. l. 1. & 2. C.*
quæ res export. l. fin. C. de pæn. l. unic. C. de lib. & trin.
cust. lib. 12. cum aliis concordantibus, hæc tamen pro-
hibitio, ultra quod recipit omnes declarationes & limi-
tationes, quas supra dispositioni Juris Canonici adap-
tavimus, cum eadem vigeat ratio, adhuc, compre-
hendere non debet, nisi in Romani Imperii finibus ha- 62
bitantes, ut per *Glos. in d. l. 1. verbo quisquam, & do-*
ctor. ibi, non autem eos qui Ottomano parent Imperio,
sub quo Leges Civiles Romanorum non servantur, ut ex
Innocent. tradidit *Bald. cons. 265. in princ. lib. 4.* & post
eum alios etiam referens *Rand. dec. 46. n. 6.* quod & evi-
dentissime ex dictarum Legum sanctionibus comproba-
tur, dum pœnam Capitis, & bonorum publicationis
statuunt in contrafacientes, tanquam in proditores, &
rebelles, ut per *Bald. & Salic. in d. l. 2.* quæ non pos-
sunt convenire nisi subditis Romani Imperii, non alie-
nis qui similis notæ capaces non sunt, ideoque cum sup- 63
positum non verificetur, nec dispositio locum habere po-
test, ex *glos. in l. mancipia C. de serv. fugit. Dec. cons.*
251. n. 5. Sard. cons. 150. num. 73.

Tertium quoque fundamentum à dicto Cardo allatum,
nempe, quod cum dictus Michael Schismaticus esset, &
Turcarum subditus, potuisset non minus quam ipsi Turcæ,
uti publicæ & diffidati Christiani Nominis hostes, Jure bel- 64
li impune deprædari, ex doctrina punctuali *P. Angel. Mar.*
Verricel. de Mission. Apostol. tit. 15. qu. 214. nu. 7. & ex
Pont. de Pot. Proreg. tit. 11. n. 11. Mastrill. dec. 254. num.
41. immunem Dom. Cardum reddere non poterat.

Nam,

Nam, quicquid sit de hac *Verricelli* opinione an vera sit, prout multum & probabiliter de ea dubitari, immo absolute falsa dici posset, ex traditis etiam ab eodem Auctore *d. tract. tit. 5. quæst. 99. numer.* 8. *&* *quæst.* 101. *numer.* 14. ubi Græcos Christianos in Ottomanno Imperio degentes cum Reip. Hostilis partes non
65 sint, immo Turcis ipsis infestissimi hostes, bonis suis expoliari non posse scripsit, quod & autumavit *Rota apud Merl. decis.* 606. *sub numer.* 3. ubi firmavit Græcorum deprædationem, ne dum ex Apostolicis Constitutionibus, sed & Jure communi esse prohibitam, eo æquius videatur in bello quamvis justo, innocentes & eorum bona, non directe eos invadendo, sed tan-
66 tum indirecte diripi posse, ex receptiori Theologorum opinione, ut per *Dian. resol. Moral. part. 6. tract.* 4. *resolut.* 12. 13. *&* 14. *Molin. de Just. & Jure disp.* 119. *&* 122. *P. Francisc. à Victoria de Jure Belli num.* 34. *P. Stephan. à S. Gregor. de restit. libr.* 1. *cap.* 17. *numer.* 23. *&* 24. cui opinioni in foro etiam externo, qui
67 in restitutionis materia non differt ab interno, standum esse docuit *Sanchez super decal. lib. 2. cap. 23. numer.* 40. *in fin.* & in facto videmus à Christianorum Principum justis classibus Græcorum Schismaticorum Turcis subjectorum bona, ni aliud obstet, nullo pacto violenter diripi, nec prædari.

Vel saltem, an præfata *Verricelli* Sententia locum habeat ad effugiendas tantum Bullæ Pii V. censuras,
68 cum beneficio Legis Pontificiæ digni non sint, qui Summum Pontificem Superiorem non recognoscunt, ut indicant fundamenta ab eo pro hac sua opinione allegata, & latius *tit. 14. quæst. 190. sect. 3. num.* 43. *& seq.* Non tamen quod dictæ Bullæ beneficio cessante, permissa debeat esse illorum deprædatio, quæ de
69 Jure communi, ut diximus, & ex Justitiæ præceptis naturalibus alterum non lædendi, prohibita dicitur ex *Merl. dict. dec.* 606. *num.* 3. *& dec.* 619. *sub num.* 1.

70 Vel, an dicta *Verricelli* doctrina intelligi debeat de Schismaticis formalibus, non autem materialibus, uti sunt communiter omnes Græci, & alii Christiani Orientales, qui cum in maximis ignorantiæ tenebris sint involuti, ex malitia peccare non dicuntur, & propte-
71 rea cum in gratia esse & salvari possint, haberi debeant, ac si essent Catholici, ut ex Div. Augustini auctoritate relata in *Cap. Dixit Apostolus* 24. *quæst.* 3. tradiderunt *Sanch. in sum. libr. 2. capit. 1. numer.* 8. *Laym. in Theologia Moral. libr. 2. tract. 1. capit.* 12. *in fin. Verricell. eod. tract. de Mission. Apost. tit. 9. quæst.* 154. *numer.* 5. *& tit. 24. quæst.* 186. *num.* 12. *vers. ad quintum*.

Vel saltem, an locum habere possit, ubi concurrat
72 Principis Christiani expressa prohibitio amplissimis verbis, de non molestando directe, vel indirecte quoscumque Christianos, facta, sub qua omnes Christianos etiam Schismaticos contineri facile credi posset, ex universalitate dictionis *quoscumque*; *Menoch. cons.* 224.
73 *numer.* 7. cum aliis, adeo ut in casu nostro talis objectio ex *Verricello* desumpta omnino resolvatur, cum dictus Cardus non probaverit præfatum Michaelem esse Schismaticum, immo tantum abest, quod talis sit, cum potius appareat illum esse Catholicum Ritus Græci, ut suis literis testatur Reverendiss. Episcop. Latinus Chii, cui cum de his quæ circa ejus munus sunt, te-
74 stetur, plena fides erat adhibenda *Abb. in cap. post Cessionem sub numer. 4. appel. 7. de probat. Bald. in l. si qua C. de Episc. & Cler. Gen. de Script. priv. lib. 3. de lit. Episc. num. 17. ad seq.*

Et quamvis ex processu probatum dictus Cardus dicat, dictum Michaelem Episcopo Græco Chii subesse, non propterea inferri potest, illum esse Schismaticum,
75 quia tametsi in una Civitate, duos Episcopos esse de Jure sit prohibitum, ex *gloss. in capit. didicimus* 24. *quæst.* 1. hæc tamen conclusio, ultra alias limitationes, hanc patitur, quando scilicet in una Civitate duæ Nationes differentis Ritus essent, uti Latini, & Græci, nam tunc unus Episc. Latinis, & alter Græcis ejusdem
76 Ritus esse non prohibetur, absque eo quod unitas Ecclesiæ scindatur, ut docuit idem *Verricel. d. tract. tit. 9. quæst.* 115. *num.* 10.

Cum itaque in facto appareat præfatum Michaelem esse Catholicum, ex Sententia etiam ejusdem *Verricelli*, certum est prædari de jure non potuisse, etiam si subditus sit Turcarum; Tales enim Christiani, uti immanissimo tiranno defacto, non de Jure subditi, in nullo dolo, aut culpa sunt, etiam si Turcis aliquan- 77
do auxilia subministrent, nam hoc potius metu, & vi facere præsumuntur, quam ex mera voluntate, & nostri hostes passive tantum dicuntur, & cum in infelicissima servitute vivant, non est eisdem major afflictio addenda, ut & à Christianis, qui potius eos libertati reddere deberent, eorum bonis spolientur, & præcipuè cum ex his rapinis nullum Turcis detrimen- 78
tum resultet, sed totum cedat in illorum miserorum perniciem, ut pulchre ratiocinatur *Petr. Bel. de re milit. part. 2. tit. 11. numer. 5. & Hugon. Grot. de Jur. bel. lib. 3. cap. 18. numer.* 4. & post *Sanch. Less. Bonacin. Duard.* & alios, tradidit idem *Verricell. d. quæst.* 214. *num.* 5. & inconcusse supponit *Merlin. d. decis.* 606. *num.* 1. *& dec.* 619. *num.* 1. *& per tot. part.* 2.

Nec obstant *Pont. & Mastrill.* à dicto Cardo alle- 79
gati, quia dicta Jura locum habere possent in Infidelibus Turcico Imperio suppositis, uti in Judæis, qui non secus, ac alii Turcæ prædari possunt, ut per *Mastrill.* ibi ex *Seraph. dec.* 433. *nu.* 4. cum tales Reip. Chri- 80
stianæ hostes, immo Turcicæ partes sint, cum vere ejus sint subditi, ut alias in simili casu declaravit *Sacr. Congreg. S. Officii* relata à *Verricell. d. tractat. tit. 5. quæst. 99. num.* 11.

Cum itaque ex præmissis undequaque injustissima apparuisset dicta deprædatio, meritò ad restitutionem totius valoris rerum ablatarum, & damnorum passorum erga D. Michaelem, præfatum Cardum esse condemnandum existimavi, cum quilibet alienarum rerum violentus occupator, ne dum ad ipsarum rerum resti- 81
tutionem, sed & ad omnia damna illata, & quæ occasione sua invasus passus fuit, resarcienda teneatur *capit. fin. de Injur. & damn. dat. l. fin. ff. de injur. l. qui occidit §. In hoc ff. ad l. Aquil. Paris. cons.* 109. *num.* 30. *vol.* 3. *Jas. dicto cons.* 170. *num.* 1. *Seraphin. dec.* 453. *num.* 1. *Plot. de in lit. Jur. §.* 43. *num.* 2. *& seq.*

Non obstante quod, dictum Cardum justa credulitate, & causa ductum, putantem scilicet res Turcarum esse, vel ad Turcas deferre dictam prædam fuisse, allegaretur; Ideoque uti bonæ fidei possessorem non teneri nisi ad id, in quo locupletior esset factus, tum quia de tali justa causa non constat, cum ex supradictis, omnia per eum allegata nullum juridicum fundamentum habuisse, demonstraverimus, & justa causa ad hunc effectum sit illa, quæ in jure pro tali sit approbata *Luc. de Pen. in l. qui relictis num. 4. in fin.* 82
C. de desert. lib. 12. & in l. fin. sub numer. 2. C. de Cens. lib. 11. Afflict. ad Const. Regn. lib. 1. rubr. 51. in princ. num. 12. Tum etiam quia, aliud est, se credere posse bona fide alienum occupare, aliud credere, 83
se posse bona fide alienum possidere, ut hic innocens censeri possit, ille verò à pœna omnino non sit immunis *l. fin. C. unde vi & gloss. Magn. in l. si quis in tantum C. eod. tit. Menoch. de recup. remed. 5. nu. 59. & 60. & remed. 9. n. 133. in fin. Afflict. d. rubr. 51. n.* 12. Tum denique, quia conclusio prædicta, quod bonæ fidei possessor non teneatur nisi in quantum locuples sit factus, locum habere posset in illo, qui bona fide & titulo à jure non reprobato alienam rem acquireret; uti si quis bona fide rem furtivam à fure vel à 84
violento occupatore emisset *l. si ipsa ff. de eo quod Met. Causa*, vel si hæres esset, qui alienam rem in hæreditate repertam venderet, vel aliquis sit qui hæredem se putans, alienum bona fide possideret, & similibus *l. si à l. §. Consuluit* ubi scrib. *ff. de pet. hæred. l. pr. §. fin. ff. deposit. l. si cum servum ff. si certa pet. Ugol. de Usur. cap. 5. §. 1. num. 5. Scacc. de Commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. 19. numer. 82. vers.* 1. Non autem in eo, qui titulo à Jure Naturali & Civili damnato, peccaminoso & punibili, erroneè putans sibi ex aliqua causa etiam justa licere, cum revera licitum non sit rem alienam violenter occupare, ut est casus noster omni Jure prohibitus, & reprobatus, ut supra diximus, tunc enim justa credulitas, & bona fides, quæ etiam ex injustis, & temerariis causis oriri 85
potest, ut tradunt *Hond. cons. 100. num. 55. libr. 2. Menoch. de recuper. remed. 13. nu.* 35. non justificat actum, nec acceptionem licitam reddit, sed solum ad summum excusat à pœnis, in quas ob ejus factum 86
illicitum, & reprobatum incidisset, ut ex *Bart. in l.*

& si lege §. Item scire numer. 4. ff. de pet. hæred. tra-
dit Alex. cons. 121, num. 12. lib. 4. Bald. cons. 345. in
fin. libr. 4. late *Tusc. concl. 152. per tot. litt. C. Fari-*
nac. de pæn. temper. quæst. 90. num. 55. & seq. & per
tot. Magon. decis. Flor. 120. numer. 18. 19. Gratian,
cap. 14. numer. 12. & seq. Bero cons. 167. numer. 10.
vol. prim. Caroc. decis. 111. num. 11. Ugolin. de Usur,
dict. capit. 5. §. prim. Duard. de Cens. §. 2. quæst. pr.
numer. 42. & 43. & §. 3. quæst. 20. numer. 12. & cum
talis, si non in lata, quæ in pecuniariis dolo æqui-
87 paretur, ut per *Ugon. decis. 120. numer. 18.* semper in
levi, vel levissima saltem culpa, in non diligentissi-
88 me investigando an hoc sibi licuisset, esse dicatur
Bald. in l. pr. numer. 9. C. si à non compet. jud. Alex,
cons. 87. numer. 8. lib. 3. Menoch. de Recup. remed. 5.
num. 61. & 62. ad restitutionem damnorum civiliter
89 intentatam tenetur, ut late *Navar. cons. 26. de Usur,*
libr. 5. Prosp. Fagnan. in cap. Naviganti numer. 81.
de Usur. & per Farinacc. de Pæn. temp. quæst. 87. num,
80. à quo concordantes allegantur,

Declaravi itaque dictum Cardum ad restitutionem
totius valoris rerum deprædatarum, & damnorum
per dictum Michaelem passorum, esse condemnan-
dum, juxta liquidationem per eundem Michaelem per
90 Juramentum in litem faciendam, tam super valore,
quam super quantitate rerum prædatarum, ex *Alex.*
cons. 103. numer. 4. libr. pr. Boer. dict. decis. 179. in
fin. Plot. de in litt. Jur. dict. §. 43. numer. 2. Fontan.
decis. 300. num. 2. part. 1, ne dum, stante dolo ip-
91 sius Cardi in vendendo præfatas res propria auctori-
tate, cum illas Liburnum deferre, vel transmittere
debuisset, ut per *Suarez dict. allegat. 18. num. 7.* ut
etiam judicant capitula Armamenti, sed etiam & for-
92 tius in odium ipsius deprædatoris *Bart. in l. pr. §. Ser-*
vi num. 4. ff. furt. adaus. Naut. Et Bonifac. de Furt,
§. 8. num. 26.

Perjurii quoque exceptio opposita, ex eo quod di-
ctus Michael positiones postea probatas negaverit, ex
qua eumdem in perjurii pœnam à Judicio esse repel-
lendum prætendebatur, pariter obstare visa non fuit;
93 Tum quia una ex positionibus, non fuit probata nisi
per Testes, suspectissimos, ut supra diximus, unde nec
de mendacio convictus dictus Michael dici poterat
Flam. Chartar. decis. 88. numer, 47, altera vero fuit
qualificatè negata, *non credit, ut ponitur*; ex *Grat,*
discep. for. cap. 109. num. 14. Tum etiam quia, per-
94 jurus ex positione negata in nullam pœnam mulctari
potest, sed tantum Deum ultorem habet, ut sic ser-
95 vari in pratica tradit *Scac. de Judiciis lib. 2. capit. 7.*
num. 715. & seq. & post eum *Post. de Manut. observ.*
83. num. 38. qui alios referunt, ex quorum auctori-
tate, quicquid dicat *Michalor. de Posit.* cap. 40. In
dubio etiam contra perjurii pœnam erat judicandum,
ex congestis à *Surd. decis. 58. numer. 6. 7. & se-*
quentibus.

Tum denique quia, quicquid sit de illo qui contra-
ctui contravenit secundum terminos *l. si quis major C,*
96 *de transact.* in jure cautum non reperitur in aliis ca-
sibus perjurum etiam hanc pœnam pati ut ab agendo
repellatur, ut per *Alex. in d. l. si quis major num. 15,*
& Cur. Jun, ibi num. 51. 52. vol. 7. repet. divers. Ca-
roc. de Juram. decis. quæst. part. 9. quæst. prim. num. 21,
vers, declaratur 5. Farinac. de Falsit, quæst. 160. n. 189,
qui alios allegat, & de communi testatur.

Prædictum meum Votum fuit postea è mandato Serenissimi Magni Ducis revisum ab Excellentiss. Dom. Bartholomæo Chesio Lectore Primario Juris Civilis in alma Universitate Pisarum, & ab eo plenissime confirmatum rejecta DD. Maggii, & Bononii contraria opinione, &c.

Cosmus Farsettus Rota Audit.

ARGUMENTUM,

Catholicos inter, & Turcas perpetuum bellum indictum censetur: unde non solum Turcarum bona licitè prædantur, sed, & Christianorum, qui illis adhærent. Adhæsio Imperio Ottomannico quomodo probetur.

Christiani Catholici subditi Imperio Turcarum, non ex eo tantum quod subditi sint, prædari possunt, & redigi in servitutem.

Bona fides, & justa credulitas, quod Navis prædata ad Turcas pertineret, operatur, prædatorem non teneri, nisi quatenùs factus fuerit locupletior,

SUMMARIUM.

1 *Christianos inter & Turcas bellum perpetuum indictum est,*

2 *Christiani Turcarum bona licitè deprædantur, Et de ratione ibid.*

3 *Bona hostium de Jure Gentium acquiri possunt.*

4 *Christianorum quoque bona, Barbaris adhærentium, prædari possunt, & ipsi tamquam hostes in servitutem redigi.*

5 *Vexilla & Insignia Navis denotant ejusdem Dominium.*

6 *Prædator Navis, vexillo inimicorum instructa, tenetur tantummodo aliorum merces restituere.*

7 *Usus vexilli alicujus Principis in vexilli elevatione consistit.*

8 *Conjectura simplex Dominii desumitur ex retentione vexilli in Navi, vel in cubiculo Magistri Navis.*

9 *Secus quando ex gestatione vexilli inimicorum non convincatur voluntaria deditio, sed elevetur tantummodo ad se eximendum ab injuriis Turcarum.*

Contrarium num. 10. & 11. præcipuè si alia insignia non extent in Navi,

12 *Destinatio simplex habetur pro facto ad effectum dignoscendi animum, & adhæsionem alicujus.*

13 *Testes qui aliquas patiuntur exceptiones nihil probant.*

14 *Testes quando plures sunt, & unanimes de eodem deponant, defectus si patiantur, ex affluenti numero supplentur.*

15 *Testes minus idonei admittuntur, maximè cum agatur de re, de qua per alios constare non possit,*

16 *Græci Schismatici subditi Imperio Ottomannico, eidem adhærere præsumuntur, & ideo licitè prædantur, & num. 18.*

17 *Græci Schismaticè, vel Heretici, ex eo solum, quod tales sint, & ab Ecclesia desciverint, prædari nequeunt,*

19 *Græcis, Hebræis, aliisque Orientalibus per* Constitut. Paul. V. *permissum est liberè maria transfretare, ac merces ad Turcarum loca tute ferre, & referre, exceptis paratis ad usum belli.*

20 Constit. Paul. V. *procedit quoad Græcos aliosque Orientales, qui in terris Ecclesiæ domicilium, & incolatum habent.*

Non autem in iis qui subditi sunt Imperio Ottomannico num. 21.

22 *Constitutio prædicta procedit in terminis* Bullæ Cœnæ Domini, *& quoad præjudicia ex ea manantia, secus quoad dispositum per alias Sacras Constitutiones, & præcipuè quoad Jura Belli.*

23 *Constitutio prædicta, neque habet locum quoad Græcos subditos Imperio Turcarum, nisi concurrant conjectura suadentes Navim & Merces ad Turcas spectare.*

24 *Nautæ, qui Victualia, & Merces Christianis in Oriente degentibus transferunt, indigent Testimonialibus ad docendum æquè de eorum Religione, ac itinere.*

25 *Consuetudo Maris specialiter servanda in materia Navigationis,*

26 *Naves, & earum bona præsumuntur pro Turcis navigare, quando Nautis deficiunt Testimonialia Christianorum Principum.*

Et ex aliis conjecturis, ut num. 27.

28 *Mare omnibus liberum est.*

29 *Græcis Christianis subditis Imperio Ottomannico licitum est absque Testimonialibus merces, & Victualia deferre ab uno ad alium Turcarum locum etiam tempore bellì, & 46.*

Et de ratione num. 30.

31 *Christianis prædictis non est permissum Victualia deferre in loco, in quo actu viget bellum con-*

tra

tra Christi Fideles; Nec etiam in loco in quo exercitus Turcarum, robur & auxilium recipere possit, & num. 47.

32 *Victualium delatio tempore belli est contra Jus Divinum.*

33 *Christianis subditis Infidelibus revocantur tempore belli per* Bullam Cœnæ *Privilegia Apostolicis sanctionibus concessa.*

34 *Naves deprædari possunt, & comburi ratione Status Politici, ne hostes opulentiores fiant.*

35 *Testimonialia requiruntur ad tollendum periculum fraudis, & præsumptionis vetita exportationis Mercium, & Victualium ad Infideles.*

36 *Conjecturis, & præsumptionibus probatur vetita, vel non vetita exportatio Mercium.*

37 *Navem ad Turcas spectare, & prædari posse præsumptionibus convincitur, & maximè ex quo alias à Catholicis prædata fuerit, & num. 39.*

38 *Exempla non admittenda ad justificandum, quod ex Lege Divina prohibetur.*

40 *Exempla insignium virorum ubi de veritate in contrarium non apparet, summè operantur, etiam in casu dubio.*

41 *Fuga Navis ad aspectum vexilli Magni Ducis Hetruriæ junctis aliis probationibus denotat adhæsionem Imperio Ottomannico, & num. 44.*

42 *Piratarum nulla fides est.*

Contrarium in militantibus sub Vexillo Magni Ducis Hetruriæ num. 43.

45 *Navis redempta cum pecuniis conductis à Turcis, illis adhærere præsumitur.*

48 *De Jure Belli deprædantur etiam Innocentes subditi, ut hostium vires atterantur.*

49 *Catholici per vim sub Imperio Turcarum viventes dici nequeunt membra hostilis Reipublicæ.*

Et tamquam amici nostri deprædari non possunt, & deprædatorum ad restitutionem tenemur n. 50.

51 *Præsumptiones cedere debent veritati probatæ.*

52 *Præsumptiones non relevant ad probandum Navitas Imperio Ottomanico adhærere, & merces ad Turcas spectare, ubi per publica documenta constat eos Christianos esse. & Merces ad usum Christianorum destinatas.*

53 *Possessor bonæ fidei non tenetur nisi in quantum factus est locupletior, & num. 73.*

54 *Bona fides non potest considerari, ubi jus resistit, & agitur de actu reprobato à Lege Divina.*

55 *Deprædatio rei existimata inimicorum Lege Humana, & Divina permittitur.*

56 *Causa justa dijudicandi Merces, & Victualia ad inimicos spectare, bonam fidem deprædationis inducit.*

57 *Prædator bona fide militante non tenetur ad novas probationes justæ deprædationis, nisi quatenus effectus sit locupletior*

58 *Prædator rei alienæ etiam ex levi culpa tenetur ad pretium rei deprædatæ restituendum.*

Contrarium num. 59.

60 *Nautis asserentibus res Christianorum esse fides præstanda est.*

Secus conjecturis concurrentibus in contrarium numer. 61.

Et maximè in re adeo à Legibus prohibita, prout est inimicos infestissimis auxiliari, num. 62.

63 *Deprædationis generalis prohibitio non tantum Christianos Latinos, sed & Græcos, & Armenos continet.*

64 *Christiani auxiliantes, & confederati cum Turcis prædari possunt, & de ratione ibid.*

65 *Christianorum confœderatorum cum Turcis, & illos auxiliantium deprædatio, de Jure Canonum & Gentium, permissa est.*

66 *Præda Navis servanda, donec de ejus justitia concludenter doceatur, alias prædator in dolo esse dicitur, & contra eumdem in litem jurari potest.*

67 *Deprædationis, quæ fiat in Regione Imperio Ottomanico subjecta, ob periculum, quod ex conservatione Mercium oriretur, contrarium dicendum est.*

68 *Bona fides non suffragatur, nisi concurrente justo titulo.*

Distingue, ut numer. 69.

70 *Titulus justus requiritur quando agitur de acquirendis rebus alienis, secus in propriis non amittendis.*

71 *Titulus justus non deficit in acquirendis bonis Inimicorum.*

Et ex illo oritur bona fides num. 72.

74 *Deprædator injustus tenetur ad damna, & verum valorem rerum ablatarum; Justus verò ad id tantummodo ex quo factus est locupletior.*

Liburnens. Prædæ Navis.

Die 22. Junii 1668.

E T

DISCURSUS CCXII.

CUM in sinu Thessalonicæ Navis oneraria Michaelis Faccà Chiensis Triremem Dom. Francisci de Bonaville Equitis S. Joannis offendisset ab eo capta, mille quingentis Regalibus Thessalonicæ conductis redempta à Nauticis Mercatoribus extitit; Cumque ad oras petitas appulisset, novis onusta Mercibus iterum mari commissa fuit, idem subitura periculum, dum adhuc longe ei obviam occurrit Præsidiaria Navis Dom. Joannis Mariæ de Cardis Militantis sub Patrocinio Serenissimi Magni Ducis Etruriæ D. Nostri, qui ut nullis instructam testimonialibus literis demonstrantibus Res Christianorum esse agnovit, sed Ottomannici Imperatoris Vexillo munitam, aliisque præsumptionibus indicantibus Res Turcarum esse perspexit, in suam ditionem redegit, illamque, & merces plurimas Majoricæ Mercatoribus vendidit.

At de injustitia Prædæ conquerente modo Michaele
Faccà causaque Rescripto Serenissimi Magni Ducis Nobis
commissa, plura accerrimè militabant ad favorem
Domini Deprædatoris, eo quia ut expeditum est, Turcas
nostros esse infestissimos hostes, cum quibus, &
exitiale bellum ardet apud Cretam tot ab hinc annis,
& illis perpetuo indictum censetur *Alex. cons.* 130. 1
num. 6. lib. 7. Caball. resol. crim. Cas. 140, *num.* 20.
& Cas. 220. *num. 4. Capyc. Latr. consult.* 97. *num.* 23.
tom. 2. Ponte de Potest. Proreg. tit. de Trirem. num.
3. *& seq. ubi Thor. in add. num. 1. Gam. decis.* 335.
numer. 1. sic indubitatum est, non solum eorum bona
nos posse deprædari, quia tanquam Nobis ablata 2
jure postliminii ad nos juste redire dicuntur *l. postliminii
ff. de capt. & postlim. rever.* & tanquam bona hostium
de Jure gentium acquiri possunt *l. naturali §. fin.* 3
*ff. de acquir. rer. Domi. l. hostes, & l. si quid in bello
C. de capti. & postlim. rever. l. hanc. ff. de Verbor. signific.
Regens ad Ponte dict. tit. de Trirem. num. 7. &
seq. & dec. 21. num. 1. Lanar. cons. 84. num. 4. Caren.
resol. 1. num. 9. Capyc. Galeot. resp. fisc. 13. numer. pr.
& seq.* Verum etiam, & bona eorum qui illis adhærent,
eisque auxiliantur, quanquam Christianorum qui
ob id unum Corpus efficiuntur cum Barbaris, adeo
ut, & impunè capi, immo, & in servitutem redigi
valeant, ut docent communiter Doctores in *cap. ita* 4
*quorumdam, & cap. ad liberandum, & cap. quod olim
de Judæis Bald. in l. 2. num. 76. C. de Serv. & aqua
Ayal. de Jur. & Off. bell. lib. pr. cap. 5. n. 19. Ponte
cons. 93. num. 15. 19. & 20. & de Potest. Proreg. tit.
de Trirem. num. 11. 12. & 13.*

Porro Navem, ac merces, vel Turcarum fuisse, vel pro Turcis, & in eorum auxilium navigasse ex pluribus deducebatur.

Et primo, quia Ottomannici Imperatoris Vexillo in- 5
structa incedebat, ex quo clarissimè dignoscebatur illius
esse, cujus ferebat insigna, ut docent *Bart. & Lucas
de Penna in l. stigmata C. de Fabricen. lib. 11. Bald.
in auth. dos data C. de Donat. ante nup. Surd. cons. 61.
num. 28. & 29. Mascard. de Probat. concl. 160. num.
1. & concl. 552. num. 4. Afflict. decis. 23. num. 3. &
4. Rota Januen. decis. 201. num. 2. & 3. Gratian. discept.
100. num. 5. & 6.* Sic *Jas. cons. 170. nu. 2. lib. 2.*
ex eo quod Navis incedebat instructa Vexillo splendidæ
(ut utar Verbis antiqui J. C.) Domus Mediceorum,
illam fuisse Illustrissimi Viri, non interituræ memoriæ,
Petri Medices evidenter probari firmat, & eum
refert, ac eruditissime prosequitur *Strac. de Mercat.
part. 2. numer. 72.* sic quoque idem *Strac. de Nau-*

ris part. 3. num. 23. ex eo quod, Navis Anconitanæ
Magister inter navigandum insignibus Gallorum est usus
tempore quo vigebat bellum inter Cæsaream Majesta-
6 tem, & Gallorum Regem, à Præfecto Classis Imperii
captam Navem fuisse refert, & tantummodo merces re-
stitutas, cum magno tamen detrimento, innocentibus
Mercatoribus, qui probarunt suas esse, testatur, ac
scribit *Rocc. in suis notabilibus de Navi numer.* 181.
& 182.

Nec obstat Vexillum patenter erectum, ac in Navi
extensum minime repertum fuisse, sed tantummodo in
Cubiculo Magistri Navis, itaut cum ejusdem usus non
7 probetur, qui in alevatione consistit, ut colligitur ex
Capyc. dec. 27. in fine Peregrin. cons. 114. *nu. 9. vers.*
Vexillo lib. 3. utique nec ex illo probatur Navem, &
8 Merces Turcarum fuisse, cum eo tantum casu aliqua
conjectura Dominii ex insigniis, ac Vexillis possit de-
sumi, si illis Navis uteretur ad *l. eos §. qui se ff. ad*
l. Corneliam de falsis; Præterquam quod cum Mi-
chael Faccà Mare Ottomannicum navigaret, illiusque
subditus esset, sui Supremi Principis adhibere insignia
in delictum ei objici non debet, dum necessitate co-
gente, & ad effectum se à Turcarum injuriis eximen-
di id fecerit, non ut sub illius voluntario Patrocinio
9 militaret. Proinde cum pro sui Vexilli gestatione alia
vigeat Causa, sane ex illa argui non potest præsum-
pta voluntaria deditio, & dominium Turcarum in
Navi, ac Mercibus, ut distinguit *Bald. in rubr. C.*
de peric. & com. rei vendit. & post eum Salic. in l.
fin. in fine C. eodem. Fuit enim responsum, quod
Græci Christiani subditi Imperatori Ottomannico, non
solum non coguntur incedere cum Vexillo Turcarum,
immò nec eo penitus indigent, ut à periculis eripian-
tur, cum Turcæ Christianis subditis molestias non
inferant, quamvis insignus Beatissimæ Virginis, vel
alicujus Sancti in eorum navigationibus mercimonii
causa initis utantur, verum etiam illud nunquam de-
ferunt, ut ex attestationibus Admirantis Religionis
Sancti Stephani, aliorumque Equitum plene edoctum
10 extitit, itaut ex hac voluntaria gestatione Ottomannici
Vexilli optime inferatur per receptissima Juris axioma-
ta, vel ad dominium, quod in supradictis bonis, &
Nave Barbaris competebat, vel saltem ad subjectio-
nem, ac deditionem quam libenti animo, & spon-
tanee Nautæ profitebantur erga Turcas; minime ob-
stante, quod patenter erectum Vexillum visum non
fuerit, allata enim in contrarium procederent, ubi
ageretur de retentione Vexilli, quæ posset æque bene se
habere ad usum, & non usum; secus autem in ca-
11 su nostro, in quo alia Insignia non extabant in Na-
vi, & hæc in Navem immissa dici non possunt ad
alium effectum, quam extendi, cum in Nave ad
alium usum non inserviant; Proinde nulla est in fa-
cti specie differentia inter Vexillum Malo alligatum,
& Vexillum in Cubiculo Magistri Navis collocatum,
non solum quia ratione loci insignis ubi servabatur,
non minus quam in Malo demonstrabatur subjectio,
& reverentia erga Principem, cujus erant insignia;
verum quia hic agitur ad effectum dignoscendi ani-
mum, & adhærentiam alicujus, quo casu, cum so-
12 la intentio perficiat actum, præordinata ac destinata
habentur pro re perfecta, & pro facto, ut optime
distinguit *Bart. in l. Divi fratres ff. de re Jud. Bal. in*
l. si nondum in fin. C. de furtis, & late explicat *Castil.*
libr. 5. controv. capit. 62. numer. 55. & numer. 81.
82. *&* 83.

Nec obstat concludenter probatam non fuisse existen-
tiam Vexilli Ottomannici, cum de illa deponant tan-
tummodo Nautæ, & Milites Domini Joannis Ma-
riæ de Cardis, qui plures patiuntur defectus, tum
ratione eorum vilis conditionis, tum famulatus, tum
interesse tamquam participes in præda, itaut merito
13 nullam mereantur fidem, juxta tradita per *Suarez al-*
leg. 18. num. 1. Respondetur enim, nec humilitatem
personarum in Testibus omnibus verificari, nec quali-
tatem famulatus amplius in eis vigere, nec interesse
probari, cum prædæ milites haud essent participes;
Immo cum sex sint Testes, qui unanimes de Vexillo
deponunt, illorum defectus, si qui adessent, ex affluen-
14 ti numero bene suppletur, ad *Gloss. in l. 3. §. 1. in*
verbo numerus ff. de test. & alios relatos per *Rotam*
decis. 136. numer. 2. part. 5. & decis. 67. numer. 21.
par. 8. & dec. 250. num. 14. & dec. 34. num. 4. part.
11. recent. & cum agatur de re gesta in medio Maris, de
qua per alios constare non poterat, quamvis minus 15
idonei admittuntur, ex regula *cap. veniens de testibus.*
Farinacc. de Test. quæst. 55. num. 35. & quæst. 62. nu.
50. Rota dec. 395. num. 4. par. 8. & dec. 309. num. 7.
par. 10. recent. Merlin. dec. 606. num. 27.

Secundo, quia Nautæ omnes erant Græci subditi
Turcarum Imperatori, suspectæ fidei, notæque perfidiæ,
& quemadmodum Gens & natio illa universaliter schis-
matica, Ottomannico Imperio, contra Catholicos La-
tinos, adhærent, prout refert *Roterus Relat. libr. pr.*
cap. de Græcia; atque docemur non minus in vigenti
bello; ad quod Turcæ à Cretensibus ipsis vocati fuere,
quam ab antiquis historicis, ita Nautæ prædicti me- 16
rito Turcis adhærentes dijudicari poterant, ad *text.*
in l. quod si nolet §. Qui mancipia ff. de ædilit. Edic.
Menoch. de Præsumpt. libr. pr. Præs. 25. numer. 28. &
lib. 6. præs. 18. numer. 1. & 7. Caren. de Off. Inquis.
part. 3. tit. 3. §. 4. sic *Angel. in l. si fugitivi C. de Serv.*
fugit. dixit ad rem nostram, quod ex eo quis præsu-
mitur transivisse ad Hostes, quod natus sit ex
progenie eo nomine infamata, & *Verricell. de Apost.*
Miss. tit. 15. quæst. 234. num. 7. & seq. firmat Græcos
istos Schismaticos qui Turcis subditi sunt deprædari
Nobis licitum esse, quod quidem non procedit ex eo
quod Schismatici, vel Hæretici sint, hos enim sim- 17
pliciter deprædari fortasse minus justum, & si ob de-
fectum à fide, & Ecclesia Catholica, sub cujus pote-
state, & Dominio semel fuerunt, tamquam rebelles
considerari possint, justeque illis ab Ecclesia bellum
indici, ut docet Sanctus *Thomas Secunda Secundæ*
quæst. 10. art. 8. & sequitur *Ayal. de Jur. & Offic.*
Bell. libr. 1. cap. 2. numer. 30. Sed quia Græci isti 18
subditi Turcis, Turcis ipsis adhærent, ac passim au-
xiliantur contra Latinos Catholicos, itaut unum pro-
inde corpus efficiantur cum Barbaris, ac membra
dicantur hostilis Reipublicæ non obstantibus salutari-
bus Baptismi Aquis, per quas tantæ perfidiæ, & im-
pietatis Caracter non abluitur, nec impeditur quin
deprædari, & in servitutem ducere nobis permissum
sit dictantibus non minus Sacratissimis Legibus in *cap.*
multa mentis amaritudine extrav. de Judæis aliisque su-
pra adductis, quam Juribus Belli.

Nec obstat Græcis Hebræis, aliisque Orientalibus 19
licere libere deferre, & referre quæcunque ad eorum-
dem Turcarum loca, exceptis paratis ad usum belli,
absque eo quod possint repræsaliari, ut vigore litera-
rum Apostolicarum, pro libertate Commercii: edita-
rum à Paulo V. Summo Pontifice, declaratum exti-
tit per Sententiam Auditoris Cameræ sub *die 4. A-*
prilis 1663. firmantque Canonistæ quamplurimi, &
sequitur *Rota Januensis in Januen. Prædæ* 28. *Februa-*
rii 1661. Nam omisso, quod non sine causa in du-
bium revocata fuit existentia allatæ Sententiæ; dice-
batur primo, procedere tantummodo in Græcis, He-
bræis, aliisque Orientalibus domicilium, & incolatum
habentibus in Provinciis, & Regnis Ecclesiæ, ac Prin-
cipum Christianorum, quos etiam Schismaticos, Hæ-
reticos, vel Judæos, solum Schisma, Hæresis, ac Ju- 20
daismum, prædæ obnoxios non facit, secus autem in
Judæis, Schismaticis & Hæreticis subditis Ottoman-
nico Imperio, in quibus urget ratio subjectionis, per
quam viventes extra sinum Ecclesiæ Catholicæ, con-
siderantur tanquam membra hostilis Reipublicæ, ac
illos deprædari possumus, tanquam veros Subditos, 21
& publicos hostes vasallos, prout annuit auctoritate
Verricelli, ipsa Decisio *Januen. Prædæ* in contrarium
allata, & est recepta distinctio, de qua per *Mastrill.*
decis. 234. numer. 41. Lanar. cons. 84. de Ponte cons.
97. libr. prim. Castil. decis. 107. Revert. decis. 76.
& ibi late *Regens de Marinis*, ac latius in *dec. 545.*
num. 8.

Secundo dicebatur Auctores, firmantes libertatem
Commercii Judæorum, Græcorum, & similium Orien-
talium, loqui in terminis Bullæ Cœnæ Domini, &
quoad præjudicia ex Bulla manantia, non vero respectu 22
aliorum Sacrorum Canonum, ac Juris Belli, ut revo-
cando allatam decisionem factam, per *Rotam in Ja-*
nuen. Prædæ 28. Februarii 1661. distinxerunt DD. *Jo.*
Baptista Callissanus, & Julius Cæsar de Ferraris Ju-
dices Appellationis electi à Serenissimo Senatu, prout
vide-

videre est in Decisione in illa Causa ultimo ema-
nata in §. *Secundo respondetur*. Ac tertio repeteba-
tur, non ex eo, quod Græci subditi Turcarum Impera-
tori erant, obnoxios fuisse Prædæ simpliciter nos firma-
23 re, sed ex eo quod Subditi, & Græci erant, deducere
ac colligere, concurrentibus Barbarico Vexillo, aliisque
præsumptionibus, Navem & Merces ad Turcas specta-
re, quia natio prædicta communiter Schismatica, ut
dixit *Verritell. dicta quæst.* 214. *num.* 7. ac infida, pas-
sim Turcis adhæret, & pro eis Navigationem subit in
Catholicorum perniciem, prout non minus à reipsa,
& ab Historicorum exemplis, quam à pluribus attesta-
tionibus productis in Processu edocemur.

Tertio, quia nullis Catholicæ Fidei Testimonialibus
literis, nulloque Nautæ erant documento muniti, ex
quo dignosci posset eorum Religio, ac Victualia, &
Merces ad ipsos spectasse, illaque directa Christianis
24 Chiensibus, non autem Turcis, ac in eorum auxilium;
Prout quotidiana Praxis Nautarum observat, & con-
suetudo Maritima fieri exigit non dissimilis dispositio-
ni *Text. in l. unica C. de littor. & itin. Custo.* juxta
ea quæ observat *Suarez alleg.* 18. *n.* 3. & 4. Et notat
Stracc. de Mercat. tit. de Navibus part. 2. *nu.* 33. Ex
quorum deficientia, si Dom. de Cardis Navem depræ-
dari non poterat, prout posse acerrime contendebat de
25 consuetudine Maris, quæ specialiter spectanda, & ser-
vanda est in materia Navigationis *l. deprecario ff. ad
l. Rhod. de Jactu §. fin. ubi Glos. Auth. de Usu. Navi Bald.
in l. observare §. Ante ff. de Offic. Procon. Capol. de Ser-
vit. Rusti. præd. rub. de Mari Stracc. de Navig. num.*
24. & 25. *Rocc. de Navi not.* 48. *nu.* 122. & 123. &
quam probare satagebat quamplurimis attestationibus
Equitum Religionis Sancti Joannis, ac Sancti Stepha-
ni, ac pluribus casibus ad rem allatis, quibus confe-
runt tradita per *Rocc. in suis Notab. de Assecur. n.* 386.
26 Sane ex illorum carentia, cnixa urgebat præsumptio
Naves, & bona pro Turcis, & in eorum auxilium
navigare; Animadvertendo maxime, quod à Portu sol-
verat Thessalonicæ Civitatis Maomethanæ Sectæ apertè
mè cultricis, Horreumque exercitus Ottomannici, ac
Victualia deferens, Mare illud secabat dubio & anci-
piti itinere, & æque Insulam Chio, ac Cretense Re-
27 gnum ubi ardet immane bellum contra Christi Fideles
petitura, itaut jure ac merito præsumi poterat, Na-
vem & Victualia ad Barbaros hostes directa, præci-
puam præbentibus ansam, ultra superius dinumerata,
etiam qualitate loci, & carentia expeditionum, ac Te-
stimonialium, quibus Nautæ more solito muniuntur ad
docendum æque de eorum Religione, ac de itinere, ut
docet *Barc. in l. qui Fiscales C. de Navicul. libr.* 11.
Ripa de Noctur. Temp. cap. 16. *num.* 30. *Cephal. cons.*
183. *num.* 46.

28 Nec obstat Mare omnibus liberum esse *l. quadam, &
l. riparum §. In Mari ff. de rer. divis.* Christianisque
subditis sceptro Ottomannico licitum Victualia & mer-
29 ces, ab uno ad alium Turcarum Portum, etiam tempo-
re Belli, deferre ad *trad. per Sayr. de Cens. lib.* 3. *cap.*
11. *n.* 19. *Bonac. de Cens. disput.* 1. *quæst.* 8. *punct.* 2.
n. 17. *Castropal. in opere Mor. par.* 6. *de Censu Verb.
Arma Seracenis num. pr.* & alios late, & novissime
congestos per *Leandr. ad Bull. Cœnæ tract.* 3. *disput.* 7.
quæst. 3. *per totam*, ac dixit *Rota in Melevitana Mer-
cium* 28. *Junii* 1666. *coram Cerro*, itaut cum responsa-
lia, & expeditiones sint tantum ad effectum, ne Bar-
baris res deferantur, hæcque per Christianos subditos à
loco Dominii Turcarum ad loca similia deferre permis-
sum sit, utique necessariæ hujusmodi literæ Græcis
non erant, & ex illarum omissione cessat omnis præ-
30 sumptio, cessante periculo fraudis *Bursact. cons.* 77.
num. 8. *tom. pr. Felic. alleg.* 4. *num.* 20. *part.* 1. *Ver-
megliol. cons.* 412. *Farinacc. Frag. litt. L. numer.* 228.
Guazzin. ad defen. 29. *cap.* 2. *num.* 23. *Scanarol. de Vi-
sit. Carcer. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 28. *Conciol. alleg.* 95. *n.*
30. & 96. *num.* 2.

Respondetur enim, quod delatio Victualium, alio-
rumque similium, quæ Christianis Catholicis subditis
Turcarum Imperatori absque periculo Prædæ fieri per-
mittitur inter loca Tirannidi Ottomanicæ subjecta, pro-
cedit, ubicunque loca quo deferuntur, ea non sint in
quibus actu bellum vigeat contra Christi Fideles, vel
31 talia, ex quibus exercitus, & Turcarum copiæ robur,
& auxilium recipiant in perniciem Christianorum,
prout declarat *Pueron. ad Bullam Cœnæ cap.* 7. *num.*
61. & 62. & animadvertit *Navar. in cap. ita quorun-
dam not.* 8. *n.* 22. *de Judæis Layr. Thesaur. cas. consc.
tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 19. & 20. Proindecum hisce
temporibus Cretense bellum ardeat, cui opem & sub-
sidium singulare præstat Chiensis Insula, in qua ut
plurimum Copiæ Navales Ottomannorum resident,
ut notum est, sane, vel dicendum est delationem
prædictam omnino prohibitam subjectamque legitime
prædæ, cum cedere probabiliter potuerit in subsidium
Turcarum contra fideles, prout affirmat idem *Pueron.
d. c.* 7. *n.* 148. ubi notat, delationem non tantum esse
contra Jus Divinum, quando est ad favorem infide- 32
lium in perniciem Reipublicæ Christianæ, sed etiam
in iis circumstantiis, in quibus certo timetur hostilis
potentiæ augmentum, in talem perniciem, quo Ca-
su non solum per Bullam Cœnæ revocantur Privile-
gia Apostolicis Sanctionibus concessa in beneficium
Christianorum Infidelibus subditorum, ut animadver- 33
tit *Pueron. d. cap.* 7. *num.* 153. Sed ratione Status po-
litici licet deprædari, & comburere ob metum hostium,
ne ex illis fiant opulentiores *Cabreros in delin. de me-* 34
tu lib. 2. *cap.* 39. *Caren. resol.* 1. *num.* 17. vel saltem,
cum periculum fraudis & vetitæ exportationis non ces-
set, dicendum est quoque non cessare requisitum Te- 35
stimonialium, ex quibus dignosci posset bona esse fide-
lium, illisque destinata, itaut ex illorum carentia si
adeo fortis Juris præsumptio vetitæ exportationis ad
infideles non elicitur, ut ex illa solum permissa sit
præda, prout elici virtute *l. unica C. de litt. & itin.
cust.* contendebat Dominus de Cardis, ac exemplis plu-
rimis exornabat, certè negari non poset, maximum
fraudis indicium fuisse, cum quo ceteræ conjunctæ
præsumptiones clarissima constituitur probatio, Navem
& Merces Turcarum fuisse, & pro eis navigasse, cum
etiam conjecturis, & præsumptionibus probetur ad
quem locum, & in cujus auxilium res exportetur, ut 36
dicebat *Suarez allegat.* 18. *sub num.* 6. *Boer. dec.* 178.
num. 32.

Quarto, quia non solum ex nullis Testimonialibus
literis, atque expeditionibus, vel publicis, vel priva-
tis innotesci poterat res Christianorum esse, sed aliæ
aderant comprobantes Inimicorum Infidelium fuisse,
dum patentes literæ repertæ fuerunt denotantes ean-
dem Navem paulo ante à Dom. Francisco de Bona-
ville Equite Sancti Joannis capam, ac mille & quin- 37
gentis regalibus Thessalonicæ conductis redemptam;
ex qua fortius urgebat præsumptio Navem Inimico-
rum fuisse, prædaque dignam, dum ab Equite inte-
meratæ militiæ quique non sibi, sed Religioni acqui-
rit, talis paulo ante reperta fuerat ac dijudicata, ne-
que Judicata sub pallio, aut ancipite quæstione, sed
procul dubio compertæ Justitiæ, dum Testimonialibus
literis peractæ deprædationis Nautis ipsis consignatis
ad instar expeditionum consociata fuit.

Nec obstant exempla quæcumque non imitanda, ubi- 38
cumque id interdicitur Lege Divina, qua prohibetur,
non furaberis. Respondebatur enim minime exemplis
uti, ut licitum judicetur id, quod Decalogi præcepto
vetatur, sed illa in facti specie perpendi ad effectum
dignoscendi, an Dominus de Cardis justam causam
habuerit judicandi Navem, & bona Turcarum fuis-
se; Cumque urgentibus præsumptionibus, deductis ex
Vexillo, ex qualitate Personarum, ex defectu expedi-
tionum, ex circumstantiis temporis & loci, aliisque
infra dinumeratis, & per se satis comprobantibus agi
de re nostrorum inimicorum; accedant & ea, quæ
paulo ante ab Equite Sacræ Religionis Hierosolymi- 39
tanæ circa eamdem Navem cognita fuere, omnis tol-
li hæsitatio dicebatur, animadvertendo non solum ea
gesta fuisse ab Equite Nobilissimæ Militiæ, ac Reli-
gioso, qui non sibi, sed Religioni acquirit, sed ge-
sta evidentissimis signis justissimæ Prædæ, dum Testi-
monialibus Literis illam fuit prosequutus, itaut detur
suspicari alia quoque tunc extitisse clarissime com-
probantia de re Turcarum agi, quæ Nauclerus pro-
prio malo edoctus fortasse depulit, & quæ non im-
merito nobis suggerit omissio Judicii militiæ adeo fa-
cilis ex propriis expeditionibus Equitis de Bonaville
in manibus Nautarum relictis, dum aggredi Michael
Faccà ausus est hoc adeo difficile contra Dominum
de Cardis, quod per illius negationem eludi om-

nino potuisset; Ut proinde hujusmodi exemplo accedente, ambigi minime possit justissimam habuisse
causam Dominum de Cardis existimandi Navem, &
Merces Turcarum fuisse, subjectasque legitimæ Prædæ, cum exempla maxime Insignium Virorum, ubi de
40 veritate non apparet in contrarium, summe operentur
in casu etiam dubio ad *Caphal. conf. 18. lib. 3. Barbos. axiom. 86. num. 3.*

Quinto confert & fuga, quam statim arripuere Nau-
41 tæ ad notissimum Vexillum Serenissimi Magni Ducis
Hetruriæ in Scapha ipsa Navi derelicta, quæ quidem
junctis aliis probationibus, bene demonstrat illorum adversam conditionem ab eis, à quibus fugiebant, minime refragante, quod metu, & timore perculsi, se in
fugam dederunt, ne in manus Pyratarum inciderent,
42 quorum nulla fides ut memorabili exemplo docet *Stracc. de Naut. tit. 3. num. 25. & Bonifac. de Furt. §. Furtum num. 64.* Satis enim nota Insignia Serenissimi Principis nostri sunt ubique Terrarum, quæ nullum inferre poterant concussionis timorem, dum omnibus præ-
43 stant auxilii vadimonium; ut proinde si aufugerint,
dicendum sit fecisse impellente conscientia criminis,
44 & ex fuga non leve indicium surrexisse ad *Gomez variar. resolut. tom. 3. cap. 13. numer. 10* & ibi *Aylon. Farinacc. de indic. quæst. 48. nu. 5. & seq. Giurb. cons. 13. n. 19. & num. 20. Conciol. resol. crim. 1. num. 10.* in verbo *Fuga*.

Ac demum accedit; quod cum pecunia pro redemptione Navis tradita Domino Equiti de Bonaville, Thessalonicæ fuerit ad Cambium Maritimum conducta, ubi
45 omnes Maumetanæ Sectæ cultores inhabitant, vel ex
hoc quoque dignoscebatur interesse, quod Turcis locatoribus in Nave competebat, vel saltem ex prima deprædatione, urgens surgebat conjectura, novum onus victualium non spectare ad depauperatos Nautas, sed ad Barbaros Infideles, Thessalonicam Civitatem accolentes.

Hæc autem, quamvis urgentia, hujusmodi tamen non judicavimus, quæ eximere possent Dominum Joannem Mariam de Cardis à restitutione pretii recepti ex Venditione Navis, ac mercium in quantitate Regalium mille biscentum octuaginta, una cum omni & toto eo, quo ultra prædictam summam, dictum Dominum Joannem Mariam de Cardis ex deprædatione prædicta fuisse locupletatum legitime apparebit, juxta liquidationem faciendam; Cum etenim ex publicis literis testimonialibus Episcopi Chiensis, ex depositione unius Testis Liburni formiter examinati, ac duorum Patrum Ordinis Sancti Dominici Florentiæ pariter, servatis servandis, examinatorum, ultra alias attestationes minus legitime receptas, sed quæ conjungi possent, dum opus esset tot aliis ad veritatem eruendam, appareat vere Michaelem Facca hujus Navis Dominum, non solum Christianum, sed Catholicæ Fidei cultorem, victualiaque non in subsidium inimicorum, sed Christianis Chiensibus fuisse destinatas, hinc emergit rece-
46 pta ab omnibus conclusio, quod Græci Catholicæ Ecclesiæ addicti, cum Turcarum Tyrannidi non voluntate, sed necessitate subjacent, omni Jure capi prohibentur, eisque permissum est Mercimonii Causa etiam Victualia aliaque hujusmodi ab uno ad alium Turcarum locum deferre, dummodo ex hoc robur non
47 augeatur Barbaris Inimicis in bello contra Christi Fideles, & in eorum perniciem, ut per *Angel. Sylvest. Tabien. Filiuc. Alber. Bonac.* aliisque, firmat *Lean. de Censur. tract. 3. in Bulla Cœna disput. 7. qu. 2. & 3.* quæ quidem opinio omnino est amplectenda ex *Decreto Sacræ Congregationis S. Officii* auctoritate Apostolica per *Alex. VII.* specialiter confirmato.

Nec obstat, prædicta procedere juxta dispositionem *Bullæ in Cœna Domini*, non autem de Jure Belli, per quod deprædamur etiam innocentes subditos, ut hostium Vires atterantur, & debilitentur *Suarez de Caritate disput. 13. sect. 7. num. 12. & 14. Molin. de Justit. & Jur. tract. 2. disput. 121. Caren. resol. pr. num.*
48 17. Fuit enim responsum Jus belli vigere etiam contra
subditos innocentes, quando illi sunt membra hostilis
Reipublicæ, secus in Catholicis subditis sceptro Ottomannico, qui cum adhuc sub Patrocinio Ecclesiæ sint, & per vim sub Tirannico Imperio vivant, dici ne-
49 queunt membra hostilis Reipublicæ, ut distinguendo
probat *Verricell. de Apost. miss. tit. 14. quæst. 214. nu.*

2. & tanquam veri nostri Amici, eorum bona ratio- 50
ne hostilitatis capi non possunt, & capta restituenda veniunt ex deductis à *Franc. decis. 268. Cabal. resol. pr. num. 21.*

Ad præsumptiones autem late superius dinumeratas, ex quibus probari dicebatur Navem, ac Merces Turcarum esse, vel Schismaticorum Græcorum illis voluntario inservientium, ac in illorum auxilium navigantium; fuit responsum, hodie omnino ademptas remanere ex publicis attestationibus ac depositionibus Testium, probantium vere fuisse Christianorum Orthodoxæ Catho-
licæ Fidei addictorum, Victualiaque Christianis Chi- 51
entibus destinata, cum vulgare sit, præsumptiones cedere veritati probatæ, per *Text. ad l. fin. in princip. ff. quod metus causa l. cum de indebito ff. de probationibus*, & late explicat *Menoch. de Præsumpt. libr. 1. quæst. 31. per totam*, itaut quemadmodum dinumeratæ præsumptiones justam causam, ac bonam fidem præbere
poterant à principio dictam Navem tunc capiendi, 52
sic novæ probationes omnem adimant nunc retinendi ea omnia, quæ ex deprædatione prædicta Dominus de Cardis fuerit superlucratus.

Censuimus autem Dominum de Cardis immunem à restitutione damnorum, ac pretii per Juramentum in litem liquidandi, sed teneri tantummodo diximus ad pretium receptum una cum omni, & toto eo, quo ultra summam prædictam locupletatum fuisse constabit; Cum etenim præsumptiones latè superius dinumeratæ justam à principio causam præbuerint Domino Joanni Mariæ ea capiendi tanquam bona Turcarum, & his adhærentium; hinc sequitur, quod illis venditis, ipse uti Possessor bonæ Fidei non tenea-
tur nisi in quantum factus est locupletior ad *Text.* 53
expressum in l. utrum autem 26. & l. sed & si lege 28. §. Consuluit ff. de petit. hered. & utrobique *Bart.* ac latius in *l. mater tua numer. 6. Cod. de rei vendic. & in l. ex diverso numer. 7. ff. eod. Bal. in l. solutionem numer. 3. ff. de solut. & l. si & rem numer. 1. ff. de petit. hered. Castrens. in l. sed & si §. Item si rem n. 2. & in l. item veniunt §. Aprandæ n. 8. & §. Præter hoc n. 2. ff. eod. Covar. in reg. peccatum par. 2. §. 12. Clar. in Prax. §. Furtum n. 27.* & ibi addent. *Farinacc. de Furtis qu. 177. n. 49. & seq.* ac late per exempla distinguit, & explicat Auctor de *Jure pacis, & belli lib. 2. cap. 10. per tot.*

Nec obstat, bonam fidem minime procedere, vel 54
considerari posse, ubi jus resistit, agiturque de actu omnino reprobato à Lege Divina, qua interdicitur, *ne furaberis*; respondetur enim minime nos uti bona fide, ut sibi quis faciat licitum furari rem alienam, quod Lege Humana, & Divina prohibetur,
sed ut permittatur deprædatio rei æstimatæ inimico- 55
rum, quæ Lege Humana, & Divina conceditur; non enim adducimus præsumptiones, ut insurgat bona fides in occupatione rei alienæ simpliciter, quo casu potius esset crassa, & supina credulitas Divino, & humano Jure repugnante; Sed adducimus, ut dignoscatur justa causa, quam habuit Dom. Jo-
annes Maria de Cardis in existimando Navem, & 56
Victualia Turcarum fuisse, quarum deprædatio justissima sane erat, Jure Divino & Humano permittente; Proinde totius nostræ quæstionis cardo in eo versari nobis videbatur; An præsumptiones, & conjecturæ hujusmodi fuerint, quibus tunc temporis satis demonstraretur bona inimicorum fuisse, si namque tales erant, nemo inficiabitur Navem juste captam, justaque existente deprædatione, possessorem Domi-
num Cardum effectum bonæ fidei, bonaque fide mi- 57
litante non teneri ob novas probationes, quibus fuit doctum rem aliter existere, nisi quatenus effectus est locupletior, ex juribus allatis.

Nec refragatur Dominum Joannem Mariam de Cardis ab omni culpa immunem minime fuisse deprædando Navem, & bona, quæ vere Christiano-
rum erant tamquam bona Turcarum, cum saltem 58
diligentius circa ea perquirere potuisset, & etiam levis culpa abesse debeat, ut à vero rei pretio eximatur, qui aliena deprædatur; nam quid aliud posset
mediis in undis, & inter inimicos perquirere non 59
videmus, resonantibus cunctis, quæ videbantur res inimicorum esse. Quod si attestationes objiciantur Nautarum asserentium Christianorum res esse, ac
Christianis Chiensibus destinatas, quibus fidem præ- 60
stan-

standam placuit *Suarez. d. alleg. 18. numer. 4. in fine*,
Respondetur, allegata à *Suarez* posse procedere aliis
concurrentibus ut in suo casu, secus cæteris, ut hic,
in contrarium militantibus, quo casu nullam prorsus
61 merebantur fidem *Boer. dec. 178. num. 32. Corn. cons.*
243. num. 3. & cons. 109. num. 4. lib. 2. Decian. cons.
2. num. 55. lib. 5. maxime in re adeo à Legibus prohi-
62 bita, prout est inimicis infestissimis auxiliari *Tiraquell.*
de rev. Donat. in verbo donatione largitus n. 89. Marta
voto Pisan. 39. num. 10.

Nec pariter obstat quod in diplomate Serenissimi Ma-
gni Ducis strictissimè inhibeatur Domino Cardio, ne Chri-
stianos persequeretur, aut eorum bona diriperet, nul-
la temporis, status, loci, aut gradus habita distin-
ctione, sub qua generali prohibitione, ne dum Chri-
stiani Latini, sed & Græci, & Armeni continentur
63 ex universitate, & latitudine verborum ad *Barbos. di-*
ctio. 317. Merlin. decis. 606. numer. 1. Respondeba-
tur enim prohibitionem prædictam nequaquam com-
prehendere Christianos illos, qui ratione auxilii, ac
confæderationis cum Turcis in publicam inimicitiam
inciderunt, non solum ex eo, quod per hujusmodi
Apostasiam Christiani amplius appellari non merentur,
verum etiam quia, cum facultates prædictæ à Princi-
64 pibus concedantur ut maria à Barbaris Inimicis purgen-
tur, ut firmat *Lucas de Penna in l. unica C. de Cef-*
sa lib. 11. de Ponte de Potest. Proreg. tit. 11. de Trirem.
num. 1. inter quos dinumerari Christianos adhærentes
Infidelibus certum est per Sacrorum Canonum constitutio-
nes, utique si exciperentur hujusmodi Christiani contra-
rium inferrent, ac in hostium, & Infidelium auxilium
65 derogaretur Juri Canonum, ac Gentium, à quibus il-
lorum deprædatio & captivitas permittitur, dicto capi-
tulo *quod olim e ac cap. multa mentis amaritudine ex-*
trav. de Judeis, &c.

Ad id autem quod dicebatur, quod reservandæ erant
66 res ut immediate primo Judici offerrentur inspicien-
de, quo omisso adeo in dolo fuit D. de Cardis ut ju-
rari potuerit contra eum in litem, juxta doctrinam *Bal.*
in auth. sed omnino C. ne Uxor pro Marito quam sequi-
tur *Suarez. d. alleg. 18. num. 7. & 8.*

Respondetur quod, quicquid sit de conclusione præ-
dicta, quam nec ipse *Bald.* indistinctè approbat & nul-
lo Jure cavetur, certum est minimè posse sibi locum
vendicare in deprædationibus istis, quæ in remotis re-
67 gionibus sceptro Ottomannico subjectis contingunt,
quarum servatio impossibilis fere est, vel saltem evi-
dentissimis obnoxia periculis, dum necesse foret suam
nudare Navem præsidiis, ut alteram instrueret, singu-
lasque infeliciter, & male paratas ingluviei Barbarorum
Inimicorum offerre, prout frequentissimis ab exemplis
docemur.

Nec relevat, necesse esse, ut bona fides suffragetur,
68 concurrere quoque justum titulum, prout apparet ex
Doctoribus firmantibus Possessorem bonæ fidei non
teneri nisi quatenus factus sit locupletior, dùm loquun-
tur in eo qui possidet hæreditario titulo bona fide rem
69 alienam in hæreditate repertam, vel qui possidet titu-
lo emptionis bona fide rem alteri furto subtractam, &
sibi venditam ab eo quem existimabat verum Domi-
num, nam omisso, quod ne quis teneatur nisi in quan-
tum factus est locupletior, pendet omnino à bona fi-
de, non autem à titulo, cum hic requiratur ubi agi-
70 tur ad effectum aliena acquirendi, illa autem suffi-
ciat, dum agitur ad effectum propria non amittendi;
Respondetur in Casu nostro, nec etiam titulum desi-
derari, immò ab illo unice oriri bonam fidem, tam-
71 quam effectum à Causa procedentem, quod enim adsit
justus titulus in acquirendis bonis inimicorum nemo
est qui dubitet, & docent *Regens de Ponte de Potest.*
Proreg. tit. 11. de trirem nu. 17. & seq. Lanar. cons.
84. nu. 4. Caren. resol. 1. num. 10. & ab illo successivè
72 emanat bona fides, per quam deprædator potest possi-
dere, & alienare capta bona, proinde dum à princi-
pio justæ fuerant Causæ existimandi Navem, & bona
Turcarum fuisse, quis ambiget justum quoque adfuis-
se titulum ea capiendi, atque ut certum est per illum
effectum fuisse Possessorem bonæ fidei, sic indubitatum
est, quod illis venditis non tenetur, nisi in quantum
73 factus est locupletior: hac intercedente differentia, ut
par est, inter justum & injustum deprædatorem, ut
hic teneatur ad damna, & verum valorem rerum abla-
tarum, ille autem ad id tantummodo, quo locupletio- 74
rem factum fuisse apparebit, juribus allatis.

Ex quibus proprio Marte animadversis in prædictam ivimus Sententiam, hanc nobis commostrante viam sola justitia, sequente tamen in preclarissimum compertæ veritatis testimonium Illustrissimo Dom. Auditore Bononio S. C. S. à Consiliis J. C. selectissimæ Eruditionis.

Et ita, &c.

Petrus Matthæus Maggius Rota Auditor.
Bartholomæus Bononius Auditor.

ARGUMENTUM.

Navis Christiani Græci ritus, cæteroquin Catholici, licet more Turcico ædificata, eorumque vexillo munita sit, attamen nequit à Christianis capi.

Prædator quando dicatur justus, & quando injustus; quibus de causis excusetur à dolo & delicto, & per consequens à refectione damnorum, & interesse; Quomodo hujusmodi damna probentur, & an debeantur à die injustæ deprædationis, sive à die moræ litis.

SUMMARIUM.

1 *Archiepiscopi dicto plena fides adhibenda est.*
2 *Confessio, licet emissa in actu jam impugnato, plenè probat contra confitentem.*
3 *Merces Christiani Catholici, licet subditi Imperio Ottomannico, deprædationi non subjacent, & num. 10.*
4 *Hujusmodi prohibitio ex pluribus Decretis Sacræ Congregationis emanat.*
5 *Mercium dominium probatur per depositionem Patriarchæ Alexandriæ.*
6 *Et per Apocam onerariam; in qua regulariter continentur species mercium, nomina Mercatorum, & specificatio loci onerationis, & de onerationis, ut num. 7.*
8 *Domino restituenda sunt res ablatæ.*
9 *Amplia, etiamsi ab hostibus forent recuperatæ.*
11 Consulatus Maris dispositio cap. 273. *expenditur.*
12 *Et in materiis maritimis habet vim Legis.*
13 *Nautæ pro nolitu, saltem de æquitate, præferuntur omnibus Creditoribus.*
14 *Transactio super jure certo & claro, non sustinetur.*
Et de ratione num. 15.
16 *Receptum ex turpi causa, condictione ob turpem causam revocatur.*
17 Atdeppa *quod nomen sit, & quid pro ea intelligatur.*
18 *Actio solidalis datur contra quemlibet ex Piratis.*
19 *Verisimile habetur pro Lege, & veritate.*
20 *Mercium captarum ab hostibus, quantitas ac existentia, probatur per conjecturas, etiam leves.*
Videlicet, per earum possessionem, vel juramentum deprædationem passi, num. 21. & 22.
23 *Deprædator injustus, ultra pretium emptionis mercium, tenetur ad omnia damna, & interesse.*
Declara, ut ibid. & num. 24.
25 *Damnum emergens, & lucrum cessans, debentur in casu maleficii & doli, a quibus non est immunis injusta deprædatio.*
26 *Etiam absque probatione requisitorum* Castren. in l. 3. ff. de eo quod cert. loc.
Et de rationibus ibid.
27 *Ad investimentum obligatus tenetur ad fructus ob ejus amissionem.*
28 *Damnum emergens, & lucrum cessans, propter injustam deprædationem, debetur à die deprædationis, non à die motæ litis.*
Et de ratione ibid.
29 *Liquidatio damnorum deprædationem passi quomodo facienda sit, & num. 30.*
31 *Prædator justus non tenetur ad damna, & interesse, sed solum ad id, de quo, ultra pretium*

rerum

rerum depradatarum, si vendita fuerint, factus est locupletior.

33 *Prædator quando excusandus sit à dolo, & delicto, & num. 33. 43. 44.*

34 *Navis munita vexillo inimici præsumitur inimica.*

35 *Vexilla dicuntur signa incerta.*
Et variantur ad opportunitatem num. 36.

37 *Græci Christiani subditi Imperio Ottomannico non indigent vexillo Turcarum.*

38 *Prædator insequens Navem munitam vexillo inimici excusatur, etiam quoad damna & interesse.*

39 *Secus si fuerit in mala fide, & dolo.*

40 *Bona fides, ex vexilli gestatione exorta, nec statim sublata per contraria documenta, sufficit ad excusandum à damnis, & interesse.*

41 *Testes, deponentes de præda de qua participiant, minime attendendi sunt.*

42 *Limita, si deponant de re gesta in medio maris, quia in hoc casu, etiam minus idonei admittuntur.*

43 *Titulus justus præsumitur adesse, ubi agitur de acquisitione Bonorum Turcarum.*

46 *Mercator, non impeditus in alterius commodum navigare, nequit petere à Prædatore interesse lucri cessantis.*

47 *Fructus non debentur ex credito pecuniario.*

48 *Limita, si, ultra moram à debitore contractam, creditor sit Mercator solitus negociari, & pecuniam erogare in mercimonio, ex quo lucrum, saltem verisimile, concludatur.*

49 *Mercator non potest fructus exigere ex mercimonio, ex quo sperare nequeat lucrum certum in potentia proxima.*

50 *Mora, & prætensum interesse, excluditur in habente justam causam liquidandi creditum.*

51 *Amplia, etiamsi dictum creditum in parte liquidum sit.*

52 *Et maxime, in petente majorem summam damnorum plus debito.*

Liburnen. Deprædationis.

Veneris 14. Septembris 1716.

E T

DISCURSUS CCXIII.

CUM Salamon Elsajani Christianus Græci ritus, cæteroquin Catholicus Mense Februarii Anni 1711. ab Incarnat. Syriacum Mare sulcans propria Sayca sub nomenclatura Divæ Catharinæ, more Turcico ædificata, ac variis mercibus onusta, ut eas è Damiata Achachiam versus traduceret, improspero fato in piraticam Navim Dom. Capitanei Francisci Franceschi, nuncupatam Deiparam Montis Nigri, Insigniis S. R. C. condecoratam sub Gubernio Capitanei Antonii illius fratris existentem incurrit, qui cum fuerit dictam Saycam insequutus, & aggressus eam facili negocio subegit, & postea ad Civitatem Melitæ, inde Liburnum cum omnibus mercibus, ac Tribus Turcis ibidem repertis, & in servitutem redactis secum feliciter transtulit.

Novem fere mensibus ab hinc peractis, præfatus Salamon prædam passus, perquisitis & obtentis justificationibus comprobantibus se esse Catholicum, appulit ad Oras Liburni, ac ibidem enixè expostulando, ab eisdem DD. Franceschi Saycam, Naula, & damna una cum nonnullis rebus ad ipsum spectantibus, vix illam cum suis instrumentis recepit, mediante transactione inita opera, & interpretatione cujusdam Religiosi Laici callentis Linguam Turcicam, ac erroneè se jactantis Missionarium Apostolicum in partibus Ethiopum, & alterius Mercatoris Turcarum in eadem Civitate commorantis, cujus transactionis vigore majus, ac longius malum forte pertimescens alias res proprias, naula, ac quicquid aliud petere potuisset suis prædatoribus condonavit, ut patet ex Instrumento in actis exhibito.

Verum obtenta successivè per dictum Elsajani juramenti absolutione, habitoque recursu ad Supremum
Magistratum hujus Civitatis, ad effectum consequendi
ab eisdem DD. de Franceschis dictas proprias res, seu
merces, Naula, ac damna, & interesse passa occasio-
ne hujus deprædationis, non obstante transactione præ-
fata extitit hujus Causæ cognitio Nobis commissa, à
quibus post meritorum, seu rationum hinc inde allega-
tarum discussionem, resolutum fuit non licuisse dictis
Dom. de Franceschis in dicto Instrumento transactio-
nis stipulari condonationem Naulorum, & aliarum re-
rum in dicta Sayca existentium ad dict. Elsajani illius
Magistrum spectantium, & propterea eos condemnavi-
mus ad solvendum eidem pro Naulis petias 473. nec
non pro dictis rebus propriis alias petias 160. & in re-
liquis respectivè absolvimus, reservata facultate decla-
randi etiam super prætenso excessu expensarum, prout
de Jure ex rationibus inferius subnectendis.

Constito namque, quod dictus Elsajani, licet sub-
ditus Imperio Ottomanico, sit Christianus Catholicus,
ex pluribus documentis, & præsertim ex fide Archiepi- 1
piscopi Ptolomaides, cui plenè deferendum venit ex tra-
ditis per *Gen. de Scriptur. privat. lib. 3. de litt. Epi-
scop. numer. 27. & seqq. Venturin. decis. Florent.* 44.
sub num. 39. §. *Quia*, pluribus Testibus formiter exa-
minatis in respons. ad octavum process. Elsajani pagin.
122. & 126., ac ipsamet partis confessione in transa-
ctione emissa, quæ confessio, licet facta in actu jam
impugnato, adhuc contra confitentem plenum gradum
probationis constituit, ut in specie advertit *Ansald. de* 2
Commerc. & Mercatur. disc. 9. *numer.* 25. qui sequi-
tur *Urceol. de transaction. quæst.* 86. *per totam Mans.
consult.* 275. *numer.* 16. *tom.* 3. sequitur, quod illius
Saycam, nec non res in ea existentes, & ad ipsum spe-
ctantes, nullo pacto poterat dictus Capitaneus de Fran-
ceschis deprædari, ut litteraliter habetur ex *Concilio* 3
Lateranensi in Cap. excommunicationis de raptor. ac in
puncto penes *Ansald. de Commerc. & Mercat. d. disc.
9. tom.* 3. ubi testatur hanc prohibitionem oriri ex plu-
ribus Decretis Sacræ Congregationis de Propaganda Fi- 4
de *Cardin. De Luc. de Regal. disc.* 100. *num.* 11. *&
seqq. Pignatell. consultat. Canon* 9. *tom.* 8. *Venturin.
decis. Florentin.* 44. *numer.* 1. *& sequentibus Rot. in re-
cent. decis.* 497. *num.* 1. *& seqq. part.* 14. *cor. Merlin.
decis.* 606. *num.* 3. *versic. præsertim, & decis.* 892. con-
firmata in *decis.* 924. *coram Cerro, in Melevitana de-
prædationis* 1. *Julii* 1693. §. 6. *coram cl. mem. Cardin.
Caprara, & in Melevitana Deprædationis quoad De-
metrium* 22. *Februarii* 1712. §. *Principale numer.* 23.
relata apud D. meum Casareg. de Commerc. disc. 116.
*& in Liburnen. Prædationis proximè supra apud eun-
dem disc.* 212. §. *Hæc autem num* 46.

Quod Sayca esset de proprietate dicti Elsajani, quod-
que in ea adesset quantitas grani, aliarumque rerum
ad ipsummet spectantium unanimiter concludunt Con-
sulatus Franciæ in Civitate Cairi, mediantibus deposi-
tionibus Patriarchæ Alexandriæ, & aliorum Testium
inductorum, nec non aliæ depositiones duorum PP.
Missionariorum pro Terra Sancta in eadem Civitate
existentium, juncta Apoca oneraria in ipso limine ex-
peditionis Causæ nobis ostensa, ex quibus non poterat
amplius dubitari, dictas res ad dictum Elsajani Chri-
stianum Catholicum pertinere, ut in puncto, quod
depositioni Patriarchæ Alexandriæ super pertinentia, &
quantitate mercium maxima fides sit adhibenda *Rot. in* 5
Melevitana deprædationis dict. Disc. 116. §. *Concurrit
numer.* 38. sicut similibus attestationibus eadem *Rota in
recent. decis.* 497. *sub numer.* 2. *part.* 14. *& in Foro-
sempronien. Testamenti* 4. *Martii* 1698. §. *Nec facit,
& 5. Septembris ejusdem Anni* §. *Et sanè coram clar.
memor. Cardin. Caprara*, quodque apocæ oneratoriæ 6
probent dictarum mercium Dominium *Copparell. resol.
Fiscal.* 160. *Dom. meus Auditor de Casaregis de Com-
merc. disc.* 10. *numer.* 37. *&* 64. *& disc.* 25. *numer.* 4.
& 5. Balduce. decis. 13. *tit. de Assecurat. numer.* 39.
Rot. decis. 340. *num.* 8. *part.* 18. confirmata *decis.* 652.
& decis. 794. *eadem part. tom.* 2. *post Cardin. Albit.
de Inconstant. in Judic. decis.* 57. *num.* 6. *& seqq.* tam-
quam regulariter continentes species mercium, nomina 7
Mercatorum cum specificatione loci, à quo oneratur,
& ad quem oneratio dirigitur, *d. Melevitana Depræ-
dationis* 22. *Februarii* §. *Nil relevante in fine.*

Posita autem pertinentia, seu dominio dictarum re-
rum ad Christianum Orthodoxæ Fidei addictum, ei-

dem

dem debita omnino erat earumdem rerum integra re-
8 stitutio, ut communiter firmant *Cardin. de Luc. de Regalib. disc.* 195. *num.* 12. *Ansald. de Commerc. d. disc.* 9. *num.* 7. *Farinacc. de Furt. quæst.* 165. *num.* 2. *Cabal. resolut. crimin.* 140. *num.* 7. *Caren. resolut.* 3. *num.* 21. *Venturin. decis. Florent.* 44. *num.* 5. *Franc. decis.* 268. *per tot.* ubi etiam si bona recuperata sint
9 ab hostibus in dicta *Liburnen. Prædæ Navis* §. *Nec obstat num.* 50. *supra disc.* 212. *Rota in dicta Melevitana Deprædationis quoad heredes Theodori* 8. *Maji* 1711. §. *Primo numer.* 1. & in eadem quoad *Demetrium* 22. *Februarii* 1712. §. *Principale num.* 24. *dict. Disc.* 116.

10 Et ratio est, quia Christiani Catholici, licet subditi sint sceptro Ottomannico, adhuc non dicuntur membra Hostilis Reipublicæ, nec unum corpus cum ea constituunt, quia illi subjacent ex necessitate, non ex voluntate, prout Schismatici præcipuè formales, cæterique Infidelibus adhærentes; adeoque Catholicis viventibus in durissima, ac tyrannica servitute non est addenda afflictio propriorum bonorum rapinis, quæ non in Turcarum, sed in eorum perniciem redundarent, ut bene observat *Georg. Bell. de re Militar. part.* 2. *tit.* 11. *num.* 5. *Verricell. de Apostolic. Mission. tit.* 15. *quæst.* 214. *numer.* 5. & supponunt omnes auctoritates superius relatæ, præcipuè *dict. Liburnen. Prædæ Navis* §. *Nec obstat prædicta procedere n.* 49.

Hinc non refragatur opposita transactio, in qua Dom. de Franceschis dempta Sayca obtinuerunt condonationem rerum ad dictum Elsajani spectantium, ac etiam Naulorum pro mercium transportatione debitorum, quia sicuti, ut supra probatum est, debita erat dicto Elsajani integra rerum restitutio, ita etiam citra aliquam dubietatem debebatur eidem so-
11 lutio dictorum Naulorum, ex clara dispositione Consulatus *Maris capit.* 273. *versic. se la Nave, e Naviglio*, quæ in materiis maritimis, tamquam universalis consuetudo habens vim Legis, inviolabiliter
12 attendenda est apud omnes Provincias & Nationes *Rocc. resp.* 20. *numer.* 5. *volum.* 1. *tit. de Navib. numer.* 122. *& seqq. & tit. de Assecurat. numer.* 309. *& seqq. Castil. decis.* 73. *num* 9. *&* 10. *lib.* 3. cum aliis per *Dominum meum Auditor. de Casaregis de Commerc. disc.* 19. *numer.* 3. quibus additur *Cepparel. resol. fiscal.* 159. *num.* 8. *&* 9. *tom.* 2. ubi quod dicti Consulatus Capitula fuerunt acceptata à Pisanis Anno 1118. & bene firmat *Zacch. de Salar. quæst.* 88. *num.* 25. *versic. verum Cost. de ration. rata quæst.* 5. *numer.* 4. *vers. sicuti merces, seu Naulum Valasc. consult.* 75. *numer.* 11. *Raynald. observat. criminal. cap.* 39. *in fine*, ubi quod Nauta pro nolito, saltem de
13 æquitate præfertur omnibus Creditoribus *tom.* 3. *Rocc. resp.* 24. *per totum tom. pr. & respons.* . , . ., *tom.* 2. *tit. de Navibus & Naul. notab.* 72. *cum seqq. & notab.* 90. *&* 91. *numer.* 234. *cum seqq.* adeoque dicta transactio, & condonatio dictarum rerum, & Nau-
14 lorum tamquam emanata super Jure certo, claro, & indubitato non sustinetur *l.* 3. *de Transact. l. Præses, & leg. causa cognita Codic. eodem. Urceol. de Transact. quæst.* 43. *per totam, & numer.* 7. ubi quod in hoc casu dicitur adesse læsionem enormissimam, & *quæst.* 94. *numer.* 27. *De Luc. de regalibus disc.* 195. *numer.* 11. *Cyriac. controvers.* 3. *numer.* 2. *controvers.* 237. *numer.* 5. *& controvers.* 350. *num.* 13. *Andreol. controvers.* 246. *numer.* 16. *& controvers.* 228. *num.* 1. *& seqq. Tarr. variar. quæst. tit.* 3. *part.* 16. *num.* 45. *tom.* 1. *Paulus. differt.* 15. *num.* 64. *&* 68. *Rot. nostra cor. Magon. decis.* 87. *per tot.*

Præcipuè quia, sicuti inverisimile est deprædatum
15 voluisse exercere liberalitatem erga suum prædatorem, ita facile est mente concipere, quod is metu majoris mali perterritus, & ad redimendas majores vexationes, prædictas res repetere in actu transactionis destiterit, ut in nostris præcisis terminis observat *Mans. consultat.* 275. *sub numer.* 32. *&* 33. *tom.* 3. & per consequens, quicquid ex præfatis causis, ac forsan suasionibus interpretum in dicto actu dedit, seu remisit, dicitur ipsum dedisse, seu remisisse, & Domi-
16 num Franciscum stipulatum esse, & recepisse ex turpi causa, & condictione ob turpem causam revocatur *l.* 3. *tit.* 2. *Codic. de condict. ob turp. Caus.* ita, ut nec quid minimum ex tali causa retinere liceat *Castrens. in l.* 1. §. 1. *num.* 4. *idem Urceol. de Transact. dict. quæst.* 43. *num.* 42. *&* 43. *cum sequentibus ac numer.* 50. 52. *&* 55. *Rota nostra coram Magon. decis.* 85. *num.* 11. *per tot.* ubi etiam quod promissio non dicitur liberatio.

Rite igitur, ac satis moderatè fuerunt condemnati Domini de Franceschis ad solutionem petiarum 743. pro naulis, & ad alias petias 160. pro rebus ad ipsum Elsajani spectantibus; quo enim ad Naula cum Cimba, seu Sayca esset plenè onerata, ut fatentur omnes Testes, & esset capacitatis Sarcinarum, seu, ut ajunt salmarum 200., ut habetur ex Instrumento Naulizationis exhibito per Dominos de Franceschis eorum *Proces. fol.* 211. redactæ ad libras 1710. pro qualibet salma componunt numerum in totum librarum 340. millia, ex quibus conficiuntur 425. Ardep-
pæ ad rationem librarum 800. pro singula Ardeppa, 17
cujus nominis meminit *Rot. coram Cerro decis.* 924. *in* §. 2. Calculatis autem dictis Ardeppis 425. non ad majorem rationem petiarum duarum cum dimidio Asnali pro Naulo cujuslibet Ardeppæ ad effectum transportandi merces è Damiata ad Athachiam, & Tripolim, ut præcisè deponunt de Annis 1711., & 1712. tres Testes Elsajani, ejus *Process. fol.* 141. 143. & 164. cum solitum iter per oram progrediatur ad milliaria Italica 550. ut ex fidibus Ductoris, & Consiliarii Triremium S. C. R. *Process. à c.* 137. sed ad mitiorem rationem unius petiæ cum tribus quartis ex octo regalibus pro singula Ardeppa, juxta præfatum Instrumentum Naulizationis cum eadem Sayca à Civitate Drepani ad Civitatem Januæ ejusdem fere itineris, clarè resultat ex calculo aritmetico præfata
summa petiarum 743. ad quam dicti de Franceschis 18
fuerunt condemnati in solidum, cum actio solidalis detur contra quemlibet ex Piratis, ut in puncto firmant *Mans. consultation.* 275. *numer.* 50. §. *Nam prima Somm.* 3. *Rot. coram Merlin. decis.* 606. *& decis.* 619. *per totum.*

Quo vero ad alias res ad ipsum deprædatum spectantes, justa pariter visa fuit condemnatio in summa petiarum 160. nam computato pretio currenti, quantitas frumenti, & orizæ, vulgo *Riso*, de quibus in dictis justificationibus Elsajani, & Apoca oneratoria, parva pecuniæ quantitas deficiens pro complemento dictarum petiarum 160. eidem visa fuit debita ex valde moderato, ac verisimili pretio rerum utensilium Cubiculi ejusdem Magistri Navis, quod
verisimile inservit pro probatione casus Legis & ve- 19
ritate, ex relatis per *Barbos. axiom.* 223. *numer.* 4. *Mans. consult.* 226. *num.* 56. *tom.* 3.

Fuerunt tamen DD. de Franceschir absoluti à damnis, & interesse prætensis ab enunciato Elsajani occasione dictæ deprædationis, prævia discussione, an dictus Capitaneus Antonius fuerit justus, vel injustus Deprædator, à qua resolutio ista dependet; nam contra injustum prædatorem omnia Jura clamant, quia constito de delicto in genere, seu de substantia deprædationis super existentia, pertinentia, seu Dominio, ac quantitate mercium in Navi one-
ratarum, non solum admittuntur leves & imperfe- 20
ctæ probationes, ex firmatis per *Rot. in dicta Melevitana Deprædationis quoad Heredes Theodori* 8. *Maji* 1711. §. *De Dominio coram Molines Decano*, & in eadem *quoad Demetrium* 22. *Februarii* 1712. *dicto disc.* 116. *numer.* 35. *&* 39. sed etiam
(nisi aliæ justificationes contrarium suadeant) sat est 21
sola earumdem mercium possessio, ut punctualiter advertunt *Farinacc. de Furt. quæst.* 176. *numer.* 19. *& sequentibus Mans. dict. consultat.* 275. *numer.* 25. *& sub numer.* 36. §. *Sed objectum tom.* 3. *Venturin. decis. Florentin.* 44. *à numer.* 12. *ad* 23. *Rot. coram Cerr. decis.* 892. *numer.* 5. *& decis.* 924. *numer. pr. & sequentibus in recent. decis.* 497. *numer.* 3. *part.* 14. *& in dicta Melevitana Deprædationis Disc.* 116.
numer. 36. ac insuper Juramentum Deprædationem 22
passi *Cardin. De Luc. de Regalibus disc.* 193. *num.* 5. *Ansald. de Commerc. d. disc.* 9. *num.* 20. *& Mans. d. consultat.* 275. *num.* 31. *tom.* 3.

Ulterius injustus Deprædator tenetur ad omnia 23
damna, & interesse etiam lucri cessantis, videlicet,

ultra

ultra pretium quo merces fuerunt emptæ, ad damna consistentia in augmento intrinseco pretii, ad cujus rationem fuissent venditæ merces in Portu, in quo exonerari debebant, & sic non solum in re, sed etiam in spe, quæ consistit in privatione, seu ablatione illius quod deprædatus fuisset habiturus, ut in nostris terminis firmant *Cardin. De Luc. de regalibus disc.* 195. *numer.* 13. *Ansald. de Commerc. disc.* 9. *in fine Venturin. decis. Florentin.* 44. *num.* 6. *Rota in dicta Melevitana Depradationis disc.* 116. *numer.* 8. *& numer.* 24. & in eadem quoad dictum Demetrium super damnis, & interesse 1. *Julii* 1715. §. *Damna coram Cardinali Scotto*, nec non etiam
24 ad interesse extrinsecum, seu lucrum cessans consistens in fructibus, qui retracti fuissent ex capitali à Mercatoribus deprædationem passis, cum tam damnum emergens, quàm lucrum cessans debeatur in casu
25 Maleficii, vel Doli, à quo non est immunis injusta deprædatio quæ sapit delictum, ex collectis per *Leotard. de Usur. quæst.* 96. *numer.* 31. *&* 32. cum aliis, in specie per *Mans. dict. consult.* 275. *sub numer.* 31. *& num.* 51. *& per Rotam in d. Melevitana Depradationis quoad Demetrium super Damnis* §. *Interesse vero, cor. Card. Scotto*.

Absque eo quod opponi valeat defectus requisitorum *Castrens. in l.* 3. *ff. de eo, quod certo loco*, juxta Decisiones *Bichii* 16. *&* 185. quia iste obstare potest, quando petitur damnum, & interesse resultans ex contractu, & ex simplici mora debitoris, ut est casus dictarum decisionum, secus quando agitur actione ex delicto ob prædam mercium destinatarum ad mercimonium in aliquo loco, causa ca-
26 prandi lucri, quo casu lucrum cessans debetur præcisive ab omnibus requisitis, sive quia illa non intrant in actione ex delicto *Lancellot. de Attentat. part.* 3. *capit.* 31. *numer.* 167. *Rota coram Bich. decis.* 125. *numer.* 2. *& sequentibus*, *& in recent. decis.* 431. *numer.* 17. *part.* 13. sive quia ablatio rei destinatæ ad lucrum captandum ratione Mercaturæ importat condemnationem, seu refectionem illius lucri, quod percipi potuisset, si dicta res ablata non foret, exemplo obligati ad investiendum in rebus fructife-
27 ris, qui præcisivè ab omnibus requisitis, semper tenetur ad reficiendos fructus ob investimentum non factum. *Rota coram Priol. decis.* 294. *numer.* 14. & per eadem ferè verba firmavit in *dicta Melevitana Depradationis quoad Demetrium super damnis*, *& interesse*, *prima Julii* 1715. §. *Non juvante cor. Cardin. Scotto*.

28 Dictaque damna, & interesse regulariter debentur à die injustæ deprædationis, non à die motæ litis, quia etiam justa credulitas, quod merces essent Turcarum, & ea mala fides, quæ non inficit primum actum deprædationis in ipsa rei apprehensione, sat est, quod superveniat in retentione, comperto postmodum, quod eædem merces essent Catholicorum *De Luca de Regalibus dict. disc.* 195. *numer.* 17. & prosequitur. *Rota in dicta Melevitana Depradationis quoad Demetrium super damnis* §. *Quæ exuberanter*, *& sequentibus*, *&* §. *Quandoquidem coram Cardin.*
29 *Scotto* facta pariter dictorum damnorum liquidatione, vel juramento in litem veritatis, vel saltem suppletorio deprædationem passi, ut bene observant *Mans. dict. consultat.* 275. *numer.* 31. *&* 52. *cum sequentibus Ansald. de Commerc. dict. discurs.* 9. *numer.* 20. 21. *&* 24. *Leotard. de Usur. quæst.* 74. *numer.* 17.
30 vel in conflictu variarum probationum, interposito arbitrio regulando à circumstantiis facti, qualitate loci, temporis, & personarum *Rota coram Cerro dicta decis.* 924. *numer.* 3. *Venturin. dict. decis. Florentin.* 44. *numer.* 7. & in *dicta Melevitana Depradationis quoad Demetrium super Damnis*, *& Interesse* 1. *Julii* 1715. §. *Transeundo*, *&* §. *Quo demum coram Cardin. Scotto*, & in eadem quoad *heredes Theodori in* §. *Quo vero coram Eodem*, ubi, tam pro damno emergenti, quam pro lucro cessante, fuerunt taxata in eorum scuta decem duntaxat pro centenario, ad mensuram capitalis liquidati, ultra condemnationem ad expensas judiciales, & extrajudiciales.

Adversus autem justum prædatorem, hoc est contra eum, cujus favore intrat bona fides, seu justa excusatio à dolo & delicto, saltem in principio, ad effectum prædam capiendi, si non ad effectum retinendi post novas superventas probationes, non fit condemnatio ad damna & Interesse, ut supra probatum est, sed solum fieri debet ad id, quod deprædator ultra pretium rerum deprædatarum, si venditæ fuerint, 31
factus est locupletior ad *text. in l. utrum autem* 26. *l. sed etsi*, *& l.* 28. §. *Consuluit ff. de pet. hæredit.* cum aliis relatis per Rotam nostram in dicta *Liburnen. Prædæ Navis* supra relata *disc.* 212. §. *Censuimus num.* 53. *&* §. *Nec relevat num.* 74.

Quodque dictus Dom. Capitaneus de Franceschis ex- 32
cusandus sit à dolo, & delicto, justamque habuerit causam faciendi prædam, de qua agitur, colligitur ex pluribus circumstantiis, tam ante, quam post illam concurrentibus; ante, quia Sayca efformata erat more Turcico, procedebat à Regione Turcis subdita, & ad aliam eorumdem migrabat, nec non ante illius sub- 33
jugationem elevavit vexillum more Turcarum confectum, ut deponunt tres Testes ad instantiam DD. de Franceschis examinati super 12. 15. & 16. cum quibus videtur concordare primus Testis examinatus ad instantiam alterius Mercatoris super hac eadem Sayca super 14. cum sequentibus; Navis enim instructa Vexil- 34
lo inimici præsumitur illius, quem denotat Vexillum *l. stigmata C. de Fabric. lib.* 11. *Bald. in Auth. dos data C. de Donat. ante Nupt. Surd. cons.* 61. *num.* 28. *&* 29. *Jason. consil.* 170. *numer.* 2. *libr.* 2. *Mascard. de Probat. concl.* 160. *num.* 1. *& conclus.* 5052. *Strac. de Mercat. part.* 2. *num.* 72. *& de Naut. part.* 3. *num.* 23. *Gratian. discept.* 100. *num.* 5. *&* 6. *Afflict. decis.* 23. *numer.* 3. *&* 4. *Rot. Januen. decis.* 201. *numer.* 2. *&* 3. & in præcisis terminis eximendi à damnis, & interesse prædatorem Navis utentis tali vexillo *Cardin. de Luc. de Regal. dict. disc.* 195. *numer.* 13. *&* 20. *Rota nostra in dicta Liburnen. Prædæ Navis* §. *Censuimus cum sequent.*

Non obstat, quod vexillum sit signum æquivocum, 35
& non certum, ut observat *Mans. consult.* 275. *num.* 29. *tom.* 3. quodque illius variatio hodie fiat ad opportunitatem, vel ad evitandas molestias, vel ad procu- 36
randum benevolum receptorem, ut ait *Rota in d. Melevitana Depradationis quoad Demetrium dicto Disc.* 116. *num.* 31. *Venturin. decis. Florent.* 44. *numer.* 35. quia ultra quod Græci Christiani subditi Imperio Otto- 37
mannico non indigent Vexillo Turcarum, seu confecto more Turcico, nec illud unquam deferre solent, ut à periculis eripiantur, cum Turcæ Christianis subditis molestias non inferant, quamvis insigniis Beatissimæ Virginis, vel alicujus Sancti in earum navigationibus mercimonii causa tutis utantur, ut ex pluribus attestationibus Equitum Sancti Stephani, testatur *Rota Nostra in d. Liburnen. Prædæ Navis supra disc.* 212. §. *Nec obstat vexillum vers. fuit enim responsum*; Semper erit verum dicere, quod dicti vexilli gestatio præbeat saltem bonam fidem, & justam excusationem à principio, dum 38
aspicientibus tale vexillum justa præsumptio occurrit dictam Navim tamquam inimicam insequendi, subjugandi, & retinendi, donec contrarium concludenter doceatur, ut admitti *eadem Rota in d. Melevitana Depradationis quoad Demetrium supra disc.* 116. *numer.* 32. in qua ideo fuerunt prædatores condemnati ad dam- 39
na, & interesse, quia fuerunt in mala fide & dolo, dum in actu deprædationis constitit plures adfuisse Testium depositiones, res deprædatas esse Demetrii Catholici, ut in §. *Nihil relevante*, *&* §. *Prima namque cum seqq. d. Disc.* 116. & tamen eas restituere denegarunt, quæ depositiones in præsenti non concurrunt, adeoque bona fides ex dicta Vexilli gestatione exorta, 40
nec statim sublata per contraria documenta, sat est etiam ad effectum excusandi à damnis, & interesse in puncto *Card. De Luc. de Regalib. disc.* 195. *num.* 13. *&* 20. *& Rota Nostra in dict. Liburnen. Prædæ Navis* §. *Ad præsumptiones numer.* 52. *&* §. *Sequenti numer.* 53.

Neque refragatur, quod præfati Testes examinati ad 41
instantiam dictorum DD. de Franceschis non sint attendendi, eo quia illis inserviebant, & participabant de præda *Venturin. dict. decis. Florentin.* 44. *sub num.* 33. §. *Nam primo*; quodque contra eos militent depo-
sitiones

sitiones aliorum Testium formiter examinatorum ad instantiam alterius Mercatoris Christiani super hac eadem Vexilli delatione: quoniam, quoad hoc aliud testium examen, respondetur eos inter se nullatenus concordare, adeoque non posse super eorum depositionibus fieri aliquod fundamentum, quo vero ad eos examinatos ad instantiam dictorum DD. de Franceschis constanter dicitur, quod nullo modo justificatur dictos Testes participasse de Præda, neque tempore depositionis fuisse actu famulos, seu inservientes eisdem de Franceschis, & tamen quando etiam dicti Testes aliquos defectus paterentur, adhuc essent
42 attendendi, quia cum agatur de re gesta in medio Maris, de qua per alios constare non potest, etiam testes minus idonei, nempe infames, domestici, & interessati recipiuntur *l. quoties C. Naufrag. lib. 11. cap. veniens* de Testibus *Farinacc. eodem tract. quæst. 55. numer. 35. & quæst. 62. numer.* 50. & de pœnis *quæst. 24. numer.* 222. *Ansald. de Commerc. disc. 9. numer.* 20. *Boer. decis. 56. numer. 6. Rot. coram Merlin. decis. 606. num. 27. coram Cerr. decis. 865. numer. 2. & 3. & decis. 892. numer. 3. cum seqq. coram Eodem, in recent. decis. 246. num. 27. part. 6. decis. 195. num. 4. part. 8. & decis. 309. num. 7. part. 10. Et in dicta Melevit. Depradat. quoad Demetrium Disc. 116. num. 28.*

Post Saycæ subjectionem, ad excusationem Dom. Capitanei de Franceschis, succedit, quod in dicta Sayca aderant tres Turcæ, & plures merces Turcarum, ut est in confesso inter Partes, quod iidem deposuerunt Saycam spectare pro duabus ex tribus partibus ad Amet Turcam, quemadmodum hoc ab initio veritati nitebatur, ut declarat etiam in sua depositione Reverendissimus Patriarcha Alexandrinus, qui, licet asserat Elsajanum tunc temporis verè emisse alias duas tertias partes illius, adhuc ingenuè addit, quod de hoc is nullam habebat probationem, quam novissimè dumtaxat exhibuit, mediante Instrumento emptionis, quodque demum in eadem Sayca adinventa fuit quædam cartula, seu Apoca oneratoria, in qua merces in ea invectæ caractere Turcico, seu Arabo fuerunt adnotatæ, ita ut in Regione Infidelibus subjecta & in medio Maris, non poterat Capitaneus de Franceschis faciliter scire contrarium eorum, quæ in illo actu apparebant, nec inquirere veritatem ex dicta Apoca oneratoria, quinimmò exercens artem piraticam non tenetur esse peritus Jurisconsultus, atque cum Juris subtilitatibus se Judicem constituere, & hujusmodi exactas diligentias adhibe-
43 re ex Apocis oneratoriis, ut in puncto ad effectum excusationis à damnis, & interesse observat *De Luc. de Regalib. dict. disc. 195. numer. 16.* proindeque ex his omnibus, præcipuè simul junctis, satis dicitur
44 dictum Capitaneum Franceschi bonam fidem ab initio habitam, usque ad superventas novas justificationes retinuisse, ex traditis in his terminis per Rotam nostram in dicta *Liburnen. Crada Navis Disc. 212. §. Ad præsumptiones, §. Nec refragatur, & §. Nec relevat*, ubi quod bona fides in his circumstantiis sufficit absque titulo, qui etiam dicitur justus adesse,
45 quoties agitur de acquirendis bonis inimicorum, seu Turcarum, quibus à Christianis bellum censetur perpetuo indictum. *Lucas de Penna in l. unica C. de Grass. libr. 11. Alciat. in l. Hostes ff. de verbor. significat. Spad. consil. 8. num. 1. & 2. vers. potest lib. 1. de Pont. de Potest. Proreg. tit. 11. de Trirem. numer. 1. Calvin. de Æquitat. capit. 121. num. 32. & 33. Lanar. consil. 84. numer. 4. Cabal. resolut. Crimin. cas. 140. & Cas. 223. numer. 4. Caren. resolut. 1. numer. 10. Ansald. de Commerc. dict. disc. 9. num. 5. & num. 7. Venturin. dict. decis. Florent. 44. num. 9. & 10.*

Excluso ex prædictis dolo, ac delicto in Capitaneo de Franceschis, penitus cessabat quodlibet prætensum interesse, etiam lucri cessantis, tum quia Sayca statim exhibitis documentis necessariis fuit restituta, ea-
46 que mediante dictus Elsajani alia maritima itinera peregit, quo stante non potest ratione alicujus impedimenti Navigationis aliquid petere pro eo, quod sua interest, ut firmat *Leotard. de Usur. dict. quæst. 74. numer. 38. in fine*. tum quia non constitit, parvam frumenti, & Orizæ quantitatem in Sayca existentem, & ad ipsum spectantem, fuisse potius sibi retentam causa mercimonii faciendi, quam erogandi in sui & Nautarum alimoniam, tum etiam quia, neque ex pretio suarum rerum amplius non extantium, neque ex naulis eidem non solutis, debiti sunt aliqui fru-
ctus, cum ex Credito pecuniario illi non debeantur 47
l. usura ff. de verber. significat. Gratian. discept. 823. numer. 14. nisi ultra moram Magister Navis vectoriæ probet (quæ probatio hic deficit) se solitum esse negociare, & pecuniam erogare in mercimonia, quodque
juxta mitiorem opinionem ejus lucrum sit saltem ve- 48
risimile, & à communiter accidentibus concludatur *Angel. in l. continuus §. Non ita ff. de verbor. obligat.* qui testatur, hoc ad praxim redegisse Florentiæ *Altograd. consil. 21. numer. 58. libr. 1. Leotard. de Usur. quæst. 74. numer. 35. ad 43.* ubi de Mercatura vigente in hac eadem Civitate, & in ea Senatum de *Commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. & numer. 225. Rosa consultat. 48. numer. 55. Bonden. collect. 14. in spec. 2. numer. 41. tom. 1. Saminiat. controv. 144. numer. 14. & 15. & controv. 185. num. 29. Ansald. de Commerc. disc. 65. numer. 77. Mans. consult. 58. num. 1. & 2. tom. 1. Rot. Janua decis. 139. num. 9. Martinod. decis. Senen. 14. numer. 22. Balduc. tit. de Dote decis. 18. numer. 39. decis. 111. num. 18.* penes *Palm. Nep. vol.* 2. & Rota Nostra coram *Magon. dec. 103. n. 39.* omissa opinione magis rigorosa exigen-
te lucrum certum in potentia proxima etiam in Merca- 49
turam exercente, de qua idem *Scacc. de Commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. 8. numer. 224. Posthum. resolut. 115. numer. 16. & seqq. Cyriac. controv. 526. numer. 35. Bonden. collectat. 634. numer. 5. Gob. consultat. decis. 32. num. 48. libr. 1. Rot. coram Cels. decis. 277. numer. 6. & 7. & coram Bich. decis. 16. numer. 10. cum seqq.* repetit. post *Merlin. de Pignor. decis. 39. num. 1.*

Et demum difficultas removetur in universum, quia defecit etiam mora, cum enim creditum pecuniarium dictarum rerum propriarum, & naulorum esset ante sententiam illiquidum, donec, & quousque illius quantitas ministerio Judicis liquida fieret, justam dicebantur DD. de Franceschis habere causam litigan-
di, per quam excluditur mora, & per consequens 50
omne prætensum interesse, quod sine ea consequi non valet, ad *text. in l. qui Romæ §. Eugenius, ubi Bart. Castrens. & alii ff. de verbor. significat. l. si quis solutioni 24. ff. de Usur. Bald. in l. acceptam numer. 20. C. de Usur. Zacch. de Salar.*
quæst. 47. numer. 20. ubi quod etiam si aliqua pars 51
liquida esset, propter illiquidam non operatur, ut constituatur in mora, & *numer.* 20. *Leotard. de Usur. quæst. 84. numer. 1. & seqq. Staiban de Interess. lib. 1. quæst. 19. numer. 15. & 16. Gob. consultat. 14. numer. 75. & seqq. libr. 1. Mans. consultat. 58. numer. 51. & seqq. Gratian. disceptat. 42. numer. 42. Surd. decis. 179. numer. 13. Sperel. decis. 40. numer. 62. & seqq. Rot. Lucen. coram Magon. decis. 69. numer. 31. coram Cerr. decis. 109. numer. 16. & decis. 177. numer. 3. & 4.* ubi de plus debito petente, quod maximè congruit speciei nostræ, in qua tam ingentem summam damnorum, quæ ei non debebantur dictus Elsajani petierat, &
est plena Decisio in *Romana Cambiorum coram Mu-* 52
tu inter recollectas per *Palm. Nepot. decis. 372. per tot. tom. 4.*

Et ita utraque, &c.

Jo: Bonaventura Neri Badia Rotæ Auditor,
Octavius Vasoli Piccinini Rotæ Auditor,
Manilius Urbani Rot. Audit. & Relat.

ARGUMENTUM.

Navis Capitanei Catholici, & Catholicorum arma, merces, & alia omnia in Navi existentia justè, & legitimè prædari non possunt, etiamsi aliqui ex Turba Nautica Turcæ, vel subditi Turcarum essent, & merces ad Turcas pertinerent,

Domi-

Dominium Navis; cui spectet, & quomodo probari possit.

Merces Turcarum, Hebræorum, aliorumque Infidelium an de Jure semper prædari possint; & quid dicendum de illis Græcorum Schismaticorum: ubi data opera de diversis speciebus Schismatis mirabiliter differitur, reprobatis, seu ad veram intelligentiam redactis Auctorit. *Verricell. de Mission. Apostol. Titul. 5. quæst. 215. numer. 7. Cardin. de Luc. de Regal. disc. 170. per tot. & Rota Nostra in Liburnen.* *Deprædat. 14. Septembr.* 1716. habita proximè supra *Disc.* 213.

Referuntur, & interpretantur juxta mentem piissimam R. C. COSMI III. Felicissimæ Recordationis, & JOANNIS GASTONIS I. Epistol. Diei 15. Octobr. Ann. 1720. directa Ministro Residenti pro Sua R. C. in Insula Melevitana, & Instructio generalis diei 4. Julii Ann. 1732. data ab eodem Ministro Militantibus sub Auspiciis Magni Ducis Hetruriæ.

Prædator litteris Patentibus, & vexillo Regiæ Celsitudinis Magni Ducis Hetruriæ munitus, quam potestatem habeat super suos Milites, & Piratas; an dare possit inimicis fidem, & promissionem securitatis; an Promissiones hujusmodi, & Salvi Conductus à Ministro Principis, etiam sine facultate, concessi validi sint, Navique opitulentur pro sua assecuratione, mercium, aliarumque rerum: adeò ut contrafaciens effectus illicitus, violentus, & spoliativus deprædator teneatur ad restitutionem rerum omnium Deprædatarum, Damnorum, & Interesse.

S U M M A R I U M.

1 *Præda Navis non sustinetur ex simplici, & non probata assertione deprædatoris.*

2 *Catholicorum Navis eorumque merces, arma, &c. prædari nequeunt.*

Etiamsi subditi Turcarum essent, & aliqua merces ad Turcas spectarent, num. 3.

4 Consulatus Maris dispositio capit. 273. *explicatur.*

5 *Instrumentum emptionis Navis certam & indubitatam Dominii probationem facit.*

6 *Factum & confessio prædatoris prævalet cuicumque probationi in contrarium.*

7 *Litteræ Patentes, & ipsa præsumptionem faciunt emptionis, & Dominii Navis.*

8 *Testis unicus deponens favore prædatoris de jure non probat, si sit inductus dum retinetur sub ejus potestate, & num.* 11.

9 *Transactio facta per vim, & metu prædatoris nullius est roboris.*

10 *Prædator concludenter probare tenetur Schisma eorum, quos deprædatus est.*

12 *Merces Græcorum Schismaticorum de jure prædari non possunt.*

Et ita decisum pluries Romæ, & Florentiæ.

Et de ratione num. 13.

14 *Schisma aliud formale, & voluntarium, aliud materiale, & coactum.*

15 *Ecclesia Græcos Schismaticos tolerat, & compatitur ut suavius ad Ovile reducat; Non autem Turcas & Infideles: & de ratione, ibidem.*

16 *Rejiciuntur in materia Schismatis Authoritates* Verricell. de Mission. Apostol. tit. 5. quæst. 215. numer. 7. Cardin. de Luc. de Regal. Disc. 170. *Et Rot. Nostr. in* Liburnen. Deprædat. *supra relat.* Disc. 213. §. Et ratio est, numer. 10.

17 *Græci Schismatici an sint omnes Hæretici, & in quibus Schisma, & Hæresis distinguantur.*

18 *Bona, & merces Græcorum Schismaticorum, sicut Anglorum, & Germanorum, qui Hæretici non sint deprædationi non subjacent.*

19 *Amplia, etiamsi tales Græci subditi sint Turcis.*

20 *Contrarium sentiendum de Bonis Hebræorum, & de ratione, ibid. & num.* 26.

21 *Expressio* Infidelis *in Litteris Patentibus R. C. Magni D. Hetruriæ Græcos Schismaticos non comprehendit, & de ratione ibid.*

22 *Prædator Regiæ Celsitud. Magni Ducis Hetruriæ vexillo instructus, jus non habet deprædandi Naves, & merces Græcorum, vel sint Catholici, vel sint Schismatici.*

Quia Naves, & merces Amicorum nostrorum reputantur num. 24.

23 *Merces Inimicorum de jure legitimè deprædantur, quamvis à Navi amica asportentur.*

Et sic in praxi, & de consuetudine servatur, numer. 27.

25 *Dictio* quamvis *de sui natura ampliativa est.*

28 *Religio Jerosolymitana in materia navigationis contra Infideles tamquam magistra, & regulatrix veneratur.*

29 *Princeps concedendo aliquibus Commeatus, vulgo* Passaporti, *non intelligitur auferre aliis Privilegia diverso titulo competentia, & de ratione, ibid.*

30 *Parificatio ad unum effectum, ad alterum extendi non debet; Maximè obstante manifesta, & palpabili diversitate rationis: aliud enim est negare Gratiam, & Commeatum, aliud verò dispositivè deprædationi subjicere, num.* 31.

32 *Verba, quamvis generalia, regulanda, & restringenda sunt ad subjectam materiam.*

33 *Dispositio adversativa de sui natura repetit terminos dispositionis, cui opponitur.*

34 *Casus in Diplomate non expressi tamquam omissi, & indecisi remanent sub dispositione Juris.*

35 *A voluntate Principis, directa ad protegendum, vel nonnullos suis Diplomatibus, pendet declaratio justæ, vel injustæ deprædationis.*

36 *Determinatio respiciens plura determinabilia omnia debet æqualiter determinare.*

37 *Verba eadem æqualem, ac determinatam semper retinere debent significationem.*

38 *Causæ, & Tituli denuo excogitati ad legitimitatem prædæ inducendam, reprobatis antecedentibus, calumniæ speciem præseferunt.*

39 *Sacrorum Canonum ratio prohibens asportationem victualium ad Turcas, non applicatur Commercio Græcorum Catholicorum, vel Schismaticorum Orientalium per Regiones Turcis subjectas; & de ratione ibid.*

40 *Vexillum Turcicum non inarboratum tempore deprædationis, prædatoribus jus non suppeditat licitè aliorum bona diripiendi.*

41 *Prædator dici nequit verè à portu discessisse, dum à portu solvit animo statim redeundi.*

Et sic tamquam non discedens reputari debet, maximè discedens momentaneè, malitiosè, & in fraudem num. 44.

42 *Præsumptio est, in dubio, contra violentum deprædatorem.*

43 *Eo magis in circumstantia facti fraudem, & malum prædatoris animum ostendentis.*

45 *Possessionem dimisisse non dicitur qui rem dolo desiit possidere.*

46 *Navis prædari nequit loco, & tempore onerationis contra fidem datam à Prædatore.*

47 *Navigatio per mare Adriaticum permissa in necessariam consequentiam venit permissio usus suorum Portuum.*

48 *Ex permissione expressa adeundi aliquem locum, tacita permissio resultat redeundi.*

49 *Pactum virtualiter, & tacitè continet totum id, quod necessaria requiritur ad hoc, ut expressè conventa, effectum sortiantur.*

50 *Fides promissa etiam hostibus, Perfidis, & Hæreticis de Jure Divino, Gentium, & Civili servanda est.*

51 *Fidei servandæ obligatio in rebus licitis, & honestis*

nestis fundatur in justitia, fidelitate, & veritate,

52 *Dolo fallere hostem laudabile est, & dolus bonus dicitur; fidem autem ei datam frangere non minus justitiam, & veritatem, quam ipsum hostem offendit.*

53 *Refutatur* Caballus Resolut. Crim. cas. 221. numer. 40. & seqq.

54 *Fides, & securitas per privatum Bannito promissa ab eodem impunè frangi nequit secundum veriorem,*

55 *Salvus Conductus à Principe, vel à Ministro jurisdictionem habente Bannito concessus violari nequit.*

56 *Salvus Conductus, & Commeatus,* idest Passaporto *concessus Navigantibus, Navi, & mercibus prada subjectis inviolabiliter servari debet;*

Etiamsi à predatore, & contra dispositionem legum concedatur, validus est; Ex vigore ipsius salvi conductus, predator concedens, & rapiens tenetur ad restitutionem depradatorum, numer. 59.

57 *Predator super Navim, & suam militiam Patentibus Litteris, & Vexillo alicujus Principis maria discurrens, eamdem habet potestatem aconomicam, & jurisdictionalem qualem habet Dux Bellica Classis, vel Militia terrestris.*

58 *Dux Bellica Classis inducias concedere potest, non autem pacisci super statu Belli, & de ratione, ibidem.*

Florentin. Pratensa Prada,

Diei 4. Octobr. 1733.

E T

DISCURSUS CCXIV.

SI è creduto, che la Preda del Sambecchino controverso, e del suo Carico non possa sostenersi, perchè avendo il Capitano Corsaro Francesco di Giovanni nella sua Comparsa de' 27. Maggio 1733. avanti al Ministro di V. A. R. in Malta, per giustificare la suddetta Presa, allegate due ragioni con queste formali parole.

„ *M'indussi à depredare detto Sambecchino a motivo non solamente, perchè li Greci del suo Equipaggio, come la maggior parte sono abitanti nell' Isola di Patmos, e come tali Schismatici, la Patente, e Bandiera, colla quale io corseggiava, mi dà il diritto di legittimamente depredarli; ma anco, perchè le Mercanzie caricate sopra detta Sambecchino sono appartenenti a' Turchi, e come tali soggette alla Depredazione, non essendo verisimile, che gente di detta Isola di Patmos potesse aver di proprio il Riso, Lino, Telerie, Bordati, alcune Coffe, e Ballette Caffè, di che era carico il Sambecchino.* „

Niuna di queste due ragioni è bastante a legittimare, e sostenere la Preda nè del Sambecchino, nè del suo carico; Imperocchè tralasciando di confutar la seconda, cioè, che le Mercanzie appartengano a' Turchi, giacchè costa dal deposto di tutti i Testimonj, che le Mercanzie spettano alle Persone dell' Equipaggio, fralle quali non era alcun Turco, ed all'incontro il Corsaro non ha dedotta alcuna prova, da cui ri-
1 sulti la verità della sua asserzione; il che solo basta per dichiarare, che la Preda per questo capo non si sostenga, come in punto il *Venturin. decis. Florent. 44. n. 26. §. Nam hoc cum seqq. Rot. decis. 480. num. 3. vers. Fuit responsum part. 3. rec.*

In quanto alla prima; Il supposto, che le Persone fossero Greci Scismatici, non è in parte vero di fatto, e per quella parte, che potesse esser vero, non sussiste, che la Patente, e Bandiera desse al Capitano il diritto di depredare, attese specialmente le circostanze del caso, di che si tratta.

Non è in parte vero di fatto il detto supposto, perchè dalla confessione del medesimo Corsaro, e dal deposto de' Testimonj, ad istanza sua esaminati a Malta, si raccoglie, che Demetrio Licudi Capitano del Sambecchino è Cattolico dell'Isola del Xante, e Suddito della Repubblica di Venezia, come un suo Fratello, e due Marinari, uno de' quali è di Napoli, e l'altro oriundo Francese; onde sendo questi Cattolici, non po- 2
teva, nè doveva predarsi il Sambecchino, e 'l suo Armamento, che era di proprietà del Capitano, nè le robe spettanti a lui, ed agli altri tre del suo Equipaggio per il *Testo expresso nel capit. Excommunicationi. de Raptor.* „ivi„ *Excommunicationi subdantur,* „ *qui Romanos, aut alios Christianos pro negociatione,* „ *vel aliis honestis causis Navigio vectos capere, aut* „ *rebus suis expoliare prasumunt,* „ e allegati i Concordanti la *Ruota Nostra in Liburnen. Depradationis 14. Septembr.* 1716. supra relata *Disc.* 213. §. *Constito namque sub num.* 3.

Anco quando fossero stati sudditi del Turco, ed il 3
Carico, e l'Equipaggio fosse stato in parte composto di Turchi, e di Mercanzie appartenenti a' Turchi, come per la prima proposizione son pieni i Motivi della nostra Ruota nella famosa *Liburnen. Prada 22. Junii 1668. supra Disc.* 212. in cui rispetto a' danni solamente scissero gli Auditori Maggi, e Bologna dal Voto dell' Auditore Fatsetti, riportato al *Disc.* 211. e più modernamente nella detta *Liburnen. Depradationis 14. Settembre* 1617. specialmente al detto §. *Constito* avanti l' *Auditore Urbani*; E per la seconda 4
proposizione è chiaro il *Consolato del Mare al cap.* 273. riferito a quest' effetto dall' *Auditore Casaregi* dopo *il primo Tom. de Commerc. Grot. de Jur. Belli, & Pacis lib. 3. capit. 6. §. 6. numer. 5. & 6. & §. 26. numer. 26.* „ivi„ *Quæ vero res hostium non* „ *sunt; etsi apud hostes reperiantur, capientium non* „ *fiunt: id enim, ut jam anteà diximus, nec naturali Juri congruit, nec Jure Gentium introductum est* „ *Galea fralle Collette dal Balduec. decis. 4. numer. 14. tit. 3. de Assecurat. Rot. Roman. decis. 1303. numer. 16. avanti Molines.*

Li difensori del Capitano Corsaro hanno preteso, che il Sambecchino fosse non di Licudi Cattolico, ma di Costantin Sacchetta Greco Scismatico; ma tutti i Testimonj esaminati ad istanza del Corsaro depongono concordemente, che otto, o dieci Mesi avanti alla Depredazione Costantin Sacchetta lo vendette a Demetrio Licudi, il quale in oltre ha verificato il deposto de' Testimonj in questa parte, e la verità della compra, coll'esibizione della copia autentica del pubblico Istrumento celebrato avanti al Cancelliere del Consolato di Francia in Cipro il di 27. 5
Ottobre 1732. il qual recapito rimuove ogni dubbio, e fa una provanza certa, ed indubitata *l. cum precibus Cod. de probat. l. desiderium Cod. deposit. Mascard. de Probat. vol. 2. conclus. 906. Pax Jordan. lib. 14. tit. 20. num. 237. Gratian. cap. 796. num. 1. Rot. decis. 274. num. 1. part. 9. recent.*

Si aggiugne il fatto del medesimo Corsaro, il quale ha riconosciuto per Capitano del Sambecchino Demetrio Licudi, scrivendogli, ed invitandolo come Capitano a portarsi a Bordo del suo Vascello senza sospetto, e facendogli, come a Capitano, il Biglietto di sicurezza, del quale si parlerà in appresso; onde la pretensione inculcata da' Difensori del Corsaro, che 6
Costantin Sacchetta fosse il vero Capitano del Sambecchino, ha contro di se il fatto, e la confessione del Corsaro, che prevale à qualunque sorta di provanza, in questi termini la *Rota Rom. nella Melevitana Depradationis appresso l' Audit. Casaregi disc. 116. num. 11. & num. 37.*

Conferisce anco al fine di provare, che il Sambecchino sia di proprietà di Demetrio Licudi la Patente di Venezia ritrovata appresso di lui, ed esibita in Malta dal Corsaro, nella quale si enuncia, che il Sambecchino doveva capitanarsi da Demetrio Licudi sotto la Bandiera della Repubblica, e sebbene la detta Patente apparisce spedita ne' 5. Luglio 1731., e così quindeci Mesi avanti, che Demetrio Licudi comprasse il Sambecchino, non essendoci stata portata alcuna Legge, o Marittima Ordinanza, per cui venga disposto, che non possano prendersi le Patenti, avanti si faccia 7
acquisto del Bastimento, abbiamo creduto, che la spedizione della Patente conferisca ancor' essa a provare,

che

che Demetrio Licudi abbia dipoi fatta la compra del Sambecchino; poichè non potendosi credere, che procurasse, non senza spesa la Patente con animo di non servirsene, e non costando, che egli abbia avuto altro Bastimento, dee presumersi, che abbia dipoi acquistato il controverso, per usar la Patente, che aveva precedentemente spedita, coll'argomento del *Testo nella leg. pr. §. primo ff. si Ususfruct. petat. leg. 3. §. Qui habet ff. de Sentent.* Rot. dopo il *De Luc. de Jurisdict. tom. 3. decis. 4. n. 2. decis. 8. n. 5.*

A fronte di queste provanze non possono attendersi alcuni indizj in contrario, che i Difensori del Corsaro hanno rilevato dal deposto de' Testimonj, cioè; Che Demetrio Licudi deponga aver comprato il Sambecchino in Agosto, quando dall'Istrumento apparisce comprato in Ottobre; Che egli asserisca, che il prezzo fu di Piastre 5150. e di averlo pagato: e Costantin Sacchetta deponga, che il prezzo fu di 5650. e che ne fu pagata una sola parte; Che Demetrio Licudi fosse Uomo di poco avere, ed all'incontro il Sacchetta Uomo facoltoso, onde fosse molto inverisimile, che il primo avesse comprato, ed il secondo venduto lo Sambecchino.

Poichè sta bene insieme, che la compra seguisse verbalmente, ed in parola in Agosto, e che poi in Cipro se ne celebrasse l'Istrumento in Ottobre, come ne danno anco riscontro le parole dell'Istrumento medesimo, in cui Sacchetta disse, e dichiarò „ *aver venduto, e „ ceduto.* „ In quanto alla contrarietà del deposto del Sacchetta a quello del Licudi sendo il primo venditore, depone a proprio vantaggio, che il prezzo fu maggiore, e che non era stato in tutto pagato, e così non è attendibile in verun modo, tanto piu che il deposto contrario del Licudi, è conforme al tenore dell'Istrumento, da cui apparisce, che il prezzo fu in verità di Piastre 5150. e che fu tutto pagato al venditore,

Della supposta povertà del Licudi, e delle facoltà del Sacchetta depone solamente un Testimonio, che di ragione non prova, tanto meno, che è indotto dal Cor-
8 saro, ed esaminato in tempo, che egli era nelle sue forze, come in termini di più Testimonj Greci deponenti a favore del Predatore il *Venturin. decis. Flor. 44. num. 34. vers. caterum*, e la *Ruota Romana decis. 19. sub numer. 8. §. Nec obstat coram Caprar*, e
9 per il fine piu duro di annullare una transazione fatta da' Greci depredati, per il motivo della forza, e del timore *Mans. consult. 275. num. 33. e 34. e la Nostra Ruota in Liburn. Depradationis 14. Septembris 1716. d. disc. 213. §. Pracipuè quia* oltre di che lo stesso Testimonio, dal di cui deposto vuol' eludersi la provanza, che Demetrio Licudi comprasse il Sambecchino dal Sacchetta, conferma costantemente questa verità.

In quella parte poi, in cui potesse esser vero il supposto, cioè, che il Carico quasi in tutto spettasse a' Greci Scismatici, non sussiste, che per questo il Corsaro abbia avuto il preteso diritto di depredarlo, attese specialmente le circostanze del caso nostro, o si riguardi la disposizione di ragione, o si consideri la Patente, e la Bandiera di V. A. R. per cui pretende il Corsaro di legittimar la Preda delle Mercanzie spettanti a i Greci Scismatici.

La qualità di Scismatico ne' Greci, a' quali spet-
10 tano le Mercanzie, che dee provarsi concludentemente dal Corsaro, che l'allega, come in termini la *Ruota Rom. decis. 480. num. 3. part. 3. rec.* si deduce dal Verbale fatto a Malta, in cui per il deposto di alcuni di detti Greci apparisce, che nell'Isola di Patmos, di cui è la più parte dell'Equipaggio, e in Lero, e in Rodi, di dove sono alcuni altri pochi, i Vescovi sono eletti dal Patriarca di Costantinopoli, il quale è riconosciuto per Superiore nello Spirituale.

Ciocchè sia, se debba deferirsi a un tal deposto, come fatto ad istanza del Corsaro in tempo, che i
11 Testimonj erano nelle sue forze, come lo sono stati finchè non furono messi in libertà in Livorno, per quello ne dice il *Venturin. decis. Florent. 44. num. 34.* „ ivi „ *Caterum dato, non tamen concesso, quod pro„ bata dici posset asserta dictorum Gracorum confes„ sio, adhuc tamen in illa fundamentum ad favo„ rem dicti Capitanei constitui non posse, quando„ quidem cum dicti Graci per eum capti, & pro„ pria libertate privati sub potestate dicti Capitanei „ essent constituti, si quid fassi fuissent, vel dixissent „ in eorum prajudicium, id dixisse, & fassi fuisse „ prasumerentur metu, & per minas in similibus fie„ ri solitas* „ con cui concorda la *Ruota di Roma decis. 19. sub num. 8. §. Nec obstat avanti Caprara.*

Ciocchè sia (dico) della verità di tal deposto, ed
ammesso, che perciò sia provato lo Scisma ne' Pro- 12
7 ter metalla, quæ è terræ visceribus eruuntur, omnium pretiosius est aurum; licet n. igne liquefieri, & malleo tundi possit, nunquam tamen minuitur, licet ab omni labe expurgetur, & propterea perfectius avadit, ut ex *Plin.* tradit *dict. Auctor Parisien. incerti nominis de mutat. monet. quæst. ult. num. 40. §. De non tamen, vers. primus inter, tractat. divers. de monet.* est adeo ductile, ut in folia, & in fila, quasi in immensum extendatur *Ant. le Grand. institut. philosoph. part. 6. art. 8. de metal. & mineralib. num. 9.* fulget tamquam Sol, & ad instar Solis, omnia, quæ sub Sole sunt, ad se rapit; unde non mirum, si homines ipsi ab eo rapiuntur, & certatim illud emere contentur; affluentia enim emptorum pretium auget, deficientia minuit. *Peri il Negoziante part. 2. cap. 19. §. E per risolvere, De Luc. de Camb. sum. num. 27.* eumdemque prorsus effectum operatur auri copia, aut penuria, quoniam a fodinis non extrahitur æqualis quantitas metallorum, sed minus auri, quam argenti, minus argenti, quam æris, & minus æris, quam ferri; unde inæquales extractiones tam respective, quam inter se, æqualem proportionem cum pretio servare non possunt *Gaspar Thesaur. de augm. monet. cap. 1. n. 26. vers. prima est.* Ulterius sæpe accidit, quod in eadem Provincia deficiat variis de causis modo aurum, modo argentum, adeo ut eorum pretia notabiliter alterentur, & pristinam proportionem servare non valeant. *Ant. Fab. de var. nummar. debitor. solut. cap. 1. vers. ad primam, à car. 742. & à car. 743. Scac. de Commerc. §. 1. quæst. 4. num. 28. vers. fin. & quæst. 5. num. 65.*

8 Alteram causam d. incrementi elicere conatur Bernardus Davanzati, ex deteriorisatione monetæ argenteæ, ut in *lect. monet. à car. 153.* verum ejus opinioni non ita facile adhærendum, quia monetæ argenteæ, de quibus loquitur, perfectæ bonitatis in materia, & pondere semper fuerunt, ut colligitur ex *legib. 4. Augusti 1531. 9. Martii 1534. 10. Junii 1552.* & clarius ex lege 30. *Aprilis* 1676. per quam ad impediendam extractionem monetæ argenteæ fuerunt aliquantulum in pondere diminutæ, & nihilominus „ *tali nuove monete da battersi, si stimava, dovessero esser gradite ancho* „ *negli Stati vicini per avere il loro intrinseco valore* „ *rispetto alla valuta dell' Argento* „ unde vera causa fuit, quod ex minori auri copia, & ex majori emptorum affluentia auri pretium excrevit; quod evidenter ostenditur, quia tempore Romani Imperii sub Constantino, proportio argenti ad aurum erat quartodecupla, sc. tamquam 1. ad 14. quia solidi aurei 72. reales, & effectivi libram auri pendebant *l. quotiescumque 5. C. de susceptorib. lib. 10. Gloss. in l. si sine 25. ff. de in jus. vocan. & in rubr. C. de veter. numism. potest. lib. 11.* quinque ex dd. solidis libræ argenti ad pondus æquivalebant per *text. in l. unic. C. de argent. pret. quod thesaur. infert. lib. 10.* & ibi *Bartol. Gaspar Thesaur. de augm. monet. part. 1. num. 18.* ubi reprobat *Gloss.* in verbo *quinos*, hodie vero d. proportio est, quasi sextodecupla, quia uncia auri valet libr. 105. & libra argenti ad pondus libr. 81. & probatur ex relatione facta anno 1573. S. C. S. à primi nominis Mercatoribus existen. in Arte Campsorum „ *perchè si considera, che la valuta così alta dello scudo d'oro in tutte le parti del Mondo, è cagionata dalla molta quantità di argento, e poca quantità di oro.* „

Verum, quia Respublica Florentina anno 1315. de- 9
narios effectivos scilicet Florenos parvulos æreos cudere fecit vulgo *piccioli di Moneta nera*, ut ex libro officinæ monetariæ, alias Zecca, anno vero 1321. secundum Borghini *dict. tit. de monet. Florent. à car. 189. pag.* 2. & secundum d. regestum monetale 1332. fuit cusum quadruplum denarii vulgo *quattrino*, postea hujus triplum vulgo *soldino*, ut in dict. Provis. anni 1471. propterea valor extrinsecus monetæ pretiosioris augeri debebat *Klock. vot. cameral. 60. num. 38. Budel. de monet. cap. 2. num. 33. & 34. Thesaur. de augm. monet. part. 1. num. 48. Buratt. dec. 626. num. 4. & dec. 790. num. 3.* aut saltem debebat augeri solidorum numerus, cum quibus Florenus aureus solvebatur, ut subtiliter de more arguit *Anton. Fab. de var. nummarior. debitor. solut. cap. 1. vers. quod vero*, prout re vera ad servandam æqualem proportionem auctus fuit, ut colligitur ex *Bartol. in l. Paulus 99. num. 2. ff. de solution.* ubi testatur, quod Floreni minuti antiqui, de quibus componebantur solidi, & libra, duplo valoris excedebant novam monetam, quia noster Florenus valebat solidos 29. monetæ antiquæ, & libras tres monetæ novæ.

His igitur præcognitis, quæ clariora reddi possent, si ingenii vires, & provecta ætas, cui nulla quies permitterent, pro resolutione causæ duplex quæstio examinanda occurrit.

I. Super QUALITATE Floreni, scilicet de quo Floreno senserit Testator.

II. Super VALORE d. Floreni, & in qua quantitate monetæ currentis fieri debeat solutio.

Quoad primam; quod Testator senserit de Floreno LARGO, & non de sigillo urgebat ad favorem dd. Patrum *text. in l. Titia 40. §. Seja, ff. de aur. & argent. legat.* in quo testatrix fieri jussit signum Dei in *Æde Sacra* ex libris centum, unde quæsitum fuit, an d. signum fieri deberet de auro, argento, vel ære; & quia dona, quæ aderant in templo erant aurea, aut argentea, Scævola respondit, quod fieri deberet de argento, ex quo desumit *Bartol. d. num. 1.* quod favo-
re Religionis fieri debeat interpretatio in eo, quod est 10
majus, ex qua theorica inferunt Doctores, quòd data duplicitate monetæ ejusdem nominis, legatum favore piæ causæ intelligendum sit de moneta majori, & meliori *Soccin. Sen. cons. 247. num. 6. & 7. lib. 2. Gozadin. cons. 60. num. 15. Gratian. discept. 611. nu. 15. Gob. de monet. quæst. 4. num. 88. Senat. Mantuan.* apud *Surd. dec. 298. num. 4. & seq.* & ibi *Hodiern. num. 1.* & apud eumdem *Gob. d. quæst. 4. num. 121. De Luc. de legat. disc. 40. nu. 12. & 21.* super quo prodierunt

qua-

quatuor decisiones cor. *Emerix Jun. dec. num. 4. & 5. decis. 6. dec. 8. num. 2. & seq. & dec. 186.*

Econtrà, quòd Testator intellexerit de Floreno minori; & sic de Floreno de sigillo, vulgò DI SUG-
11 GELLO, pugnabat ad favorem d. D. Comitis Galli, Ulpiani responsum *in l. nummis 73. ff. de legat. 3.* „ ibi „ *nummis indistinctè legatis hoc receptum est, ut exiguiores legati videantur* „ *Corn. cons. 244. n. 20. lib. 2. Rener. Budel. de monet. & re nummar. cap. 30. n. 17. & cap. 25. n. 16. Parisien. de mutat. monet. quæst. 10. & 11. utrobique n. 15.* ubi reprobat *Soccin. &c. cons. 247. Tiraquell. de privileg. pia caus. privileg. 25. vers. sed attende, Sarmient. selectar. interpret. lib. 3. cap. 3. n. 3. & n. 4. in fin. Lel. Boscol. ap. Mans. cons. 392. n. 26. vers. duodecimo, Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 25. nu. 1. Tondut. resolut. civil. lib. 2. cap. 13. nu. 3. & 9. Massol. de augm. monet. quæst. 8. n. 3. & seq. Rot. post Cenc. de censib. dec. 221. nu. 1. & cor. Falconer. tit. de solut. dec. 23. nu. 3.*

Prædicti textus secundum unam opinionem, conci-
12 liari possent, quòd primus *in d. l. Titia* procedat in legato pio, alter *in d. l. nummis* habeat locum in legato prophano secundùm distinctionem *Bartoli in d. l. Titia §. Seja num. 1.* cum concordantibus: secundùm verò aliam opinionem dd. textus nulla indigent conciliatione, cum ambo idem statuant, quia argentum à Scevola electum est metallum auro inferius, & sic *textus in dict. L. Titia* retorqueretur ut ponderant *Dec. in l. semper in obscuris, num. 6. ff. de reg. jur. Bald. Novel. de dot. part. 6. privileg. 73. per tot. Imol. in l. si ita scriptum, ff. de legat. 1. Tiraquel. de privileg. pia caus. privileg. 25. vers. sed attende*, & omnium latius *Jas. in dict. l. si ita scriptum*, ubi *num.* 38. Bartolum, & sequaces de evidenti errore reprehendit; sed re vera primum jurisprudentiæ lumen non meretur ita libere de errore redargui, quia *textus in dict. §. Seja* legi potest *ÆREA*, & non *AUREA* secundum Pandectas Florentinas, & ita legunt *Cujac. & Gothofred. in dict. l. Titia, Barbat. in d. cap. indicante 4. col. 8. de testam. Covarruv. in dict. cap. indicante, numer. 3. 4. & 5.* & ita credendum est, Bartolum legisse, qui Pisis fuit lector, & assessor, prout ex *Oleandr. in suis castigat.* credit *Sarmient. selectar. interpretat. libr. 3. cap. 3. num. 3. vers. & istam literam*, & secundum dictam lecturam electum esset metallum pretiosius, & sic non errasset; imo idem Bartolus observat, quod dict. Testatrix summam expendendam taxavit in libris centum (quod alii, & forte melius intelligunt de libris in pondere, & non in moneta) & propterea se declarando firmat, quod id quod est majus, sumi debeat respectu qualitatis, accipiendo argentum pro ære, quod hæredi non præjudicat, non autem respectu quantitatis, quæ hæredi præjudicaret, ut *num. 3. in fin.* unde ejus theorica favet potius dict. D. Comiti juxta *dict. l. nummis*, in qua agebatur de quantitate, quam dd. Patribus juxta *dict. l. Titia*, in qua agebatur de qualitate.

13 Pugnabat pariter ad favorem dict. D. Comitis Galli alter *textus in cap. ex parte 18. de censib.* ubi Pontifex respondit, quod vota facta ab Hispanis Divo Jacobo persolvenda quolibet anno in mensura tritici, solvi deberent in minima, & non in maxima mensura *Tiraquell. d. privileg. 25. vers. & hanc interpretationem, Sarmient. dict. cap. 3. num. 4.* & licet DD. qui Bartolum sequuntur, concilient prædictos textus, quod primus in *dict. l. Titia* procedat quando commodum legati applicatur Ecclesiæ, textus vero in *dict. cap. ex parte* quando commodum legati, licet Deo, aut Ecclesiæ relicti, applicatur Ecclesiasticis, ut per *Barbat. in cap. indicante, col. 8. de testam. Cagnol. in dict. l. semper in obscuris, num. 11. Surd. dict. decis. 208. numer. 13. Rot. Florentin. in Causa Borni 27. Maji 1671. §. Nec obstat, Lib. Mot. 117. a cart. 476.* attamen in hypothesi verificatur secunda pars distinctionis, ideoque dictus textus multum stringit ad favorem dicti D. Comitis, quia Ecclesiastici tenentur benigne agere, & in dubio, quod minus est, ab eorum debitoribus exigere *Kloch. vot. cameral. relat. 20. numer. 47. Roman. cons. 123. numer. 1. in fin. Menoch. cons. 149. num. 30.* maxime, quando agitur, ut in casu nostro, de præjudicio filii dicti Testatoris instituti in universa hæreditate, cujus favor prævalet præsumptæ dilectioni erga causam piam *Novar. de incert. & male ablat. privileg. 6. numer. 7. & per tot. Surd. cons. 112. numer. 77. & in tract. de alim. tit. 9. quæst. 9. numer. 150. Rub. de testam. capit. 21. num. 110.*

Verum quidquid sit de veritate dd. opinionum, certum est quod in ambiguis ultimarum dispositionum controversiis Testatoris voluntas, tamquam Regina 14
cuncta moderatur, & regit, & ad eam eliciendam docet in nostris terminis Julianus in *l. si servus plurium 53. §. Si numerus, ff. de legat. 1.* quod prius spectetur consuetudo Testatoris, deinde regionis, nec non charitas, & legatarii dilectio, & ea, quæ præcedenter, aut subsequenter scripta reperiuntur. & consonat *textus in dict. l. nummis* „ ibi „ *si neque ex consuetudine Patris familias, neque ex regione, unde fuerit, neque ex contextu testamenti possit apparere* " hæc autem omnia, & alia plura concurrunt in casu nostro ad ostendendum usque ad evidentiam, quod Testator intellexit de moneta minori, & sic de Florenis de sigillo, non autem de moneta majori Florenorum largorum.

Consuetudo Testatoris non tantum elicitur ex usu loquendi, ut voluit *Gloss. in dict. l. si servus plurium,*
verb. consuetudo, sed multo fortius ex usu præstandi 15
in vita annuam præstationem jure legati relictam in morte per *text. exprefs. in l. 22. ff. de alim. & cibar. legat.* „ ibi „ *ante omnia inspiciendum est, quæ defunctus solitus erat ei præstare* „ ut accidit in casu nostro, in quo D. Franciscus Nerli præstabat in vita id ipsum, quod in futurum post ejus mortem præstari voluit, ut ex ejus testamento " *quod renovale, seu pietantiam dictus Testator asseruit ejus ascendentes,* " *& se ipsum Testatorem fecisse temporibus præteritis* " quod autem in vita solitus fuerit præstare pietantiam in Florenis 5. de sigillo, resultat ex denunciatione bonorum ab eo facta eodem anno 1451. DD. Officialibus Decimarum, vulgo *portata*, in qua ex calculo confecto in Florenis, & solidis ad aurum „ ibi „ *A ORO* " detrahuntur Floreni 5. pro dicto onere; unde cum dd. Officiales tunc temporis, & etiam in præsens conficiant calculos reddituum bonorum ad rationem Florenorum de sigillo, propterea d. Floreni 5. esse non poterant diversæ qualitatis; & ver-
ba *A ORO* significant methodum calculandi, divi- 16
dendo Florenum in 20. partes intellectuales, solidos appellatas: & sicut d. methodus est omnium facillima, etiam in præsens apud omnes observatur, dividendo monetas in solidos 20. intellectuales vocatos *soldi d' oro, o di moneta*, ut tradit *Scacc. de Commerc. & Camb. §. 2. gloss. 3. num. 16. & 25.*

Hæc omnia mirifice comprobantur, quia eodem fere tempore, s. anno 1445. Respublica Florentina con-
cessit gratiam Communitati Montis Calvoli solvendi 17
pro annua Decima Florenos 12. & *solidos* 12. AD AURUM ut in Provis. 13. Aprilis 1445. DD. Officiales Montis Communis, cui Decimæ introitus applicati sunt *Illustriss. D. Comit. in Florent. Exemptionis 15. Martii 1730. art. 2. num. 8.* posuerunt in debitum eidem Communitati dd. Florenos 12., 12. *A ORO*, & pro dd. solidis 12. libras 2. 11. monetæ currentis, ut ex *Lib.* M flavi coloris d. anni *a cart. 69. ter.* ex quo demonstratur, quod Floreni erant de sigillo, & quod solidi 20. AD AURUM Florenum constituebant, quia valor Floreni de sigillo tunc temporis erat lib. 4. 5. ut ex Provis. 11. *Aprilis anni* 1448. *in Off. Reformat. a cart.* 20. unde si solidi 12. ad aurum dant libr. 2. 11., solidi 8. dabunt libr. 1. 14. quibus inter se respective coacervatis resultant solidi 20. valoris libr. 4. 5. monetæ currentis, constituentes integrum Florenum de sigillo, in solidos 20. ad aurum intellectualiter divisum & confirmatur ex Provis. *anni 1422. relata supra in §. Pondus*, in qua firmatur, quod 96. denarii AD AURUM sint duæ quintæ partes unius Floreni; quoniam cum quælibet moneta dividatur in solidos 20. AD AURUM, & quilibet solidus in 12. denarios, & sic in denarios 240. in totum, ut punctualiter *Scacc. de Commerc. dict. §. 2. gloss. 3. num. 16. & 25.* denarii 96. AD AURUM sunt duæ quintæ partes unius Floreni.

Clarius assumpti veritas emergit ex denunciationibus factis à D. Tanai ejusdem Testatoris filio, & signan-

18 signanter ab illa anni 1498. occasione legis editæ mandantis, Decimæ onus esse perpetuum, & propterea omnia bona Civium in publicis catastris allibrari; unde dict. Tanai in denunciatione bonorum vulgo *portata* institerit, ut sibi detraherentur dd. Floreni 5. ut infra.

Incarichi.

„ *A i frati di S. Croce siamo obbligati dare ogni*
„ *anno Fiorini* 5. *DI SUGGELLO per far la festa*
„ *di S. Caterina; e d. incarico lasciò M. Maddalena*
„ *lena Madre fu di M. Lodovico de Nerli, come apparisce*
„ *pare al Lib. di dd. Frati G Ferza n* 31. *ed al lib.*
„ *seg. A a* 34. *ed al Lib. rosso segnato A a car.* 17.

Unde dd. Officiales Decimarum, visis denunciationibus antecedentibus d. Tanai, & habita fide de observantia dicti legati d. summam detraxerunt, ex quo resultat maximum veritatis argumentum, quia si Floreni, quos ipse, & ejus Pater solvebant dd. PP. essent de largis, d. Tanai, qui præclaris virtutibus præditus erat, fatuitatis nota redargui posset, quia minorem diminutionem obtinuisset, & sic majorem Deci-
19 mam solvisset, contra communem consuetudinem minuendi, & non augendi proprium patrimonium ad effectum se liberandi ab onere Decimarum *Surd. decis.* 250. *num.* 5. *in fin.* & confert *Rot. coram. Bich. decis.* 503. *num.* 3. *& in Nepesina Legati Massaria* 1. *Jul.* 1697. §. *Prout, cor. Mus. Rot. Lucen.* inter recollect. per *Palm. dec.* 379. *num.* 13.

Certius convincitur ex d. Lib. A *a carte* 17. dd. Patrum in quo, anno 1497. debitorem constituerunt d. Tanai ut infra „ *Tanai di Francesco de Nerli deve dare ogn'anno in perpetuo la mattina di S. Catarina*
20 „ *Fiorini* 5. *DI SUGGELLO per fare d. Festa, ec.*
„ *libr.* 5. *DI SUGGELLO; PAGATO per tutto*
„ 24. *Novembre* 1496.

Unde cum d. Partita sit exarata ad rationem Florenorum de sigillo, & se referat ad annos præcedentes, de quibus libri, ut supra enunciati, in Partita Decimarum sunt deperditi, & in quibus facta fuit punctualis solutio „ *PAGATO per tutto* 24. *Novembre* „ 1496. „ certum est quod talis solutio fuit conformis, & sic in Florenis de sigillo, & non difformis s. in Florenis largis, quia dd. PP. erant informati de quantitate monetæ, quam Testator in vita, & ejus filius in morte solvebant; unde non scripsissent Florenos de sigillo, si solutio facta fuisset in Florenis lar-
21 gis; liber enim contra Scribentem plenè probat, etiamsi esset Manualis, aut Stracciafoglio *Ansald. de Commerc. disc. gener. num.* 158. *& seq. Rot. Florent. cor. Illustrissi. Dom. de Comit. decis.* 111. *num.* 11. 12. *&* 13. & apud *Illustriss. Dom. Casareg. de Commerc. disc.* 111. *numer.* 5. & hic agitur de libris *Campioni* summa diligentia conscriptis, & in Archivio repositis, & conservatis, de quibus infra; maxime quia sunt conformes denunciationi bonorum dicti Tanai, quæ se refert ad tres libros dictorum Patrum cum indicatio-
22 ne paginarum; unde sicuti verificatur per d. librum A *a car.* 17. qui adhuc existit, ita vera præsumi debet respectu duorum antecedentium; qui sunt deperditi *Gratian. discept.* 505. *num.* 13. *& seq. & discept.* 570. *num.* 36. *& seq. Gen. de script. priv. tit. de libris ration. a num.* 44. *ad* 54. *lib.* 4. *Surd. dec.* 199. *numer.* 12. *& seq. Magon. dec. Flor.* 3. *num.* 32. *& seq. Pax Jordan. lib.* 14. *tit.* 20. *de fid. instrum. num.* 82. *Mart. Med. dec.* 88. *num.* 1. 2. 3.

Nec obstat, quod dicta partita fidem non mereatur, quia alter erat Frater, qui scripsit, alter, qui exegit, & is, qui scripsit, adnotare potuerit quid, & quantum fuerit exactum, & an solutio pietantiæ facta fuerit in specie, aut in pecunia; quoniam hujusmodi re-
23 flexiones facti veritas destruit, quia Pater Guardianus, tunc temporis insignis Familiæ de Strozzis, contrarium asseruit in ejus attestatione, de qua dd. Officiales Decimarum memoriam sumpserunt in propriis libris, in margine dictæ partitæ, ut infra.

„ *Avemo fede di detto Testamento, e d'OSSER-*
„ *VANZA di quello di fra Niccolò Strozzi Guar-*
„ *diano di S. Croce sotto di* 22. *Marzo* 1497. *O-*
„ *GNI ANNO PAGATI FIORINI* 5. *DI SUG-*
„ *GELLO.* „ Unde quid clarius in re tam antiqua, in qua, solæ præsumptiones, & conjecturæ admittuntur *leg. census, & monumenta, ff. de probat. Castren. cons.* 164. *in principali causa col.* 1. *vol.* 2. *Mascard. de Probat. conclus.* 103. *num.* 12. 13. *Afflict. decis.* 13. *num.* 64.

Concurrit consuetudo Regionis, quia Magistratus Supremus sub die 31. Julii 1570. in causa Restitutionis Dotis Dom. Vaggiæ da Filicaja in summa Florenorum 550. auri declaravit „ *per cosa certissima, ed* 24
indubitata li Fiorini di oro, e li Fiorini di Suggello nel 1439. *in cui furono confessati dal Marito, ed avanti, e dopo continovamente fino all'anno* 1501. *essere stati sempre una medesima cosa, e del medesimo corso, e valore* „ quæ consuetudo est maximi ponderis, quia præsumitur Testatorem, in usu loquendi se conformasse consuetudini Regionis, ut ul- 25
tra *text. in dict. l. si servus plurium, §. ult. ff. de legat.* 1. *sunt text. in l. dominus sticho, §. Testamento, ff. de pecul. legat. & in l. si quis vinum, ff. de tritic. vin. Soccin. cons.* 247. *num.* 5. *libr.* 2. *Ancharan. cons.* 163. *numer.* 3. *Corn. cons.* 244. *numer.* 14. *libr.* 2. *Menoch. præsumpt.* 106. *numer.* 4. 5. *libr.* 4. *Rener. Budel. de Monet., & re nummar. capit.* 20. *numer.* 16. *&* 17.

Quatenus autem prædicta non sufficerent, omnia coronat observantia, quia dicti Patres à die mortis Testatoris, usque ad annum 1636. & sic per annos 26
185. posuerunt de anno in annum in debitum dicti Tanai, ejusque hæredum Florenos 5. *DI SUGGELLO*, ut respectu primi temporis s. a die mortis Testatoris, usque ad annum 1497. probatur ex attestatione d. P. Guardiani, & ex d. eorum libro d. anni 1497. „ ibi „ *pagato per tutto* 24. *Novembre* 1496. “ & clarius resultaret ex libris præcedentibus Officio Decimarum indicatis, si deperditi non essent; respectu vero secundi temporis s. ab anno 1496. ad 1636. constat ex Campionibus adhuc existentibus; nihil enim securius ad indagandam Testatoris voluntatem, de qua moneta senserit in ejus dubia dispositione, quam observantia, quæ est tanti ponderis, ut etiamsi ex unico actu eliciatur, sufficiat. *Gabriel. de solut. conclus.* 1. *numer.* 31. *Boscol. inter consuleat. Mans. consult.* 392. *numer.* 14. *Balduec. ad Ramon. cons.* 24. *numer.* 35. *&* 36. *Gob. de Monet. quæst.* 6. *numer.* 27. *Ansald. de Commerc. disc.* 89. *num.* 34. *Rocc. disput.* 170. *numer.* 25. *Rot. coram Falconer. tit. de solut. decis.* 23. *num.* 14. & in terminis Florenorum *Rot. Flor. in Causa Marchi, & Pratesini die* 7. *Martii* 1542. *Lib. Motiv.* 50. *a car.* 83: eoque magis si sit continuata per decem annos *Joannes de Aquil. de utilit. & potest monet. part.* 2. *theorem.* 10. §. *Denique, Rot. cor. Falcon. dict. decis.* 23. *numer.* 14. fortius per 30. vel 40. annos, qui reputantur sufficientes contra laicos, & respective contra Ecclesiam ad inducendam, nedum consuetudinem interpretativam, sed præscriptivam etiam in casu, quo Testator de alia moneta senserit *Fenzon. ad Statut. Urb. capit.* 197. *numer.* 187. *Rener. Budel. de Monet. & re nummar. cap.* 24. *num.* 18. *&* 37. *Thesaur. de augm. monet. part.* 1. *num.* 73. *& seq. Noguerol. allegat.* 2. *numer.* 78. *& seq. Venturin. cons.* 45. *num.* 62. *&* 63. *Mans. consult.* 391. *num.* 27. *vers. fuit etiam, Boscol.* apud eumdem *consult.* 392. *numer.* 16. *& seq. Tranchedin. consult.* 59. *numer.* 13. *Kloch. vot. Cameral.* 20. *numer.* 64. *& seq. Cenc. de censib. quæst.* 85. *num.* 31. *&* 35. *Cyriac. controv.* 680. *numer.* 21. *Salgad. Labyr. Credit. part.* 2. *cap.* 8. *numer.* 73. *Gob. de monet. quæst.* 8. *num.* 11. *De Luc. de regal. disc.* 42. *num.* 9. *& de pension. disc.* 1. *num.* 34. *Senato Mant.* apud *Gob. de Monet. quæst.* 8. *numer.* 1. indubitanter in hypothesi, in qua concurrit observantia, quasi biscentum annorum cursum excedens, quæ inducit præsumptionem melioris tituli de Mundo, & habet vim legis, & pacti initi per publicum instrumentum *Bonden. collect.* 29. *num.* 3. *& seq. Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 62. *num.* 43. *De Luc. de feud. disc.* 3. *& disc.* 33. utrobique *num.* 18. *Rocc. disp.* 168. *num.* 1. *& seq. Rot. decis.* 302. *num.* 7. *& seq. dec.* 467. *num.* 11. *& seq. decis.* 709. *num.* 3. *& seq. part.* 18. *& decis.* 656. *numer.* 8. *part.* 19. *Rot. Floren.* apud *Palm. allegat.* 327. *numer.* 46. *& sequenti, & coram Urceol. decis.* 49. *numer.* 1. *& seq. & coram Illustriss. Dom. Audit. de Comit. dec.* 69. *num.* 58. *& seq. & dec.* 109. *n.* 4. *&* 5. *& in Causa Grifoni* 30. *Aprilis* 1726. *super*

commentaria num. 1. & 7. coram Excellentiss. Dom. Ad-
vocat. Rota.
Nec obstat, quod libri, ex quibus observantia de-
27 sumitur, nullam probationem constituant contra Mo-
nasterium, cum PP. etiam volentes ei præjudicare non
possint Surd. cons. 454. num. 45. & 46. Noguerol. al-
legat. 2. num 87. Gratian. disceptat. 560. num. 19. &
20. & ibi De Luc. numer. 11. vers. quia id procedit,
Rot. dec. 430. numer. 4. contraria enim opinio, est
verior, & receptior Valasc. consult. 10. numer. 1. Gen.
de script. privat. lib. 5. de Libr. Monaster. cap. 1. num.
29. Lother. de re benefic. libr. 2. quæst. 33. numer. 32.
Rot. cor. Pamphil. decis. 86. num. 1. & decis. 126. nu-
mer. 1. & dec. 601. num. 2. quia vigore eorum Con-
stitutionum pluries in anno coram Superioribus ratio
redditur dati, & accepti cum exacta omnium partita-
rum dispunctione, ut ponderant Valasc. dict. consult.
10. numer. 1. Gen. de script. privat. de Libr. Monast.
dict. cap. 1. num. 29. Senat. Mant. apud Gob. de Mo-
net. quæst. 8. num. 50. & absque difficultate, quia li-
bri dictorum Patrum nuncupati Campioni, sunt anti-
qui, summa diligentia conscripti, & in eorum Archi-
vio; una cum eorum corredis introitus, & exitus, per
tot seculorum cursum fideliter conservati, quo in ca-
su nedum contra Scribentem, sed ad ejus favorem,
plene probant per text. express. in. cap. cum causam,
& ibi Gloss. de probat. Mascard. de probat. conclus.
976. num. 75. Gen. dict. quæst. 1. numer. 14. De Luca
de judic. discurs. 30. numer. 24. Illustriss. Domin. de Co-
mitib. decis. Flor. 28. num. 53. Rot. decis. 234. numer.
4. part. 7. rec.
Cum igitur super QUALITATE monetæ habea-
mus consuetudinem Testatoris, assertionem filii, &
hæredis, assertionem P. Guardiani, assertionem alio-
rum PP. consuetudinem Regionis, & observantiam,
quasi ducenariam, non potest hujusmodi veritas im-
pugnari.

E Nucleata Florenorum legatorum qualitate, &
transeundo ad alteram quæstionem eorum VA-
28 LOREM respicientem, certum est, quod Floreni de
Sigillo erant pondere leviores Scacc. de Commerc. &
Camb. §. 1. quæst. 4. num. 26. vers. item ratione ponde-
ris, & fuerunt semper inferioris valoris, quam Flore-
ni largi, ut ex Reipublicæ provisionibus supra enun-
ciatis clare resultat; verum quia secundum diversa
tempora editæ fuerunt plures sanctiones coæquantes
dicti valoris diversitatem, quæ à cursu cambiorum
alterationem recipiebat, propterea quamplures lites, &
dissidia emerserunt super restitutione dotium, extin-
ctionibus censuum, & annuorum legatorum præsta-
tionibus, quarum solutio post intervallum plurium
annorum à die obligationis facienda erat; unde Res-
publ. Flor. habito maturo consilio sub die 6. Octo-
bris 1501. statuit, quod 100. Floreni largi æquivale-
rent 119. Florenis de grossis, & 100. de grossis æqui-
pollerent 120. de sigillo, & quod unus de grossis va-
leret libr. 4. 11. 4. di quattrini bianchi; unde Ari-
thmetici illius temporis plures regulas tradiderunt re-
ducendi monetam albam ad nigram, & ab ea extra-
hendi unam, vel alteram dd. trium Florenorum spe-
ciem, & signanter Franc. Galigai summ. de arithme-
tic. lib. 5. a num. 5. ad 12. verum omnes antecellit
Petrus Maria Bonini, qui invenit absque alia redu-
ctione, multiplicatione, & subductione, quod propor-
tio diversitatis valoris inter Florenum largum, & de
sigillo erat tamquam 7. ad 10. ita ut septem Floreni
largi valerent quantum decem de sigillo; unde inito
computo secundum dictam legem, & alteram ab eo
citatam, quam reperire non potui, firmavit, quod
Florenus largus valeret libr. 7., & Florenus de sigil-
lo libr. 4. 18., ut in ejus Elucidar. arithmet. §. No-
ta, che a voler fare, impress. Florentiæ anno 1517.
Prædictam Reipublicæ sanctionem confirmavit Se-
reniss. Alexander Medices primus Dux Florentiæ per
Leg. editam super monetis 5. Martii 1534. §. Vo-
lendo rimuovere, & §. Atteso che avanti, & impli-
cite etiam Ser. M. D. Cosmus I. seu potius Supre-
mus Magistratus cum ejus Decreto adinstar Legis pu-
blicato 10. Jun. 1552. unde vigore dd. Legum silet
antiqua quæstio, quam etiam modernis temporibus
involutam, & Jurisconsultorum ingenia torquentem,

reputant Rub. in addit. ad decis. 67. part. 9. recentior.
numer. 9. & 10. Cosman. respons. 36. numer. 1. De Lu-
ca de regal. discurs. 128. numer. 4. Rot. in Vercellen.
ann. præstationis 22. Junii 1701. § Etenim, cor. de la
Tremoill. an scilicet attendi debeat tempus obligatio-
nis, vel solutionis pro regulando valore monetæ de- 29
perditæ, seu reprobatæ, vel aliàs ab hominum com-
mercio sublatæ, in qua attendendum esse tempus ob-
ligationis solvendo in moneta nova ad æstimationem
antiquæ firmant Bartol. in leg. Paulus 99. numer. 6.
vers. sed si non reperiatur, ff. de solut. Gabriel. de so-
lut. conclus. 1. numer. 4. Thesaur. de augm. monet. part.
1. numer. 66. Lother. de re benefic. libr. 1. quæst. 39.
numer. 214. & sequenti, Cenc. de censib. quæst. 85.
numer. 12. & 28. Gob. de monet. quæst. 4. numer. 8.
38. & 39. Bonden. in addit. ad Oser. de pasc. cap. 45.
numer. 11. & sequenti. De Luc. de regal. discurs. 128.
numer. 4. Grivell. decis. Dolan. 36. num. 6. 7. Capyc.
Latr. decis. 48. numer. 6. & 7. Rot. post Merlin. de
Pign. decis. 116. numer. 6. & coram Ottob. decis. 64.
numer. 8. & in recentior. decis. 351. num. 4. part. 19.
& in Vercellen. annua præstationis 13. Junii 1704. co-
ram Ansald. & in Romana Census 9. Decembris 1718.
coram Falcon. inter suas tit. de solut. decis. 23. numer.
2. ea viva ratione, quia moneta, quæ amplius non
existit, efficitur imaginaria, incapax augmenti, vel
decrementi, & propterea ejus valor non potest con-
siderari, nisi de tempore obligationis Venturin. cons.
45. numer. 30. vers. quia cum, Mans. consultat. 392.
numer. 14. Gob. de Monet. quæst. 6. numer. 11. Leo-
nard. de Usur. quæst. 67. numer. 27. & 28. Illustriss.
Dom. Audit. Bonfin. in supplet. ad Bannim. gener. ca-
pit. 58. numer. 36. & 37. Rot. decis. 230. numer. 10.
& seq. & decis. 394. numer. 10. part. 16. recent. & co-
ram Falconer. dict. decis. 23. numer. 9. unde cum Flo-
renus de Sigillo fuerit per dd. Leges anni 1464. &
1471. ab hominum commercio sublatus, & propterea
effectus imaginarius, solvi debet, juxta valorem de
tempore obligationis in quantitate monetæ currentis,
præscripta per d. legem anni 1501. ut in terminis Flo-
renorum Salycet. in l. super chirographariis 17. numer.
5. vers. sed dubitari potest C. si cert. petat. Brun. de
monet. part. 6. per tot. Sol. ad constitut. Sabaud. tit. de
pact. int. empt. & vendit. numer. 84. Thesaur. Jun. de
augm. monet. part. 2. num. 42. Afflict. dec. 194. per tot.
Gob. cons. decis. 138. num. 4.
Silet pariter altera quæstio magis involuta, si ca-
sus accidisset mutationis, valoris monetæ minutæ cum 30
qua solvitur moneta imaginaria, an attendi deberet
valor monetæ inferioris secundum tempus obligatio-
nis, vel solutionis, in qua verior videtur opinio,
quod data mutatione in valore intrinseco, scilicet
respectu ponderis, aut materiæ, attendi debeat tem-
pus obligationis, quia moneta imaginaria conflatur
ex monetis inferioribus, cum quibus fit solutio. Lo-
ther. de re benefic. lib. 1. quæst. 39. numer. 222. & seq.
Gob. de monet. quæst. 4. numer. 50. unde si dictæ mo-
netæ minutæ intrinsecam mutationem patiuntur, pa-
titur etiam moneta pretiosior intellectualis, quia di-
minutis partibus, diminuitur etiam totum, & sic de-
bitor minus solveret, ut ponderant Cenc. de censib.
quæst. 85. numer. 16. Tondut. quæst. civil. cap. 1. num.
2. & capit. 3. numer. 60. & sequenti, Lother. de re
benefic. libr. 1. quæst. 39. num. 250. & seq. Dom. Au-
dit. Bonfin. dict. cap. 58. numer. 38. & 39. Rot. post
Cenc. de censib. decis. 214. num. 4. secus autem, quan-
do moneta minuta variata esset in valore extrinseco,
quia tunc attenditur tempus solutionis eo modo quo
attenditur, quando in obligatione est moneta physica,
& non intellectualis Bartol. in dict. l. Paulus 99. nu-
mer. 6. vers. secundo modo, ff. de solut. Covarruv. de
vet. numism. collat. cap. 7. §. Unic. n. 4. Gabr. de solut.
conclus. 2. n. 1. Fab. de var. nummar. debit. solut. cap.
5. in princ. Andreol. contr. 319. num. 12. Pigant. ad
Stat. Ferrar. libr. 2. rubr. 131. n. 49. Gob. de monet.
quæst. 5. num. 2. Senat. Mant. apud eumdem dict. qu.
5. num. 40. & 41. etiamsi cum moneta minuta non
possent haberi de præsenti tot ducati, aut Floreni, quot
haberi potuissent de tempore obligationis Curt. Sen. de
Monet. numer. 8. vers. quod si Brun. eodem tract. par.
5. numer. 6. Mans. cons. 391. numer. 14. vers. nam be-
ne, & quando non constat de diversitate valoris in-
trin-

trinseci inter monetam minuram novam, & antiquam; fas est solvere in moneta currenti ejusdem nominis, quæ in locum antiquæ subrogata præsumitur *Antonel. de tempor. legal. libr. 1. capit. 42. numer. 11. Ansald. de commerc. disc. 89. num. 23. Gob. de monet. quæst. 4. num. 103.* unde cum hujusmodi quæstiones Respublica Florentina edicto suo prorsus diremerit, ei omnino parendum *Palm. allegat. 146. numer. 8. vers. sed omnem, Mans. cons. 391. numer. 1. vers. sed cum, Ansald. de Commerc. disc. 89. numer. 18. De Luc. de regal. disc. 128. num. 5.* ubi de sanctionibus Reipublicæ Januensis *Barbos. vot. decis. 120. num. 33. Rot. in Vercellen. annua præstationis 13. Junii 1704. §. Et ob id, coram Ansald.*

Nec obstat, quod prædictæ leges non ligent personas Ecclesiasticas *Soccin. cons. 247. n. 7. libr. 2. De Luc. de regal. dist. 126. num. 8. & 9. & disc. 128. n. 7.* quia contrarium est verius, & receptius; cum e-
31 nim jus cudendi monetam sit de regalibus, & quidem majoribus *Rosenthal. de feud. cap. 5. conclus. 48. num. 1.* & ibi *gloss. lit. A. Peregrin. de jur. fisc. libr. 1. tit. 1. numer. 25. Sixtin. de regal. libr. 2. capit. 7. numer. 22. & seq. Math. & Sanz. de re crim. contr. 44. num. 3. De Luc. de regal. disc. 127. numer. 8. Ansald. de Commerc. disc. 89. num. 20.* ad solum Principem spectat pretium, & volorem monetis imponere *Mastril. de Magistrat. lib. 3. cap. 10. num. 145. Sixtin. de regal. dict. cap. 7. num. 32. Sabel. in Summ. verb. moneta, num. 8. Gob. dict. quæst. 6. num. 124. Rot. decis. 329. num. 6. part. 19.* illumque augere, diminuere, & prorsus ad nihilum reducere *Ansald. de commerc. dict. disc. 89. num. 18. Gob. de monet. quæst. 3. numer. 17. Thesaur. de augm. monet. part. 2. num. 13.* & propterea comprehendunt quascumque personas, in ejus dominio monetas expendentes *Fab. in Cod. lib. 8. tit. 30. definit. 30. in fin. Besold. cons. 81. num. 16. part. 2. Scacc. de Commerc. & Camb. §. 2. gloss. 3. num. 90. & 91.* quia alias esset intervertere Reipublicæ regimen, ut se declarando ponderat *De Luc. in Miscell. Eccles. dist. 4. n. 19. §. Et quamvis, & §. Attamen.*

Verum hujusmodi quæstin cessat in facto, quia authoritates in objecto allatæ quæstionem proponunt in casu, quo Princeps monetam inferiorem introduxerit, aut cudi mandaverit, quod in hoc dominin numquam evenit, quia monetæ sunt adeo probæ, ut propter nimiam bonitatem, tamquam merces emantur, & ad alias Nationes transmittantur, non obstantibus bannimentis hujusmodi extractionem prohibentibus, & dicta lex anni 1501. adæquat solum diversum valorem dd. Florennrum, ad hoc ut debitor solvat, & creditor usque ad obulum consequatur, quod sibi debetur: unde tamquam justa, & sancta ligat Ecclesiasticos, si non vi coactiva, saltem directiva *Ambrosin. de immunit. Eccles. cap. 21. num. 27. Salas de legib. disput. 24. sect. 8. num. 94. & 104. Pereir. de man. reg. part. 2. cap. 33. num. 2. Molin. de just. tom. 2. tract. 2. disput. 31. num. 15. Dian. resolut. moral. part. 1. tract. 2. resolut. 7. Palm. allegat. 146. num. 9. Barbos. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 5. numer. 47. & 48. Ansald. de Commerc. disc. 89. num. 19. Thesc. pract. concl. lit. M. concl. 35n. n. 1. & 5. Sperel. dec. 13. num. 10.*

Concurrunt Tribunalium sententiæ, quia Supremus
32 Magistratus die 31. Julii 1570. declaravit, dotem d. D. Vaggiæ da Filicaja ejus viro solutam anno 1439. in Florenis 55n. Auri, restituendam esse in tot Florenis de Sigillo juxta methodum præscriptam in d. lege anni 1501. & deinde DD. Officiales Montis Communis anno 1647. in causa DD. de Oricellariis, cum quibus per laudum anni 1479. fuerat conventum, quod bona *di Quaratchi* locarentur descendentibus D. Joannis Oricellarii pro Florenis 60. de Sigillo declararunt, quod valor dd. Florenorum esse deberet in libr. 4. 18. & d. liquidatio fuit confirmata per DD. tres Judices secundarum appellationum, quorum relatio fuit à S. C. S. approbata *ut in lib. delib. d. Officii anni 1639. sig. A. a car. 239. & à car. 247.* & iterum idem Supremus Magistratus die 4. Julii 1721. ad relationem Illustrissimi D. Auditoris Neri Badia in Causa Frescobaldi, & Castellani Bissi taxavit Florenos de sigillo in libr. 4. 18. unde ex tot sententiis, & aliis, quæ adduci possent, inducta fuit consuetudo judicandi, à quâ recedere non licet *Franc. dec. 91. num. 16. Mart. Med. exam. 4. num. 16. Gamm. dec. 297. num. 3. Rot. Florent. Lib. Mot. 90. a 296. libr. 103. a 119. libr. 120. a 45.*

Observantia demum omnia perficit, quia dicti Pa- 33
tres à primo tempore usque ad annum 1533. posuerunt in creditum in dd. eorum libris Flor. 5. DE SIGILLO, absque expressione eorum valoris, sed à dicto anno 1533. usque ad annum 1636. eorum valorem expresserunt quolibet anno in libr. 4. 18. monetæ currentis, & sic ad formam d. legis anni 1501. unde non solum fuit d. lex acceptata, & præscriptus modus solvendi in futurum unam monetam pro alia *Lel. Boscol.* apud *Mans. consult. 392. num. 14. 15. 16. Jo. Aquil. de monet. theorem. 10. vers. denique, Cyriac. contr. 120. numer. 7. & contr. 680. num. 12. Gob. de monet. quæst. 6. n. 26. 38. & 39.* sed etiam inita tacita transactio super futuro eventu augmenti, vel decrementi dictæ monetæ *Boscol. dict. cons. 392. n. 24.*

Cum igitur ad constituendum VALOREM Floreni de SIGILLO in libr. 4. 18. concurrant Reipublicæ placitum, Serenissimorum Principum confirmationes, Tribunalium sententiæ, & observantia plusquam centenaria, non potest de eo dubitari, & propterea si hujusmodi causa ex integro decidenda fuisset, nulla, ut ex colloquiis inter Nos habitis colligere potui, exorta fuisset discordia.

A R G U M E N T U M.

Sententiæ latæ in curia Ecclesiastica an decidant quod Floreni legati essent de Sigillo, aut de largis; & an dictæ Sententiæ obstent D. Comiti de Gallis.

S U M M A R I U M.

1 Duo ex DD. fuerunt in voto, quod dictæ Sententiæ decidant, quod Testator senserit de Florenis largis.

Contrarium demonstratur num. 2. usque ad 11.

12 Observantia proxima prævalet observantiæ remotæ.

13 Contumax in exhibendo habetur pro confesso.

14 Citatio nec per pactum, nec per legem, nec per Principem tolli potest.

15 Citatio facta sub nomine appellativo hæredum, aut possessorum tamquam vaga, & incerta improbatur.

16 Exequutio non potest fieri contra heredes, nisi plene probato quod sint tales.

Non obstante Statuto Curiæ Mercatorum, numer. 17.

18 Sententia non potest concipi sub nomine hæredum aut possessorum, sed certificata persona hæredis aut possessoris debet hæres, aut possessor nominatim condemnari.

19 Solutio quæ non sit conformis Sententiæ non potest referri ad exequutionem ejusdem Sententiæ.

20 Contra contumaces in exhibendo omnis sumi debet interpretatio, & alterius partis intentio justificata præsumitur.

21 Sententia lata contra unum ex hæredibus, alteri non nocet.

22 Et lata super statu personæ aut rei, afficit etiam non citatos.

Vide declarationes num. 26.

Et innixa alicui supposito corruit detecta falsitate suppositi num. 23. & 24.

25 Exceptio non deducta, nec discussa, non censetur rejecta.

E A D E M

Super Sententiis Curiæ Ecclesiasticæ.

D I S C U R S U S CCXXI.

ACrius certamen exarsit super interpretatione plurium Sententiarum in Tribunalibus Ecclesiasticis latarum ad favorem dd. PP. & signanter earum anni

1574. & 1575. quæ causam dederunt nostro dissensui: cum enim hæredes dicti Testatoris in solutione dicti annui legati per 30. annos defecerint Rev. Fabrica S. Petri præceptum fecit *heredibus*, *seu possessoribus bonorum dict. Dom. Francisci de Nerlis*, ut solverent dd. legata, & sub die 23. Decembris 1574. favorabilem Sententiam reportavit contra Dominum Joannem de Acciajolis Pronepotem, & heredem pro sexta parte d. Tanai pro summa Florenorum 150. de libris septem, quæ Sententia in gradu appellationis sub die 20. Maji 1575. fuit reformata, ut infra „ *Condemnamus dictum Dom. Joannem de Acciajolis*, „ *qui in causa comparuit*, *& quoscumque alios hæredes*, *& possessores bonorum olim Francisci de Nerlis ad deponendum penes hospitalarium Innocentium solum*, *& dumtaxat Florenos* 108. *de LIBRIS SEPTEM pro Floreno libr.* 3. 12. 4. *pro residuo FLORENORUM QUINQUE singulis annis Conventui S. Crucis debitorum*, *vigore legati annui perpetui renovalis*, *seu pietantia relictæ in testamento dict. Francisci*, *& insuper condemnamus dict. Joannem*, *& alios hæredes*, *vel possessores ad solvendum singulis annis in perpetuum dict. Conventui FLORENOS QUINQUE occasione dicti legati* „ onde cum adjunctum *de libris septem* appositum fuerit Florenis 108. deponendis, non autem Florenis 5. à Testatore relictis, duplex dubium emersit.

I. An hujusmodi Sententia declaret, quod Floreni de quibus in legato, fuerint de largis, & non de sigillo.

II. An in omnem casum dicta Sententia obstet D. Comiti de Gallis.

Quoad primum præstantissimi, ac doctissimi Colle-
1 gæ fuerunt in Voto, quod dicta Sententia decidat, quod Floreni, de quibus in testamento, non fuerint de sigillo, eo quia dict. additio *de libris septem* apposita summæ Florenorum 108. repetita censeatur et-
2 tiam Florenis 5. de quibus in legato. Ego autem licet minimus eorum Sententiæ adhærere non potui, quia omissis generalibus, quod repetitio qualitatis non datur, quando orationes sunt diversæ, & separatæ, *Urceol. consultat.* 69. *numer.* 7. 8. *Ludovis. decis.* 225. *numer.* 9. *Rot. decis.* 216. *per totam part.* 18. *recent. Rot. Senen. coram Illustriss. Domin. Audit. Incontri in Causa Malagrida* 1. *Junii* 1731. §. *Objectum*, semper sumi debet ea interpretatio, per quam Sententia reddatur conformis justitiæ *Mans. consultat.* 453. *numer.* 28. *tom.* 5. *Rot. Flor. Lib. Mot.* 123. *à car.* 312. *Rot. coram Coccin. decis.* 2142. *num.* 6. *& seq. Bich. decis.* 345. *num.* 16. *&* 17. *dec.* 534. *numer.* 13. *decis.* 574. *numer.* 21. *& decis.* 583. *num.* 9. etiam impropriando verba ejusdem Sententiæ *Rot. coram Bich. dict. decis.* 345. *numer.* 17. *& coram Coccin. decis.* 1335. *numer.* 14. *& coram Merlin. dec.* 611. *num.* 9. hoc autem in hypothesi non accideret, quia deficeret causa variandi qualitatem, & valorem monetæ, necnon reducendi summam Florenorum 150. de quibus in prima Sententia, ad summam Flor. 108. 3. 12. 4. de quibus in secunda.

Deficeret causa variandi qualitatem monetæ, quia
3 supra ostensum fuit, quod Floreni à Testatore relicti, erant de Sigillo. Nec obstat, quod Judex credere poterit, quod favore piæ causæ Testator intellexerit de Florenis majoribus, & non de minoribus; quia huic interpretationi resistit (ut supra fuit ostensum) consuetudo Testatoris, consuetudo Regionis, confessio D. Tanai ejus filii in libris Decimarum, confessio P. Guardiani, confessio omnium PP. in propriis libris, & observantia quasi ducentum annorum.

Deficeret causa variandi valorem; quia certum est, quod Floreni de Sigillo valent libr. 4. 18. largi autem
4 libr. 7. ut supra probavimus, juxta Reipublicæ placitum, Serenissimorum Principum sanctiones Tribunalium Sententias, & observantiam dd. PP. per centum, & plurium annorum decursum.

Deficeret ulterius causa reducendi summam Flor.
5 150. de quibus in prima Sententia ad summam scutorum 108. 3. 12. 4. de quibus in secunda, quia si uterque Judex fuisset ejusdem opinionis summa in utraque Sententia esset eadem, & non diversa.

6 Nec obstat, quod cum deficiant acta dd. Sententiarum, supponi possit, quod in secunda instantia exhibitæ fuerint receputæ plurium solutionum reducentium dictam summam Flor. 150. ad 108. 3. 12. 4., quia respondetur, quod contrarium convincitur ex libris dd. PP. nuncupatis *Campioni* cum eorum corredis introitus, & exitum, summa diligentia conscriptis, & conservatis, in quibus minimæ summæ notatæ reperiuntur, & de istis, quæ supponuntur solutæ, nulla fit mentio. Si enim dictæ solutiones factæ fuissent, Pater Sindycus, qui inter bonos solet eligi optimus, eas ad introitum posuisset; maxime quia dictus Tanai sex habuit filios, quorum hæreditas in plures descendentes divisa fuit, unde quilibet ex eis minimam partem dicti legati solvere tenebatur, ac propterea ad conficiendam summam scutorum 41. 3. 7. 8., quæ deest secundæ Sententiæ, supponi debent innumeræ apochæ, & sic occultationi nullo modo subjectæ: & si de facto prædictæ apochæ in secunda instantia exhibitæ fuissent, prædicti Patres, qui erant in causa, dd. solutiones describi curassent; & non solum non descripserunt, sed calculum eorum crediti in præfatis libris, eis non detractis continuarunt; unde cum dicti libri in præjudicium scribentium probent negativam, non possunt supponi aliæ solutiones, præter ibi notatas, nisi probata affirmativa *Illustriss. D. de Comitib. Dec. Flor.* 101. *numer.* 35. *Duran. decis.* 368. *num.* 38. *&* 39. *Ludovis. decis.* 139. *num.* 5. *Buratt. decis.* 73. *num.* 12. maxime quando propriam culpam involveret, quam ad proprium commodum allegare non licet, juxta doctrinam *Jac. de Bu.* quam refert, & sequitur *Bartol. in l. cum mulier* 49. *numer.* 7. *ff. solut. matrim. Rot. Flor. Libr. Mot.* 89. *à car.* 487. *vers. id quod fuit dictum*, *& lib.* 91. *à car.* 409. *terg. vers. aliud fundamentum*.

E converso autem ego fui in Voto, quod Judex 7
secundæ instantiæ senserit, quod Floreni, de quibus in Testamento, fuerint de Sigillo solvendi tamen in Florenis de libr. 7. secundum celebrem *Bartoli* distinctionem desumptam ex *tex. in leg. si quis stipulatus fuerit decem in mille* 57. *ff. de solut.* ubi *numer.* 3. distinguit Florenos, qui sunt in obligatione ab illis, qui sunt in solutione, quam communiter sequuntur Interpretes, & signanter *Castrens. in dict. leg. Gob. consultat.* 131. *numer.* 47. *& sequenti*, *Tondut, resolut. civil.* 14. *numer.* 7. *& resolut.* 17. *numer.* 7. plenè *Conciol. allegat.* 7. *numer.* 6. *&* 8. & cum hac interpretatione omnia ad perfectam concordiam reducuntur; concordat litera Sententiæ, quia adjunctum *de libris septem* appositum fuit Florenis deponendis, non autem Florenis legatis; consonant Leges supra recensitæ delentes Florenum de Sigillo, & mandantes solutionem fieri in Florenis largis, & salvatur reductio facta de Florenis 150. de quibus in prima Sententia, ad Florenos 108. 3. 12. 4. de quibus in secunda, attento diverso valore dd. monetarum.

Nec obstat unica difficultas, quod facta reductio-
ne dd. Florenorum 150. largorum ad Florenos de Si- 8
gillo, remaneant Floreni 105. de libr. 7. & non Floreni 108. 3. 12. 4., & propterea necesse sit supponere receputas noviter ostensas pro adæquatione dd. summarum: quia pro resolutione objecti animadvertendum est, quod debitum DD. de Nerlis tempore dd. Sententiarum ascendebat ad scut. 106. 3. 2. 4. conficientes ut in libris dd. Patrum libr. 745. 2. 4. quibus si addantur libr. 14. 10. efficiunt ad obulum summam scut. 108. 3. 12. 4. ut in dict. secunda Sententia. Error autem tam modicus libr. 14. 10. evenire potuit in calculatione crediti dd. PP. aut in coacervatione summarum solutarum in annis præcedentibus, aut in detractione, & subductione soluti, quod frequenter contingit, ut notant omnes, præcipue *Bart. in leg. unic. C. de error. calcul. numer.* 1. *vers. nota*, *Rot. decis.* 95. *numer.* 6. *& seq. part.* 16. *recentior.* & semper melius erit allegare causam veram, & præexistentem, qualis est diversitas valoris dictæ monetæ, quam causam fictam solutionum in dd. libris non apparentium, & magnam summam constantium, licet ad obulum non correspondeat; quia absurda sunt vitanda, & non multiplicanda *Rot. coram Dunozet. Jun. decis.* 80. *numer.* 3. *& in recentior. decis.* 65. *numer.* 10. *par.* 7. *dec.* 132. *n.* 21. *par.* 16. *dec.* 152. *n.* 9. part.

part. 17. ; *decis.* 306., *numer.* 10. 11., *part.* 19.

Sed quando præsumptio tam modici erroris lib. 14.
9 10. in calculatione commissi plene sapientum menti
non satisfaceret, omnis umbra difficultatis triplici observatione removetur.

I. Quia secunda Sententia declaravit, quod dd. scuta 108. 3. 12. 4. spectabant pro medietate ad dict. Fabricam vigore ejus privilegiorum, de quibus *De Luc. de judic. disc.* 20. *num.* 1. *vers. atque ex eis*, & pro alia medietate ad dd. Patres, unde ipsi d. medietatem Fabricæ spectantem, necnon solutiones eis factas ad computum medietatis ad eos pertinentis, contraposuerunt eorum credito calculato ad rationem Florenorum de Sigillo, & sic fassi fuerunt, si non verbis, saltem facto, quod est potentius verbis *Rota post De Luc. de legat. decis.* 19. *num.* 19. *& in Mantiss. decis.* 2. *num.* 11. *lib.* 13. quod Floreni de libr. 7. erant in solutione, Floreni autem de Sigillo in obligatione, quia summam Fabricæ applicatam, & solutiones iis factas detraxerunt à d. eorum credito conflato ad rationem Florenorum de Sigillo; unde quæ major probatio exposcitur in re tam antiqua, quàm confessio dd. PP. qui erant in causa, & dictam Sententiam sic interpretati fuerunt, & executioni mandarunt? Observantia enim immediata est omnium interpretationum Regina *Dom. Aud. Calderon. resolut.* 91. *numer.* 32. *Mascard. de interpretat. Statut. conclus.* 2. *numer.* 139. *& sequentibus Fontanell. decis.* 85. *num.* 1. *vol.* 1. *Beleram. ad Ludovis. decis.* 184. *numer.* 8. *Caparcl. resolut. fiscal.* 72. *numer.* 30. *Domin. de Comit. dec. Senen.* 12. *num.* 10. & propterea laudi, & Sententiæ dubiæ optima interpres *Beniel. cons.* 94. *numer.* 17. *& seq. & num.* 102. *Coccin. decis.* 1619. *num.* 8. *& dec.* 2142. *num.* 9. *Priol. dec.* 337. *num.* 13. *& in rec. dec.* 459. *num.* 7. *par.* 18. etiamsi contrarius intellectus videretur de jure verior *Rot. Flor. inter recollect. per Palm. dec.* 328. *num.* 45. & apud *Torr. var. tom.* 2. *miscell.* 1. *tit.* 12. *decis.* 24. *numer.* 39. *à car.* 674. *& cor. Urceol. dec.* 48. *num.* 8. *Rot. Romana in rec. dec.* 452. *num.* 24. *& dec.* 582. *num.* 9. *&* 11. *part.* 19. *& cor. Caprar. dec.* 610. *numer.* 11. *&* 12. *Dom. de Comit. decis. Sen.* 3. *num.* 61. imo transit in pactum, & transactionem *Bartol. in l.* 1. *num.* 6. *ff. de re jud. Gratian. discept.* 775. *num.* 2. 34. *&* 37. *Burat. dec.* 657. *numer.* 4. *& ibi Ferentill. num.* 8. 9. *&* 10. *Cavaler. dec.* 118. *num.* 2. *&* 3. *& in rec. dec.* 516. *numer.* 1. *& dec.* 574. *num.* 2. *&* 3. *part.* 3. *& decis.* 459. *num.* 3. *&* 4. *part.* 18. & propterea à successoribus non impugnabilis *Bich. dec.* 406. *numer.* 1. *& decis.* 580. *numer.* 15. *&* 16. *& in rec. dec.* 141. *numer.* 8. *part.* 11.

II. Quia si Judex qualitatem, aut valorem mone-
10 tæ variasset, prædicti Patres descripsissent in posterum
eorum creditum in dictis libris ad rationem Florenorum de libr. 7., sed in dicto anno 1574. & 1575. cum sequentibus descripserunt ad rationem libr. 4. 18, ergo moneta non fuit variata, nec in qualitate, nec in valore, quia præsumi non potest, quòd fuerint segnes in satisfaciendo propriæ obligationi in præjudicium eorum Conventus *Dom. de Comitib. dec. Flor.* 24. *num.* 49.

III. Quia dicti Patres anno 1581. nulla expressa causa, aut ratione, posuerunt in debitum dd. DD.
11 de Nerlis Florenos 5. de libr. 7. in libr. 35. & per 14.
annos sic continuarunt, verum solita probitate dictas partitas emendarunt, ut infra.

„ *E devono avere lir.* 147. *pic. so gli fanno buoni, perchè di tanti erano stati fatti debitori di più* 14. *anni, cioè da i* 25. *Novembre* 1580. *ai* 25. *Novembre* 1594. *perchè erano stati fatti debitori a ragione di Fior.* 5. *di moneta l' anno, cioè di lir.* 35. *l' anno, e gli avevano ad essere Fiorini* 5. *di SUGGELLO, che vagliono lire* 24. 10. *e per ridurre a dovere si fanno creditori di lire* 147.

Et quia dd. Patres posuerunt in debitum dd. DD. de Nerlis pro aliis tribus annis libr. 35. dd. partitas ann. 1597. correxerunt, ut infra.

„ *Redi di Tanai di Francesco de Nerli devono avere lire* 31. 10. *di piccioli, tanti sono per avergli fatti debitori di lire* 35. *l' anno, e devono andar debitori di lire* 24. 10. *cioè di Fiorini* 5. *di SUGGELLO ogn' anno, che vagliono lir.* 4. 18. *per Fiorino; lir.* 31. 10. "

Nihil refragante, quod dd. Patres anno 1636. præcedentes partitas confirmaverint, & respective reprobaverint, ut infra.

Rede di Tanai di Francesco Nerli deve dare al nostro Convento lir. 24. 10. *ogn' anno in perpetuo, come per obbligo in questo a cart.* 72., *e dall' anno* 1575. *in qua lir.* 35. *come per Sentenza data, come appare nel libro de i Testamenti seg.* C *a car.* 337., *se bene mai se gli è dato simil debito; onde importa dall' anno* 1575. *fino al presente anno* 1636. *lir.* 640. " & sic continuarunt, & continuant usque in præsens de anno in annum in libr. 35.; quoniam respondetur, quod hujusmodi partita confirmat, & non destruit assumptum, quia prædicti PP. fatentur, quod Floreni quinque, de quibus in Testamento, erant valoris libr. 24. 10. ad rationem lib. 4. 18. pro Floreno, & quod ipsi in eorum libris de tali summa debitores constituerunt dd. DD. de Nerlis usque ad annum 1636., & licet addant, quod ab anno 1575. in posterum debebant eos constituere debitores libr. 35. vigore dictæ Sententiæ; attamen obvia est responsio, quod dicta partita fuit exarata post annos 71. à die latæ Sententiæ, & sic à personis non informatis de dicta distinctione, quod alia erat moneta in obligatione, alia in solutione; quod Florenus de Sigillo seculis anteactis fuerat deletus, & demandata solutio in Florenis largis; & quod eorum antecessores informati, prædictam Sententiam ad rationem Florenorum de Sigillo executioni mandaverant, cum aliis supra ponderatis; unde non mirum, si ex simplici lectura dictæ Sententiæ decepti remanserunt; ab anno vero 1636. in posterum nihil fuit solutum, & propterea nulla adest observantia, & quatenus adesset, semper attendenda esset observantia pro-
xima, quia Patres tunc temporis erant informati, & 12
sic optimi interpretes dictæ Sententiæ, non autem eorum successores *D. Auditor Calderon. resolut.* 30. *n.* 30. *&* 31. *D. Audit. de Comit. dec. Flor.* 31. *num.* 56. *Rot. post Torr. de pact. decis.* 41. *numer.* 14. *& cor. Burate. decis.* 679. *num.* 13. *&* 14. *& in rec. decis.* 51. *num.* 15. *part.* 14. *decis.* 172. *numer.* 26. *part.* 17. & post *De Luc. in Mantiss. decis.* 34. *numer.* 45. *lib.* 15. *Rot. cor. Falconer. tit. de solut. decis.* 23. *num.* 17. & cum fuerit continuata per longissimum tempus, non potest per actum subsequentem destrui, aut revocari *Illustriss. D. Audit. de Comit. decis. Flor.* 33. §. 1. *num.* 20. *& §.* 2. *num.* 32. *&* 33. *Rot. cor. Royas decis.* 264. *num.* 11. *& seq. & cor. Ottobon. decis.* 26. *num.* 14. *&* 15. *& in rec. decis.* 136. *num.* 32. *part.* 19. & post *De Luc. decis.* 27. *num.* 39. *lib.* 3.

Tandem omnis hæsitandi occasio removetur animadvertendo, quod dd. Patres anno 1651. comparuerunt coram D. Vicario Generali Florentino adversus DD. Benedictum, & Arrigum Leonis de Nerlis, & sub die 12. Augusti *allegant, & ad inspiciendum producunt acta facta anno* 1575. *inter Rever. Fabricam S. Petri, & heredes, & possessores bonorum Francisci de Nerlis, ut in actis Ser Virgin. Columb.* unde non est verum, quod d. acta sint deperdita, & propterea exhibeantur, & ex iis clare apparebit, an fuerint ostensæ novæ receptæ in libris dd.
PP. non registratæ, aliàs non facta exhibitione præsu- 13
mi debet, quod acta concordent cum eorum libris, quia contumax in exhibendo habetur pro confesso *Surd. cons.* 360. *num.* 45. *Parex. de instrument. edit. tit.* 8. *resolut.* 2. *numer.* 30. *&* 31. *Riminald. Sen. cons.* 571. *num.* 21. *lib.* 3.

RESoluto primo dubio, majori facilitate resolvitur secundum, an dd. Sententiæ afficiant D. Comitem Galli, cum enim DD. Flammetta, & Alexandra de Nerlis abneptes d. Testatoris, quarum prima erat mater D. Comitis Sinulphi de Ottieris, qui an-
no 1623. vendidit authoribus dicti D. Comitis Gal- 14
li bona controversa, non fuerint in dicto judicio citatæ, nec auditæ, propterea dictæ Sententiæ eas non afficiunt, quia citatio tamquam concernens naturalem defensionem, nec per pactum, nec per legem, nec per Principem tolli potest *Mas. ad dec. Chartar. observat.* 95. *numer.* 8. *Baron. de citat. quæst.* 15. *numer.* 60. *& seq. & quæst.* 18. *numer.* 82. *& seq. Ubert.*

de citat. cap. 8. à num. 37. Rot. Flor. Lib. Mot. 121. à car. 364. 1. §. Non obstante, & defectu citationis etiam post mille annos opponi potest *Mans. consult. 527. num. 12. & 13. tom. 6.*

Nec refert, quod ex prædictis Sententiis appareat, factum fuisse præceptum ad solvendum „ *hæredibus*, „ *SEU possessoribus bonorum dicti Dom. Francisci de* „ *Nerlis* „ & dictæ DD. Flamminea, & Alexandra, erant hæredes pro sexta parte dicti Testatoris, & possidebant dicta bona, & propterea dd. Sententiæ eas afficiant; quia respondetur, quod citatio facta sub
15 nomine appellativo *hæredum, aut possessorum*, tamquam vaga, obscura, & incerta omni jure improbatur; & habetur, ac si facta non esset *Scacc. de judic: libr. 4. capit. 32. numer. 12. Rot. Flor. Lib. Mot. 98. à car. 203. ter. & Lib. Mot. 123. à car. 179.* maximè, quando talis citatio exequuta fuit per edictum, & non in personam, aut ad domum citandi *Ubert. de citat. dict. cap. 9. num. 224. vers. similiter*: quod autem exequuta fuerit per edictum, desumitur ex verbis primæ Sententiæ „ *præceptum alias factum hæredi-* „ *bus, SEU possessoribus bonorum dicti Francisci* „ & clariùs, quia in dictis Sententiis condemnatus fuit D. Joannes de Acciajolis, unus ex dictis hæredibus „ *qui* „ *in causa comparuit* „ ad solvendam totam summam; unde si alii comparuissent, aut essent legitime citati, condemnati fuissent in actione personali una cum d. Domin. de Acciajolis, ad solvendam eorum ratham: ultraquamquod D. Flammetta erat nupta D. Comiti Ottieri Patritio Senensi, unde est admodum inverisimile, quod citatio facta „ *hæredi-* „ *bus, SEU possessoribus* „ esset Senis exequenda, & quod Nuncius perquirere deberet in Statu Senensi, quis esset hæres, seu possessor; & quatenus d. Flammettam citasset in personam, vel ad domum, & sic citationem convalidasset, attamen hoc procederet, quando ageretur de filio, & hærede immediato Testatoris, qui scit, se esse hæredem, & ejus bona possidere, qui non comparendo sibi præjudicaret; non autem habet locum in descendentibus fœminis in tam remoto gradu cum Testatore existentibus, & in minori ætate degentibus, an quibus talis scientia præsumi non potest, ut declarando *Bald. cons. 128. lib. 4.* decisum fuit per *Rot. Flor. d. Lib. Mot. 98. à car. 203. ter. §. Quo vero, & Lib. Mot. 123. à car. 179.*

16 Et valide comprobatur animadvertendo, quod exequutio non potest fieri contra hæredes, nisi plene probato, quod sint tales, etiamsi legitime citati comparuerint, & judicium in se susceperint, nihil opponendo de qualitate hæreditaria, ut reprobato *Bald. in l. 1. col. fin. C. comun. de legat.* firmant *Alex. cons. 72. col. 2. vol. 5. & in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrim. Roland. cons. 20. numer. 20. Thusc. lit. S. conclus. 478. & 529. per tot. Add. ad Sanfel. decis. 365. Gratian. decis. 122. & 138. per tot. Franc. dec 405. Chart. decis. 32. per tot. Mass. ad eumd. observat. 32. numer. 2. & seq. numer. 7. Rot. Flor. Lib. Motiv. 87. à car. 259. ter. §. Quare, lib. 91. à car. 310. lib. 95. à car. 173. ter. §. Aut Santina,* nonob-
17 stante Statuto Mercantiæ *Rot. Flor. Lib. Motiv. 108. à car. 125.* & plene in *Lib. Motiv. 110. à car. 478.* impress. inter *decis. Catan. dec. 3 à num. 1. ad 33. & sign. num. 29.* ubi alia plura Motiva recensentur; quia in quocumque judicio tam ordinario, quam exequutivo qualitas hæreditaria in reo convento justificari debet *Vergil. de legit. person. in prælud. num. 6. Olea de cess. jur. tit. 6. quæst. 9. numer. 1. Paulut. different. 28. num. 79. 80. & 88. Scacc. de Commerc. §. 7. gloss. 5. numer. 27. & 28.* plene *Altimar. de nullitat. sentent. rubr. 11. quæst. 1. numer. 40. cum plurib. sequenti. Rot. d. Lib. Motiv. 98. à car. 203.* nec potest quis in contumacia hæres pronunciari, nisi servata forma præscripta per Reformat. 15. *Aprilis 1477. ad Statut. nostr. libr. 2. rubric. 29. Rot. Flor. dict. Lib. Motiv. 123. à car. 180. §. Atque ubicumque*, & ulterius facta legitimatione, & sic certificata persona hæredis, non potest concipi Sententia condemnatoria sub nomine
18 appellativo *hæredum, VEL possessorum*, sed omnes hæredes nominatim, & unusquisque eorum pro sua rata condemnari debet *Rot. Flor. dict. Lib. Mot. 98. à car. 203. §. Quo vero, & dict. libr. 123. à car. 179.* sed in hypothesi fuit condemnatus Dom. de Acciajolis „ *qui in causa comparuit* „ ad totam summam, & signum evidens, quod alii hæredes non comparuerunt, nec fuerunt legitime citati.

Nec urget, quod hæredes de Nerlis post d. Sententiam aliquas fecerint solutiones dictis Patribus, qui exigere non poterant, nisi vigore dictæ Sententiæ, quæ medietatem legati applicavit d. Fabricæ juxta ejus privilegia, & alteram partem reliquit dictis Patribus, & inter eos, qui solverunt, adfuerit Dom. Elisabeth Nerli mater dd. Flammettæ, & Alexandræ, quæ anno 1577. solvit libr. 9. 10. & anno 1579. libr. 4. 2. 4., & propterea præsumi debeat citata, aut saltem, quod dictam Sententiam exequutioni mandaverit; quoniam respondetur, quod in partitis solutionum numquam fit mentio de Sententia; & sicuti dicti hæredes erant obligati ad solvendum vigore d. legati, propterea dd. solutiones debent referri ad obligationem ex dicto legato proficiscentem; absque dubio in casu nostro, in quo omnes solutiones non adæquant creditum à dictis Patribus calculatum ad rationem Florenorum, de Sigillo, & propterea cum 19
sint conformes legato, & difformes Sententiæ, non possunt referri ad ejusdem Sententiæ exequutionem *Rot. decis. 307. num. 2. part. 15. recent. & cor. Emer. Jun. dec. 327. num. 7.*

Cessat demum ex facto, quælibet difficultas, quia acta dd. causarum sunt apud eosdem Patres ut supra in §. *Tandem*; unde exhibeantur, & ex eis constabit, an citatio *hæredum, VEL possessorum* fuerit Senis commissa, & an relaxata in personam, aut domi DD. Comitum de Ottieris; an qualitas hæreditaria fuerit justificata, & cur fuerit condemnatus ad totam summam Dom. de Acciajolis; alias iis non exhibitis, contra contumaces in edendo, omnis sumi debet interpretatio, & alterius partis intentio justificata 20
præsumitur *De Luc. de judic. disc. 28. num. 28. Cyriac. controv. 556. num. 12. Rot. dec. 183. num 7. & 10. & decis. 210. numer. 7. & 21. coram Cerr.* & apud *Paulut. different. 81. dec. 2. num. 20. & dec. 186. num. 14. part. 19. rec.*

Constito ex præmissis, quod prædictæ Sententiæ non obstant, sed retorquentur, superfluum esset examinare Sententias subsequentes latas contra alios DD. de Nerlis, à quibus causam non habet Dom. de Gallis, quia certum est, quod Sententia lata con- 21
tra unum ex hæredibus, alteri non obstat *Scacc. de sentent. & re judic. gloss. 14. quæst. 12. numer. 30. & 44. Peregrin. de Fideicom. art. 53. numer. 40. in fin. Maur. de fidejuss. sect. 4. cap. 34. num. 17. Salgad. de reg. protect. par. 4. cap. 8. num. 23. Altimar. de nullit. sent. rub. 4. quæst. 27. num. 2.*

Nec vim facit, quod prædictæ Sententiæ, tamquam latæ super statu, afficiant etiam non citatos, juxta *text. in l. ingenuum 25. ff. de Statut. homin.* qui licet 22
loquatur super statu personæ, attamen ex identitate rationis procedit etiam super statu rei *Rot. decis. 352. numer. 3. parc. 3. decis. 112. numer. 4. part. 8. decis. 108. numer. 2. part. 16. & decis. 31. numer. 8. & 9. part. 19. recent. & coram Peutine. decis. 114. numer. 14. & in Comen. Capellan. 31. Martii 1702. §. Et bis cor. de la Tremoill. & in Favent. Benefic. 2. Julii 1703. §. In qua, coram Caffarel. & in Mediolanen. Prioratus 18. Junii 1703. §. Omnem, cor. Scot.* quoniam hu- 23
jusmodi objectum nec in facto, nec in jure subsistit.

Non in facto; cum enim hæredes d. D. de Nerlis in solutione d. annui legati defecerint, dd. Patres anno 1611. exposuerunt in eorum libello, quod dictus Testator „ *reliquit pietantiam in qua expendantur* „ *quolibet anno FLORENI QUINQUE, & quod* „ *DD. Lucas, & Leo de Nerlis defecerant in solutione d. annui legati SCUTORUM QUINQUE, &* „ *proinde petant præcipi dictis de Nerlis, quod debeant,* „ *& quilibet eorum debeat persolvisse pro parte summam libr. 582. debitarum, decursarum, & non* „ *solutarum dictis Patribus ex causa dicti legati non* „ *adimpleti* „ Dom. autem Judex præceptum confirmavit *pro summa in dicta petitione, & libello contenta*: unde ex dictis verbis *SCUTORUM* 5. iidem PP. fortiter exclamant, quod dict. Sententia decidat, quod Floreni solvi debeant ad rationem libr. 7. pro Floreno; verum, Sententia hoc non decidit, immo

contra-

contrarium disponit, quia scuti aurei, & ducati argentei tempore Testamenti non erant cusi, & propte-
23 rea fuit evidens æquivocum Curialis in extensione libelli: corruente autem soppposito corruit Sententia *Castil. controv. tom. 5. cap. 83. à numer. 5. Salgad. in labyr. part. 3. capit. 1. a numer. 96. Rot. Flor.* inter recollect per *Palm. decis.* 140. *numer.* 4. & apud *Dom. de Comit. decis. 71. numer.* 17. quod manifeste convincitur ex Campionibus dictorum Patrum, in quibus apparet, quod eorum creditum conflatum ad rationem Florenorum de Sigillo, ascendebat de eo tempore ad dictam summam libr. 582. & sic dicti Patres petierunt Florenos de Sigillo, & Judex eis concessit Florenos de Sigillo, & clausula *pro parte*, aut refertur ad personas dictorum de Nerlis, quod quilibet suam partem solvere teneretur, aut ad fragmenta alterius libræ, quia in dictis Campionibus apparet, creditum esse in libr, 582. 11. 8. & sic Sententia retorquetur indubitanter, quia solutiones contrapositæ fuerunt dicto credito calculato ad rationem Florenorum de Sigillo, & sic in diminutionem dicti crediti, cui fuerunt contrapositæ *Angel. de confess. tom. 1. libr. 2. quæst. 67. num. 6. Mart. Med. dec,* 15. *numer.* 36. *Rota coram Bich. decis.* 306. *numer.* 31. *& decis.* 329. *num.* 10. *& decis.* 50. *num. 7. par. 17. recent.*

Sententia verò anni 1612. emanavit in judicio liquidationis portionis d. legati spectantis ad prædictos DD. Lucam, & Leonem, & fuit liquidata in summa libr. 1. 18. 8. cum supposito, quod Testator legasset scuta quinque „ ibi „ *de, & super annuo le-*
24 „ *gato facto per Dom. Franciscum de Nerlis SCU-* „ *TORUM quinque pro pietantia* „ unde idem error Curialis commissus in causa principali anni 1611. irrepsit etiam in Sententia liquidationis anni 1612. & propterea tamquam lata ex falso supposito non afficit *Salgad. de reg. protect. part. 4. capit. 7. numer. 88. & sequentibus, & in labyrint. credit. part. 3. capit. 1. numer. 97. Rot. Flor.* inter recollect. per *Palm. decis.* 143. *num.* 7.

Cum eodem erroneo supposito prolata fuit anno 1621. altera Sententia contra Dom. Elisabeth Cini Viduam Dom. Francisci de Acciajolis, per quam concessa fuit immissio dd. Patribus „ *donec, & quousque non fuerint satisfactitam de decursis, quam de decurrendis annuis legatis SCUTORUM 5. de quibus apparet in legato Francisci de Nerlis.* „

Ultima tandem Sententia anni 1651. nihil disponit, quia concedit immissionem in bonis DD. Bene-
25 „ dicti, & Henrici Leonis de Nerlis „ *secundum portionem hereditatis d. Francisci testatoris in ipsos pervenientem pro summa coram nobis liquidanda* „ unde cum exceptio diversæ qualitatis, aut valoris, d. monetæ non fuerit proposita, cognita, & discussa, certum est, quod non remansit decisa *Salgad. in labyrint. part. 3. capit. 1. numer. 4. Merlin. controv. 26. numer. 18. vers. unde succedit, Rocc. disput.* 110. *num.* 36.

Nec pariter subsistit objectum in jure, quia tunc
26 Sententia super statu afficit non citatos, quando lata fuit cum legitimo contradictore jus primarium habente, aliis vero non citatis, habentibus jus secundarium, & ab eo dependens tamquam membra sub capite, secus vero coæquale, & sic æque principale cum citato, quia tunc Sententia non afficit juxta theoricam *Bald.* communiter receptam in dict. *l. ingenuum,* „ *ff de Stat. homin.* „ ibi „ *& ideo inter pares competitores, sententia contra unum lata, puta contra unum ex fratribus, alteri non nocet; debet ergo litigator esse talis ita, quod alii sint sub eo sicut membra sub capite* „ & *Bald.* laudant, & sequitur *Covarruv. pract. quæst. capit. 13. numer. 5. & seq. Merlin. controv. forens. capit. 32. numer. 23. ad 30. cent 2. Scop.* ad eumdem *num. 7. ad 12. Mart. Medic. examinat. 39. numer. 7. vers ita ut, Samminiat. contr. 14. num. 156. vers. non obstat, Card. de Luca de Decim. disc. 6. num. 5. & 6. vers. & consequenter, Schettin. de cert. ven. ad caus. part. 2. cap. 3. inspect. 1. num. 1. & per tot. Franc. dec. 124. num. 1. & per tot. decis. 523. num. 17. vers. imo etiam, Chartar. decis. 52. num. 43. 44. & seq. Rot.* post *cons. Ramon. tom. 2. decis. 41. numer. 18. & seq. cor. Bich. decis. 550. per tot. cor. Manzaned. dec. 109. n. 7. cor. Cerr. dec. 382. num. 7. 8. 9. & coram Emerix Jun. dec. 126. numer. 6. & 7.* & ulterius requiritur, quod causa fuerit viriliter defensa *Far. ad Covarruv. pract. quæst. capit. 13. num. 25. Altim. de nullit. sentent. tom. 1. rubr. 4. qu. 4. num. 56. & seq. Palm. dec. 467. num. 58. & seqq. Rot. cor. Bich. dict. dec. 550. numer. 6. & decis. 475. numer. 37. par. 19. Rot. Flor.* post *Urceol. de transact. quæst. 50. numer. 62. & in Pisan. Separationis bonorum 28. Augusti 1716. §. Stantibus igitur, coram Illustriss. Dom. Audit. Urbani*; adeo quod ex actis constet de justitia d. Sententiæ secundum *Mass. ad decis. Charcar. tom. 1. parc. 1. observat. 45. num. 4.*

Cum ergo prædictæ sententiæ non afficiant, & aliquæ retorqueantur, justitia nodequaque suadet, quod fiat liquidatio juxta valorem Floreni de SIGILLO, & non Floreni LARGI.

Franciscus Fabrini
Supr. Magistr. Cancell.

A R G U M E N T U M.

De validitate, & justitia transactionis initæ super Statuto Pisano prohibente conjugi relinquere alteri conjugi; & an dictum Statutum comprehendat bona extra territorium, pro cujus quæstionis dilucidatione materia Statutariæ habilitationis, & inhabilitationis, plene discutitur.

S U M M A R I U M.

1 *Donationes inter virum, & uxorem de jure communi non sustinentur.*

2 *Nec dispositiones per ultimam voluntatem in præjudicium filiorum primi matrimonii, nisi intra virilem, ac si conjux esset unus ex liberis, aut in ea minori quantitate, qua uni ex eis relicta fuerit.*

3 *Referuntur plura Statuta, & signanter Mediolani, Papiæ, Parmæ, Alexandriæ, Mutinæ, Rhegii, Plumbini, & Pisarum, prohibentia ne conjuges ultra certam summam alteri conjugi donent, aut relinquant.*

4 *Prædicta municipales sanctiones editæ fuerunt ne conjuges mutuo amore se ad invicem spolient, vel decipiant.*

5 *Examinatur ratio spolii.*

6 *Et ratio præsumpta fraudis.*

7 *Prædicta statuta an sint odiosa.*

8 *Facti series exponitur, & num. 9. & 10.*

11 *Transactio valida, & justa, est omnino exequenda.*

12 *Pater an possit transigere pro Filiis.*

13 *Per alienationis prohibitionem an cessatur Patri prohibitus ususfructus in bonis adventitiis Filii.*

14 *Et in iis an sit legitimus administrator.*

15 *Pater habet usumfructum in bonis adventitiis Filii etiam fideicommisso suppositis.*

16 *Prohibitio ususfructus debet esse expressa, aut tacita ex urgentissimis conjecturis elicita.*

17 *Prohibitio alienationis regulariter intelligitur de voluntaria, quæ ex facto hominis procedit, non de necessaria, quæ procedit à lege, ut est ususfructus.*

18 *Prohibito usufructu, non censetur prohibita commoditas percipiendi fructus.*

19 *Ususfructus est jus reale infixum fundo; commoditas est jus personale utendi fructibus postquam à solo sunt separati.*

20 *Admissa commoditate, Pater est legitimus administrator.*

21 *Prohibita etiam commoditate, Pater est legitimus administrator, quando Filii sunt pupilli, aut minores.*

22 *Pater an possit transigere absque interventu Filii.*

23 *Transactio fieri non potest super jure claro.*

24 *Statutum Pisanum prohibens conjugi alteri conju-*

conjugi relinquere, an procedat tam in casu quo conjux decedat cum filiis, quam sine filiis.
35 Et an comprehendat bona extra territorium.
36 In materia successionum semper attenditur Statutum loci, ubi bona sunt sita.
37 Ripafratta redacta fuit in potestatem Florentinorum anno 1406. & in defectum ejus Statuti ad Florentina recurritur.
38 Statutum Pisanum non comprehendit bona extra territorium.
Contrarium, num. 34.
39 Inhabilitatio Statutaria simplex, & absoluta extenditur ad bona extra territorium, non per comprehensionem, sed per privationem.
30 Secus mixta, aut qualificata.
31 Statutum inhabilitans subditum ad testandum, non lædit aliena Statuta nec respectu personæ, nec respectu bonorum; & num. 32. & 33.
35 Prodigus cui interdicta sit administratio, contrahere non potest, nec intra, nec extra territorium.
36 Nec etiam testari.
37 Testamentum factum ab inhabilitato ad testandum a Pisano Statuto non valet nec intra, nec extra territorium de bonis hic, aut illic existentibus.
38 Explicantur authoritates in contrarium allatæ; & num. 39. usque ad 48.
49 Forensis testari potest in loco Statuti prohibitivi de bonis ibi existentibus.
50 Quando inhabilitatio est mixta, aut qualificata, Statutum non porrigit vires extra territorium, & num. 52.
51 Statutum Pisanum inhabilitans conjugem ad disponendum ad favorem alterius conjugis est merè personale, nec directè, nec indirectè disponit de bonis inhabilitati.
53 Habilitatio Statutaria non egreditur limites territorii.
54 Ad sustinendam transactionem sufficit dubietas resultans ex authoritate unius excellentis Doctoris.
55 Etiam quod prætensio sit parum dubia, dummodo evidens calumnia non interveniat.
56 Testamentum nullum ob incapacitatem instituti, vires assumit à substitutione vulgari.
57 Statuta quæ prohibent conjugi directè relinquere, prohibent etiam indirectè, si relictum fiat per interpositam personam.
58 Dominium, & possessio bonorum adsignatorum pro dote Commendæ erectæ in Sacra Religione D. Stephani spectant ad dictam Religionem, & solum administratio, & fructus ad Commendatarium pertinent.
59 Religioni D. Stephani competunt jura Fisci, & privilegia piæ causæ.
60 Nec comprehenditur sub Statuto generaliter loquente.
61 Bartholomeus Chesi laudatur.
62 Ad rescindendam transactionem ex capite injustitiæ requiritur læsio enormissima.
63 Transactio ad instantiam Partium à Principe confirmata est irretractabilis.
64 Maxime si sit geminata, executa, & observata.
65 Qui transactionem impugnat, debet prius restituere quidquid accepit vigore dictæ transactionis.
66 Transactio inita per Fideicommissarium bona fide, & utiliter, ligat etiam successorem in fideicommisso.



Pisana Transactionis,

5. Septembris 1732.

DISCURSUS CCXXII.

MAritalis amor aliquando Conjugum pectora taliter urit, & mentis facultates adeo obumbrat, ut unus quasi in altero conjuge vivens, lacrymis, blanditiis, & falsis suasionibus deceptus, ejus liberæ voluntati obsequendo, omnia bona sua in præjudicium liberorum, aut aliorum ab intestato venientium ei donat, aut relinquit; unde Romanorum legibus pro-
1 hibitæ fuerunt donationes inter virum, & uxorem, ut in *l. 1. 2. & 3. ff. de donat. inter vir. & uxor.* nec
2 non dispositiones per ultimam voluntatem in præjudicium filiorum primi matrimonii, nisi intra virilem, ac si conjux esset unus ex liberis, aut in ea minori quantitate, quæ uni ex eis relicta fuerit, ut in *leg. hac edictali 6. Cod. de secund. nupt.*

Hujusmodi Romanorum leges Populorum moribus ita suadentibus in pluribus Italiæ Civitatibus fuerunt ampliatæ, ut refert *Jas. in l. si iis qui 6. ff. de vulg. & pupill.* & signanter per Statutum Mediolani, super
quo scripsit *Dec. cons. 195. lib. 1.* & late *Carpan.* ad 3
idem *Statut. cap. 295.* per Statutum Papiæ, super quo *Cephal. cons. 59. & 60. Curt. Sen. cons. 11. Curt. Junior. cons. 6. Natt. cons. 463. Thusc. lit. S. concl. 586. num. 7. Ferrar. pract. Papien. in form. libel. ad dotem, glos. dedit, & legavit num. 2. Tort. ad Id. Statut. rubric. 90.* per Statutum Parmæ super quo *Soccin. Sen. cons. 74. libr. 3. Alexand. consil. 54. libr. 7. Bursat. cons. 189. Cephal. cons. 414. lib. 3.* per consuetudinem Alexandriæ quod Maritus non possit legare uxori ultra solidos 20. super qua *Menoch. cons. 11. libr. 1.* & late *Lancill. Gall. iacer tract. Magn. tom. 2. impress. Venet. ann. 1584. à car. 284.* per Statutum Mutinæ, super quo *Cephal. cons. 408. libr. 3.* per Statutum Rhegii, super quo *Roman. cons. 39. Thusc. lit. S. conclus. 585. num. 9. Cott. in suis memorab. verbo Statutum civitatis Rhegii*: per Statutum Plumbini, super quo *Emin. De Luc. de Testam. disc. 32.* & pluribus aliis omissis, per Statutum Pisarum *rubr. 40.* prohibens ne conjux ultra solidos 300. donet, aut relinquat alteri

conju-

conjugi, ejusque ascendenti, descendenti, aut transversali infra tertium gradum, vel alteri, per quem ad ipsum revertatur, vel reverti sit verisimile, super quo emanarunt plures *Rotæ nostræ decisiones*, & præcipuè super testamento D. Friderici de Lanfranchis 11. *Julii* 1564. *Lib. Mot.* 25. *a car.* 216. super testamento D. Jacobi pariter de Lanfranchis 13. *Martii* 1564. *dict. lib.* 25. *a car.* 507. super testamento D. Andreæ del Testa 8. *Februar.* 1574. *libr.* 39. *a car.* 445. & in causa Boccettani 30. *Maji* 1575. *lib.* 40. *a car.* 183. & de anno 1599. in celebri causa Compagni & Catignani, in qua pro resolutione dubiorum ejusdem Rotæ, Hieronymus Papponi edidit sex consilia, *sc.* 67. 68. 69. 70. 71. *&* 72. & Andreas Fachinæus tria, *sc.* 51. *&* 52. *lib.* 1. *&* 32. *lib.* 3. & in causa Vinta, Rossellmini, & Medici *die* 31. *Augusti* 1620. *lib.* 101. *a car.* 347. & super testamento Flaminii Aquilani 12. *Septembris* 1641. *lib.* 114. *a car.* 746. *& libr.* 115. *a car.* 271. & super testamento Dom. Petri Schipis 12. *Septembris* 1687. *lib.* 131. *a car.* 704. & tandem super testamento D. Odoardi Rossellmini prodiit altera decisio extensa solita doctrinæ profunditate, & sermonis elegantia ab Illustriss. D. Aud. de Comitib. *die* 1. *Septembris* 1711. *inter suas la* 16.

4 Prædictæ municipales sanctiones duabus rationibus innituntur secundum *Bartol. in l. cunctos Populos* 1. *C. de sum. Trinit. num.* 32. „ ibi „ *hoc est factum*, „ *ne mutuo amore se ad invicem SPOLIENT*, *vel DECIPIANT*.

Contra primam invehit *Baldus, cons.* 119. *erga fin,*
5 *lib.* 3. quia ratio spolii ab Ulpiano excogitata in *dict. l. si maritus* 1. *ff. de donat. int. vir. & uxor.* propriè conveniat donationi inter vivos, per quam donator substantia sua se spoliat; non autem ultimis voluntatibus effectum sortitura post mortem, quæ disponentem bonis omnibus spoliat, & propterea per executionem testamenti amplius spoliari non possit; & *Baldum* sequuntur *Cephal. cons.* 408. *num.* 95. *& cons.* 414. *num.* 75. *lib.* 3. *Fachin. cons.* 52. *num.* 12. *lib.* 1. *De Luc. de testament. dict. disc.* 32. *num.* 9. : verùm quia dicta verba benignè ut par est, intelligi debent, quia conjux conjugem instituendo satis se spoliat in persona liberorum, aut aliorum legitimorum hæredum, ut ingenuè fatetur idem *Fachin. dict. cons.* 52. *num.* 13. *lib.* 1. ideoque dictam rationem admittunt *Salyc. in dict. l.* 1. *nu.* 11. *Jas. in l. si arrogator*, *numer.* 43. *ff. de adopt. Roman. cons.* 39. *num.* 1. *&* 2. *Mandell. Alb. cons.* 88. *num.* 2. *Alex. cons.* 41. *nu.* 7. *lib.* 5. *Barbat. cons. ultimo num.* 25. *lib.* 3. *Dec. cons.* 195. *num.* 1. *lib.* 1. *Brun.* quod extant *mascul. art.* 1. *quæst.* 4. *num.* 39. *Curt. Sen. & Jun. ille cons.* 11. *numer.* 11. *hic cons.* 6. *numer.* 10. *&* 16. *vers. secundo*, *Rimin. cons.* 11. *num.* 22. *Castil. cons.* 2. *num.* 5. *Menoch. cons.* 11. *num.* 9. *vers. secundam*, *Pappon. cons.* 72. *num.* 17. *Lancill. Gall. ad consuet. Alex. præfat.* 5. *num.* 39. *Carpan. ad Statut. Mediol. cap.* 295. *numer.* 147. *Tor. ad Statut. Pap. rubr.* 90. *num.* 6.

Altera ratio *VEL DECIPIANT* impugnatur ab
6 eodem *Eminent. De Luc. de testam. dict. disc.* 32. *numer.* 9. *vers. prout*; verùm ipse, & non Bartolus decipitur, quia *Rota Florentina* eam disertis verbis explicat & amplectitur *dict. Lib. Mot.* 114. *a car.* 746. §. *Et quidem* „ ibi „ *diximus Pisanum Statutum fuisse editum in publicam utilitatem ad excludendas dolosas circumventiones uxorum calliditate pollentium ab eorum viris, calore maritalis amoris bona titulo legati extorquentium, & sic ad removendas fraudes, deceptiones, & machinationes uxorum viros decipientium* “ & propterea dictam rationem commendant *Soccin. cons.* 74. *col.* 2. *lib.* 3. *Crot. in rubr. ff. de acquirend. possess. num.* 34. *Rip. in l.* 2. *numer.* 14. *ff. de legat.* 1. *Natt. cons.* 463. *num.* 1. 2. *&* 20. *Menoch. cons.* 11. *num.* 2. *lib.* 1. *Pappon. cons.* 67. *num.* 1. 4. 5. *& cons.* 72. *num.* 18. *&* 20. *Fachin. cons.* 52. *num.* 13. *vers. & certe*, *lib.* 1. *Pech. de testament. conjug. lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 3. 4. *&* 5. *Gall. ad consuetud. Alexand. præfat.* 5. *numer.* 45. 46. *&* 47. *Rot. Flor. Lib. Mot.* 40. *a carte* 187. *dict. lib.* 114. *a* 746. *& lib.* 131. *a car.* 715. *ter.* §. *Et hac eadem*.

An autem dicta statuta favorem, vel odium con-
7 tineant, anceps est quæstio. Quod sint odiosa, eo quia adimunt facultatem testandi, docet *Baldus in dict. l.* 1. *num.* 88. *C. de sum. Trinitat. & cons.* 119. *vers. restat modo*, *lib.* 3. & cum eo *Ancharan. cons.* 280. *num.* 1. *& seq. Soccin. Sen. dict. cons.* 74. *num.* 4. *vol.* 3. *Alex. cons.* 26. *num.* 16. *lib.* 2. *& cons.* 41. *num.* 7. *lib.* 5. *Dec. cons.* 196. *num.* 4. *Ruin. cons.* 174. *num.* 8. *vol.* 1. *Alb. cons.* 88. *num.* 20. *Bursat. cons.* 189. *numer.* 60. *vol.* 2. *Cephal. cons.* 414. *num.* 73. *Torniol. cons.* 67. *num.* 25. *Tort. ad stat. Pap. rubr.* 90. *n.* 5. & cum hac opinione transire videtur *Rot. dict. Lib. Mot.* 101. *a car.* 347. §. *Prout:* E contra verò quod hujusmodi statuta sint favorabilia tamquam edita ad evitandas fraudes, quibus conjux illecebris, & blanditiis alterius conjugis irretitus, aut minis, jurgiis, & infestationibus commotus liberos, aliosve legitimos successores debita privat successione, firmat *Bart. in dict. l.* 1. *num.* 32. *C. de Sum. Trinitat.* & eum sequuntur *Rip. in l.* 2. *num.* 14. ubi *Aleiat. numer.* 3. *ff. de legat.* 1. *Soccin. Sen. cons.* 74. *num.* 2. *vol.* 3. *Alciat. cons.* 8. *numer.* 14. *libr.* 2. *Curt. Jun. cons.* 6. *per tot. Cephal. cons.* 59. *num.* 8. *vol.* 1. *Natt. cons.* 463. *num.* 2. *Roman. cons.* 39. *num.* 2. *Cost. cons.* 13. *num.* 26. *Menoch. cons.* 11. *nu.* 16. *lib.* 1. *Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 7. *tit. nisi aliter*, *num.* 16. *vers. & quantum ad secundum*, *Thusc. lit. S. concl.* 586. *num.* 4. *&* 6. *Carpan. ad Statut. Mediol. cap.* 295. *num.* 146. *Illustriss. D. Aud. Fiscalis Luci Sen.* post *Girond. de Gabel. decis.* 38. *num.* 6. interest enim Reipublicæ quod suprema morientium elogia à libera eorum voluntate omnino dependeant *Lanc. Gal. ad consuet. Alexand. præfat.* 5. *num.* 49. & quod testantium bona in familiis conserventur *Mandos. cons.* 104. *num.* 14. *Pech. de testamen. conjug. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 5. & propterea dicta statuta favorem publicum respiciunt *Jas. in l. si arrogator*, *ff. de adopt. num.* 43. *Mandos. dict. consil.* 104. *numer.* 14. *Rot. Flor. Lib. Mot.* 40. *a car.* 187 *lib.* 39. *a car.* 445. *ter. & lib.* 114. *a car.* 146. §. *Et quidem*, & appellantur æqua, optima, & sancta, *Ferrar. in pract. Papien. in form. libel. ad dotem, glos. dedit, & legavit. nu.* 2. *Chassan. in consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 7. *verb. par testam. n.* 3. *Pech. de testam. conjug. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 3. *Lancil. Gall. ad consuetud. Alexan. præfat.* 4. *n.* 9. & licet pauci sint qui versutias, & calliditates pro extorquenda conjugis voluntate adhibeant, attamen hi pauci causam dederunt statutario edicto, quod fraudem præsumit & super fraude disponit, prohibendo actum fieri, & factum haberi pro infecto; ut doctè ponderat *Pappon. dict. cons.* 67. *num.* 1. 6. *&* 7. eo modo quo conditum fuit Senatus-consultum Macedonianum propter Macedonem fœneratorem, qui licèt unicus, legi universali causam dedit *Pech. de testam. conjug. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. *Lancil. Gal. ad consuetud. Alexand. præfat.* 5. *num.* 57.

Inter graves controversias, quæ super dicto Pisa-
no statuto emerserunt, non infimum locum tenet 8
ea, quæ exorta fuit super testamento condito anno 1646. à Nobili Muliere D. Flammetta Santo Regolo Appiani uxore in secundis nuptiis D. Joannis Baptistæ Cepparelli, in quo hæredes universales instituit ejus filios masculos nascituros ex se, & ex d. Cepparelli, & iis non extantibus, aut absque filiis decedentibus instituit, & respectivè substituit filios masculos dicti ejus secundi viri natos ex primo ejus matrimonio, aut nascituros ex aliis matrimoniis; & in eventum quod dicti ejus privigni hæredes non essent, erigi mandavit super omnibus ejus bonis Commendam in Sacra Religione D. Stephani ad eorum favorem; & in casu quo ea fundari non posset, erigi voluit duos Canonicatus in Ecclesia Primatiali Civitatis Pisarum, quorum Juspatronatus activum dd. privignis, eorumque descendentibus masculis reservavit: extinctis autem lineis masculinis, & ab eis descendentium, tam filiorum dictæ testatricis, quam filiorum masculorum d. Joannis Baptistæ ex aliis nuptiis procreatis, & procreandis erigi voluit dd. præbendas Canonicales, ut supra.

Defuncta d. testatrice D. Eques Petrus Cascina
tamquam hæres ab intestato adeptus fuit possessio- 9
nem bonorum stabilium in dicta hæreditate remansorum cum præcedenti decreto Prætoris Ripæfractæ, in cujus territorio sunt sita, verùm se opposuit d.

Ceppa-

Cepparelli exhibendo d. testamentum, per quod cessare prætendebat causam successionis ab intestato non obstante d. Pisano Statuto, utpote restricto ad casum, quo conjux decedat cum filiis, non autem absque filiis, ut in casu nostro, unde instructo processu prodiit sententia favorabilis d. Cascinæ in possessorio, reservatis juribus d. Cepparelli in petitorio, quæ ob non prosecutam appellationem interpositam ad Rotam Florentinam, transitum fecit in judicatum.

Prædictæ controversiæ amicabilis concordia de con-
10 silio Jurisperitorum primi nominis finem imposuit, in qua conventum fuit quod, dict. Joannes Baptista Cepparelli erigeret Commendam in d. Sacra Religione, assignando tot bona d. hæreditatis, quæ ascendant ad valorem scutorum sex millium, & de ea investiri deberet pr. loco d. D. Eques Cascina, à quo omnia bona hæreditaria dimittenda essent, reservata sibi pensione super d. Commenda scutorum 136. ejus vita durante; & post ejus obitum succedere deberent filii masculi d. Cepparelli ordine primogenituræ, & post extinctionem earum linearum filii masculi d. Cascinæ; unde oblatis precibus Serenifs. Magno Magistro pro fundatione dictæ Commendæ, d. Cascina bona hæreditaria dimisit, & dicto Cepparelli pensionem scut. 136. per aliquot annos persolvit; verùm quia Serenifs. M. Magister eorum precibus non annuebat, eas reiterarunt, offerendo pro dote d. Commendæ ex parte dict. Cepparelli sc. 7000. & ex parte d. Cascinæ alia sc. 1000. pro augmento dictæ Commendæ solvenda statim ac ad favorem ejus descendentium aperiretur successio; unde Serenifs. Magnus Magister transactionem confirmavit, & Commendam acceptavit; sed interim vita functo dicto Cascina, & postea d. Cepparelli, non fuit celebratum instrumentum fundationis d. Commendæ; unde d. Sacra Religio, & D. Eques Joseph Maria Cascina filius d. Equitis Petri judicium instituerunt anno 1675. coram Magistratu Supremo adversus Dom. Catharinam Cepparelli filiam d. Joannis Baptistæ, petentes eam condemnari ad complendam dictam fundationem; verùm mortuo d. Equite Josepho absque filiis, D. Gaspar *Santo Pietro Gasperi* d. Commendam pro se, & suis descendentibus impetravit, sed eo pariter defuncto, D. Raynerius ejus filius causam reassumpsit adversus D. Equitem Laurentium Panuzzi filium dict. D. Catharinæ, & ad nostram relationem victoriæ palmam reportavit.

Transactio enim supra recensita, & super qua lato calamo scripsit *Eminent. De Luc. de alienat. disc.* 70. non controvertebatur, & in omnem casum justificatur ex confessione partium emissa in precibus Serenifs. M. Magistro porrectis, & à dd. partibus subscriptis, quæ publico transactionis instrumento æquiparatur per *text. expres. in l. cum te transegisse 5. C. de transact.* unde cum transactio præsumatur
11 VALIDA, & JUSTA, omni jure est exequenda, ne controversiæ jam sopitæ, & extinctæ iterum suscitentur. *Gratian. discept.* 665. *num.* 11. *Staib. Jun. resolut.* 19. *num.* 6. *lib.* 1. *Urceol. consult.* 48. *num.* 25. *& de transact. quæst.* 69. *num.* 1. *& quæst.* 70. *num.* 4. transactio enim habet vim rei judicatæ, & impedit ingressum novæ litis *Bonden. collect.* 7. *numer.* 5. *tom.* 1. *Urceol. de transf. d. quæst.* 69. *num.* 2. *Palm. decis.* 139. *num.* 15. & plenè *decis.* 170. *numer.* 2. *Rot. coram Caprar. dec.* 430. *num.* 1. *& coram Molin. decis.* 184. *num.* 1. *decis.* 203. *num.* 1. *decis.* 274. *num.* 9. *tom. prim. decis.* 913. *numer.* 4. *tom.* 3. *& decis.* 1305. *num.* 5. *tom.* 5. imo fortior est re judicata, quia difficiliùs rescinditur *Rot. coram Falconer. tit.* 24. *decis.* 9. *num.* 4. *& tit. de cens. dec.* 7. *num.* 1.

Nec ad impediendam executionem d. transactionis obstare putavimus NULLITATES, quæ ob defectum causæ efficientis, & materialis adversus eam objiciebantur.

12 Defectus CAUSÆ EFFICIENTIS deducebatur, ex quo pater non potuisset transigere pro filiis, & filii debuissent transactioni intervenire una cum patre.

Quod pater non haberet facultatem transigendi pro filiis suadebat dispositio testamentaria d. D. Flammettæ, in qua hæredibus institutis, & substitutis prohibuit „ *ogni alienazione, o a lungo tempo allogazione di tutti li beni stabili di detta Signora Testatrice, volendo, che del tutto si conservino sotto perpetuo vincolo di fideicommisso* " per quam alienationis prohibitionem censetur patri prohibitus usufru- 13
ctus, *Rosa cons.* 18. *num.* 5. *& seq. Rill. apud Mans. consult.* 405. *num.* 4. *& consult.* 595. *numer.* 6. *& seq. Ansald.* apud eum *dict. consult.* 474. *numer.* 8. *& seq. Pacific. de Salv. inspect.* 3. *cap.* 2. *numer.* 728. *De Luc. de servit. disc.* 63. *numer.* 2. *& seq. Rot. Florent. die* 31. *Augusti* 1691. *in celebri causa de Strozzis, in qua septem consultationes edidit Samminiat. sc.* 18. 85. 86. 87. 88. 89. *&* 114. & duas *Mans. sc.* 475. *&* 600. *post contr. ejusd. Sammin. a car.* 733. *confirmat. coram Illustrissim. D. de Comit. decis. Flor.* 34. *usque ad* 39. pater autem in bonis 14
adventitiis filiorum, in quibus non habet usumfructum, transigere non potest, cum in illis non sit legitimus administrator *Boscol. resp.* 5. *num.* 20. apud *Torr. de Primogenit. par.* 2. *Conciol. alleg.* 47. *numer.* 13. *Mel. in addit. ad Castil. de alim. observat.* 44. *num.* 5. *Urceol. de Transact. quæst.* 15. *numer.* 13. *& quæst.* 16. *num.* 1. *&* 10. *Rot. cor. Caprar. decis.* 147. *num.* 13. & per consequens dicta transactio inita à 15
solo patre nullitatis vitio laboret; quoniam pro objecti resolutione animadvertimus, quod patri competit usufructus in bonis adventitiis filii etiam fideicommisso suppositis *l. quacumque* 4. *C. de bon. quæ liber. Mans. consult.* 404. *num.* 2. *Ansald.* apud eumdem *consult.* 474. *num.* 6. *Palm.* apud *Sammin. contr.* 111. *numer.* 3. *Giurb. ad consuetud. Messan. cap.* 7. *glos.* 2. *part.* 1. *num.* 9. *D. de Comit. dict. decis. Florent.* 34. *num.* 2. & licet Testator possit usumfructum prohi- 16
bere, prohibitio tamen debet esse expressa per *tex. in auth. excipitur C. de bon. quæ liber. & in novel.* 112. *ut lic. matri, & avia in fin. princ.* aut tacita ex urgentissimis conjecturis elicita, quæ æquipolleat expressæ *Mans. cons.* 404. *num.* 3. *& cons.* 407. *num.* 6. *& cons.* 475. *num.* 8. *&* 9. & apud *Samminiat. controv.* 111. *num.* 13. *Palm.* apud eumdem *contr.* 112. *num.* 25. *Castil. de usufr. cap.* 3. *num.* 57. *Paschal. de patr. potest. part.* 1. *cap.* 3. *numer.* 38. *Molin. de Primogen. cap.* 19. *num.* 31. *De Luc. de Servit. disc.* 60. *num.* 4. *& disc.* 64. *num.* 2. *vers. est bene verum, Rot. Flor. Lib. Mot.* 134. *a car.* 6. In hypothesi D. Flammetta 17
prohibendo alienationem intellexit de ea, quæ ex facto hominis, non ex facto legis procedit, ut admitti videtur in dicta causa Strozzi, in qua contrarium fuit decisum, quia prohibita fuerat alienatio „ *tanto volontaria, che necessaria* " & sic usufructus, qui est alienatio necessaria facta à lege *Sammin. contr.* 114. *num.* 13. *&* 14. & latiùs in *Motivo* post ejus *contr. tom.* 2. §. *Et præcipue, & cor. Illustris. D. de Comit. decis. Flor.* 37. *numer.* 2. *&* 3. quod mirifice comprobatur, quia substituit non solùm privignos jam natos, sed etiam nascituros ex aliis nuptiis, in quibus cum nulla particularis dilectio considerari possit, solum contemplatione patris invitati censentur *Hodiern. in l. hac edictal. quæst.* 2. *num.* 45. *vers. in secundo, Castil. controv. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 31. *Surd. decis.* 322. *num.* 43. 44. *&* 48. *& dec.* 324. *num.* 8. *vers. tertio respondetur, Rot.* apud *Balducc. tit.* 3. *decis.* 44. *num.* 32. *& seq. Senat. Nic. dec.* 90. *num.* 4. post *Consil. Ramon. vol.* 4. & consequenter totum commodum spectat ad patrem, juxta theoricam *Bartol.* communiter receptam in *l. sed si plures* 10. §. *in arrogato, num.* 3. *ff. de vulg. & pupil. Bald. in l. cum oportet, num.* 3. *C. de bon. quæ liber. Surd. dict. decis.* 322. *ex num.* 47. *Castil. controv. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 32. *Boscol. contr. feudal. post disc.* 103. *De Luc. de feud. art.* 2. *num.* 80. idem *De Luc. de credit. disc.* 80. *num.* 3.

Verum admisso citra veritatis præjudicium, quod patri prohibitus esset usufructus, attamen prohibi- 18
ta non esset commoditas percipiendi fructus, quæ sub quacumque strictissima, & effrænata alienationis prohibitione non comprehenditur, ea evidenti ratione, quia usufructus est jus reale infixum fundo, & fundi partem constituens *Garz. de expens. cap.* 10. *num.* 19. *Sammin.* apud. *Mans. cons.* 473. *num.* 15. *tom.* 5. *Rot. Florent. in dict. causa Strozzi post Sammin.* §. *Et ratio, & Lib. Mot.* 134. *a car.* 6. *ter.*

commo-

19 commoditas autem utendi fructibus est jus personale
possessoris, ut accidit in marito, qui si in dotem re-
ceperit annuos fructus, debet eos soluto matrimo-
nio restituere, & eo constante, habet solam com-
moditatem iis utendi *De Luc. de servitut. disc.* 63.
num. 3. *& de regalib. disc.* 36. *numer.* 5. *vers. ista-*
rum, *Merlin. dec.* 843. *n.* 3. & propterea in prohibitio-
ne alienationis bonorum testatoris venit ususfructus,
qui est pars fundi, & non commoditas, quæ est jus
utendi fructibus postquam à solo sunt separati; *Garz.*
de expens. d. cap. 10. *num.* 46. *per tot. Bursat. cons.*
133. *num.* 136. *& seq. De Pont. cons.* 19. *num.* 28.
lib. 1. *Mans.* apud *Sammin. contr.* 111. *numer.* 47.
Palm. apud eumdem *contr.* 112. *numer.* 17. *& seq.*
Giurb. ad consuetud. Messan. part. 1. *cap.* 7. *glos.* 3.
num. 25. *& seq. Andreol. controv.* 224. *numer.* 11.
in fin. Molin. de Primogen. lib. 1. *cap.* 19. *num.* 33.
Mart. de success. par. 4. *quæst.* 1. *art.* 3. *num.* 75.
Durand. de art. testan. tit. 6. *caut.* 16. *numer.* 3.
Trentacinq. var. lib. 1. *tit. de pecul. resolut.* 5. *nu-*
mer. 14. *vers. ego*, *Milanen. dec.* 3. *num.* 72. *cum*
seq. lib. 2. *Franc. dec.* 10. *num.* 8. *vers. præterea*,
ibique *De Luc. num.* 5. *Peregrin. decis.* 102. *num.* 2.
& seq. Rot. Flor. pluribus aliis congestis apud *Palm.*
decis. 478. *num.* 25. *tom.* 5. *& dict. Lib. Mot.* 134.
a car. 1. imò idem Samminiati acerrimus contrariæ
sententiæ propugnator ingenuè fatetur opinionem Gar-
ziæ, & Molinæ in casu simplicis prohibitionis alie-
nationis esse veram *dict. contr.* 114. *num.* 102. secus
autem si ex aliis conjecturis colligatur quod Testator
voluerit, quod fructus liberè ad ejus successorem per-
tineant, ex quo remanet exclusa ipsa commoditas,
ut decisum fuit per *Rot. Florent. in dict. causa Stroz-*
zi post *controvers. Sammin. §. Quia dict. limitatio*,
a car. 742. *& eorum D. de Comit. decis.* 37. *num.*
18. *&* 19. *Samminiat. dict. contr.* 114. *à num.* 101.
& signanter *num.* 108. & nihilominus in prima in-
stantia scissa fuerunt vota ut in *Lib. Motiv.* 134. *a*
car. 1. *& Rota Romana* contrarium sensit in pluri-
bus decisionibus, quas refert, & sequitur *Ansald. in*
annot. ad dec. 50. *in princ.* & clariùs *in annot. ad*
20 *decis.* 75. *num.* 31. admissa autem commoditate cer-
tum est, quod pater est legitimus administrator, ut
pluribus relatis *Hodiern. in l. hac edictali, quæst.* 3.
num. 6. *Rot. nostra Lib. Mot.* 134. *a car.* 1. *§. Ve-*
rum: quæ omnia maxime procedunt quando ususfru-
ctus prohibitus fuit ad commodum filii, ut ditior
fiat, & non in odium patris, qui sit dilapidator,
aut alia ratione suspectus, quia tunc competit ei
commoditas cum administratione conjuncta *Apont.*
cons. 19. *num.* 29. *&* 30. *Capyc. Galeat. contr.* 41.
num. 8. *& per tot. lib.* 2. *Castil. de usufr. cap.* 3. *à*
num. 59. *ad* 64. ubi explicat *Caldas. Giurb. ad con-*
suet. Messan. cap. 7. *glos.* 3. *numer.* 4. *De Luc. de*
servit. disc. 64. *num.* 4. *Olea de cess. jur. tit.* 2. *q.* 6.
21 *num.* 47. *vers. administrationem*, imò prohibita etiam
commoditate, quando filii sunt pupilli, aut mino-
res, ut in casu nostro, patet est eorum legitimus ad-
ministrator, si non ratione ususfructus, aut commo-
ditatis, saltem ratione patriæ potestatis *Harm. Pistor.*
quæst. 11. *num.* 9. *&* 13. *vers. huic causa*, & pro-
pterea potest contrahere, distrahere, transigere, &
alienare *De Luc. de alienat. disc.* 27. *num.* 12. *&*
per tot. Quod filii transactioni intervenire debuissent,
deducebat d. D. Eques Panuzzi ab eorum ætate, quia
22 unus ex eis tempore transactionis infantilem, imò
pupillarem ætatem excedebat, & propterea ejus con-
sensus requireretur ad tradita per *Castrens. in l. ne-*
que tutores, numer. 5. *C. de procurator. Ackolin. re-*
solut. 21. *numer.* 13. *Jov. de solemnit. glos.* 15. *§.* 8.
ex num. 13. *Angel. de confes. com.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 14.
num. 15. *Rot. dec.* 105. *num.* 3. *& decis.* 401. *nu-*
mer. 58. *par.* 16. *decis.* 554. *num.* 2. *& dec.* 678.
num. 8. *part.* 18. *rec.* verum omisso quod contrarium
sentiunt gravissimi Doctores, & signanter *De Luc.*
de alienat. disc. 35. *num.* 16. *&* 17. quem laudat &
sequitur *Rot. nostra in causa Dei & Rampini* 14. *No-*
vembris 1718. *§. Verum in fin.* prædictæ authorita-
tes loquuntur in terminis tutoris, & hic agitur de
Patre, qui majorem authoritatem habet, quam tu-
tor; ideoque sive filius sit infans, sive infante ma-
jor, potest pro eo transigere sine Judicis decreto,
quia habet administrationem cum libera potestate, ut
latè probat *Urceol. de transact. quæst.* 15. *numer.* 1.
5. 9. *& per tot.* maxime si transactio tendat in uti-
litatem filii, ex qua resultet bona fides patris transi-
gentis, qui non imprudenter, sed justa interveniente
causa transegerit *Valeron. de transact. tit.* 4. *quæst.* 4.
num. 18. *Olea de cess. jur. tit.* 2. *quæst.* 6. *num.* 28. *&*
29. *Urceol. dict. quæst.* 15. *num.* 16. *Rot.* post *Constant.*
ad Stat. Urb. decis. 54. *num.* 9. *decis.* 56. *num.* 10. *&*
decis. 57. *num.* 12. & in præcisis terminis transactio-
nis initæ super simili Statuto *De Luc. de testam. disc.*
32. *num.* 12. *usque ad fin.* bona fides autem patris,
& utilitas filii est evidens, ut infra luculenter de-
monstrabitur.

Defectus CAUSÆ MATERIALIS opponebatur,
quia transactio inita fuerit super jure claro secum fe- 23
renti præsumptionem calumniæ, ob quam concordia
rescinditur, & habetur ac si facta non esset *Urceol.*
de Transact. quæst. 43. *num.* 26. *& seq. Altograd. cons.*
104. *num.* 35. *&* 53. *vol.* 2. *Cyriac. contr.* 183. *num.*
80. *lib.* 1. *& contr.* 237. *num.* 5. *lib.* 2. *Bonden. col-*
lect. 7. *num.* 37. *vol.* 1. *Rub. de Testam. cap.* 84. *num.*
267. *& seq. Rot. dec.* 202. *num.* 10. *& dec.* 294. *num.*
12. *part.* 8. jus autem clarum ex duobus fundamen-
tis eliciebatur.

I. Quia Statutum Pisanum vindicet sibi locum in 24
casu quo conjux decedat cum filiis juxta *cons. Dec.*
540. *lib.* 2. cui videtur adhærere *Emin. De Luc. de*
testam. dict. disc. 32. Nos autem Statuti tenore ma-
ture perpenso fuimus in Voto, quod utrumque ca-
sum tam obitus cum filiis, quàm absque filiis pari-
formiter complectatur juxta opinionem *Soccin. Sen.*
consil. 79. *num.* 55. *vers. sed jam absoluto consilio*,
lib. 4. quem expresse *Decio* reprobato sequuntur *Man-*
del. cons. 88. *numer.* 1. *& seq. Lancillot. Gall. in*
commentar. ad consuetud. Alexandr. præfat. §. num.
23. *in fin. Pappon. cons.* 72. *num.* 15. *Anton. Gra-*
vat. in addit. ad dict. cons. decis. 540. ubi asserit
quod *Decius d. consilium* edidit ad allucinandos Ju-
dices, & propterea idem *De Luc.* ingenue fatetur
quod in judicando ab hac opinione non recederet
dict. disc. 32. *num.* 9. *in fin.* prout numquam reces-
sit *Rota nostra*, & signanter in dicta causa Boccet-
tani, & Compagnoni 30. *Maji* 1575. *Lib. Mot.* 42.
a car. 184. *ter. §. Quibus tamen*, ubi de pacifica ob-
servantia interpretativa d. Statuti, & in dicta causa
Vinta, & Rossellmini *die* 31. *Augusti* 1629. *Lib.*
Mot. 101. *a car.* 347. *§. Et quo ad primam*, & in
dicta causa Aquilani 12. *Septembris* 1641. *Lib. Mo-*
tiv. 114. *a car.* 746. *&* lib. 115. *a car.* 270.

II. (& quidem totis viribus) Quia prædictum 25
Statutum non comprehendat bona sita extra territo-
rium, cum in materia successionum, in quibus agi- 26
tur de bonis defuncti, semper attendatur Statutum
loci, ubi bona sunt sita, justa theoricam Jacobi de
Ravenna *in l. cunctos populos* 1. *C. de sum. Trinit.*
quam per totum Mundum esse receptam magistrali-
ter ostendit Illustriss. D. de Comi. *decis. Flor.* 73.
per tot. rejecta distinctione an Statutum loquatur in
rem, vel in personam *Bonden. collect.* 41. *num.* 13.
volum. 2. *Gov. consult.* 10. *numer.* 2. *tom.* 2. *D. de*
Comit. d. decis. 73. *num.* 26. ea viva ratione, quia
Statutum de successionibus licèt de personis loqua-
tur, semper quoad effectum est reale, tamquam prin-
cipaliter disponens de rebus defuncti, uni, vel alteri
ex deferendo, ut doctè *Merlin. d. decis.* 353. *numer.*
22. *& per tot. D. de Comit. d. decis.* 73. *num.* 18. ne-
mo enim jurisdictionem exercere potest ultrà proprium
territorium *Merlin. de legit. libr.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 18.
num. 20. *Bonden. dict. collect.* 41. *numer.* 75. *Merlin.*
dict. decis. 353. *numer.* 9. cum extra illud Statuentes
sint privatæ personæ *Venturin. consil.* 13. *numer.* 47.
Conciol. alleg. 39. *num.* 33. *vers. extra enim Merlin.*
dict. decis. 353. *numer.* 10. unde cum bona contro- 27
versa sita sint in territorio Florentino, quia Ripa-
fracta usque de anno 1406. redacta fuit in potesta-
tem Florentinorum, & condidit nova Statuta, in
quibus appellatur *olim comitatus Pisarum*, *& nunc*
comitatus Florentiæ; & anno 1594. condidit alia
Statuta, in quorum defectum ad Florentina recurri
præcipitur, ut in Rub. 40., & tradit idem D. de
Comitib. *decis. Flor.* 74. *num.* 6. *&* 7. attendi non
de-

28 debeat in eorum successione Statutum Pisanum, prohibens conjugi alteri conjugi relinquere, sed Statutum ubi bona sunt sita, & sic Florentinum, ut in terminis similium Statutorum firmant Bald. in l. si arrogator 52. num. 26. & 27. ff. de adopt. & cons. 119. vers. restat modo lib. 3. Cephal. cons. 414. num. 72. 73. & 74. vol. 3. Add. ad Alexandr. cons. 41. lit. C. lib. 5. Nat. cons. 514. num. 18. Pech. de testam. conjug. lib. 4. cap. 28. num. 5. & per tot. Bellon. de jur. accresc. cap. 10. quæst. 2. num. 16. & 17. Rot. cor. Crisp. dec. 274. num. 15. & 16. & decis. 485. num. 9. & 10. & decis. 513. num. 3. vers. caeterum, & in terminis dicti Statuti Pisani Alexand. cons. 155. num. 4. vers. & saltem, & ibi add. lit. C. lib. 7. Pappon. cons. 54. numer. 33. & 34. Raudens. respons. 18. num. 1. & seq. lib. 2. Rot. Nostra in Florentina hæreditatis 31. August. 16 an. §. Tertia difficultas lib. Mot. 101. a 349. c. & coram Illustriss. D. de Comit. dec. 16. numer. 14. Verùm ut huic objecto plenè satisfiat, inhabilitationis materiam, quæ Jurisconsultorum ingenia semper contorsit, aliquantulum delibare operæ pretium duximus.

Statutaria INHABILITATIO, per quam persona regulariter habilis, per Statutum inhabilis redditur juxtà theoricam Baldi in d. l. 1. num. 57. vers. dico
29 ergo C. de Summ. Trinit. alia est simplex, & absoluta, per quam persona subdita prohibetur aliquid facere per viam denegatæ potentiæ, & uti consistens in præcepto simpliciter negativo, personam prohibitam non egreditur; altera verò est mixta, aut qualificata, quando sc. Statutum ultrà prohibitionem, directè, vel indirectè disponit de bonis personæ prohibitæ; aut quando prohibet actum fieri, nisi adhibitis quibusdam solemnitatibus. In primo casu Sta-
30 tutum extendit vires extrà territorium; secus autem in secundo Ruin. cons. 160. num. 3. vers. secundus est casus libr. 4. Gratian. discept. 886. numer. 12. Palm. alleg. 344. num. 13. lib. 4. Altograd. cons. 36. numer. 49. & 12 & cons. 93. numer. 16. Andreol. controv. 414. num. 10. & seq. Gabriel. commun. concl. lib. 6. de Stat. concl. 8. numer. 1. & 3. Bonden. collect. 41. numer. 89. vol. 2. Conciol. ad Statut. Eug. in prælud. numer. 159. Urceol. de transact. quæst. 63. numer. 14. & 15. Mans. consult. 420. num. 3. & 4. De Luc. de dot. disc. 143. num. 42. & 43. Tartagl. de reservat. Statutar. art. 29. à num. 14. usque ad num. 19. & num. 27. 28. & 29. Rot. cor. Merlin. dec. 353. repetit. in recent. decis. 177. num. 25. & seq. part. 5. & coram eodem dec. 601. repetit. in recent. dec. 238. num. 1. & seq. & num. 8. & 9. part. 6. & coram eod. decis. 828. num. 15. & 16. confirmat. decis. 853. & coram Rojas. dec. 157. repetit. post Merlin. de legat. dec. 188. & in recent. decis. 66. num. 24. part. 9. Rot. cor. Peuting. dec. 109. num. 8.

31 In hypothesi versamur in primo casu, quia forma substantialis, & intrinseca testamenti est testatoris voluntas Escan. de testam. cap. 1. num. 27. & 28. unicè residens in ejus persona tamquam animæ principalis potentia. Ant. le Grand. institut. philosoph. part. 9. art. 5. num. 2. & 3. & propterea si Statutum prohibeat conjugi facultatem testandi ad favorem alterius conjugis, hujusmodi inhabilitatio non lædit aliena Statuta, nec respectu personæ, nec respectu bonorum.

Non respectu personæ, quia est subdita Principi
32 suo, qui tamquam habens potestatem condendi, vel dissolvendi legem positivam potest ei restringere facultatem testandi Torr. de pact. fut. success. lib. 3. cap. 2. num. 14. imò, & in totum tollere, ad tradita per Emmentensis. De Luc. de testam. in sum. num. 7. quia secundum veriorem opinionem non provenit à jure naturali, vel gentium, sed à benignitate legis positivæ De Luc. eod. tract. disc. 72. num. 12. & de fideicomm. disc. 141. num. 28. & 36. aut saltem si justa causa interveniat, ut pluribus relatis Mart. de success. legal. part. 4. quæst. 9. art. 2. num. 1. maximè si ea publicam utilitatem concernat, ut de Statuto Pisano sensit Mandos. consil. 104. num. 14. Rot. dict. lib. Mot. 39. a 445. ter. lib. 40. a 187. & lib. 114. a 146. §. Et quidem, ejusque imperium quoad personam subditam non arctatur territorio, quia quocumque vadat, semper reperitur mancipata vinculo prohibitivo dicti Statuti Tiraquel. de leg. connub. gloss. 8. num. 219. vers. præterea Bellon. de jur. accresc. cap. 10. quæst. 2. numer. 25. Rot. coram Merlin. decis. 601. numer. 2.

Nec etiam lædit respectu bonorum, quia Statutum 33
potest subditum inhabilitare quoad jura personalia, etiam respectu bonorum extrà territorium existentium Donde. consult. 2. num. 1. 2. & 3. non per comprehensionem, sed per privationem. Capr. cons. 21. n. 9. & sic ei inhibere ne emat merces alterius Principatus l. mercatores C. de commerc. & mercatorib. ne habitet in statu alieno Antunez. de donat. reg. libr. 2. cap. 10. num. 54. & seq. ne contrahat, aut testamentum conficiat, quod inter jura personalia connumeratur Bald. cons. 418. num. 1. volum. 4. Urceol. de transact. quæst. 63. num. 15. Bellon. de jur. accresc. cap. 10. quæst. 2. num. 37. Rot. dec. 177. numer. 25. & 26. part. 5. recent. unde si inhabilitatus testetur contra præceptum Statuti, testamentum est nullum, ac si factum non esset, ut in terminis Statuti nostri Ancharan. cons. 89. num. 3. vers. accedat. Pappon. cons. 67. num. 6. Rot. Flor. in dict. causa Sebipis 12. Septembris 1687. lib. Mot. 131. a 710. & propterea fit locus successioni ab intestato, per quam bona defuncti distribuuntur, secundùm leges vigentes in loco ubi sunt sita, juxta dictam theoricam Jacob. de Raven. ideoque non vulneratur, sed exequitur dispositio Statuti alterius territorii.

Cum ergo D. Flammetta origine, & habitatione Pisana, inhabilitata ad testandum, testamentum condiderit contra præceptum Pisani Statuti, in Civitate 34
Pisarum, ubi illud condere erat ei interdictum, ad favorem dictorum Cepparelli Civium Pisanorum, qui ob resistentiam dicti Statuti acquirere non poterant Soccin. Sen. cons. 79. num. 31. lib. 4. Pappon. cons. 67. num. 6. Rot. Flor. coram Illustr. D. de Comit. dec. 16. numer. 56. prædictum testamentum est nullum etiam respectu bonorum extrà territorium existentium, juxta opinionem Bartoli in dict. l. cunctos populos 1. num. 32. C. de Summ. Trinit. quam sequuntur innumeri, & signanter Salyc. in dict. l. 1. num. 16. Ludovic. Gomez in repetit. c. ut animarum §. Statuto num. 61. de constit. in 6. inter repetit. canon. tom. 5. fol. 65. Ruin. cons. 160. num. 3. vers. 25. est casus lib. 4. Roman. cons. 39. num. 3. vers. his tamen non obstantibus, Alexandr. cons. 41. num. 7. lib. 5. Caprar. cons. 21. num. 7. 8. & 9. Riminald. jun. cons. 436. num. 9. lib. 4. Corn. cons. 232. num. 2. lib. 4. Barbat. cons. ult. num. 25. lib. 3. Merat. cons. 53. num. 12. vers. quod vir, & num. 18. Alciat. cons. 8. num. 9. lib. 2. ubi ab hac opinione in foro non esse recedendum Surd. cons. 553. numer. 10. Bero. cons. 60. num. 20. vol. 2. Gratian. discept. 886. num. 10. 11. & 12. Tiraquel. de legib. connub. leg. 16. gloss. 8. num. 219. vers. & alibi, & num. 227. & 228. Gabr. com. conclus. lib. 6. conclus. 8. numer. 1. 3. & 7. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 295. numer. 11. 12. & 13. Altogr. cons. 36. numer. 4. lib. 1. Mans. consult. 420. num. 3. & 4. Samminiat. controv. 192. num. 95. latè Lancill. Gall. qui in hac materia omnes alios antecellit (teste De Luc. de testam. disc. 32. num. 7. in fin.) ad consuetud. Alex. præfat. 8. num. 11. & num. 12. „ ibi „ & sic cum Bartolo intrepidè transeundum Tort. ad Statut. Pap. rubr. 90. in civilib. numer. 40. Thesaur. quæst. for. lib. 2. quæst. 4. num. 5. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 35. num. 35. Lamberteng. de contract. gloss. 2. num. 33. plenè Mascard. de general. Statut. interpretat. concl. 6. nu. 120. vers. vel pone numer. 124. & 128. Chassan. ad consuetud. Burgund. Rubr. 4. §. 7. tit. nisi aliter num. 16. vers. quantum ad secundum. Bonden. collect. 41. numer. 89. vol. 2. Tartaglia de reservat. Statutaria art. 29. numer. 15. 16. & 27. usque ad 30. Rot. in Urbeventan. restitutionis dotis, in qua emanarunt plures decisiones, & signanter coram Merlin. decis. 828. num. 15. & 16. & coram Rojas. decis. 317. repetit. post Merlin. de legit. decis. 188. & in rec. decis. 66. num. 24. part. 9. Rot. cor. Peuting. dec. 109. numer. 8. & pro omnibus aliis sufficiat solus Baldus contrariæ opinionis antesignanus, qui in casu, quo testamentum conditum sit in loco Statuti prohibitivi, Bartoli opinionem sequitur, addita ratione, quia consensus est reprobatus, ut in dict. l. 1. num. 87. & 88. C. de summ. Trinit. ejusque doctrinam esse communiter receptam, & con-

trà

trà eam difficile esse in foro obtinere, tradit *Bellon.*
de jur. accresc. cap. 10. *quæst.* 2. *numer.* 59. 60. & 62.
& licet Natta *cons.* 514. *num.* 16. & 17. quem sequi-
tur ejus collega Roland. *cons.* 80. *numer.* 33. *libr.* 4.
conetur ostendere quod Bartolus hoc non dicat, at-
tamen loquitur contra communem, & propterea re-
probatur à *Lancillot. Gall. dict. præfat.* 8. *numer.* 14.
& à *Mascard. de gen. Stat. interpret. concl.* 6. *num.*
141. *vers. & consideratio.*

Confirmantur prædicta exemplo prodigi, cui à Ju-
dice interdicta sit bonorum administratio, qui con-
trahere non potest nec intrà, nec extrà territorium,
35 de bonis tam in territorio, quam extrà territorium
existentibus *Bartol. in l. ex castrensi* 18. *num.* 1. *ff. de*
castr. pecul. Roman. cons. 39. *num.* 3. *vers. ult. Morot.*
cons. 53. *num.* 12. *Gratian. discept.* 389. *num.* 44. *Ti-*
raquell. de legib. connub. leg. 16. *gloss.* 8. *numer.* 219.
vers. similiter.

Nec obstat quod hoc procedat in contractibus, in
quibus inest obligatio personæ, & non in ultimis
36 voluntatibus, in quibus agitur de successione in bo-
nis defuncti; contrarium enim statuunt jura nostra,
quia prodigus eodem mentis vitio, quo se spoliat in
vita; eodem prorsus spoliat legitimos ejus hæredes
in morte; ideoque testari non potest, textus sunt ex-
pressi *in l. is cui* 18. *ff. de testam. & qui testam. fac.*
poss. & §. Item prodigus. instit. quib. non est permiss.
37 *fac. testam.* ita Statutum Pisanum effusæ liberalitatis
vitium in conjuge, ob eximium amorem erga alte-
rum conjugem præsumit, & prodigo æquiparat, pro-
ut quilibet amore captus eis æquiparatur *Novar. de*
elect. for. Sect. 2. *num.* 35. *vers. & tandem Virgil. de*
legit. person. cap. 11. *num.* 9. *in fin. Altim. de nullit.*
Sent. Rubr. 11. *quæst.* 9. *num.* 65. ejusque voluntatem
(moribus ita exigentibus) blanditiis, & falsis sua-
sionibus extortam supponit, quia ardenter amans al-
lucinatur, cæcutit, & erga quem amat efficitur amens
Altimar. dict. quæst. 9. *num.* 4. *Zach. quæst. Medico-*
legal. lib. 2. *tit.* 1. *quæst.* 10. *num.* 48. & propterea
ejus voluntatem insufficientem ad testandum decer-
nit; unde cum sit voluntas à lege declarata imper-
fecta, & ut inquit Baldus „*sit consensus reprobatus*“
non valet testamentum, nec intrà, nec extrà territo-
rium de bonis hic, aut illic existentibus, quia uni-
ca est persona, & unica voluntas, & sic indivisibi-
lis; unde non potest esse inhabilis ad testandum res-
pectu bonorum territorii, & eodem tempore habilis
respectu bonorum extra territorium, & quia decla-
ratio habilitatis ad administrandum, contrahendum,
& testandum, & sic an quis sit prodigus, furiosus,
aut mentis impos spectat ad Judicem, cui subest per-
sona ratione originis, & domicilii; propterea subse-
quens interdictio trahitur ad omnia bona interdicti,
ut doctè in fortioribus terminis habilitationis ratio-
cinatur *Eminentiss. De Luc. de alienat. & contract.*
prohib. disc. 29. *num.* 9. 10. & 11.

Nec prædictis obicem faciunt authoritates supra al-
38 latæ, quoniam Bald. *in dict. l. si arrogator* 22. *ff. de*
adopt. loquitur de testatore origine Rhegiense, Cive
tamen Bononiense; & cum Bononiæ possit maritus
relinquere uxori secundum jus commune, secùs au-
tem Rhegii, resolvit quod in bonis Rhegiensibus ob-
servetur Statutum Rhegii, in Bononiensibus consue-
tudo Bononiæ; & subtilem de more adducit ratio-
nem, quod patria æquiparatur patri, & sicuti quis
potest habere duos patres, naturalem, & civilem;
ita potest habere duas patrias, originis, & habita-
tionis; & propterea cum sit duplex filius, Statutum
utriusque patriæ observare tenetur, non secus ac te-
stamentum utriusque patris in bonis ad eos respecti-
vè spectantibus, ut *numer.* 26. & 27. idem prorsus
respondit in *cons.* 119. *lib.* 3. in casu originarii Me-
diolanensis, qui domicilium Papiæ transtulerat, &
per consequens idem resolvit: ejusque doctrinam se-
quuntur *Jas. in d. l. si arrogator num.* 42. *ad* 48. *Ale-*
xand. cons. 16. *num.* 3. *libr.* 1. & *cons.* 41. *numer.* 7.
vers. nisi talis lib. 5. *Cephal. cons.* 414. *numer.* 56. &
58. §. *ultimo lib.* 3. *Lancellot. Gall. ad consuet. Alex.*
præfat. 8. *numer.* 16. & 17. *ubi multos congerit Mas-*
card. de general. Statut. interpret. concl. 6. *num.* 133.
Gratian. discept. 431. *num.* 11. *Rot. Florent. in celebri*
causa de Crescis lib. Mot. 101. *a* 421. *num.* 38. sed in
hypothesi D. Flammetta erat origine, & domicilio
Pisana, & testamentum condidit in Civitate Pisarum
ad favorem Civium Pisanorum, & propterea præsens
casus longè distat à doctrina Baldi *in dict. l. si arro-*
gator, & in dict. cons. 119. sed benè convenit alteri
ejus doctrinæ in *dict. l. cunctos populos num.* 87. *C. de*
Sum. Trinit. quam communiter receptam dicit *Bellon.*
loco supra citato.

Cephal. *cons.* 414. *lib.* 3. fuit requisitus super te- 39
stamento condito in Terra Rochæ Blanchæ à Dom.
Marchione Rangoni antiqua origine Mutinense, &
posteà Parmense, qui domicilium Mantuæ transtule-
rat, & ibi Civilitatem, & quamplura bona acquisi-
verat, & in codicillis ibi conditis legatum uxori con-
firmavit, unde rectè respondit cum doctrina Baldi *in*
dict. l. si arrogator, quod attendi deberet Statutum
Mantuæ, ut per tot. *cons.* & signanter *numer.* 58.
vers. ultimo, & numer. 72. & 77. *vers. unde cum*
Dominus.

Alexand. *cons.* 41. *num.* 7. *lib.* 5. sequitur opinio-
nem Bartoli, sed in casu suo contrarium resolvit, 40
quia „*Statutum noluit subditam ligare extra ter-* “
ritorium “ *num.* 10. & Add. subdit quod in Gallia
cessat disputatio, quia „*consuetudines sunt loca-* “
les, & principaliter loca, & res illic sitas con- “
cernunt “ quod asserit etiam Tondut. *resol.* 33. *nu-*
mer. 4. unde trahi non possunt ad res alibi sitas.

Natta *consil.* 514. *num.* 18. procedit cum doctri-
na Bartoli, sed impugnat applicationem, quod hu- 41
jusmodi Statuta sint favorabilia, & firmat quod sint
odiosa, ideoque non extendenda ad bona sita extrà
territorium: verùm non est in jure pacificum, an
dicta Statuta odium, vel favorem contineant; certum
autem est quod vera ratio, per quam Statuentes non
possunt disponere de bonis extrà territorium, est defe-
ctus potestatis; unde simpliciter personam inhabili-
tando, & nihil de rebus disponendo, non videntur
exercere aliquam potestatem super bonis alterius territorii.

Poch. *de testam. conjug. lib.* 4. *cap.* 38. *numer.* 5.
assentitur Baldo in casu diverso loquenti *in dict. l. si* 42
arrogator, & in dict. cons. 119. sed ejus doctrinam
in *dict. l.* 1. non expendit, nec allegat; unde cum
Baldus loquatur juxta diversos casus, & ille indistin-
ctè; meritò rejicitur à Lancillot. Gall. *ad consuetud.*
Alexandr. præfat. 8. *num.* 9. & *seq.*

Bellon. *de jur. accresc. cap.* 10. *quæst.* 2. *numer.*
59. 60. & 62. ingenuè fatetur opinionem Baldi in
dict. l. cunctos populos num. 87. esse communiter re- 43
ceptam, & quod in foro contra eam non posset ob-
tineri; & licet ei non arrideat, quia nulla sit diffe-
rentia inter habilitationem, & inhabilitationem; at-
tamen pace tanti viri discrimen est evidens, ut in-
frà §. *E contra*, & per consequens ejus authoritas
non est attendenda.

Decisiones Rotæ Romanæ *coram Crisp.* emanarunt
super Statuto Viterbii, quod non continet inhabili- 44
tationem simplicem, sed præcisè disponit de succes-
sione; ut latiùs infrà.

Nec pariter obstant aliæ authoritates in terminis
Pisani Statuti, quippè

Alexand. *cons.* 155. *numer.* 4. consuluit in casu,
quo uxor origine Pisana nupta Venetiis, in eadem
Civitate Venetiarum, testamentum condiderat, & bo- 45
na erant sub dominio Veneto; Unde Alexander se-
quitur opinionem Baldi *in d. l. cunctos populos*, quia
testamentum conditum fuerat extrà territorium, & pa-
riter extrà territorium bona reperiebantur.

Randens. *respons.* 18. & Pappon. *cons.* 54. scripse-
runt in casu quo testator transtulerat domicilium ad 46
Villas Forcoli, & Montis Castelli, ubi observatur
jus commune, & ibi testamentum condiderat, & bo-
na sita erant, & propterea procedunt cum doctrina
Baldi *in dict. l. si arrogator.*

Rot. *Flor. lib. Mot.* 101. *a* 349. *t.* §. *tertia* non
eget declaratione, quia satis clarè loquitur „ ibi “ 47
tertia difficultas fuit per Nos resoluta, ut bona “
extrà territorium Pisanum non veniant sub prohi- “
bitione dicti Statuti, sivè favorabilis, sivè odiosi, “
sivè persona inhabilitativi, cum non porrigat vi- “
res suas extra fines Statuentium, in casu quo ma- “
ritus, vel uxor ALIBI DOMICILIUM CON- “
TRAXIT juxta theoricam Baldi &c. “

Deci.

48 Decisio 16. *num.* 14. Illustris. D. de Comit. prodiit super testamento condito Pisis à Cive Pisano originе, & habitatione, & ex privilegio etiam sive Florentino ad favorem uxoris Pisanæ de bonis Pisis existentibus, undè juremeritò attendi debebat Statutum Pisanum ut *num.* 11. 12. *& per tot.*

49 E converso autem quia Princeps in non subditum nullum habet imperium *Thes. quæst. for. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 4. forensis testari potest in loco Statuti prohibitivi de bonis ibi existentibus *Bartol. in l. cunctos populos* 1. *numer.* 26. *vers. & ideo dico. C. de sum. Trinit. & ibi Jas. num.* 86. *vers, eodem modo Bero. cons.* 60. *num.* 31. *vol.* 2. *Roland. cons.* 91. *num.* 23. *lib.* 3. *Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 7. *tit. per testamentum numer.* 9. *Cancer. var. cap.* in. *numer.* 20. *part.* 1. *Lancillat. Gall. ad consuetud. Alex. præfat.* 8. *num.* 36. *&* 37. *Tort. ad Statut. Pap. rubr.* 90. *in civilib. numer.* 35. *Rot. Flor. libr. Mot.* 75. *a* 148. §. *secundo Statutum*, ea semper repetita ratione quod Statutum inhabilitans simpliciter, & absolutè est mere personale, & non reale, & per consequens attendi debet subjectio personæ, & non bonorum, quia bona veniunt accessoriè ad personam, non persona ad bona *Chassan. ubi supra numer.* 9. & in terminis Statuti Pisani *Illustris. D. de Comit. decis. Flor.* 73. *num.* 19.

50 In secundo verò casu principali, quando inhabilitatio est mixta, quia Statutum directè disponat de bonis personæ inhabilitatæ, non potest vires extendere ultrà territorium, quia poneret manum in messem alienam disponendo de bonis spectantibus ad jurisdictionem Statuentium, in quorum territorio sita sunt; ut super Statuto Viterbii deferentis successionem filiis masculis in bonis Matris, quam prohibet testari ultrà decimam partem; & sic inhabilitatio non stat absolutè, & de per se, sed famulativè in confirmationem dictæ successionis, latè *Tartagl. de reserv. Statutar. art.* 29. *numer.* 15. *ad* 18. *& num.* 27. *ad* 30. & licet *num.* 42. *&* 54. videatur firmare quod actus testandi respiciat bona; attamen animadvertendum quod *dict. numer.* 42. loquitur de inhabilitatione secundum quid, *ut n numer.* 38. *ad* 45., *& dict. numer.* 54. agit de habilitatione, quarum utraque continet facultatem disponendi de bonis ad aliena territoria non extendibilem, ut se declarando firmat *num.* 56. secus autem in habilitatione absoluta consistenti in actu merè negativo, *ut num.* 15. 16. *&* 27. *usque ad* 30. & ratio differentiæ est manifesta, quia testando disponitur de bonis, secus autem non testando, & super eodem Statuto emanarunt tres decisiones *coram Crisp. sc.* 274. *tom.* 2. *& decis.* 485. *&* 513. *tom.* 3. in quarum prima, & secunda excipiuntur bona extra territorium, quia pro eorum comprehensione requireretur utraque subjectio, personæ, & bonorum, ut in *pr. num.* 15. & in *sec. numer.* 9. verum quia hujusmodi fundamentum non satis tutum visum fuit, quia sufficit unica subjectio, ut magistraliter in *dict. dec.* 73 *per tot. coram dict. Dom. de Comitib.* Rota præcedentes decisiones confirmavit ex verisimili Statuentium voluntate includendi in capite invitativo subditos, & non exteros, & ex defectu potestatis comprehendendi Clericos in capite exclusivo, ut *num.* 3. §. *cæterum, & num.* 8. *&* 9. Statutum autem Pisa-
51 num ad differentiam Viterbiensis non defert successionem alicui; unde si relictum est particulare consolidatur cum hæreditate; si est universale defertur substituto vulgari, sin minus, fit locus successioni ab intestato; ut ponderat *Rot. in dict. causa Schapis lib. Mot.* 131. *n* 710. unde non mirum si Statutum Viterbii non potest extendere vires extra territorium, secus autem Pisanum.

52 Idem esset si Statutum indirectè disponeret, ex. gr. inhabilitando secundogenitum ad succedendum extante primogenito, aut excludendo fœminas ad favorem agnatorum; quia si vires protenderet extra territorium, primogenitus, & agnati vigore legis eorum patriæ succederent in bonis alterius Principatus, quod non evenit in simplici, & absoluta inhabilitatione, authoritatibus supra relatis in §. *secundo*. Hoc ipsum procederet si inhabilitatio esset qualificata, ut si Statutum inhabilitaret subditum ad contrahendum, aut testandum, nisi adhibitis quibusdam solemnitatibus, quæ semper servandæ sunt juxta censuram Statuti loci, ubi celebratum est instrumentum, quia eas inducere pertinet ad jurisdictionem ejus, in cujus dominio actus geritur; ut egregiè de more *Bartol. in dict. l. cunctos populos numer.* 26. *vers. nam solemnitas*, quem omnes sequuntur relati longa serie à *Bonden. collect. legal.* 41. *num.* 3. *vol.* 2. *Cyroch. discept.* 53. *numer.* 23. *Mascard. de general. Statut. interpretat. concl.* 6? *num.* 22. *Alegr. cons.* 36. *num.* 4. *lib.* 1. *Jov. de contract. minor. gloss.* 9. §. 3. *num.* 84. *Bellon. de jur. accresc. cap.* 10. *quæst.* 2. *numer.* 135. *&* 136. *Tartagl. de reservat. Statutar. art.* 29. *num.* 38. *&* 74. *Rub. de testament. cap.* 36. *num.* 232. *&* 233.

E contrà verò Statutaria HABILITATIO, per quam 53
persona inhabilis, à Statuto efficitur habilis juxtà theoricam *Baldi in dict. l.* 1. *numer.* 57. *vers. dico ergo C. de summ. Trinit.* ut si spurium ad successionem admitteret contra text. *in auth. ex complexu C. de incest. nupt.* si filio familias testamenti factionem concederet contra text. *in l. qui in potestate* 6. *ff. de testam. & qui testam. fac poss.* si patri filio emancipato pupillariter substituere permitteret contra text. *in l. moribus* 2. *in princ. ff. de vulg. & pupillar.* non extenditur ultrà territorium, quia hujusmodi habilitationes sunt leges speciales affirmativæ tangentes alienam jurisdictionem quarum vigore succederetur in bonis alterius Principatus, quod non permittitur, quia unusquisque legem dicere debet in proprio, & non in alterius dominio; ad differentiam præcepti simpliciter negativi, quod intrà cancellos personæ prohibitæ restringitur, ut benè distinguit *Benden. collect.* 41. *num.* 84. *&* 89. *& n.* 91. 92. *&* 93. *Tartagl. de reservat. Statut. art.* 29. *num.* 55. *vol.* 2. *aliique plures supra citati*.

His igitur præcognitis in dubium revocari non potest, quod super dicta controversia fieri posset transactio, cum ad eam sustinendam sufficiat dubietas 54
resultans ex auctoritate unius excellentis Doctoris *Episc. Racc. disput.* 111. *num.* 66. *Sammuniat. contr.* 143. *num.* 71. *Rot. decis.* 13. *num.* 8. *part.* 14. *coram Bich. decis.* 390. *numer.* 15. *coram Cerr. decis.* 675. *num.* 2. *coram Ottobon. decis.* 25. *num.* 13. *&* 16. *& decis.* 2. *num.* 11. *post Paulut. differt.* 15. *& decis.* 560. *num.* 3. *coram Crisp.* sed in hypothesi adsunt pro nullitate testamenti etiam respectu bonorum extra ditionem Pisanam existentium duo Juris luminaria magna Bartolus, & Baldus cum innumeris, qui unum magis amplè, aut alterum magis strictè loquentem, ambos tamen casui nostro applicabiles, constanter sequuntur; sufficeret pariter quod controversia esset extrajudicialis *Post. resolut.* 147. *num.* 12. *Cyriac. contr.* 3. *numer.* 3. *lib.* 1. *Gratian. discept.* 476. *num.* 3. *Merlin. decis.* 163. *numer.* 1. hæc autem non solum deducta erat in judicio, sed prolata Sententia in possessorio ad favorem dicti Dom. Equitis Cascinæ, quæ magnum robur ei adjicit *Sammuniat. contr.* 143. *numer.* 72. *Rot. Senen. cor. Illustriss. Dom. de Comit. decis.* 43. *num.* 3. *&* 4. imò sufficit solus timor litis *Pacion. allegat.* 21. *num.* 48. *&* 49. *& alleg.* 111. *numer.* 7. *Rot. coram Gregor. decis.* 149. *num.* 2. *& ibi Beltramin. num.* 5. *&* 6. *& coram Buratt. d.* 280. *num.* 11. *& ibi Ferentill. lit. A. & coram Ottobon. dict. decisc.* 25. *num.* 13. *& seq. & decis.* 198. *num.* 9. *& coram Cavaler. dec.* 407. *num.* 7. *& post De Luc. in Mantiss. dec.* 33.
num. 6. *lib.* 7. etiamsi procederet ex prætensione non 55
juridica, aut parum dubia, dummodo evidens, & palpabilis calumnia non interveniat *Urceol. de transact. quæst.* 43. *num.* 29. *&* 33. *Gab. consult.* 23. *num.* 41. *Rodulphin. alleg.* 115. *numer.* 18. *Rot. coram Merlin. decis.* 799. *num.* 19. *vers. illudque & in recent. decis.* 161. *num.* 5. *part.* 7. *& decis.* 312. *num.* 4. 7. 10. *&* 11. *part.* 10. *& decis.* 107. *num.* 8. *part.* 15. *& decis.* 341. *num.* 10. *part.* 16. *& decis.* 262. *num.* 15. *part.* 19. *& coram Falconer. tit.* 24. *decis.* 7. *num.* 7. *& pleno decis.* 9. *num.* 16. *&* 17. *& cor. Molin. decis.* 1305. *num.* 7. *tom.* 5. *& coram Herrer. decis.* 128. *n.* 11.

Nec ad removendum prædictæ litis timorem obstat docta ponderatio quod Dom. Cascina non posset ad successionem aspirare, tam in casu quo testamentum

mentum esset validum, quam in casu quo esset nul-
lum: si enim erat validum, causa testati faciebat
cessare causam intestati, *l. quamdiu 39. ff. de acqu.*
heredit. l. quamdiu 90. ff. de reg. jur. l. antequam
8. *Cod. comm. de success.* si verò erat nullum respe-
56 ctu institutionis factæ ad favorem dictorum Domi-
norum Cepparelli, vires assumebat à substitutione
vulgari ad favorem Commendæ, aut Canonicatuum
erigendorum *l. & si pepercerit 3. §. si ita testatus ff. de lib.*
& posthum. etiamsi prima institutio caduceur ob incapa-
citatem instituti *Mart. de success. part. 1. quæst. 2. art. 3.*
n. 30. Fusar. de substit. quæst. 23. n. 24. & quæst. 51. n. 1.
& in terminis nostri Statuti *Rot. lib. mot. 131. a 703. in*
princ. & in Pisan. hæreditatis 14. Decembris 1691. §. qui-
bus positis coram D. Auditor. Cavalcanti & per conse-
quens certa erat in utroque casu exclusio d. D. Equitis;
quoniam pro responsione animadvertimus, quod hujus-
modi exceptio non competebat DD. Cepparelli, sed sa-
cræ Religioni vulgariter substitutæ, quæ transactionem
non impugnavit, sed ejus executionem instanter pe-
tiit, & juremeritò, quoniam supposita incapacitate dd.
Cepparelli non cessabat controversia etiam respectu Re-
57 ligionis, quia Statuta, quæ prohibent conjugi directè
relinquere, prohibent etiam indirectè per interpositam
personam, ut in simili respondit Jurisconsultorum Prin-
ceps Accursius in casu quo Pater donaverat Ecclesiæ, Ec-
clesia autem donavit ejus filio spurio, ea urgenti ratione,
quia hujusmodi donatio facta videtur in fraudem legis
prohibentis relinqui filio spurio, teste *Bald. in l. cum-*
quam 14. n. 39. vers. sed subjungitur C. de fideic. & in ter-
minis Statuti prohibentis conjugi relinquere alteri con-
jugi *Alexand. cons. 54. nu. 4. lib. 7. plenè Menoch. de ar-*
bitr. cas. 459. per tot. & signanter n. 28. & de præsumpt.
libr. 4. præsumpt. 97. num. 7. Laurell. Gall. ad consuetud.
Alex. in verb. non possit num. 15. & in verb. uxori fun nu-
mer. 11. & in verb. legare quæst. 1. num. 22. & seq. Torr.
ad Stat. Pap. rub. 90. in civilib. num. 10. Mart. de suc-
cess. legal. part. 4. quæst. 9. art. 2. num. 32. undè cum ere-
ctio Commendæ, & Canonicatuum ordinata fuerit ad
commodum eorumdem Cepparelli, exoriebatur dubita-
tio, an prædictæ substitutiones factæ fuerint ad evitan-
dum rigorem Pisani Statuti prohibentis relinquere con-
jugi „ *vel alteri per quem ad ipsum revertatur, vel rever-*
„ *ti sit verisimile* “ ut in terminis Hospitalis in simili ca-
su substituti tenuit *Mandos. olim Rot. nostra Audit. cons.*
104. num. 4. & num. 11. utrobique vers. secundum; & al-
legat aliud Statutum Civitatis Pisarum, annullans simi-
58 les dispositiones factas in fraudem ejusdem Statuti: ve-
rum quia jura sacræ Religionis potiora videbantur, quia
non fuit gravata restituere bona hæreditaria personis pro-
hibitis, sed dominium & possessio dd. bonorum ad eam
perpetuò spectant, & solum administratio, & fructus ad
Commendatarium pertinent, juxtà Statutum d. Reli-
gionis *tit. 13. cap. 9.* & traduut *Surd. cons. 151. num. 18.*
Cyriac. contr. 222. num. 43. & seq. Ansald. cons. 14. nu-
mer. 40. Mans. cons. 176. num. 44. Rot. decis. 569. n. 38.
part. 5. tom. 2. recent. quia actus erectionis Commendæ
substantiatur, & perficitur per viam donationis cum d.
Religione, à qua investitus recipit bona destinata pro
dote ejusdem Commendæ *Mart. vot. Pis. 9. num. 47. &*
48. Ansald. d. cons. 14. num. 39. De Luc. de jur. patron.
disc. 82. num. 7. & 8. cum onere inserviendi in militia
dicti Sacri Ordinis, & dimicandi contra inimicos nostræ
fidei, dictosque fructus consequitur tanquam stipendium
debitum dictæ nobili militiæ *Ansald. cons. 13. n. 16. 26.*
37. 140. & 175. alter Ansald. de comm. disc. 71. n. 38. D.
59 *de Comit. dec. Flor. 46. num. 39.* & dictæ Religioni com-
petunt jura Fisci *Subel. in prax. §. Cavalieri n. 14. D. de*
Comit. decis. Florent. 50. num. 22. & privilegia piæ causæ
Cabal. cons. 180. n. 51. & 52. Mart. de jurisdict. part. 4.
cent. 1. cap. 24. n. 16. & 17. Rot. dec. 552. n. 3. vers. at-
tente, & n. 8. part. 19. recent. & propterea non compre-
60 henditur sub Statuto generaliter loquente, ut in terminis
alterius Statuti Pisani probat *Ansald. cons. 20. n. 4. & seq.*
& in terminis Florentini *in tract. de cessan. rubr. 9. Rot.*
Flor. in causa *Brisacier, & Ergas 23. Octobris 1686.* &
super dict. Statuto Viterbii *Rot. cor. Crisp. dict. dec. 485.*
61 *n. 13. & dec. 513. n. 9.* ideò de consilio peritorum, quo-
rum unus fuit Bartholomæus Chesi insignis legum inter-
pres, & celeberrimus in foro Advocatus teste *Hieronym.*
Borg. investigat. jur. lib. 2. cap. 15. n. 3. & lib. 19. cap. 5.
n. 7. & Illustr. D. de Comit. in add. ad decis. Flor. de fi-
deicomm. dec. 33. nu. 16. vol. 1. conventum fuit quod eri-
geretur dicta Commenda cum dote scutorum septem mil-
lium, & de ea investiri deberet dict. D. Eques Cascina
cum sola pensione sc. 136. ejus vita durante, & post ejus
mortem succedere deberent dd. DD. Cepparelli jure pri-
mogenituræ, & post eorum lineas, descendentes mascu-
li dicti Cascinæ, cum onere supplendi dotem in aliis scu-
tis mille; & sic dicto Cascinæ nihil in proprietate relaxa-
tum fuit, & in fructibus quid modicum, quia cum esset
senio confectus, pensio reservata, breviter erat duratura
juxta *text. in l. hæreditatum 68. ff. ad l. falcid.* Commen-
da verò non fuit erecta super tota hæreditate ad mentem
testatricis, sed super bonis summæ scut. 7000. correspon-
dentibus, & per consequens omne commodum, & tota
utilitas cessit ad favorem dd. Cepparelli, quibus omnia
bona relaxata fuerunt, partim titulo Commendæ, & re-
liquum jure hæreditario *De Luc. de alienat. d. disc. 70. n.*
11. sufficit enim ad sustinendam transactionem modica
condonatio *Rot. cor. Priol. dec. 127. nu. 5. & dec. 161. n.*
12. & cor. Caprar. dec. 726. n. 16. cum ad eam rescinden-
dam ex capite injustitiæ requiratur læsio enormissima ha- 62
bito respectu ad incertum litis eventum, ad futuræ litis
incommoda, & expensas *Valeron. de transact. tit. 6. q. 2.*
n. 46. Urceol. eodem tit. quæst. 94. nu. 17. Rondin. collect.
legal. 7. n. 56. 57. & 58. vol. 1. Rot. cor. Molin. dec. 1010.
n. 11. tom. 4. fortiùs quando initia fuit de consilio insignium
Jurisperitorum *De Luc. de usur. disc. 35. n. 16. Rot. coram*
Caprar. dec. 720. n. 13. & dec. 726. num. 5. imò sufficit
quandoque solus recessus à lite *Rot. disput. 111. n. 56. Rot.*
post Torr. de pact. dec. 78. n. 7. & post Urceol. dec. 22. n. 4.
in fin. & cor. Emerix dec. 1134. n. 8. & cor. Caprar. dec.
726. n. 17. & coram Molin. dec. 1182. n. 10. tom. 5.

Cum igitur constet de VALIDITATE, & JUSTI-
TIA transactionis, ejusque UTILITATE maximè res-
pectu eam impugnantium, nimis absonum esset, & à ju-
re devium illam rescindere, & litium flammas jam extin-
ctas rursus excitare, contra monitum Imperatorum Dio-
cletiani, & Maximiani *in l. causas 16. C. de transact.* præ-
cipuè quia fuit à Partibus executioni mandata, quia D.
Eques Cascina omnia bona hæreditaria dimisit, D. Jo-
annes Baptista Cepparelli ea recepit, & Serenifs. Magnus
Magister prævia informatione D. ejus Auditoris Vecto-
ri Commendam acceptavit *Rot. coram Falconer. cit. de*
cens. dec. 7. n. 1. & dictam transactionem ad instantiam 63
dd. Partium confirmavit „ ibi „ *e di più supplicano rive-* “
rentemente l' A. V. S. ad accettare detta Commenda, e “
confermare detto aggiustamento “ & inferius „ *S. A. con-*
ferma l'aggiustamento fatto fra dette Parti, ed accetta “
la Commenda, e vuole, che si faccia quanto occorre per “
l' esecuzione “ quo in casu est irretractabilis *Rovit. consil.*
89. n. 13. Venturin. cons. 3. num. 57. Urceol. de transact.
in præfat. num. 17. & quæst. 6. num. 62. Senat. Mant. in-
ter recollect. per Palm. decis. 360. a numer. 204. usque ad
209. maximè quia est geminata *Add. ad Molin. de pri-* 64
mogenit. Hispan. lib. 4. cap. 9. num. 32. & 33. vers. limi-
ta quinto Urceol. de transact. quæst. 94. num. 46. & obser-
vata cum solutione dictæ pensionis sc. 136. in qua cum
dd. Cepparelli cessaverint, fuerunt condemnati ad eam per-
solvendam, ut refert *De Luc. de alien. dict. disc. 70. n. 2.*
& quod plus est eorum successores bona dictæ hæreditatis
adhuc possident; repugnat enim legi, & rationi bona ti- 65
tulo transactionis accepta retinere, & eodem tempore
eam impugnare, ipsamque in partibus favorabilibus ac-
ceptare, in contrariis verò respuere *Valeron. de transact.*
tit. 6. quæst. 1. num. 2. & 3. Cyriac. contr. 441. a nu. 35.
Capyc. Latr. decis. 26. num. 29. & 30. unde cum eam ob-
servaverint, & observent, etiam in posterum observare
tenentur *Rot. cor. Penting. dec. 66. n. 7. cor. Buratt. dec.*
464. n. 7. cor. Rojas dec. 259. n. 6. coram Cels. dec. 101.
num. 6. & coram Crisp. dec. 726. num. 7.

Agnoscens D. Eques Panuzzi prædictarum rationum
efficaciam, deduxit jura D. Catharinæ ejus Matris tam-
quam vocatæ jure fideicommissi ad hæreditatem dict. D.
Flammettæ, in casu quo dd. ejus fratres fuissent hæredes;
undè cum ipsi hæreditatem acceptaverint, non posset D.
Joannes Baptista eorum communis Pater ad dictam tran-
sactionem devenire, nulla de ea facta mentione, & ni-
hil pro ea recipiendo: verùm hujusmodi fundamentum
in facto corruere nobis visum fuit, quia revolutis testa-
mentariis tabulis d. D. Flammettæ, eisque tam in parte
dispositiva, quam conditionali sedulò perpensis, ejus
exclusio adeò clara apparuit; ut d. D. Eques super hoc
arti-

articulo manus victas dederit, & quatenus de ejus vocatione constaret, Commenda non fuit erecta super tota hæreditate ad mentem dictæ testatricis, sed solum super parte bonorum hæreditariorum, quorum residuum pro fideicommisso remansit; undè cum transactio inita fue-
66 rit bona fide, & negocium prudenter, & utiliter gestum, ligat etiam successores jure proprio ad fideicommissum vocatos *D. Pacion. allegat.* 21. *num.* 3. *Urceol. de transact. quæst.* 44. *num.* 25. *Rot. Bonon. inter recoll. per Palm. decis.* 363. *num.* 32. *Rot. Ferrarien. apud eumdem decis.* 170. *num.* 6. *Rot. post De Luc. de fideicom. dec.* 71. *num.* 13. *& in Mantiss. eodem tit. decis.* 75. *num.* 3. *& coram Molin. decis.* 595. *numer.* 3. *tom.* 2. *& decis.* 1218. *num.* 16. *tom.* 5. *& coram Falconer. tit.* 21. *decis.* 2. *numer.* 8. *& tit.* 24. *decis.* 9. *num.* 12. *& coram Crisp. decis.* 587. *per tot. plenè Rot. Florent. in causa Marelli & Bucelli die* 29. *Aprilis* 1721. *num.* 21. *& seq. coram Illustr. Dom. Audit. Calderoni*; fortiùs si sint hæredes transigentium *Rot. post De Luc. de fideicommiss. dec.* 71. *num.* 14. *& in Mantiss. eod. tit. dec.* 75. *num.* 4. & fideicommissum ab instituti capacitate dependens sit valdè dubium *Rot. coram Priol. decis.* 161. *num.* 14. *& coram Caprar. decis.* 726. *num.* 17. *&* 18.

Comparuit tandem in actu expeditionis Reverendiss. Capitulum Ecclesiæ Primatialis Pisarum petens erigi prædictos Canonicatus: verùm ne hujusmodi causa ad Nestoris ætatem protraheretur, ei jura reservavimus, & votum nostrum Supremo Magistratui transmisimus.

Joannes Bonaventura Neri Badia Aud.
Petrus Franciscus Mormorai Auditor.
Franciscus Fabrini Supremi Magistr. Cancellarius, & Relator.

A R G U M E N T U M.

Veritas, & realitas Cambii ex quibus probetur, & simulatio excludatur. Cedens jura talia qualia, & dummodo, &c. non tenetur præstare bona & vera, & multo minus anteriora.

S U M M A R I U M

1 *Implementum in præjudicium adimplere debentis, & ab eo causam habentium habetur, ac si sequutum fuisset.*
2 *Cambium præsumi nequit collusivum, & simulatum ubi constat à principio de veritate exactionis pecuniarum.*
3 *Realitas illius probatur ex computis dati, & accepti.*
4 *Item ex solutione fructuum & ex geminatis confessionibus debitoris & num.* 18.
5 *Item si non erat antea cogitabilis casus cujus occasione allegatur postmodum simulatio.*
6 *Simulatio & Collusio probanda est ab allegante perspicuis probationibus.*
7 *Cambium verum, & reale creari potest ex credito præcedenti.*
8 *Dolus in cedente jura talia qualia ex quibus excludatur.*
9 *Cedens jura talia qualia dummodo, &c. non tenetur de evictione favore cessionarii, nec jura cessa facere bona & vera, & de ratione numer. seq.*
10 *Cedens Jura talia qualia dicitur cedere aleam & jactum retis.*
11 *Declarantur contrarii ut procedant in cessione nominis debitoris vel crediti principaliter facta, aut in venditione jurium.*
12 *Cedens jura talia qualia si non tenetur præstare vera multo minus anteriora.*
13 *Creditor Cambii non tenetur esse sollicitus de versione in extinctionem debitorum, quæ debitor cambii promisit extinguere.*
14 *Declarantur contrarii ne prodant in contrahente cum Ecclesia, vel Pupillo, vel Minore.*
15 *Clausula* quorum interest *nullatenus juvare potest illum qui de tempore instrumenti nullum interesse habebat.*
16 *Nec afficere non obligatum, nec aliquid promittentem.*
17 *Contraria authoritates declarantur procedere in se accollante extinguere debitum cum dicta clausula quorum interest.*
19 *Exitus causæ.*
21 *Ex quibus conjecturis, & circumstantiis antecedentibus & subsequentibus simulatio & collusio excludantur & num.* 23. *&* 25.
22 *Pecuniæ identitas quomodo probetur.*
24 *Creditor vendens pignus sui debitoris non tenetur de evictione, nisi campromiserit, vel scienter pignus vitiosum vendiderit, & n.* 32.
25 *Probitas, & integritas contrahentium efficatissima conjectura est pro excludenda simulatione.*
26 *Simulatio non admittitur, quando deficit probabilis & verisimilis causa simulandi.*
Et conjecturæ, quæ adduci possunt pro inducenda simulatione remanent inefficaces; ibid.
27 *Cedens jura cum clausula præservativa.* Talia tamen qualia, & dummodo, &c. *Non tenetur de evictione, nec debet facere bona, & vera jura cessa.*
Et de ratione num. 28.
Contrarium num. 29.
Distingue, ut num. 30. *&* 31.
33 *Dominium pecuniæ transit & in primo recipiente, licet ipse unico contractu eam pecuniam alteri solvat.*

Romana Pecuniaria,

E T

D I S C U R S U S CCXXIII.

Reverendissime Pater: Constituit Illustrissimus D. Advocatus Jacobus de Comitibus Auditor Cameræ Sereniss. Ducis Etruriæ, & in Civitate Florentiæ commorans, suum Procuratorem in Urbe D. Franciscum Antonium Crucianum ad effectum exigendi tam fructus locorum Montium, & vacabilium, nec non Cambiorum, & aliorum effectuum ab eo in Urbe possessorum, ut ex mandato Procuræ *Summ. num.* 1. cujus vigore Procurator Constitutus immediate exegit Capitale locorum 26. Montis Religionis vacabilis extinctorum per medium Banchi D. Lelmi, nec non etiam aliorum Capitalium, & fructuum decursorum, in totum constantium summam scut. 3245. 62., ut ex compulo ab eodem Procuratore subscripto, & Dom. Constituenti transmisso *Summ. num.* 2.

Cum autem easdem pecunias præsertim à supradictis Capitalibus provenientes D. Advocatus reinvestire desideraffet pariter in Urbe, & pro Investimentis dedisset Ordinem eidem Procuratori ut ex Epistolis unius; & alterius hujusmodi Ordinem probantibus *Summ. n.* 3. Ideò antedictus Crucianus Procurator indigens pecuniis, obtulit Investimentum pro summa, & quantitate scut. 2350. cum semet ipso, & Seraphino ejus fratre, mediante creatione Cambii, ad effectum erogandi pro majori securitate Creditoris in extinctionem totidem debitorum, & factum ita est, nam Illustris. D. Eques Joseph Emigdius de Grassis, uti mandatarius supradicti Advocati stipulatus fuit cambium cum præfatis DD. Seraphino, & Francisco Antonio fratribus de Crucianis sub ea lege solvendi pecunias Cambiales Creditoribus descriptis in eodem Instrumento Cambii, & signanter ratam scut. 820. Dom. Francisco Cariolo alteri ex eorum Creditoribus, ut ex *Summ. num.* 4.

Verùm quia integra summa pecuniarum Cambialium existebat penes eumdem Franciscum Crucianum, utporè ab eo exactam ex antedictis Capitalibus locorum montium vacabilium extractorum, propterea in Instrumento Cambii asseruerunt Contrahentes ratam scut. 1530. solvere, & respectivè recipere in pecunia numerata, summam verò residualem scut. 820. solvere memorato Cariolo vigore Ordinis similis summæ directo S. Monti Pietatis Urbis à D. Equite Grasso subscriptis, *Summ. num.*

Cumque hujusmodi Ordo confectus fuisset sub fide ipsius Francisci Antonii Cruciani, sive asserentis deposuisse, sive deponere voluisse in eodem S. Monte summam æquivalentem, illamque nusquam deposuerit, ex eo, quia vel consumpserat vel in aliis Causis erogare volebat, propterea Dom. Advocatus conquestus fuit, & conque-

rebatur

rebatur de sufficientia istius depositi, & respectivè re-
versione dictæ summæ in satisfactionem præfati D. Ga-
rioli, dubitans de acquisitione Jurium Creditorum an-
teriorum, juxta pactum conventum in Instrumento Cam-
bii, requirebat saltem solutionem, vel totius dictæ sum-
mæ, vel saltem unius ratæ ad computum, ut ex *Sum-
mar. n...* sed quia neutrum consequebatur, continuas præ-
stabat molestias, donec memoratus dictus Crucianus re-
solvit vendere quamdam Domum in Urbe sitam, &
ex illius pretio extinguere supradictum Cambium, pro-
ut cum effectu Domum vendidit D. Philippo Stivano,
& ex illius pretio D. Advocatus de Comitibus obtinuit
satisfactionem sortis, & fructuum ejusdem Cambii,
mediante R. P. D. de Simonibus Procuratore ab eo
constituto, qui cessit favore Stivani omnia sua *Jura
talia, qualia, & dummodo* contra ipsum nunquam re-
torqueri possent *Summ. n.*

Sub eo supposito, quod D. Stivanus Emptor pas-
sus fuerit immissionem in Salviano pro dicta rata pre-
tii sc. 820. ad instantiam prænominati dicti Carioli ad
effectum ex pensionibus ratæ d. Domus satisfaciendi
de fructibus, & sorte ejusdem Cambii per Sententiam
R. P. D. A. Camere suspensam, tamen per appella-
tionem, & delegationem Causæ S. Rotæ instruxit no-
vum, & ex integro judicium cor. Illustrissimo Dom.
meo pro liberatione à molestiis, & pro effectu libera-
tionis, pro restitutione sc. 820. ad effectum solvendi
dicto Cariolo, & liberandi Domum à prætensa im-
missione, sed credimus, D. Advocatum de Comitibus
reum conventum fore absolvendum ab impetitis, pro-
ut submissis votis deprecamur.

Etenim suam instantiam D. Stivanus fundare præten-
dit in eo quod Cambium fuerit simulatum pro dicta ra-
ta sc. 820. non autem verum, & reale, quippè quia
creditor, seu illius Procurator direxerit Ordinem S. Mon-
tis Pietatis Urbis solvibilem Francisco Antonio Crucia-
no sub ea lege relinquendi in eodem S. Monte eandem
summam, ad hoc, ut postea vigore ejus Ordinis illam
solveret D. Francisco Carioli in restitutionem sortis prin-
cipalis dicti Cambii, dictusque Ordo suum effectum sor-
tiri nequivisset, ex quo in S. Monte nullæ reperiebantur,
nec repertæ fuerint pecuniæ ad creditum D. Advocati
Creditoris Cambialis, adeoque clara sit simulatio, &
deceptio D. Stivani; Ast inane pænitus comperitur hu-
jusmodi fundamentum, quia cum D. Crucianus exe-
gisset pecunias etiam majoris quantitatis spectantes ad
D. Advocatum de Comitibus, & signanter sc. 1600.
pro...uentia ex prætio Locorum Montium vacabilium
extractorum destinatorum ad investiendum, & de Or-
dine ejusdem D. Advocati investiendi mediante opera
ipsius D. Cruciani ejus Procuratoris ut ex Epistolis tam
ipsius D. Advocati, quam Dom. Cruciani *Summ. n...*
utique vel easdem pecunias deponere tenebatur in S. Mon-
te Pietatis, prout deposuisse supponebat idem D. Advoc.
& pro eo D. Eques de Grassis, vel depositaturus fu-
isset pro complemento d. Ordinis, quotiescumque ab
eodem Cruciano dependebat, qui propterea si neglexit
1 adimplere ea, quæ ipsemet adimplere tenebatur, ha-
betur ac si adimplevisset ad sui præjudicium, & ab eo
causam habentium, nec defectum adimplementi alle-
gare valent, *Rot. decis.* 26. *numer.* 3. *part.* 16. *recent.*

Neque exinde inferri valet ineffectuatio dicti Cam-
bii, vel defectus illius realitatis, & veritatis, seu si-
mulationis, tum quia constito de præexistentia pecunia-
rum Cambialium apud ipsum Crucianum contrahentem
Cambium, ex incontrovertibili exactione majoris sum-
mæ, pecuniarum ad creditum Cambii spectantium, quem-
admodum exinde resultat præsumptio existentiæ pecu-
niarum de tempore contracti Cambii penes dict. Cru-
cianum Exactorem, & respectivè Cambium contrahen-
tem ad ejus præjudicium, ita & quælibet prætensa col-
lusio, aut simulatio vel defectus realitatis Cambii re-
manet sublatus, nam constito de veritate exactionis ea-
rumdem pecuniarum citra omnem dubietatem, ex hu-
jusmodi certo principio sublata remanet quælibet ma-
cula collusionis, vel simulationis Cambii, juxta firmata
ta per *Rot. in decis.* 936. *num.* 4. *&* 6. *& decis.* 1045.
num. 13. *& decis.* 1288. *num.* 4. *coram Emerix & cor.
Falconer. dec.* 2. *num.* 2. *de falsitatibus, & simulationi-
bus & decis.* 85. *num.* 15. *de dot.*

Tum quia veritas effectuationis dicti Cambii, & con-
secutionis pecuniarum, pro quibus Cambium contractum
fuit à Cruciano superlativè probata remanet, non ex
præsumptionibus, sed ex probatione effectiva, veluti ex
computo dati, & recepti ab eodem Cruciano subscri-
pto, & transmisso D. Advocato de Comitibus, sub die 2
21. Novembris 1720. in quo se constituit debitorem
summæ sc. 3245. 62. pro totidem pecuniis spectanti-
bus ad D. Advocatum, & ab eo exactis, & è contro-
verso computavit exitum earundem pecuniarum, & in- 3
ter hujusmodi exitum posuit in calculo Cambium ab eo
contractum, pro dicta summa sc. 2350. ut in dict.
Summ. n... & de ejusdem computi transmissione constat
ex Epistola contemporaneè transmissa eidem D. Advo-
cato *Summ. num.*

Et licèt prænotatæ justificationes exuberarent ad pro-
bandam realitatem d. Cambii, attamen nec deficiunt
ulteriores quoque probationes desumptæ ex pluribus
computis subsequentibus, in quibus se constituit de-
bitorem fructuum ejusdem Cambii, & pariter constat,
ex computis transmissis D. Advocato, una cum suis
Epistolis *Summ. n...* quoties igitur per plures, & reite-
ratos actus dict. Crucianus se declaravit debitorem ve- 4
rum, & realem d. Cambii, illiusque fructum solvit, ex-
clusa remanet quælibet imaginabilis collusio, quilibet-
que defectus realitatis, & veritatis illius, cum præsumi
nequeat se simulare voluisse debitorem, quatenus non
fuisset, ut observat *Cyriac. contr.* 131. *n.* 4. *Rot. Lucen.
apud Palm. Nep. dec.* 57. *n.* 72. *Rot. dec.* 236. *nu.* 13.
par. 10. *recent. & dec.* 748. *n.* 9. *coram Emerix.*

Præcipuè quia omnes actus prædicti facti fuerant, 5
antequam Stivanus cogitaret de emenda Domo, quo
casu non est ab eo allegabilis aliqua simulatio, neque
præsumibilis ex *Text. in l. acta simulata C. plus valere*
ac in nostris, & durioribus terminis resolvit *Rota in
Romana Pecuniaria seu Evictionis* 5. *Decembris* 1729.
§. *corruere namque cor. Rev. Ratto*, ubi quod præsumptio
militat pro sinceritate, & realitate actus, & hæc ope-
ratur, ut allegans collusionem, simulationem, aut frau-
dem perspicuis probationibus, eam vincere debeat, jux- 6
tà *Text. in l. quoties* 18. §. *qui dolo ff. de probation.* cum
aliis plena manu relatis in eadem decisione §. *Corrue-
re namque.*

Præmissa indubitanter procedunt, quia agitur de
Cambio quod quemadodum creari potest ex credito
præexistenti, ita & constito de exactione pecuniarum
facta à Cruciano contrahente Cambium ad sui præju- 7
dicium, præexistentia hujusmodi crediti canonizat
realitatem dicti Cambii ex credito præcedenti creati,
ad tradita per *Rot. in dec.* 829. *num.* 14. *&* 15. *cor.
Dunozz. Jun. & dec.* 199. *num.* 14. §. *prætereà & de-
cis.* 256. *num.* 6. §. *Minus relevat part.* 10. *recent. &
dec.* 121. *num.* 10. *&* 201. *num.* 2. *tom.* 1. *cor. Crispo.*

Constito autem de veritate, & realitate dicti Cambii,
nedum remanet exclusa quælibet collusio, seu illius inef-
fectuatio, ita quoque verificatur cessio jurium, præser-
tim talium, qualium, quia deficiente dolo in Credito-
re ejusdem Cambii, vel participationa doli, prout de-
ficit in nostro casu, in quo quicumque dolus excluditur
ex præexistentia crediti provenientis ex incontrovertibili 8
exactione pecuniarum roborata etiam ex destinatione ad
investiendum commissa eidem Cruciano, juxtà animad-
versa per Rot. in præcisis terminis nostri casus, ac etiam
durioribus, dum in hypothesi D. Advocatus tamquam
absens, & in Civitate Florentiæ permanens nullam po-
tuit habere partem in contractu dicti Cambii, eo ab-
sente contracti, ut in dicta Decisione *Romana Pecunia-
ria, seu Evictionis* §. *Tantum autem*, cum pluribus se-
quentibus coram Reverendissimo Ratto, nulla profectò
competit Cessionario actio regressus, aut evictionis, con-
trà cedentem, quamvis jura cessa reperiantur minùs vera
ea ratione, quia illa Clausula *talia tamen qualia, & dum-
modò*, importat, quod cedens non teneatur de evictione
favore cessionarii, nec jura cessa facere bona, & vera, ut 9
in puncto puncti probat *Rot. in dicta decisione Romana
Pecuniaria* §. *Everso ex his cor. Reverendiss. Ratto*, ubi
plures refert punctualissimas auctoritates, & decisiones.

Cedens namque juria talia, qualia dicitur cedere
aleas, & jactum retis, & dumtaxat jura, quæ ha- 10
bet, ita ut si nihil habeat, nihil cessisse censeatur, ut
in præcisis terminis prosequitur *Rot. in dicta decisione*
§. *Ratio autem.*

Atque ideò nullatenus applicantur auctoritates in con-
trarium allegatæ, veluti *Text. in l. si pluris* 74. *in fine ff. de*

evictionibus, *& Mancin. de evixtion. q. 79. n. 7. Roderic.* & alii quorquot allegari possent, nam omnes loquuntur in casu in quo agitur de cessione nominis Debitoris, vel crediti principaliter, aut de venditione jurium,
11 non autem quando D. Advocatus solum recepit satisfactionem sui crediti à Debitore, non autem vendidit, vel cessit nomen Debitoris, vel creditum, tanquam Venditor, vel Creditor, sed tantummodò cessit jura talia, qualia, & dummodò &c. quia in his terminis, nec cedens tenetur præstare veritatem jurium cessorum, quia restringitur cessio ad illud jus tale, quale habet, ita quod si cedens nihil habeat, nihil cedere censeatur, ut egregiè *Rot. in dicta Romana Pecuniaria, seu Evictionis in §. Non relevante, & § seq.* usque ad finem, quæ decisio sicuti decidit nostrum casum, ita cum præsenti distribuitur.

Non attenta Epistola D. Advocati scripta dicto Cruciano debitori Cambii, in qua supposuit non remanere futum, sed potius detectum pro rata, quæ solvenda erat D. Caviolo, de qua in contrario *Summ. n. 4.* quoniam ex hac Epistola primario, & principaliter convincitur realitas Cambii, solumque creditor revocat in dubium ejus anterioritatem, quam impugnare nequit D. Adversarius, eo ipso quod eadem Epistola utitur in præsenti judicio, quam anterioritatem in casu nostrò multò mi-
12 nus præstare tenetur cedens jura *talia, qualia, & dummodo &c.* quia si non tenetur præstare jura vera, & realia, multò minus præstare tenetur anterioritatem ejus crediti.

Quare, &c.

Virgilius de Virgiliis.

ALTERA ALLEGATIO.

REverendissime Pater, supplicamus pro Sententia absolutoria D. Advocati Jacobi de Comitibus principalis mei ab injusta petitione D. Philippi Stivani de restituendo summam scut. 820. perceptam a dicto Francisco Cruciano ex pecuniis provenientibus ex pretio ejus domus venditæ dicto Dom. Philippo Stivano, non obstantibus contrariis objectionibus in novo memoriali deductis, quoniam objectum, quod adimpleta non fuerit promissio erogandi pecunias Cambiales pro rata sc. 820. in extinctionem crediti D. Carioli, atque ideo vigore clausulæ *quorum interest*, contentæ in obligatione camerali agere valeat D. Stivanus Adversarius contra D. Advocatum de Comitibus Creditorem Cambii nullam penitus habet subsistentiam, tum quia onus adimplen-
13 di supradictam promissionem spectabat ad debitorem Cambii, qui dictam promissionem emiraverat, & onus erogandi dd. pecunias in extinctionem, dicti Cambii, assumpserat, non autem pertinebat ad creditorem, juxta firmata per *Rot. in dec. 521. n. 9. & seq. ibiq. Add. n. 33. cor. Gregor. & in dec. 462. n. 15. par. 18. rec. tom. 2.* quidquid sit, quando contrahitur cum Ecclesia, vel
14 Pupillo, aut minore juxta distinctionem *Rot. in d. dec. 462. n. 14. & 15. part. 18.* & latiùs *Adden. in d. dec. 311. sub num. 33.*

Nec quidquam operari valeat clausula *Quorum interest* contenta in obligatione camerali, quia Clausula hujusmodi operatur duntaxat contra obligatos in contractu, non autem contra D. Advocatum de Comitibus creditorem Cambii, qui nullam obligationem contraxit, sed solummodò à debitore Cambii reportavit obligationem cameralem activè, non autem passivè, proindeque cessat funditus quæstio, an ille, qui non fuit nominatus, in Instrumento juvari possit Clausula, *Quorum in-*
15 *terest*, & multò minùs favore Stivani, qui de eo tempore nullum interesse habebat cum longe posteà emerit domum à Debitore Cambii, ut respondit *Rot. in decis. 27. n. 23. cor. Duran.* dum quoties deficit quælibet promissio adimplementi, quælibetque obligatio D. Advocati, nequaquam Clausula *Quorum interest* comprehendere potest, non obligatum, nec aliquod implementum in
16 Instrumento promittentem, cum obligationes, tamquam stricti juris, non comprehendunt personas non obligatas, nec admittunt extensionem de uno ad alium, juxta firmata per *Rot. decis. 773. numer. 40. & 41. part. 19. recent.*

Nec propterea applicantur contrariæ auctoritates, quia loquuntur in terminis, in quibus alter contrahens accollavit in se debitum, illudque se obligavit extinguere, quo casu etiam favore Creditoris absentis propter accollationem, & obligationem remansit obligatus, vigore Clausulæ, *Quorum interest*, ex ea ratione, quia illa obligatio principaliter respiciebat illum 17
creditorem, licèt absentem, cumque in nostro D. Advocatus Creditor Cambii, nec in se accollaverit debitum; nec se obligaverit aliquod debitum extinguere, nec quidquam adimplere promiserit, sed onus quodcumque assumpserit debitor Cambii, omniaque expressa in Instrumento adimplere promiserit, utique cessat quælibet efficacia Clausulæ, quorum interest, quælibetque actio contra creditum Cambii.

Hanc incontrovertibilem veritatem agnoscit D. Adversarius, atque ideò repetit insubsistentiam antedicti Cambii pro dicta summa sc. 820. ex motivo, quod Ordo hanc summam continens directus fuerit S. Monti Pietatis, & ex defectu existentiæ in eo pecuniarum adimpleri nequierit, sed hujusmodi refugium sublatum jam fuit in antecedenti nostra allegatione, in qua probavimus pecunias exuberantes extitisse penes ipsum Crucianum, qui tamquam exactor jam exegerat majorem summam pecuniarum D. Advocati, illasque retinebat, & pro complemento dicti Ordinis, deponere debebat in dicto S. Monte, ac proinde, si illas non 18
deposuit, sed pluries, pluriesque se declaravit debitorem dicti Cambii, illiusque fructus ad mensuram totius capitalis persolvit, imo in exonerationem proprii debiti, descripsit ad creditum suum in computis D. Advocato transmissis totum capitale ejusdem Cambii, ut concludenter in nostro antecedenti *Summ.* probavimus, nullatenus ex parte D. Stivani excipi valet de non realitate, & veritate dicti Cambii, quoties constat de præexistentia pecuniarum D. Advocati apud ipsum Crucianum debitorem, & de tot subsequentibus Confessionibus in computis à Cruciano transmissis longè ante contractum venditionis cum D. Stivano stipulatum, adeò ut de plano intret decisio *in Romana Pecuniaria, seu Evictionis, coram Reverendissimo Ratto* in nostra antecedenti allegatione indicata.

Quare, &c.

Virgilus de Virgiliis.

Juxta prædicta fuit judicatum ab A. C. G. de Mense Junii 1735. juxta Sententiam latam per Acta de Cæsaris, tenoris sequentis.

CHristi nomine invocato, Pro Tribunali sedentes, &c. In causa, &c. Quæ primo, &c. coram nobis versæ fuerunt, & vertuntur instantia inter D. Philippum Stivani Actorem ex una, & Illustrissimum D. Jacobum Seraphinum de Comitibus, reum conventum partibus ex altera de, & super liberatione à molestiis prætensa à dicto Stivani ex causa evictionis passæ super domo eidem vendita à quondam Francisco Antonio Cruciano debitori cujusdam Cambii favore supradicti Illustrissimi D. Jacobi Seraphini de Comitibus ex cujus pretio fuit dictum Cambium extinctum, & loco 19
dictarum molestiarum pro restitutione sc. 820. ad effectum solvendi D. Francisco Carioli, ad cujus favorem tanquam creditoris dicti Francisci Antonii Cruciani in supradicta summa fuit evicta domus rebusque aliis &c. dicimus &c. & definitive sententiamus, nullum Jus, nullamque actionem competiisse, & competere prædicto D. Philippo Stivani pro dicta liberatione à molestiis contra supradictum D. de Comitibus petitæ, & propterea eumdem D. de Comitibus absolvendum, & liberandum fore, & esse ab impetitis, prout illum absolvimus, & liberamus, & pro absoluto, & liberato haberi volumus, & mandamus perpetuumque silentium eidem D. Stivano imponendum fore, & esse, prout imponimus super præmissis, victumque victori in expensis condemnamus quarum taxationem &c.

R. P. D. RATTO

Romana Pecuniaria, seu Evictionis,

Lunæ 5. Decembris 1729.

JOseph Antonius Massajolus Anno 1717. per Apocam privatam contraxit Cambium scutorum mille in Sorte ad biennium duraturum, favore Bartholomæi Capannini, ad effectum erogandi eamdem summam in satisfactionem plurium Artificum, qui supponebantur ejus Creditores, pro restauratione, atque ampliatione ejusdem Palatii existentis in Castro Cyntiani, & ad ipsum spectan-

ctantis, vigore universalis donationis reportatæ à Lamberto Vauthut, juxta tenorem veræ Apocæ Cambialis apparet. quod in eodem actu creationis Cambii Antonius Paulucci Faber lignarius habuit scuta 354. Petrus Paulus Perniconus Faber murarius recepit scuta 559. & quod residualia scuta 87. fuerunt persoluta Joanni Baptistæ Cerboni Vitrario. qui omnes, prævia quietantia summæ receptæ; amplissimam fecerunt Jurium cessionem favore Capannini.

Elapso biennio præfixo restitutioni Sortis, pro qua urgebat Capanninus, cum præfatus Massajolus non haberet in promptu pecunias necessarias, *die 12. Maji 1719.* imposuit Censum consimilis quantitatis scutorum milla in Sorte, super dicto Palatio Castri Cynthiani, favore Abbatis Petri Palatii, & cum pecuniis exinde retractis unico contextu dimisit Capanninum, qui cessit eidem Petro Palatio Creditori Census omnia, & singula Jura, etiam anterioritatis, & potioritatis, sibi tam vigore Apocæ Cambialis, ac Jurium cessionis factæ à prædictis Artificibus, quam aliàs quomodolibet competentia, cum clausula: *Talia tamen qualia, & dummodò &c. nec minus in concursu.*

Cum autem successivè Antonius Casarelli hæres Abbatis Petri Palatii, post decoctionem Josephi Antonii Massajoli, & post convocatum Creditorum concursum institerit coram R. P. D. Tanara Judice ab A. C. deputato, pro satisfactione Census, & per contrariam Sententiam succubuerit, ex eo quod compertum fuit pecunias Cambiales traditas fuisse diversis Personis, quas Massajolus falso induxerat, sub ementito nomine Artificum, Creditorum pro laboteriis factis in Palatio Castri Cynthiani, dum justificatum remanebat, quod Antonius Paulucci Faber lignarius, numquam interfuit confectioni, & subscriptioni Apocæ Cambialis, quinimmò integram satisfactionem sui crediti obtinuerat, usque, & de anno 1716. quodque Joann. Baptista Cerbonus Vitrarius, qui licet scribere nesciens, legebatur in Apoca subscriptus, per annum ante confectionem dictæ Apocæ decesserat; Hinc idem Antonius Casarelli, sub motivo, quod Jura cessa per Capanninum Abbati Palatio ejus Authori, essent insubsistentia, & undique falsa, & idcirco ei competerent Jura regressus, & actio Evictionis adversus Capanninum cedentem, reportavit contra ipsum in Tribunali A. C mandatum executivum pro restitutione capitalis scutorum mille, & solutione fructuum loco damnorum, & interesse, una cum Sententia adversus exceptiones.

Verùm ad reclamationem Capannini delegata mihi per Signaturam Justitiæ ulteriori Causæ cognitione, cum clausula: *De appellatione* in hodierna audientia censuræ Dominorum meorum subjeci dubium: *An constet de credito, itaut sit locus evictioni?* Et negativum habui responsum.

Corruere namque visum fuit duplex fundamentum, cui nitebatur prætensum creditum Casarelli, seu Abbatis Palatii ejus Auctoris, primum scilicet desumptum, ex quo Capanninus, & Massajolus ad decipiendum Abbatem Palatium simulaverint contractum Cambii, secundum vero in eo constabilitum, quod Jura cessa per Capanninum eidem Abbati Palatio fuerint falsa, & insubsistentia, ut propterea Cessionario competere debeat regressus, & actio evictionis adversus cedentem. Et quidem pro eo, quod attinet ad primum fundamentum simulationis contractus inter Capanninum, & Massajolum initi, pro exclusione prætensæ collusionis, & fraudis, urgebat validissima Juris præsumptio militans pro sinceritate, ac realitate actus, quæ operatur, ut allegans
20 collusionem, simulationem, aut fraudem, perspicuis probationibus, debeat illam evincere, ut per *Text. in l. quoties 18. §. Qui dolo ff. de probation. & in l. Dolum 6. C. de Dolo,* communiter advertunt *Mans. consult. 344. n. 15. Rot. dec. 141. n. 4. cor. Buratt. dec. 196. n. 6. & 7. cor. Celso dec. 57. n. 12. & 13. cor. Emerix Jun. dec. 435. n. 10. cor. clar. mem. Card. Caprar. in Interamnen. Societatis 5. Maji 1719. §. Nec probatio cor. bon. mem. Foscaro, & in Romana Tenuta Montis Olevan. 23. Junii 1721. §. Ita quidem cor. R. P. D. meo Curiò.*

Tantum autem aberat, quod in præsenti hypothesi ex parte Casarelli adducerentur concludentes probationes collusionis, & simulationis Cambii à Massajolo contracti favore Capannini, ut immò plures concurrerent circumstantiæ, nedum antecedentes, verum etiam subsequentes, ex quibus apprimè, comprobata dignoscitur veritas crediti, & sinceritas actus; constat enim, quod per mensem ante creationem Cambii prædicti, Capanninus investire cupiens pecuniam, quam in Arca otiosam retinebat, per interpositam personam Dominici Faroldi, perquisivit occasionem faciendi emptionem alicujus Possessionis in Territorio Montis Falisci, & certioratus paulò post de prompta occasione investiendi, responsum dedit, quod res non erat amplius integra, quia pecuniam destinatam pro emptione Stabilium, jam arogaverat in 21
aliud investimentum; Rursus constat, quod idem Capanninus pro complenda integra summa scutorum mille in contractu Cambii erogata, mutuò accepit à Canonico Bonaventura Verduzzi scuta 300. quæ profectò circumstantiæ apertè suadent, quod contractus non fuit collusivus, & simulatus, & quod reverà Capanninus acquisivit creditum Cambii, cum propriis pecuniis, ad quas investiendas præcedenter animum direxerat, ut in similibus terminis ponderat *Rot. in Placentina Pecuniaria 20. Junii currentis anni 1729. §. Subsequebatur cor. Me.*

Idipsum ostendebant circumstantiæ subsequentes; Postquam enim Capanninus *die 12. Maji 1719.* dimissus fuerat à Massajolo, cum pecuniis censualibus Abbatis Palatii, die immediatè sequenti, deposuit liberè ad proprium creditum eas in Sacro Monte Pietatis Urbis, ac reportavit sex Cedulas in sui favorem confectas, & ascendentes ad eamdem identificam summam scutorum mille pro satisfactione crediti Cambialis receptam, & successivè restituit scuta 300. quæ ipsi mutuò dederat Canonicus Verduzzi. Quod quidem factum, si- 22
cuti attenta vicinitate actuum, & correspondentia præcisæ quantitatis pecuniarum, satis superque demonstrat, quod summa per Capanninum in Sacra Æde ad sui liberam dispositionem deposita, erat illamet, quam pridiè persolverat Massajolus, pro extinctione Cambii, ut ad probandam identitatem pecuniæ firmat *Rot. dec. 662. n. 3. & 4. cor. clar. mem. Card. Caprar. & in Romana Pecuniaria 20. Januarii 1725. §. 22. cor. Me;* Ita 23
excludit prætensam ejusdem Cambii simulationem, & collusionem, qua subsistente, Capanninus pecuniam collusive solutam, brevi manu, restituisset Massajolo, non autem de illa, tanquam propria liberè disposuisset, prout disposuit; Certum autem est, quod ad exclusionem simulationis ponderari debent, & maximam vim faciunt actus subsequuti, ex animadversis per *Rot. in Perusina Manutentionis 21. Januarii 1704. §. Exclusa cum duobus seqq. cor. clar. mem. Card. Scotto, & in Tuden. Parochialis de Berduzido 5. Maji 1706. §. Siquidem coram bon. mem. Molinae.*

Ad inducendam verò simulationem, nullius ponderis apparebat unicum argumentum ex eo petitum, quod supposita dimissio Artificum, qui pecunias Cambiales receperunt, facta cessione Jurium potioritatis, & anterioritatis favore Capannini, fuerit protinùs falsa, & simulata, dum confectioni, & subscriptioni Apocæ non interfuerunt veri Artifices Creditores Massajoli, sed aliæ diversæ Personæ, quæ sub collusiva repræsentantia illorum figuram gerebant: quandoquidem, cum non probetur, quod Capanninus fuerit conscius hujusmodi falsitatis commissæ per Massajolum, ad effectum inveniendi facilius pecunias, quas supponebat erogandas in dimissionem Creditorum potiorum super Palatio Castri Cynthiani, ex ea non resultat simulatio crediti Cambii; stat enim bene simul, quod Capanninus proprias exbursando pecunias effectus fuerit verus Creditor Cambii, & quod subingressus in Juribus Creditorum dimittendorum, ex doloso facto Massajoli esset falsus, & collusivus, inscio tamen Capannino, cui proinde nullum præjudicium irrogari potuit, quemadmodum in puncto ad excluden- 24
dam evictionis actionem adversus Creditorem ignorantem dolum, & fraudem commissam, probat *Text. in l. Si à Creditrice 2. Cod. Creditor. evict. Pignor. non debere,* „ ibi „ *Si à Creditrice Jure Pignoris fundos obligatos Pater tuus comparaverat, evictis Prædiis ita demum petitionem adversus Creditricem habere Jure poteris, si vel tum vendidit de evictione rei promisit, vel etiam dolo malo, cum sciens, prudensque esset rem sine vitio non esse, eam Patri tuo, cui successisti venumdedit, nam sicuti genus hujusmodi contractus inscium Creditorem vinculo evictionis non adstringit, ita eum, qui fraudem admisit, vel decepit, non excusat.*

Attenta præsertim ejusdem Capannini probitate, ac in-

te integritate, luculenter comprobata ex Attestationi-
bus 38. Testium omni exceptione majorum, inter quos
connumerantur plures Viri Religiosi, & universus ferè
Clerus Civitatis Montis Falisci, quæ sanè integritas,
nedum præsumere facit, quod ipse fuerit immunis à par-
ticipatione cujuscumque fraudis, & doli, sed ulteriùs ef-
25 ficacissimam præbet conjecturam pro excludenda simu-
latione, ad tradita *per Rot. dec. 3̄2. num. 18. & 19.*
decis. 365. num. 3. & decis. 366. num. 9. coram Dune-
zett. Jun. dec. 529. num. 26. part. 19. tom. 2. rec. & in
Placentina Pecuniaria 20. Junii labentis anni 1729.
§. Et in hunc sensum coram Me.

Certoque certius quia nulla est assignabilis causa pro-
ter quam Capanninus colludendo cum Massajolo, absque
ulla propria utilitate simulare voluerit contractum Cam-
26 bii, ut deciperet Abbatem Palatium, quando autem defi-
cit probabilis, & verisimilis causa simulandi, non ad-
mittitur simulatio, & quotquot conjecturæ adducuntur
pro ea evincenda remanent inefficaces, & nullius mo-
menti, ut admonet *Rot. dec. 609. num. 4. coram Mer-*
lin. decis. 196. num. 8. cor. Cels. dec. 93. num. 6. & 7.
& dec. 394. num. 23. cor. Cerro dec. 180. num. 10. &
seqq. cor. Peutinger. decis. 33. num. 19. cor. Benincas.
dec. 317. num. 6. cor. cl. mem. Card. Caprar. dec. 80.
num. 26. post Torr. de pact. futur. successionis. decis. 509.
num. 8. & 20. part. 18. tom. 2. decis. 529. num. 6. &
decis. 660. num. 3. part. 19. tom. 2. recent. in Romana
Tenuta Montis Olevani 23. Junii 1721. §. Ita quidem
coram. R. P.D. meo Corio, in Romana Pecuniaria 29.
Januarii 1725. §. Eversa coram Me, & in dicta Pla-
centina Pecuniaria 20. Junii præsentis anni §. Simulan-
di causa, pariter cor. Me.

Everso ex his primo fundamento constituto in simu-
latione contractus cambii, ejusdem irrelevantiæ comper-
tum fuit secundum fundamentum prætensi regressus, &
evictionis adversùs Capanninum exercibilis pro restitu-
tione summæ receptæ ob detectam insubsistentiam, & fal-
sitatem Jurium per ipsum cessorum. Quoties namque justi-
ficatum non remanet, quod Capanninus fuerit aliquo mo-
do particeps doli, & fraudis à Massajolo commissæ in falsò
supposita dimissione Artificum, quæ cessionem Jurium
elusoriam, & inanem reddidit, licet ipsa reportando satisfa-
ctionem crediti cambialis à Massajolo suo Debitore, fece-
rit cessionem Jurium favore Abbatis Palatii Auctoris Ca-
sarelli, adhuc tamen Cessionario nulla competit actio re-
gressus, aut evictionis contrà cedentem, quamvis Ju-
ra cessa minùs vera comperiantur, quia Capanninus
cessit Jura, cum clausula præservativa *Talia tamen qua-*
lia, & dummodo &c. quæ importat, ut sic cedens non
27 teneatur de evictione favore Cessionarii, nec debeat fa-
cere bona, & vera Jura, quæ cessit, *ut per Text. in*
l. Quod si in venditione 10. ff. de Hæredit. vel act. ven-
dit. egregiè considerant *Card. Tusch. practicar. concl. Jur.*
litt. C. conclus. 181. n. 7. & 8. Carol. Anton. De Luc.
ad Olean de cess. Jur. spicileg. gemin. quæst. 81. n. 3. &
4. De Amat. dec. Ferrarien. 65. n. 18. Mastrill. dec.
240. n. 8. Rot. dec. 127. n. 6. cor. Celso dec. 4. n. 21.
coram Cerro dec. 142. à n. 1. ad 6. cor. Otthobon. dec.
255. n. 21. par. 12. dec. 509. nu. 17. par. 13. dec. 535.
num. 14. part. 19. tom. 2. recent. in Anconitana Pecu-
niaria 2. Junii 1706. §. Quod vero cor. bon. mem. Oman-
na in Romana, seu Cavallicen. Pecuniaria 1. Junii 1712.
§. Tertio cor. bon. mem. Ansaldo in Romana Pecunia-
ria, seu Cessionis 22. Februarii 1723. §. Æquè tamen cor.
bon. mem. Lancett. & in Interamnen. Adimplementi 20.
Februar. 1728. §. Idque magis cor. R. P. D. meo Calcagnino.

Ratio autem est, quia cedens Jura, cum prædicta
clausula, *Talia, qualia*, dicitur facere cessionem Aleæ,
& jactus Retis & cedit jura quæ habet, itaut si ni-
28 hil habet, nihil cedat, quemadmodum in terminis pri-
mæ propositionis firmat *Faber in Cod. lib. 4. tit. 29.*
definit. 15. in append. nu. 9. Carol. Anton. De Luc. ad
Olean de cess. Jur. Spicileg. gemin. dict. quæst. 81. n. 3.
Mangil. de Evict. quæst. 79. n. 5. Rot. dec. 127. nu. 7.
coram Celso dec. 142. num. 4. cor. Otthobono, & dec.
535. nu. 14. par. 19. tom. 2. recent. & in proposito fe-
cundo animadvertit *Alexand. cons. 93. num. 2. lib. 4.*
Cyriac. controv. 345. num. 43. Andreol. contr. 323. nu.
3. Mastrill. dec. 240. num. 8. Rot. dec. 241. n. 2. cor.
Rojas dec. 455. num. 01. part. 12. recent. & in Roma-
na Pecuniaria, seu Cessionis 27. Novembris 1722. §.
Nil propterea cor. bon. mem. Lancetta.

Non relevante, quod etiamsi cedens Jura *Talia,*
qualia, non teneatur favore cessionarii ad exegibilita-
tem Juris, præstare tamen debeat jurium cessorum ve- 29
ritatem de facto, illaque vera quoad substantiam osten-
dere, itaut quatenus Jura cessa dignoscantur falsa, &
à parte rei non existentia, Cessionario semper compe-
tat regressus, & actio Evictionis adversus cedentem,
ut ex censura *Text. in l. Si plus 74. in fine ff. de Evict.*
& in l. si nomen 4. ff. de Hæredit. vel act. vend. firmat
Mantic. de Tacit. libr. 4. tit. 13. nu. 5. & 9. Olea de
cess. Jur. tit. 7. quæst. 3. n. 3. in fin. Conc. de Cens. qu.
72. sub num. 23. §. Prima est, & §. Vel cederet. Carol.
Anton. De Luc. ad Franc. dec. 427. n. 5. Rot. dec. 579.
nu. 3. cor. Ludovis. repet. in rec. dec. 414. part. 3. dec.
404. n. 4. cor. Duran. dec. 155. n. 18. part. 12. & dec.
387. n. 1. & seq. part. 19. rec.

Conclusio namque prædicta, quod transferens Jura in
alium, eximi quidem possit ab illorum exigibilitate, nun-
quam tamen se liberare valeat à præstatione veritatis Ju-
rium cessorum, procedit, vel quando agitur de cessione 30
crediti, aut venditione Jurium, in quibus terminis lo-
quuntur auctoritates in objecto adductæ, ac probat ip-
semet *Text. in l. Si plus 74. in fin. ff. de Evict.* „ ibi „
Qui nomen quale fuit vendidit &c. in d. l. si nomen 4. ff.
de Hæredit. vel act. vendit. „ ibi „ *Si nomen sit distra-*
ctum &c. „ Vel quando Jura fuerunt cessa simpliciter non 31
autem *Talia qualia*, ut egregiè, distinguendo unam spe-
ciem cessionis ab alia, declarat *Rot. in d. dec. 142. n. 1.*
cum seqq. cor. Otthobono & dec. 535. n. 14. par. 19. tom. 2.
rec. Ideoque non applicatur præsenti hypothesi, in qua Ca-
panninus recipiendo solutionem Crediti à Massajolo suo
Debitore non vendidit Abbati Palatio jura, sed illa so-
lum cessit *Talia qualia, & dummodo, &c.* in quibus
terminis cedens non remanet obligatus ad præstandam
veritatem jurium cessorum, & cessio restringitur ad il-
lud Jus tale quale sit, quod habet cedens, in modum,
ut quatenus cedens nullum jus habeat, nihil cessum di-
catur, ut probatum fuit supra in *§. Everso cum seq.*

Nullamque promeruit animadversionem responsio,
quod Jura cessa per Capanninum fecerint transitum in Ab-
batem Palatium, non gratuito, sed oneroso titulo, ac
correspectivè ad pretium scutorum mille, quæ imbursavit
Capanninus in actu cessionis eorundem Jurium, ex quo in-
ferebatur, quod cedens gravatus remanet onere docendi
de veritate, ac existentia Jurium cessorum, etiamsi cessa
fuerint Jura *Talia qualia*. Objectum namque vim face-
ret, quatenus contractus initus fuisset, inter Palatium,
& Capanninum; Ac propterea cum Palatius non con-
traxerit cum Capannino, sed cum Massajolo, à quo
deceptus fuit sub prætextu subingressus in Juribus potio-
ritatis, & anterioritatis, poterit quidem actionem diri-
gere adversùs Massajolum decipientem, non autem ad-
versùs Capanninum, cujuscumque doli, & fraudis ex-
pertem, qui reportando satisfactionem Cambii, se ha-
buit merè passivè, nullam promisit evictionem, nullo- 32
que Jure cogente solum cessit favore Palatii Jura *Talia*
qualia.

Pretium verò scutorum mille, quod Palatius exbursa-
vit, non fuit ab eo solutum in manibus Capannini, sed
Massajoli „ ibi „ *Hanc autem &c. Census impositionem*
&c. antedictus D. Massajoli fecit &c. pro pretio scutorum
mille &c. quæ nunc manualiter, & in contanti, ac prom-
pta, & numerata pecunia habuit ab eod. D. Abbate Pala-
tio &c., & de ea bene contentum, & satisfactum voca-
vit &c. quietavit &c. & licet deinde Massajolus cum ejus-
dem pecuniis dimiserit Capanninum Creditorem Cambii
ibi „ *Eademque scuta mille &c. idem D. Massajolus per-*
solvit D. Bartholomæo Capannini &c. pro sorte principa-
li Cambii similis summæ &c. „ non inde tamen sequi-
tur, quod Palatius contraxerit cum Capannino, eidem-
que persolverit dictam summam correspectivè ad cessio-
nem Jurium, quia Capanninus recepit scuta mille in ex-
tinctionem crediti cambialis, non quidem à Palatio, 33
sed à Massajolo suo Debitore, in cujus dominium pecu-
niæ translatæ fuerunt per momentaneam detentionem,
non obstante pacto, quod illæ unico contextu solvi de-
berent Capannino, ut probant litterales *Text. in l. Ser-*
vus dotalis 59. ff. soluto matrim. l. Si tibi 20. ff. Si cer-
tum petatur l. Qui id quod 34. §. Ea l. ff. de donat. „ ibi „
Ea l. donationis causa Titio pecunia numerata ut sta-
tim Donatori mutuo detur, non impeditur dominii trans-
latio, ac propterea nummis iisdem Donatori credi-
tis

tis novum dominium in his quæritur „ & firmant etiam *Bart. in l. Quis sic 55. nu. 1. ff. de solut. Cenc. de Cens. q. 50. n. 26. vers. Verum Rot. dec. 468. num. 5. par. 1. recent. & dec. 57. nu. 11. inter impressas post Constant. ad Statut. Urb.*

Et ita &c. Utraque &c.

ARGUMENTUM.

Obligatio Mulieris nuptæ, & in minori ætate constitutæ facta pro alienatione rerum dotalium est nulla, quando est facta absque solemnitatibus Statuti Asculani lib. 1. Rub. 1. & Constitutionis Ægidianæ; nil relevante, quod aliud Statutum lib. 1. Rub. 2. reddat validas alienationes rerum dotalium factas à Marito, & Uxore communiter, vel à Marito cum consensu Uxoris, & contra illas ullo modo possit dici denullitate, sive dos constituta fuerit in quantitate, vel in specie, vel in fundo.

Tolluntur incompatibilitates dictorum Statutorum, & rejiciuntur fidejussores à Marito præstiti, tamquam variis exceptionibus laborantes. Probatur, quod dicta nullitas alienationis bonorum dotalium deduci potest à Muliere etiam vivente Marito absque Testium examine, sed sola facti veritate inspecta.

Præsentia filiorum majorum 14. annis, juxta Statut. Asculanum potest auctorizare contractum Patris ad se obligandum impotentis.

Creditores debent prius excutere Debitorem principalem, & postea fidejussorem, etiamsi se obligaverit principaliter, & insolidum, ita disponente dicto Statuto Asc. lib. 2. Rubr. 33.

SUMMARIUM.

1 *Alienatio rerum dotalium facta à Marito, & Uxore communiter, vel à Marito cum consensu Uxoris valida est juxta Stat. Asculanum libr. 1. Rubr. 2.*

Intellige tamen ut num. seqq.

2 *Mulier minor non potest se obligare sine solemnitatibus Statuti Asculani lib. 1. Rub. 1. de minoribus loquentis.*

3 *Constitutio Ægidiana locum habet in omnibus contractibus gestis in Civitatibus, & locis Provinciæ Marchiæ.*

Et venit semper addendo non minuendo solemnitatibus requisitis a Statutis particularibus num. 5.

4 *Statutum indistinctè loquens recipere debet interpretationem ab alio Statuto.*

Et de ratione num. 5.

6 *Filiifamilias non possunt se obligare absque solemnitatibus Statutariis.*

Permittitur tamen illis contrahere si sint Mercatores, & se obligare absque consensu Patris n. 15.

7 *Statutum Asc. lib. 1. Rubr. 2. ad dotis conservationem unicè respicit.*

Nec solum est contentum obligatione Mariti, sed vult etiam idoneos fidejussores, & pignora. n. 8.

9 *Mulier non tenetur agere pro sua dotis restitutione contra bona Mariti sita in extraneo Territorio.*

10 *Fideicommissum factum à transversali super bonis ei donatis, & traditis ab ascendente Mariti, an reputetur ascendentale.*

11 *Mulier pro restitutione, & securitate dotis pecunias, & bona libera recipere debet, non litigiosa.*

12 *Emancipatio facta non servatis solemnitatibus Statuti non prodest.*

13 *Statutum in locis Statuentium subjectis observari debet tamquam lex.*

14 *Decretum suspensum per appellationem, non potest executioni demandari.*

16 *Lex Mercatorem ab Artifice distinguit, nec unus venit sub nomine alterius.*

17 *Verba in Statutis sunt strictè interpretanda, nec extendi possunt de casu ad casum.*

18 *Statuta Asculi pro Jure Communi reputari debent, & favorabiliter interpretanda.*

Contrarium num. 19.

20 *Contractus facti contra formam à Statuto Asc. præscriptam dicuntur fraudolenti.*

21 *Juramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*

22 *Dotis repetitioni non est locus quando Maritus est vivens.*

23 *Mulier durante Matrimonio potest suas dotes repetere, quando Maritus non est compos mentis, & dissipat bona.*

Et non tenetur probare suam intentionem cum omnibus solemnitatibus, sed solum summarie, & sine strep. Judic. dummodo constet de veritate n. 24.

25 *Prodigus de bonis suis disponere non potest.*

26 *Mulier vivente viro nequit disponere absque ejus consensu, & si Maritus est incapax debet contractum gerere cum præsentia filiorum ad terminos Stat. Asc.*

27 *Filiusfamilias minor 25. annis non est capax gerendi negocia propria, sine solemnitatibus à Stat. req.*

Potest tamen intervenire contractui gesto à Matre si sit major annor. 14. num. 28.

29 *Absentia attenditur, & impedit quando est diu duratura, & sic in locis à Civitate longinquis.*

30 *Mulieris valida obligatio super tota Dote, verificatur solum intra Dotis medietatem.*

31 *Creditor debet prius excutere debitorem principalem, fidejussorem, etiamsi se obligaverit ut principalis, & insolidum, juxta Stat. Asc. lib. 2. Rub. 33. &c.*

Asculana Pratensa Nullitatis Alienationis.

ET

DISCURSUS CCXXIV.

ADmittimus quippe regulam desumptam à Statuto
Asculi *lib. 1. rubr. 2.* quod alienatio rerum do-
talium facta à Marito, & Uxore communiter, vel à 1
Marito cum consenso Uxoris valida sit, nec infringi,
& impugnari possit, sive dos consistat in quantitate,
sive in specie, & in fundo dotali, sed dicimus Statu-
tum hoc nullatenus obesse D. Alexandræ Principali ex
pluribos capitibus, quorum

Primum est, quia Alexandra Uxor de tempore alie-
nationis erat minor, quæ se obligare non poterat, si-
ne solemnitatibus alterius Statuti Asculani *lib. 1. rub.* 2
1. de minoribus loquentis, & certas solemnitates præ-
scribentis, & constitutionis Ægidianæ, quæ locum ha- 3
bet in omnibus contractibus gestis in Civitatibus, &
locis Provinciæ Marchiæ etiam habentibus Statuta par-
ticularia, quando ista non sunt cum constitutionibus
generalibus ejusdem Provinciæ incompatibilia *Rot. post.*
Constantin. ad Statut. Urb. dec. 145. num. 10.

Nec relevat responsio, quod cum Statutum nostrum
lib. 1. rubr. 2. reddat validas alienationes dotium factas
à Marito, & Uxore, vel cum ipsius consensu à solo
Marito, istud dicatur incompatibile cum alio Statuto
Asculano *lib. 1. rubr. 1.* & constitutione Ægidiana di-
ctos contractus annullantibus. Incompatibilitas enim
excluditur, quia Statutum in dicta *rubr. 2.* reddens va-
lidas alienationes bonorum dotalium indistinctè loqui- 4
tur, & propterea recipere debet interpretationem ab
alio Statuto disponente de contractibus minorum, in
quo Mulieres minores, sive nuptæ, sive non, & sive
agatur de bonis dotalibus, sive de aliis dici debent com-
prehensæ, & à constitutione Ægidiana de minoribus 5
loquente; una enim pars Statuti aliam declarat, &
constitutio Generalis Provinciæ venit semper addendo
non minuendo solemnitatibus à Statutis particularibus
requisitis, ut de prima *conclus. Mans. consult. 245. nu.*
13. de secunda *Campell. ad constit. Ducat. Urbin. decis.*
23. num. 359. Surd. cons. 53. num. 10. relat. à Rodul-
phin. alleg. 92. num. 26. idem Mans. consult. 4. nu. 15.
consult. 16. num. 37. & consult. 81. num. 62. & de ter-
tia *Zaul. ad Statut. favent. observ. ad rubr. 14. tom. 1.*
pag. 161. num. 3.

Secundum motivum nullitatis venditionis depromitur
ex quo Maritus licet de tempore factæ alienationis fide-
jussores præstiterit pro indemnitate Mulieris, unus ta-
men ex dictis fidejussoribus omnia bona habebat obligata 6
fideicommisso, & alter erat filiusfamilias, qui non poterat
se obligare sine solemnitatibus ab alio Statuto Asculano
præscriptis *lib. 1. rub. 1.* unde cum fidejussores non fuerint

idonei, prout requirit Statutum, nec apti ad servan-
dam indemnem Mulierem pro conservatione suæ do-
tis non dicitur adimpletum dicto Statuto *libr. 1. rubr.*
7 2. quod ad dotis conservationem unicè respexit, &
nunquam fidejussor idoneus dicitur quoties non habet
bona, cum quibus possit succurrere necessitati, pro qua
datus fuit *Constantin. ad Status. Urb. annot. 47. nu. 16.*
& seq. Tusch. litt. D. concl. 331. per tot. Maur. de fide-
juss par. 2. sect. 2. cap. 3. nu. 37. & 38.

Nec minus dici potest, quod Maritus idoneis pigno-
ribus legitimè caverit de dote restituenda, quia prætén-
ditur habere bona propria, cum quibus Uxor tuta est pro
dotis restitutione, tum quia Statutum non fuit conten-
tum obligatione Mariti, quam habet de jure favore Uxo-
ris, si bona dotalia alienat, sed voluit majorem securi-
tatem ei præbere addendo idoneos fidejussores, & pigno-
8 ra, tum etiam quia bona Mariti, licet excedentia valo-
rem scutorum centum quadraginta mille, tamen sunt
subjecta restitutioni plurium dotium: bona Tolignani,
quæ ascendunt ad scuta triginta mille, sunt fideicommis-
so transversali subjecta: bona Castineani scutorum vi-
gintimille pluribus litibus involuta, & aliis obligationi-
bus, & hypothecis affecta: alia bona della Lama sunt
obligata pro debito unius census, & duorum cambiorum
scutorum duodecim mille, & alia bona, licet magni va-
loris sunt in Regno Neapolitano posita, & sic extra sta-
9 tum Ecclesiasticum, contra quæ Mulier non tenetur age-
re pro suæ dotis restitutione *Rot. dec. 30. n. 27. dec. 39.*
n. 1. & dec. 293. n. 12. par. 10. recent.

Neque potest eidem Mulieri prodesse prætensio Mari-
ti, quod fideicommissum non sit transversale, sed ascen-
dentale, quia illud fuit constitutum à transversali, sed
de bonis ei donatis, & traditis ab ascendente Mari-
10 ti, quo casu reputari debet pro ascendentali, quia quid-
quid sit de hoc cum negari non possit, quod sit litigio-
sum, Mulier pro restitutione, & securitate dotis pecu-
11 nias, & bona libera, non litigiosa recipere debet *Rot.*
Januen. dec. 136. num. 7. & 8. Rot. cor. Caprar. dec. 73.
num. 7. part. 1.

Minus subsistit alia responsio, quod obligatio filii-
familias sine solemnitatibus Statutariis valida sit, quia
ipse de eo tempore erat emancipatus *l. jubemur C. de*
emancip. liber. Emancipatio enim ad hunc effectum pro-
12 desse non potest, quia fuit facta non servatis solemni-
tatibus Statutariis à Statuto Asculi præscriptis *lib. 2.*
rubr. 37. disponente, emancipationem fieri debere cum
auctoritate Judicis ordinarii, & prævia notificatione per
præcones facienda ad hoc ut si aliquis contradicere vo-
luerit comparere possit præfixo die sub pœna nullitatis
actus, quod Statutum observari debet, tanquam lex
13 in locis Statuentium subjectis *Bald. in l. ex duobus §.*
fin. sub num. 3. ff. de Vulgar. & Pupillar. Honded. cons.
32. n. 83. lib. 1. Surd. cons. 8. n. 14. & cons. 190. nu.
12. Rot. in recent. dec. 674. num. 1. par. 19.

Fortiùs quia habita de hac emancipatione extrajudi-
ciali notitia Ludovicus contradixit, & eidem se oppo-
suit; quæ oppositio eo magis emancipationem nullam
reddit vigore prædicti Statuti; Et quamvis exadverso
replicetur, quod contradictio fuerit à Judice rejecta,
à decreto tamen rejectionis fuit à Ludovico appella-
tum, & appellatio admissa fuit, qua stante non pote-
14 rat decretum exequutioni demandari, cum illud fuerit su-
spensum per appellationem *Coccin. in annot. decisiv. an-*
not. 138. num. 2.

Pariter non obstat, quod filiusfamilias fuerit merca-
tor, cui Statutum Asculanum *lib. 1. rub. 1.* permittit
15 contrahere, & se obligare sine consensu Patris, quia in
facto latè probatur filiumfamilias non fuisse Mercato-
rem, sed Artificem, cui à juribus non tribuuntur pri-
vilegia Mercatoribus concessa favore mercaturæ, & publi-
16 ci commercii, & proinde lex in his, & similibus ma-
teriis Mercatorem ab Artifice distinguit, nec unus venit
sub nomine alterius *Alexand. in l. cætera §. Sed & si*
quis n. 5. ff. de legat. 1. Surd. dec. 313. nu. 2. Stracc.
de Mercatur. par. 1. n. 5. & 23. præcipuè in Statutis,
17 in quibus verba strictè debent interpretari, nec exten-
di possunt de casu ad casum, & de persona ad perso-
nam, maximè quando non viget eadem ratio, sed po-
tius diversitas ejusdem rationis *Mans. consult. 18. n. 34.*
Rot. Lucen. divers. apud Palm. dec. 283. n. 17.

Nec facit responsio, quod Statuta Asculi fuerint con-
dita de tempore, quo ipsa plenariam libertatem habe-
bat, & se tanquam Respublica gubernabat, & per con-
sequens pro jure communi reputari debeant, & favo- 18
rabiliter interpretanda, juxta monitum *Card. De Luc.*
de Judic. disc. 35. nu. 23. de success. ab intest. disc. 45.
n. 9. quandoquidem in puncto hujus nostri Statuti *lib.*
1. rubr. 2. quod strictè interpretari debeat *Rot. coram* 19
Duran. dec. 141. n. 9. & Statuta Reipublicæ Januen-
sis, & Lucensis, quæ sunt Civitates liberæ strictè pa-
riter interpretari debere *Mans. consult. 165. n. 30.*

Et demum pro validanda alienatione non servata for-
ma à Statuto præscripta, frustra exadverso recurritur
ad juramentum, quod contractus eximit à Jurisdictio-
ne Statuentium, quia Statutum nostrum contractus ge- 20
stos contra formam ab ipso præscriptam declarat frau-
dolentos, qui convalidari non possunt per juramen- 21
tum, quod non debet esse vinculum iniquitatis, & frau-
dum *Rot. cor. Crisp. dec. 28. n. 28.*

Probata nullitate alienationis bonorum dotalium fru-
stra opponitur, quod hæc non possit hodie deduci in 22
præsenti judicio, quo Maritus adhuc vivit, & non est
locus repetitioni dotium, quandoquidem cum Statutum
tales contractus irritet, & annullet, & disponat, con-
sensum haberi pro non præstito, adeout integrum jus
remaneat Mulieri in bonis alienatis, quod ante alie-
nationem habebat, actio eidem Mulieri competens sem-
per, & quandocumque exerceri potest, sive factus sit
locus repetitioni dotium, sive non, ut latè probatur in
informatione Domini Coadvocati in hoc puncto scri-
bentis. Cæterum ex abundanti, & ut omninò clauda-
tur os Parti adversæ dicimus factum esse locum repe-
titioni dotium non obstante quod adhuc duret matri-
monium, quia cum doctum fuerit de imbecillitate men-
tis Mariti duobus ab hinc annis circiter, & dissipatio-
ne patrimonii, & residui bonorum dotalium, quæ ven-
dita non sunt, & de bannimentis necessariis à Statu-
to requisitis, hoc sufficit ad hoc ut Uxori permissum
sit durante matrimonio dotes à viro repetere, & ab 23
eis, in quibus alienatæ sunt recuperare, ut sancitur
in alio Statuto Asculano *lib. 1. rub. 8.* consentanee *ad*
Text. in l. ubi adhuc C. de jur. Dot. Fontanell. de pact.
nupt. tom. 2. claus. 7. gloss. 2. part. 4.

Nec obstat, quod hoc probatum non remaneat ex
fidibus extrajudicialibus à Muliere exhibitis, sed neces-
se sit, quod testes formiter examinentur; & cum in-
terrogatoriis Partis, & quod judicium formale super
hoc instituatur, ut fuit in actis oppositum, siquidem
ad hunc effectum Mulieri tribuitur facultas omnia in- 24
cumbentia peragendi „ *sine figura, & strepitu judicii,* “
& lite non contestata, & omnibus juris solemnitatibus “
omissis „ quæ sunt verba Statuti in dicta *rub. 8.* exi-
mentia Uxorem à porrectione libelli formalis, & alia-
rum solemnitatum judicialium, sufficitque Judici in his
terminis constare de veritate, etiam de ea se extrajudi-
cialiter informando, & eum scripturis ab eo receptis,
ut dicitur, *in manica* ex deductis per *Gratian. discept.*
forens. cap. 206. num. 1. cap. 322. per tot. & cap. 369.
numer. 30. Barbos. de Clausul. clausul. 176. per tot. &
clausul. 173. per totum.

Facilius est infringere venditionem aliorum bono-
rum dotalium factam de tempore prodigalitatis à Ma-
rito, prodigus enim de bonis suis disponere non po- 25
test resistente tam Statuto Asculano *lib. 1. rub. 1.* quam
juris communis dispositione, de qua in juribus rela-
tis per *Altimar. de nullit. contract. rub. 1. part. 4. qu.*
38. n. 404. & seqq. tom. 6.

Nec relevat, quod in instrumento intervenerit, &
consensum præstiterit etiam Uxor, quia Mulier habens
Maritum non potest de bonis suis disponere, nisi cum
ipsius consensu, & si Maritum non habet, vel inca- 26
pacem ad interveniendum contractui, illumque aucto-
rizandum, contractum gerere non potest sine præsen-
tia filiorum, ut sancitur in eodem Statuto Asculano
lib. 1. rubr. 14.

Nec subsistit responsio Partis adversæ, quod filii fue-
rint minores vigintiquinque annis, quo tempore cum 27
non sint capaces gerendi negocia propria, & celebran-
di contractus sine solemnitatibus à Statuto Asculano re-
quisitis *lib. 1. rub. 1.* multò minùs capaces esse possunt
pro auctorizando contractu gesto à Matre, quandoqui-
dem huic objecto occurrit præallegatum Statutum Ascu-
lanum *lib. 1. dict. rub. 14.* disponens sufficere ad hunc 28
effectum, quod filii sunt majores 14. annis „ ibi „

haben-

„ *habentibus filios majores quatuordecim annis, quod* „ *ordinare possint in præsentia filiorum, vel majoris* „ *partis eorum* „ *similis* Statuti tenorem refert *Ros. post Constant. ad Statut. Urb. dec. 159. n. 1.*

Minus obstat, quod filii fuerint absentes, quia absentia fuit per unum diem tantum, & fuit pro eundo ad eorum prædia distantia à Civitate Asculi per duo milliaria quod erat notum contrahentibus, & propterea expectari debebat ipsorum reditus, cum absentia intelligi debeat de ea, quæ diu duratura est, non de illa unius, vel duorum die-
29 rum, nec intelligi potest de ea, quæ fit pro eundo ad locum propinquum Civitati, sed de illa, quæ fit ultra dietam, ut pariter in eodem Statuto legitur „ ibi „ *si filii non essent absentes pro una dieta* „ & de jure probant *Bald. cons. 488. num. 1. Gravat. Theor. 25. num. 43.* quos refert, & sequitur *Constant. ad Stat. Urb. annot. 44. artic. 2. num. 99. tom. 2.*

Neque meretur animadversionem replicatio, quod Mulieri salva remanserit medietas dotis, quo casu ejus obligatio sustinetur: Propositio enim non applicatur casui præsenti, in quo Statutum invalidat contractum mulieris sine certis solemnitatibus gestum, quod proindè nullum est, tam intra, quam ultra medietatem dotis, solumque obje-
30 ctum exadverso excitatum procederet in obligatione Mulieris valida, super qua verificari potest propositio, quod validitas verificetur solum intra dotis medietatem, non ultra, & in tota dote, ut observat *Redenasc. consil. 40. numer. 16.*

Et demum condemnari non potest nostra Principalis pro fidejussione præstita pro Alexandro, qui suscepit ad
31 Cambium ab Antonio Maria scuta mille, quia iste potius dirigere debet suam actionem contra Alexandrum debitorem principalem, qui cum notoriè solvendo sit, ipse prius urgeri debet, & ab ipsius bonis satisfactio consequi, non fidejussoris *Auth. præsente Cod. de fidejuss. Maur. de fidejuss. part. 2. sect. 6. cap. 3. numer.* ubi quatuordecim modis ampliat.

Haud urgente replicatione Partis, quod eadem Mulier se in instrumento obligaverit uti principalis, principaliter, & insolidum, quo casu respectu Creditoris, Principalis, & fidejussor habentur pro correis debendi, & contra quemlibet ex eis actio dirigi potest ad libitum creditoris nulla facta excussione contra bona principalis debitoris; quandoquidem objecto satisfacit Statutum Asculan. *lib. 2. rubr. 33.* disponens, prius excuti debere bona principalis debitoris, & postea fidejussoris, quamvis iste se, uti principalis principaliter, & in solidum obligaverit „ ibi „ *si* „ *aliquis intercesserit pro aliquo, seu fidejusserit in causa civili, & Principalis solvendo fuerit, quod primo* „ *conveniatur, & adstringatur principalis, quam fidejussor, quantumque ipse se principaliter obligaverit,* „ *& promiserit, & suo juri renunciaverit, & donec de* „ *bonis Principalis reperiatur; fidejussor, & ejus bona* „ *non graventur.* „

Quare &c.

Ignatius Quattrocchi Locum Tenens Generalis, & Prior Collegii Civitatis Asculi.

Juxta prædicta fuit judicatum à Locum Tenente Civitatis Asculi in prima instantia, illiusque Sententia fuit confirmata ab A. C. in gradu appellationis, dictisque Sententiis Partes acquieverunt.

A R G U M E N T U M.

Mercatores curam habentes expediendi merces alienas, vulgo *Spedizionieri* quid agere teneantur, & in quo consistat eorum officium; Et quando ex culpa, dolo, aut delicto etiam Naucleri, mulionis, vel hujusmodi per quos merces transmittunt erga suos corresponsales teneantur; Et quid in casu, quod dicti Expeditionerii sive Naucleri substituerint eorum loco alias personas.

Navicularius alterum substituens sine consensu Mercatoris Expeditionerii an teneantur de facto substituti, quamvis substituat juxta consuetudinem Plateæ, & probum, ac peritum eligat; Et quid si substituat de consensu sive tacito sive expresso dicti Mercatoris,

Industria Navicularii quando electa dicatur, atque de mercium custodia teneatur. Plura de naufragio, & quando non ex culpa, sed accidisse censeatur.

Navicularius, quando mercium naufragio submersarum pretium, damna, & expensas Domino refundere teneatur. Expenditur, & declaratur lex Consulum Maris Pisarum anni 1593.

S U M M A R I U M.

1 *Facti series, & status controversiæ.*

2 *Expeditionerii quid agere debeant ad munus proprium integrè explendum, & in quo consistat, & numer. 5.*

3 *Mandatarii industria censetur semper electa à mandante.*

4 *Mandatarius substituens alterum sine consensu mandantis tenetur de culpa, dolo, aut delicto substituti.*

Secus si substituat de consensu mandantis seu alterius sui deputati n. 44. & 46.

Amplia quamvis substituat ex permissione vel necessitate, aut ex mera consuetudine n. 45.

6 *Mandatum præsumitur datum ad ea quæ de more concedi solent, & ad quæ necessario extendi debet juxta naturam negocii.*

Atque etiam extendi debet ad ea quæ mandans interrogatus verosimiliter respondisset & n. 54.

7 *Mandatarius non præsumitur mandati fines excessisse, sed illud diligenter adimplevisse:*

8 *Mandatarius, sive sit privatus sive publicus officialis, si ex necessitate sui officii alterum, æquè probum, & expertum substituat de illius facto non tenetur & n. 11. 12. 25. 31. & 32.*

Etiamsi substitutus in explendo munere sibi demandato male, & negligenter se gesserit n. 10.

Et de ratione num. 9. & 40.

13 *Expeditionerius transmittens merces de simplici ordine alterius Mercatoris, non tenetur de sinistro Mercibus obveatu, sed damno cedit committentis.*

14 *Navicularius, sive alius quilibet mandatarius cum provisione, vel mercede tenetur de damno quod ex facto proprio, & culpa etiam levissima provenit mercibus sui Mandantis.*

Et maximè de dolo sui substituti n. 15.

Rationes vide num. 16.

17 *Culpa, & negligentia redargui non potest qui secundum consuetudinem, & Mercatorum stylum operatur.*

18 *Mandatarius non tenetur plus agere quam quod ab aliis ejusdem professionis in loco ubi exequitur mandatum operari soleat.*

19 *Quæ communiter sunt de stylo aut consuetudine commercii introducta ab omnibus servari debent & num. 23.*

20 *Mercator non faciendo ea quæ sunt de stylo, vel consuetudine dicitur culposus; ac negligens, & ad omne damnum tenetur*

21 *Consuetudo quadragenaria dicitur completa, & legitimè præscripta, etiamsi agatur de consuetudine contra jus.*

22 *Stylus, & consuetudo probatur ex actuum frequentia per decennium continuata.*

24 *Eligens malos vel minus idoneos tenetur de damnis substitutorum erga Dominum commissis, quia dicitur in culpa & n. 27. & 28.*

26 *Refertur intelligentia Text. in leg.* nam & servus 22. §. Mandato tuo ff. de negot. gest.

29 *Explicatur Text. in l.* de illo ff. pro socio, & l. nam & servus §. fin. ff. de negot. gest.

30 *Depositarius apud alterum pecuniam deponens ad nihilum tenetur, si substitutus dolose in ea se gerat. Et de ratione ibid.*

33 *Navicularius, Portitor, & similes recipientes mercedem pro mercium transportatione teneatur de custodia, & sic de lata, levi, & culpa levissima.*

Intellige ut num. 41.

34 *Naulum est merces, seu præmium pro labore navigationis, & transmissionis mercium.*

Hæc inquam occasione requisitus à prænominatis de Ursis, quem inter tot colitigantes ad solutionem dicti valoris mercium, ac refectionem damnorum, & expensarum de jure teneri posse pro veritate sentirem; ex infrascripta facti serie, & juris solidissimis fundamentis à petitis per Domini Mercatores mercium proprietarios, tam DD. Expeditionerios, quam præfatos de Ursis Navicularios fore absolvendos; quàm denique hæreditatem, & hæredes d. Niccolai, ad antedictam solutionem mercium, & refectionem damnorum, & expensarum favore DD. Proprietariorum neque obligari posse in votis fui.

1 Mense Decembris 1733. à D. Joanne Taglia Mercatore Brixiensi transmissæ fuerunt Bononiam DD. Hæredibus quondam Sebastiani de Bassis duæ sarcinæ Sericæ, ut ipsi eas mitti curarent Liburnum DD. Marca, & Ragueneau; Hinc DD. Hæredes Florentiam DD. de Lancillottis & Ambrosiis eorum correspondalibus ad finem præfatum dixerunt, qui DD. Expeditionerii, ut mandatum dd. transmittentium consueta celeritate, ac diligentia explerent, sub die 2. Januarii d. Anni, Leoni de Ursis Nauclero commissionem vehendi Liburnum dd. Merces impertiri fuerunt, & D. de Bettis juvene eorum negocii pro expeditione mercium ab hac Dohana ad loca destinata deputato commiserunt inscribere epistolas *di Condotta* prout inscripsit, & consignavit: Exindè quia d. Nauclerus de Ursia discedere ex hac Urbe non potuit ea celeritate, quæ requirebatur ob deficientiam propriarum Navicularum, juxta inveteratum stylum, atque notoriam & approbatam in arte consuetudinem substituit Franciscum de Niccolais alterum ex Naviculariis hujus Regii Fluminis & Emporii, qui acceptis litteris vulgo *di Condotta* à D. de Bettis, & manifesta à Custode Dohanæ nec non adimpletis cæteris omnibus quæ sibi spectabant iter Liburnum versus suscepit.

Die sequenti soluta à Pignone navicula dd. mercibus, & aliis onusta Pisas pervenit, quo loci signanterque ad totam varatoriam extra Portam Maris dictæ Urbis, ubi Naviculæ ab Arni flumine in foveam vulgò *de' Navicelli* immitti solent, audito ab ipsis Varatoribus, & aliis Naucleris ibidem abstantibus dictam foveam, tum necessariis aquis adeò deficientem esse, ut Naviculæ in siccum facilè incidere possent, prout alias incidisse testabantur, tum insuper glacie correptam, iter propterea Naviculariis per eam facere omninò impediri, necessitate ductus cum duobus aliis Naucleris, qui unitim cum eo iter fecerant consilium cæpit viam per Arnum prosequi, ut celeriùs Liburnum appelleret; at vix egressus flumen, & mare ingressus, boreæ obstrepentis impetu adaucto, Naviculam propè littus substinere non valens, vi tempestatis cedere coactus, fracta Navicula in undis una cum rathis, puero, ejusque oneribus naufragus periit.

His ita in facto se habentibus assumens primariò inspectionem respectu ad DD. Expeditionerios de Lancillottis, hi quidem cum de mandati à correspondalibus habiti punctuali executione doceant, ostendendo quod merces ab 2 eis transmissas alteri ex consuetis Naucleris in arte peritis consignaverint, ipsis tradendo consuetas Epistolas *di Carico* Mercatori ab ipsis eorum correspondalibus prænunciato Liburnum directas, nec non Manifesta hujus Dohanæ, vulgò *le Bullette*, atque alia, quæ ad expeditionis complementum erant necessaria, ad nihil amplius tenentur, per ea quæ docent *Balduec. ad Ramon. cons. 4. num. 8. de Luc. de Cambiis disc. 9. nu. 1. Illustr. D. Audit. de Casareg. de Commerc. disc. 24. numer. 4. Rot. Jannen. de Mercat. decis. 9. num. 5. & Rot. Rom. cor. Bichio dec. 191. num. 7. & 8.*

Hinc perperam objiceretur eosdem DD. de Lancillottis adhuc teneri ad solutionem pretii mercium, ac damni, & 3 expensarum refectionem, quia cum eorum personæ industria à correspondalibus censeretur electa, quæ semper in mandatariis per ipsos mandantes sive præponentes electa præsumitur, veluti tradit *idem Dom. Audit. Casareg. in dict. tract. de Commerc. disc. 36. numer. 5.* post *Rot. coram Ludovis. decis. 233. n. 4.* ideò non potuerint absque consensu mandantium Naucleros substituere; aliter erga 4 eos teneantur de omni damno, quod substituti culpa, dolo, aut delicto ipsis præponentibus, Dominis, correspondalibus, vel mandantibus obvenerit, *Text. est in l. 27. §. 2. ff. Mandati, Stracca de Mercat. tit. Mandat. num. 51. Jacob. du Puy de art. Liter. Camb. c. 6. num. 24. D. Aud. Casareg. dict. tract. disc. 34. num. 31. tom. 2.* & decisum fuit per *Rot. cor. Ludovis. loc. cit. numer. 1. & per totum.*

Quoniam cum ipsi DD. de Lancillottis, juxta notoriam 5 consuetudinem eorum ministerii, quod in mercium expeditione ad loca à correspondalibus destinata unicè versatur, quodque per se ipsos à nullis consimilis professionis expletur, neque expleri possit, aut deceat; consequenter Naviculariorum, Plaustrariorum, & hujusmodi portitorum opera uti debeant; propterea censentur semper habere in mandatis liberam facultatem eorumdem portitorum & Naviculariorum industria uti posse, cum de jure mandatum semper datum præsumatur ad ea, quæ de more 6 concedi solent, ad quæ necessariò debet extendi; prout ad ea quoque omnia, quæ communiter aguntur ab aliis, qui simile mandatum habuerunt, de quibus latè in singulis eorum casibus affirmant *Franc. Rocc. respons. 25. numer. 8. l. 1. & de mandat. seu complem. notab. 92. in fin. Stracc. de Mercat. tit. Mandat. num. 41. Golin. de Procurat. part. 2. cap. 4. num. 37. Cancer. Var. part. 2. cap. 5. numer. 269. & seq. Mans. consult. 187. n. 11. & seqq. Urceol. de transact. quæst. 14. num. 7. D. Aud. Casareg. de commer. disc. 54. n. 32. Rot. dec. 461. n. 11. & 12. part. 14. recent. & in dec. D. Laurentii de Salvis Consulum Maris Pisarum à Secretis impresf. apud eund. D. de Casareg. d. tract. tom. 3. disc. 173. num. 10.*

Hinc cum nequeat præsumi ipsos excessisse fines Man- 7 dati, quin immo solita diligentia illud adimplevisse, utique ad assertam pretii solutionem, atque damnorum & expensarum refectionem obligari non valent, per *Text. in l. si vero §. si mihi l. si mutuam §. Sumptus, & l. inter Causas ff. Mandati Jason. in l. si servus ff. de legitim. Rot. Januen. de Mercat. decis. 110. n. 1. & seq. Rot. Rom. coram Priol. impress. apud D. Aud. Casareg. de commerc. disc. 184. num. 1.*

Multoque minus obligari valent quoque ex eo, quia substitutio sive electio Navarchi ab eis facta pro mercium transmissione ad Portum Liburni, meritò appellari debet 8 expleta necessitate ministerii, & officii, quod exercent; quo casu eis sufficit ostendere virum probum, & in arte propria expertum elegisse, ac substituisse, ut à reficiendo damno, quod ex substituti culpa, aut delicto postea obvenerit, expertes evadere queant, ut communiter tradunt post originalem doctrinam *Luca de Penn. in l. agentes nu. 10. vers. vel dic melius &c. Cod de præposit agent. in rebus libr. 12. Paris. de Puteo de Sindacat. in verb. substitutus Cap. An substitutus num. 2. vers. in quo tamen &c. Regens. Constant. in l. nullus num. 39. Cod. de decurionib. lib. 10. Cancer. Var. part. 2. cap. 2. per tot. Vermigl. consil. 420. nu. 6. & seqq. Rodoer. in addit. ad de Marin. cap. 3. resolut. n. 6. & 7. Berart. in specul. visit. cap. 25. num. 81. Mans. consult. 418. numer. 6. & seqq. Ansald. de commerc. disc. 23. num. 7. & disc. 29. num. 9. D. Aud. de Casareg. eod. tract. disc. 36. nu. 25. Rovit. decis. 79. n. 2.*

Quoniam qui virum probum, & expertum in arte aut 9 officio substituit, & eum, qui pro tali communiter reputabatur, nulla de culpa, aut negligentia, etiam levi, vel levissima potest redargui, sine quibus damni refectio contra eligentem aut substituentem favore Domini aut alterius Mandantis numquam datur, juxta notabilem *Gloss. in cap. ad hoc de offic. Archidiac. Bald. in l. 3. §. Ex hoc edicto sub n. 2. vers. sed si ipsi ff. Naut. Caupon. & Stabul. Bartolus in l. si soluturus 39. n. 1. ff. de solut. Lucas de Penna in d. l. Agentes num. 10. col. penult. vers. Vel dic melius &c. Paris. cons. 156. n. 21. & seqq. lib. 4. Cephal. cons. 362. n. 31. Bald. cons. 222. n. 1, & per tot. lib. 2. Regens Constant. in l. 60. n. 63. & seq. Cod. de decurionib. lib. 10. Vermigl. cons. 420. n. 10. Ansald. de commerc. disc. 23. num. 12. & 13. D. Aud. Casareg. de commerc. d. disc. 36. num. 23. Pegas. resolut. forens. cap. 3. n. 313.* ubi concord. *Rodoer. ad de Marin. dict. cap. 3. n. 10. lib. 1.*

Quin immò sufficit ad hoc ut substituens ab omni culpa sit expers, consequenterque à quacumque damni refectione, quod, substitutum de tempore electionis probum, & 10 peritum communiter reputatum fuisse ostendat, quamvis postea ipse mores mutaverit, & in negocio sibi demandato dolosè aut negligenter se gesserit, prout firmant *Menoch. de Arbitr. libr. 1. quæst. 62. num. 12. Farinac. in prax. quæst. 24. num. 61. Munos. de ratiocin. administr. cap. 19. n. 62. Cæsar de Afflict. controv. 45. nu. 21. Capon. consult. 161. n. 82. Ansald. de commerc. d. disc. 23. n. 13.*

n. 13. *Manf. confult. 498. n. 6. 7. e 8. D. Audit. Cafareg. d. difc. 36. n. 20. Ambrof. decif. Peruf. 48. num. 30. Boer. decif. 217. n. 9. Rovit. decif. 79. n. 2. Rot. coram Seraphin. decif. 517. n. 1. & coram Ludovif. decif. 206. n. 3. in fin. & dec. 133. n. 5.*

11 Quod locum fibi vindicat non folùm in publicis Officialibus, verùm etiam in privatis perfonis alios in proprio munere fubftituentibus, prout confirmant ferè omnes Auctores hic fupra congefti; inter quos optimè *Vermigl. dict. conf. 420. fub n. 10. D. Aud. Cafareg. loc. cit. n. 33.*, ubi reprobat *Manf. in confult. 468. & Anfald. difc. 29.*, qui quoad publicos Officiales tantummodo propofitionem procedere ajunt, nifi oftendatur copulativè, præ-
12 ter probitatem fubftituti, etiam ipfius experientia, & fidelitas in fimili, vel eodem exercitio, quæ aliàs in hypothefi luculenter oftenduntur, & benè quoque Parlamentum Delphinatus apud *Francifcum Marcum dec. 523. per tot. & Rot. Rom. coram Seraph. dec. 527. num. 2.*

Confequitur ergo ex iis, quod DD. de Lancillottis expeditionerii certò certius abfolvi debuerint à petita folutione tum pretii mercium maris in nudis fubmerfarum; tum à damnorum, & expenfarum refectione ex caufa dicti naufragii, five tranfmiffionem commiferint Leoni de Urfis, five Francifco de Niccolais naufragium perpeffo; uterque etenim vir probus, & integer, atque in exercitio Naucleri communiter idoneus reputabatur; quod ex huc ufque firmatis eofdem DD. de Lancillottis oftendiffe, undequaque fuperabundat.

Præterea ex eadem electione probi, & experti Navicularii, qualis qualis ille fuerit, five Urfus, five Niccolaus, five alter quicumque homo cognitus, ac peritus: independenter etiam ab aliis motivis hactenus animadverfis DD. de Lancillottis tuti omninò futuri funt à petita mercium folutione, & refectione damnorum, & expenfarum; quoniam cum in mandatis habuerint dumtaxat
13 à Correfponfalibus Bononienfibus expediendi farcinas DD. Marca, & Ragueneau abfque ulla limitatione, aut determinatione perfonæ Naucleri, cujus opera uti, feu itineris, quod præcisè fufcipere debuiffet Nauclerus; qui deputaretur: fufficit propterea ipfis DD. Expeditioneriis oftendere, prout oftendunt, Naviculario optimæ opinionis, & experientiæ commiffionem dediffe, ut omne damnum inde fecutum periculo ipforum Proprietariorum omninò cedat, ita optimè docet poft *Text. in l. qui fub conditione 110. ff. de condit. & demonftrat. Stracc. de Mercat. tit. Mandati n. 36. Scacc. de commerc. & camb. §. 2. glofs. 5. n. 400. ufque ad 407. Grat. difcept. forenf. cap. 500. n. 17. Manf. confult. 292. num. 6. & 7. tom. 2.* ,, ibi ,, *Verùm quando* ,, *etiam probatum fuiffet datum mandatum non modo ad* ,, *vendendum, & exigendum pretium, fed infuper etiam* ,, *ad tranfmittendam Genuam exactam pecuniam, cum* ,, *tamen non fuiffet explicite traditus, & mandatus modus tranfmiffionis, nempe an mediantibus Literis Cambii, an verè ipfamet pecunia numerata alicui confignanda foret, ut eam Genuam tranfmittendi curam haberet;* ,, *idcirco omne periculum, quod acciderit damno Mandantis cedere debet, qui cautiùs agendo mandare quoque debebat, quod periculo ipfius M. Roderici literis Cambii* ,, *pretium frumenti præfatum fibi Genuam tranfmitti,* ,, *vel fub aliqua certa Navi fibi tranfvehendum curaret;* ,, *quo cafu acceptato hujufmodi Mandato, & pro tali periculo provifione folita recepta, actione Mandati conveniri potuiffet, fi periculum aliquod accidiffet decoctionis in eo, cui pecunia fuerant ab ipfo tradita. Hoc autem non explicite, fed arbitrio relicto Magnifici Roderici, potuit ille fine fui periculo, cui tunc extimata fidei credidit Mercatori dict. pecuniarum tranfmiffionem committere: prout dicunt, & firmant in his propriis terminis DD. in fcribente, & Mandante Francifco Venetiis commoranti fimpliciter, ut fibi Genuam remittat fcuta mille, quæ habet in manibus, non explicando modum remiffionis, nec minus indicando bancum, feu perfonam cujus literis remiffionem complere debeat: Tunc enim fi Francifcus remittat juxta fibi mandatum ordinem, dando eadem fcuta mille ad Cambium Antonio, & ab eo receptis Cambii literis Genuam Mercatori directis, qui Antonius tempore recepta pecunia, & datarum literarum publicè, & palam habebatur pro idoneo; fed paulo poft datas literas decoquit, periculum eft Mandantis, & hæc eft ratio, quia Ordinem fimpliciter dedit, & ipfe fecit, quod quilibet alius verifimiliter in re propria tunc feciffet; ut latè habetur apud Scacc.,* & paulò poft, *quæ conclufio mirificè decifioni cafus noftri convenit, cum M. Dominicus dediffet ordinem fimpliciter tranfmittendi pretium, & Hyacintus Pefcius tunc temporis idoneus, & folvendo publicè in Malaga Civitate creditus inter Mercatores exiftimatufque fuerit, ut mihi certò fupponitur; & ita pariter dum committitur emptio Mercium alicui Mercatori, & iis emptis per Mandatarium traduntur idonea, & tunc approbata perfona, ut eas ad Mandantem deferat, hujufmodi confignatione facta certum eft omne periculum mandanti fpectare* ,, benè quoque idem *D. Aud. Cafareg. de commerc. difc. 56. n. 16.* ubi quod Mercator tranfmittens merces de ordine alterius Mercatoris non tenetur de periculo, vel finiftro in mercibus, fed illud fpectat ad Proprietarium committentem, *& difc. 125. n. 10. tom. 3. & Rot. Senen. apud Martimed. dec. 58. n. 29.*

Expeditus ex his à prætenfis per D. Proprietarios mercium contrà D. de Lancillottis, oculos convertendo ad ea, quæ opitulantur defenfioni præfati Leonis de Urfis, ac Vincentii illius Patris; Et verificata in facto acceptatione commiffionis tranfmittendi merces, de quibus agitur, ab ipfo Leone Nauclero facta, prima facie videbatur eundem, qui ab ipfis DD. Expeditioneriis deftinatus fuerat ad dictam tranfmiffionem, iftudque onus 14
in fe fufceperat, teneri omninò de omni damno, quod ex illius facto, & culpa, etiam leviffima obvenit ipfis mercium Dominis ob naufragium, quod accidit in perfona Francifci de Niccolais naucleri ab eo fubftituti, per *Text. in l. à Procuratore Codic. Mandati*, cum aliis *apud D. Audit. Cafareg. d. tract. difc. 36. num. 2. Rot. Januen. de Mercat. dec. 170. n. 1. & 2.*

Et fignanter Mandatarium teneri de omni negligentia, 15
& culpa, multoque magis de dolo fui deputati, aut fubftituti commiffo in perniciem ejus Principalis, ex vulgata *l. nam & fervus 22. §. Mandato tuo ff. de negot. geft. Rot. lib. 1. refponf. notab. de mandat. n. 105. Rot. Januen. d. dec. 170. n. 6. & Rot. Rom. dec. 233. an. 4. cor. Ludovif.* & profequitur *D. Aud. Cafareg. loc. cit. n. 5.* ubi omnes hanc peculiarem rationem affignant, quod nempè cenfetur à Mandante, feu committente induftria 16
Mandatarii electa, qui deinde fi ad complendum mandatum alterum eligit, femper ipfius periculo facit, fibique hujufmodi ordinis inobfervantiam imputare debet: utens enim opera aliena, & diverfimodè difponens, ab eo, quod in mandatis habet, dicitur in culpa, atque damnum quod indè Domino eveniat, de proprio emendare tenetur, ita exprefsè loquuntur Doctores in hoc eodem §. collect.

Verum his, & fimilibus Juribus nihil obftantibus quatuor ex fundamentis in hypothefi immunem fieri ab omni damni refectione etiam d. Leonem de Urfis, quoad me, pro veritate fentio.

Primum autem illud eft, quod fubrogatio d. de Niccolais, pofitò quod facta fuerit à Leone de Urfis, ad actum deducta fuiffet juxta inveteratam confuetudinem, ac ftylum inter Naucleros notorium, & ab univerfa Mercatorum hujus Dominantis profeffione approbatum, fubftituendi fcilicet alios Naucleros navigationis peritos in quocumque cafu, quo ille ab Expeditionerio, feu alio quovis Mercatore deputatus, vel ob defectum propriarum Navicularum, vel ob integri ponderis farcinarum deficientiam, vel ob aliam quamcumque caufam, nequeat ita promptè ac celeriter (prout fervitii per eos præftandi neceffitas expoftulat) à littore folvere, & deftinatum iter fufcipere velut abundè probant ex atteftationibus, plurium Mercatorum hujus Regalis Emporii: & Naviculariorum etiam fluminis Arni, qui Plateam pro commiffionibus requirendis quotidiè frequentant, in quo themate indubita-
ta promanat Juris regula quod nulla de culpa, aut negli- 17
gentia notari queat ille, qui juxtà cæterorum Naucleroorum, ac Mercatorum ftylum, & confuetudinem operatus eft, pluries laudatus *D. Aud. Cafareg. difc. 144. numer. 39. & difc. 176. n. 43. de commerc. Fontanell. decif. 453. n. 20. & feqq. & dec. 565. n. 20. tom. 2.*

Ex ea fatis convincenti ratione, quod Mandatarius non 18
obligatur plus agere quàm quod à cæteris ejufdem profeffionis in loco, ubi exequitur mandatum in aliis cafibus obfervari folet, egregiè *Decius conf. 430. num. 5. & feqq. Stracc. de Mandat. n. 41. verf. quod enim*; atque his relatis profequitur idem *D. de Cafareg. difc. 115. nu. 5. & 14. & difc. 176. num. 44.* quod enim confuetudine & 19
ftylo commercii eft communiter introductum, licitè ab omnibus obfervari poteft; immo debet, prout fentit *Cor-*

ucus

ueus conf. 319. n. 12. lib. 3. Parif. conf. 97. nu. 8. lib. 1. & magis in individuo Rot. de litter. Camb. 64. n. 175. D. Casareg. eodem tract. disc. 54. num. 33. Adeout ille tantum, qui non agit id, quod communi consuetudine
20 ac stylo commercii fieri debebat, tamquam culposus, ac negligens teneatur omne interesse, omneque damnum reficere ex tradit. per Bursatt. conf. 293. nu. 44. Roland. conf. 57. n. 19. lib. 4. Gutierez pract. qq. n. 29. num. 22. Arias de Mesa var. cap. 45. sub num. 3. vers. Et ideo, &c. benè Ansald. de commerc. disc. 29. n. 22. ubi quod est conclusio indubitata D. Casareg. loco proximè alleg. n. 34. Ludovic. dec. 62. n. 14. cum cæteris latè adductis per Rot. cor. Bichio dec. 646. num. 28. & seqq.

Neque hujus primi fundamenti robur quidquam debilitat, quod hæc consuetudo, & stylus non ostendatur immemorabilis, aut centenarius, sed dumtaxat triginta, aut
21 quadraginta abhinc annis introductus, quoniam ad eum complendum quadragenarium cursum sufficere tradunt communiter Doctores in cap. fin. de consuet. & post alios Menoch. conf. 545. numer. 21. vers. Praterea &c. & in tractat. de Jurisdic. lib. 3. cap. 11. §. Requiritur septimo &c. & seqq. Cardin. De Luc. de Jurisd. disc. 3. num. 5. Gratian. discept. forens. cap. 961. numer. 23. ubi omnes concludunt, quod in simili temporis spatio consuetudo dicitur legitimè præscripta, etiam si ageretur de consuetudine contra Jus Dom. Auditor Casareg. de Commerc. disc. 175. numer. 21. & optimè Fontanell. dec. 336. numer. 11. & 12.

Quin immo cum ex attestationibus de hac consuetu-
22 dine loquentibus ostendatur, quotidie Naucleros dd. de causis alios ad vehendas merces æquè peritos substituere, & sic de actuum continuata frequentia deponant, sufficit ut ita practicatum fuisse per decennium testentur, Ancharan. conf. 191. in fin. D. Audit. Calderon. resolut. 70. num. 29. Sperell. decis. 67. nu. 40. Panimoll. decis. 6. annot. 8. numer. 43. & 44. ad hoc ut idem de Ursis, quatenus ipse alterum Naviculariutn substituisset, ab omni ejus culpa præstanda liber evadat, quia
23 quod actum fuit consuetudine approbante licitè, legitimèque factum dicitur, quemadmodum præter antea congestos, confirmant Fontanell. d. dec. 336. n. 9. & seqq. & D. Aud. Casareg. d. tract. disc. 99. n. 25.

Hinc alterum fundamentum emergit, esto quod ipse de Ursis Niccolajum substituisset, substituit quippe virum communi æstimatione probum, & integrum, quin imo in eadem arte nautica valdè peritum, in quibus terminis nulli dubium est ipsum eligentem à refectione cujuscumque damni per substitutum infecti omninò excusari; quoniam tantummodò in jure cautum reperitur ob
24 culpam, vel negligentiam à præponente commissam in eligendo malos, vel minus idoneos viros teneri de eorum damnis erga Dominum commissis, per apertos Text. in l. debet §. 1. ff. Naut. Caupon. Stab. „ ibi „ Culpa scilicet imputaturus, qui tales adhibuerit „ & in l. vel per litteras ff. si mensor falsum „ ibi „ quia dolo malo versatus es, quia tali homini credidisti „ & in §. idem exercitor instit. tit. de obligat. qua ex quasi delicto nascuntur „ ibi „ Aliquot culpa reus est, quod opera malorum uteretur „ & post eos docent Olea de cess. jur. tit. 5. quæst. 6. num. 28. in fin. Cancer. var. part. 2. cap. 2. n. 94. sæpè laudatus D. de Casareg. de commerc. disc. 115. num. 2.

Porrò hinc jure, ac meritò communiter in jure nostro receptum esse videtur, quod quotiescumque hujusmodi præponentis abfuerit culpa, aut negligentia, ex
25 eo quod ipse elegerit hominem universali credulitate probum, & idoneum, toties ipse præponens non teneatur de damno infecto à substituto, necnon de delicto, quod in exercitio, & negocio eidem demandato commiserit, ut unanimiter decidunt Text. in l. cum qui 10. juncta l. seq. & præcipuè in l. argentum ff. commodat. ubi in puncto elegantissimè J. C. determinat quod is, qui tradiderat idoneo servo suo ad deferendum alicui argentum, itaut non debuerit existimare futurum ut deciperetur, detrimentum erit Mandantis non Mandatarii, ex quo Bartol. in summa ejusd. Text. statuit pro regula „ ibi „ Si res culpa Nuntii perdatur, perit periculo Domini, nisi remittens fuerit in culpa mala electionis „ ita quoque post alios sentiunt Lupus in cap. per vestras §. septimo infertur num. 3. in fin. & n. 4. ac sub num. 12. de donat. inter virum, & uxorem Bartol. in l. si solaturus 39. num. 1. ff. de solut. Bald. in l. acceptam in 9. quæst. nu. 33. Cod. de Usur. Alexand. conf. 191. num. 27. lib. 6. Oldrad. conf. 92. num. 1. Ziletr. conf. crimin. divers. 126. num. 5. Vermigl. conf. 420. nu. 10. Giovag. conf. 43. n. 49. atque ex Salicet. Albert. Paul. de Castr. & aliis Negusant. de pignorib. memb. 3. part. 5. nu. 26. vers. Et hunc ultimum casum &c. Gabriel. commun. conclus. tit. de malefic. conclus. 7. n. 9. Amaja in cod. lib. 10. tit. 31. de decurionib. l. nullus 60. n. 42. Felic. de societat. cap. 21. n. 88. & seqq. Stroz. de Vicar. Episcop. lib. 3. cap. 29. num. 7. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 10. num. 42. Farinacc. de delict. & pœnis quæst. 24. n. 62. & 89. vers. Quod Notarii. Petrus de Bell. in tractat. de re milit. part. 10. lib. 2. numer. 98. Gratian. discept. forens. cap. 635. n. 23. & 42. Mathias Berlich. conclus. practicab. conclus. 57. num. 7. part. 5. Rodoer. ad de Marinis resolut. cap. 3. num. 10. lib. 1. Ansald. de commer. disc. 23. n. 12. Mans. consult. 418. n. 7. & 8. ex professo omninò relegendus D. Aud. Casareg. de commerc. disc. 36. num. 6. & seqq. & disc. 115. num. 3. optimè quoque Alvarez Pegas. resolut. forens. cap. 3. num. 511. de Marin. ad Revert. dec. 206. num. 3. Sanfelic. dec. 179. num. 8. lib. 2. Rovit. dec. 79. n. 2. Magon. dec. 111. nu. 33. Mastrill. dec. 276. n. 11. Seraphin. dec. 527. n. 5. vers Tamen limitatur &c. & dec. 528. num. 1. Ludovis. decis. 233. num. 5. Bich. d. 202. numer. 2.

Atque cum hoc temperamento intelligi debet Text. in 26
l. nam & servus 22. §. Mandato tuo ff. de negoc. gest. paulò supra in objecto relatus; nam ibi Jurisconsultus in tantum asserit eum, qui aliena negocia per substitutum gessit, teneri actione negociorum gestorum, in quantum male, imprudenterque illum tertium substituit, ut ejusdem Text. littera definitur, & Gloss. ipsius in verb. Elegeris eodem modo illum explicat „ ibi „ Sed etiam quod imprudenter eum elegeris; „ advertens emendatione damni puniri dumtaxat eum, qui malum hominem 27
elegit, ac Faber ad ipsum Text. idem subdit his verbis „ Cum tibi debeas imputare, cur tam imprudenter eum elegeris, in quo ut dolo careas, non cares culpa „ atque elegantiùs præ omnibus advertisse dignoscitur ibidem Bald. vers. 2. Notando quod culpa versatur solùm 28
in eligendo minus idoneum; ita quoque contrariis satisfacit Pegas. nuper allegat. d. cap. 3. num. 511. ubi firmat ideò in l. de illo 23. ff. pro socio, & in leg. Nam 29
& servus §. fin. ff. de negot. gest. socium non liberari cedendo actiones ejus consocio, quando ad peragendas res sociales Ministrum minus idoneum deputavit, propter culpam in mala ejus electione commissam; secus verò addit idem Alvarez. Pegas. sancitum esse in l. si vi 26. ff. depositi non teneri depositarium, qui apud alte- 30
rum pecuniam deposuit, si substitutus dolosè in ea se gesserit, quia ibi præsupponitur nullam culpam, seu dolum per primum depositarium patratum fuisse: Pariformiter quoque iisdem contrariis rejectis solidissimè confirmat D. meus Audit. Casareg. tam in d. disc. 36. sub num. 6. vers. secundo lege nam &c. & num. 11. & 33. & d. disc. 115. n. 2. & 3. utrobique relegendus.

Hæc autem conclusio, quæ undique videtur indubitata utpotè tot auctorum calculo confirmata, tutissima 31
redditur in hypothesi, ubi, ut dicebamus, præter optimam famam, & probitatem d. de Niccolais asserti ab Urso substituti, summam etiam ipsius in arte peritiam comprobari certum est; in quibus terminis multò minus deputantem teneri de damno ab electo causato indubitanter asserunt Salicet. in leg. final. Cod. de pœnis judic. qui loquitur in eo qui deputavit Ministrum aliàs in eodemmet officio fidelem repertum, Giurb. conf. 36. num. 17. Farinacc. d. quæst. 24. num. 61. ubi regulæ limitationem adducens, ita scribit „ Ut non procedat quando pro parte Domini probatur, quod ab ipso deputatus in officio, in quo deliquit, erat homo bonæ famæ, cognitus, & in tali officio solitus cum integritate se gerere nec delinquere „ Mans. consult. 568. nu. 7. „ ibi „ admisso inquam quod electio tunc bona existimanda fuerit, nec eligentium periculo cedat, quando officialis electus ex aliis antecedenter per eum gestis existimatus, & etiam repertus fuerit idoneus, & fidelis, id tamen fuit in mente Doctorum eo tantum casu firmare, quando scilicet talis minister ante electionem alia ejusdem qualitatis munera, & ei similia, quibus fuit modo præpositus fideliter exercuit „ D. Audit. Casareg. d. disc. 36. num. 10. & disc. 115. numer. 8. Rot. coram Seraph. impress.

quotidiano periculo (non obstante qualibet eorum majori cura , & diligentia) amittendi una quodammodo die , vel unien momento temporis mercedem omnem, quam pro toto cursu vitæ in hoc adeo operoso exercitio assequi potuissent : in quo propterea themate communiter receptum est , quod tantummodo quis teneatur de levi culpa , nunquam tamen de
41 levissima, prout egregiè distinguendo edocent post *Salicet. in l. in Judicio num. 2. cod. locat.* cæterosque *Interp. Matthæus de Pisaur. inter cons. Cornei cons. 242. ante num. 1, & num. 4. lib. 1. Decianus cons. 29. numer. 32. & 33. lib. 1. Felic. de societ. cap. 21. n. 11. & seqq. & num. 23. & seqq. Pacion. de locat. d. cap. 29. num. 47. & seqq. & num. 23. & seqq.*, optimè *Ansald. de commerc. disc. 39. num. 5. & 6.* „ ibi „ *Potissimè autem quia nullam peculiarem mercedem „ Crucianus in correspectivitatem istius obligationis nec „ recepit , solum enim perfruitur assueto stipendio an„ nuorum scutorum 300.*, *quod ejus prædecessoribus in „ officio præstabatur, absque tali obligatione succumben„ di falsificationibus ordinum , Mandatorum , & ce„ dularum , in quibus peritissimi etiam decipiuntur , „ cumque ageretur de quotidiano periculo amittendi (non „ obstante qualibet sedulitate, & diligentia) in una „ die , vel hora mercedem, quam pro tempore vitæ suæ „ in hoc adeo operoso munere assequi potuisset , receptum „ proinde videmus in his terminis , quod tantummodo „ quis teneatur de levi , non autem de levissima culpa* " *Rot. post 2. volumen cons. Farinacc. dec. 208. num. 3. vers. primo* , benè quoque *Raudens. decis. Pisan. 4. num. 114. & Magon. decis. Florent. 111. num. 54. vers. quoniam & num. 55.* , ubi regulam limitando ita decidit „ ibi „ *Quoniam illud procedit quando quis prin„ cipaliter se obligat ad custodiam ratione publici, vel „ privati officii , & pro custodia recipit æqualem mer„ cedem, secus si custodia veniat secundario, & ac„ cessorie, quod notatur in l. qui mercedem C. locati, „ ubi quis locaverat operas suas ad custodiam alicujus „ rei adhibeadam , & alter conduxerat pro ea soluta „ mercede , & tunc teneatur de exactissima diligentia, „ & sic de culpa levissima , quo casu si mercedem pro „ ea non recepisset, non teneretur nisi de levi culpa* " ac meliùs *Rota Roman. coram Priol, decis. 37. numer. 16. & 17.*

Tertium itidem fundamentum ex animadversione resultat, quod idem Leo de Ursis, quem volunt post acceptam commissionem à DD. Expeditioneriis substituisse Navicularium de Niccolais, in hac ipsius deputatione se profectò gessisset ea diligentia, & cura, qua si merces deperditæ ad ipsum de Ursis assertum deputantem uti dominum pertinuissent, majorem adhibere non potuisset , cum virum probum , in arte
42 peritum, & eum, de cujus fidelitate antea plures alii Mercatores confiderant , elegisset ; qua in hypothesi cum nulla negligentia , & culpa eidem mandatario substituenti possit imputari, ad nihil ideo tenetur , prout sentiunt communiter *Cravett. cons. 247. sub numer. 6. vers. Quinto respondeo Decius consil. 430. n. 4. & cons. 473. num. 11. Scacc. de commerc. §. 2. gloss. 5. quæst. 16. num. 405.* atque post alios novissimè conclusionem exornavit *Alvarez. Pegaz. resolut. libr. 1. cap. 3. num. 513.* quibus relatis *D. Audit. Casareg. eod. disc. 36. num. 12. & 13.*

Præterquamquod ex hac ipsa asserta substitutione adeò prudenter facta ab eodem de Ursis urgentissima conjectura desumitur verisimilis mentis ipsorum de Lancillottis mandantium, eorum nempè taciti consen-
43 sus, & approbationis in electione substituti communi voce integritate, & idoneitate in munere ei demandato perexcellentis , quo casu Mandatarium carere omni culpa , quia fecit id, quod probabiliter ipse Mandans peregisset, notat *Scacc. dict. §. 2. gloss. 5. n. 405.* & ex *Pileo antiquiss. Glossat. apud Vigel. decis. jur. contr.* concludit totidem ferè verbis *d. disc. 36. num. 14. laudatus D. Casareg.* „ ibi „ *Ultra quod desumitur ex urgen„ tissima conjectura verisimilis mentis Mandantis , qui „ est in nostra specie (magnificus Julius) ejus scilicet con„ cursus, & consensus tacitus in electione personæ com„ muni opinione idoneæ, & integræ* " *Mans. consult. 187. num. 25. tom. 2.*

Quartum tandem fundamentum , præ cæteris mea quidem sententia solidissimum , suam basim constituit super scientia, & consensu dicti D. de Bettis juvenis Dohanæ præfatorum de Lancillottis, super asserta substitutione Francisci de Niccolais, ut præclarè comprobant in facto attestationes tum Custodis à Supremo Principe deputati ad Januam hujus Dohanæ , tum associatoris mercium , tum denique Portitorum, seu Planstrariorum, vulgò *Carretai*; in quibus terminis nullum inter Nostrates auctorem ita facilè dabitur reperiri , qui audeat affirmare , substituentem , sive de- 44
putantem teneri de facto, negligentia, culpa, aut delicto deputati, sive electi , sed benè ipsum proprietarium, aut primum Mandantem omninò teneri decidunt *Giurb. cons. 36. num. 20. Cancer. variar. part. 2. cap. 2. num. 93. & seqq Guazzin. ad defens. reor. defens. 33. cap. 2. num. 6. Mans. consult. 418. num. 5. & seqq.* ubi de substituente ex necessitate, vel permis- 45
sione , etiam ex mera consuetudine proveniente *Ansald. de commerc. disc. 23. num. 10. & per tot. & disc. 29. num. 15. Rot. apud Ludovisi dec. 233. num. 4.*

Cæterum omnes auctores, qui per possibile allegari possent in hujusmodi puncto , disputant articulum ; an , & quando præponens teneatur pro facto , aut culpa substituti in supposito , quod nulla intervenerit sive tacita, sive expressa permissio, licentia , aut 46
voluntas Principalis, vel Domini , qua interveniente omnis difficultas perimitur, & quælibet disputandi occasio aufertur, ut latè videre est apud *Ansald. Mans. Dom. Aud. de Casareg. Pegaz.*, & aliis locis jam sæpè in hoc Responso relatis , cæterosque innumeros apud ipsos relegendos.

At frustrà penitùs hoc loci objiceretur, tum ex parte Proprietariorum, tum præsertim ex parte DD. de Lancillottis præfatum de Bettis eorum juvenem Banchi, signanter deputatum ad perficiendas expeditiones Dohanæ, ut ipsimet fatentur in attestatione per eosdem producta in hac Mercatorum curia contra D. Joannem de Battis uti Procuratorem DD. Hæredum quondam Sebastiani de Bassis Bononiensis , eundem, inquam, juvenem nullam habere potuisse facultatem permittendi, approbandi, seu transferendi commissionem ab Urso ad Niccolaum, & sic ab uno Naviculario ad alterum, quia fortasse prætenderetur sequiri in persona ejusdem D. de Bettis speciale, immò specialissimum Mandatum ob præjudicium , quod DD. ejus Principalibus afferebatur , tradendo, seu transferendo commissionem vehendi merces à Nauclero sibi ipsis magis benè viso ad alterum minùs benè visum, & acceptum; ex regula quod , præcipuè in præjudi- 47
cialibus, mandati fines diligenter sunt custodiendi, alias Procurator in eo quod excedit , nullum valeat ejus Principalis præjudicium inferre , neque illum obligare, sed ipse teneatur ad *Text. in l. procurator ff. de procurat. Golin. eod. tract. part. 5. cap. 3. n. 2. Mans. consult. 104. num. 35. tom. 2.*, aliique passim.

Verùm enim verò , præterquamquod regula in objecto relata plures patitur limitationes , signanterque 48
eam quod habens generale mandatum ab ejus Principali nullis dubium est quod circa ea, quæ spectant ad negocia , super quibus Mandatum versatur , nec non circa dependentia, & annexa Domino, ac Principali præjudicat , eumque respectivè obligat , ex *l. non cogendum 45. §. si procurator ff. de procurat. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 22. n. 32. Onnat. de contract. tom. 2. tract. 13. disp. 44. sect. 4. num. 90. & 91. Pacion. de locat. cap. 7. numer. 8. & 20. Mans. consult. 187. num. 8. & 20. Rot. recent. decis. 234. num. 5. & 6. part. 8. & decis. 137. numer. 12. post observat. Melli.*

Prout eum quoque obligat quoad ea omnia , sine 49
quibus commissio effectum sortiri non valet, etiamsi non sint expressa, ad quæ semper Mandatum extendi debet *Laderch. cons. 91. num. 1. Golin. de procurat. part. 5. cap. 3. numer. 14. & seq. Pacion. de locat. cap. 7. num. 19. Contr. discept. caus. 81. num. 23. Mans. consult. 187. numer. 42. tom. 2. Constant. ad Statut. Urb. adnot. 19. num. 57. Rot. post Albiz. de inconst. in Judic. decis. 54. num. 1. & coram Emerix Jun. decis. 1332. an. eod.*; Atque ideo dictus juvenis cum esset absque dubio destinatus pro mercium expeditione, & pro ipsa expeditione complenda opus habuisset quærere Nauclerum, qui actu Naviculam solveret, audito quod Leo de Ursis propriam Naviculam paratam

non habebat, alterum actualiter discedentem quæsivit, & in eum commissionem transtulit; egit idcirco quod tenebatur explere, quodque necessarium erat pro expeditione mercium perficienda, quodque tandem ea de causa certò certiùs in ejus Mandato, & facultate contineri debuerat, secundùm Auctores immediatè congestos.

Quod certè superabundat ad intentum omnimodæ liberationis dicti Leonis de Ursis, maximè cum istud generale Mandatum pro commissionibus explendis, immò expeditionibus mercium demandandis ex parte DD. de Lancillottis, quoad personam prænominati eorum
50 juvenis ex præmissis inficiari non valet, cum nulla dari possit major probatio, quam proprii oris confessio, ex satis vulgato axiomate, de quo latè post *Text. in l. generaliter 15. Cod. de non numer. pecun. Angel. de confessionib. lib. 1. quæst. 1. num. 13. & 14. & quæst. 7. effect. 10. num. 5.* & alibi: ultra quod in omnem eventum, ut mihi suppositum est, non desunt probationes etiam per publica documenta, ex quibus veritas istius generalis mandati certissima undique resultabit.

Præterea ex abundanti pluribus adhuc animadversionibus concurrentibus non dubitatur quod gesta per nominatum de Bettis afficiant DD. Expeditionerios, ac liberent Leonem de Ursis ab impetita solutione prætii mercium, & refectione damnorum, & expensarum.

Harum siquidem animadversionum prior descendit ex eo, quod assertum præjudicium, & excessus Mandati, qui resultare dicebatur ex commissione data à præfato Dom. de Bettis Naviculario postea in mari submerso, nullam in facto habet subsistentiam: quoniam quoad Mandati excessum nullo modo subsistere jam supra demonstratum est; respectu autem ad præjudicium animadverto quod sicuti innegabile est, quod si dicto de Ursis assertam commissionem ab initio datam ipse Juvenis continuasset, utpotè datam homini quidem probo, & in arte Naucleri satis superque perito nullum inde damnum fecisse ejus Principalibus affirmatetur, pariformiter eam impertiendo Francisco de Niccolais, seu cuicumque alio experto Naviculario, nullum ex ea eundem de Bettis ipsis Principalibus suis intulisse præjudicium dicendum est; quia ex jam supra relatis sufficit, hunc Juvenem de mala electione ab initio redargui non posse; cæterum etiamsi ex post facto Nauclerus ab eo deputatus fregisset fidem, negligentem se gessisset, aut quodcumque damnum traditis mercibus intulisset, non est
51 culpæ deputantis imputandum, sed meri casus eventuales, atque fortuiti censendi sunt, qui fallere quemque prudentissimum potuissent, consequenterque eum ab omni etiam levissima culpa penitus excusant, per ea quæ notantur à *Decio conf. 473. per tot. Gratian. conf. 94. & 95.* pariter *per tot. Paris. conf. 156. numer. 21.*, ubi, quod quando quis, cui committuntur
52 pecuniæ, erat communi fama vir probus, & bonæ fidei; hoc casu si ille, qui sic reputabatur, eas subtrahat, certè talis subtractio diceretur casus fortuitus, & id factum esse absque ulla culpa rem committentis; egregiè quoque illis adductis animadvertit *Eminentiss. De Luc. de tutor. & procurat. disc. 16. n. 12. & de credit. disc. 68. sub num. 13.*, quem sequitur *Dom. meus Aud. Casareg. dict. disc. 36. num. 24.*

Secunda sese offert animadversio, ex quo ipse de Bettis absque dubio egit id, quod & ipsi DD. de Lancillottis, & Ambrosiis, nec non ipsi DD. Proprietarii audito Leonem de Ursis non posse ampliùs discedere, mercesque Liburnum ferre, de per seipsis egissent, alterum nempe expertum Naviculatium quærendo, ipsique seticas sarcinas tradi faciendo, ut ad destinatum locum sua navicula easdem veheret; hoc igitur posito clarum remanet juvenem præfatum fines Mandati non excessisse, omnique vacare culpa: non
53 enim dicitur excedere fines Mandati Procurator, qui illud idem egerit, quod verisimiliter intuitu ejus propriæ utilitatis ab ipsomet Domino gestum fuisset *Text. est in l. fin. §. fin. ff. Mandati Cravett. conf. 274. n. 9. Alciat. conf. 67. num. 2. lib. 8. Alex. conf. 206. per tot. lib. 2. Bard. Tusch. litt. M. concl. 40. num. 39. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 15. n. 25. Capyc. Latr. consult. 108. n. 20. Ansald. disc. 61. n. 16. de commerc. D. Aud. Casareg. de commerc. d. disc. 36. num. 15. Rot. Januen. de Mercat. dec. 64. n. 2.*; si ergo ex verisimili mente ejus Principalium fines Mandati non excessit D. de Bettis, consequitur ex hoc ipsum de Ursis, quem supponitur commissionem eo approbante in Niccolaum transtulisse, ad nihil teneri.

Quæ quidem consequentia magis fit indubitabilis favore d. de Ursia ex tertia animadversione, quæ deprehenditur ex altera conclusione, quam unanimiter 54
confirmant post *Gloss. in l. tale pactum ff. de pactis Ant. Cosius conf. 99. n. 9. lib. 2. Raudens. conf. 21. n. 111. vers. tertio respondetur lib. 1. Cephal. conf. 768. n. 28. Mans. consult. 187. n. 25. Felic. alleg. 1. num. 10. & 11. part. 3. Ansald. de commerc. disc. 61. n. 17. D. Audit. Casareg. cit. disc. 36. n. 16. Rot. Januen. de Mercat. dec. 8. n. 5. dec. 64. n. 2. dec. 174. n. 26.*, videlicet quod Mandatum comprehendere debet, & extendi ad eum casum, ad quem si Principalis, sive Mandans fuisset interrogatus, verosimiliter extensum esse, & comprehendi respondisset.

Quæ conclusio adeo urget ad intentum, ut potiùs si D. de Bettis audiendo Naviculariam deputatum discedere non posse, seu aliter impeditum fuisse ad iter su- 55
scipiendum, alterum æquè peritum statim non subrogasset, potuisset ex hoc ipso de culpa redargui, ac de proprio teneri, quia ita quilibet alius diligens, ac prudens negociorum gestor, & accuratus paterfamilias peregisset, per ea, quæ adducto *Text. in l. qui sub conditione ff. de condit. & demonstr.* notant *Rocc. de mandat. seu complement. notab. 22. ex num. 41. impress. post prim. volum. ejus respons.* ubi ex *Stracc. de Mercat. n. 36.*, subnectit necessarium esse ad eximendum Procuratorem comprobare quod eo tempore etiam quilibet alius diligens Paterfamilias sese ita gessisset, & post eos *Ansald. dict. disc. 61. ex num. 18.*

Atqui cum in hoc casu etiam ipsi DD. de Lancillottia, quorum munus versabatur circa promptam mercium expeditionem ad loca sibi ipsis à correspondalibus demandata, alterum absque dubio Nauclerum probum, & peritum statim quæsiissent, pariformiter ipsorum juvenis id ipsum agere debebat, ad hoc ut ea, qua par erat diligentia, proprio munere fungeretur: Mandata- 56
rius enim, quàm citiùs fieri potest, exequi debet quod in mandatis habuit *l. si peculium 20. §. si quis ita &c. vers. Nec rursus ff. de stat. lib. l. rogo 29. ff. quando dies legat. cedat.*, *l. hac conditio ff. de condit. & demonstr. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 1. gloss. 6. num. 19. Rot. Januen. de Mercat. decis. 160. num. 5.*

Quin immo in longè durioribus terminis, etiamsi per modum discursus autumari posset, eundem de Bettis subrogando alterum Naviculatium, eique merces consignando excessisse fines mandati, attamen cum manibus quodammodò palpetur ipsum id peregisse, ut diligenter, immo diligentissimè proprium munus expleret, adeo ut boni viri arbitrium, ac prudentia contrarium suadere non potuisset, ipsi equidem licuisset,
rem utilem agendo, propriæ potestatis limites præter- 57
gredi, veluti cuicumque Mandatario licere tradunt *Jason. in l. si procurator cod. de procurat.*, optimè *Aponte conf. 23. num. 42. lib. 2.* ubi per *Text. in l. si hominem ff.*
Mandati, regulam desumit quod Procurator ex cau- 58
sa utilitatis potest agere contra voluntatem Domini, quia non dicitur contra, sed præter eam facere *Capyc. Latr. consult. 108. num. 17.*, egregiè *Ansald. de commerc. loc. cit. num. 22. & 23. Ciarlin. contr. 218. numer. 19. Rot. rec. decis. 234. num. 5. par. 4. & decis. 64. num. 6. part. 6.*

Quarta item animadversio depromitur ex eo, quod etiamsi per hypothesim, ut dicebamus, Dom. de Bettia consentiendo substitutioni alterius Naviculatii prætendi posset apposuisse manus circa ea, quæ in facultate sibi à Principalibus suis tradita non continebantur: hoc non obstante ipsis Principalibus præjudicasset, eosdemque consequenter obligavisset: ultra quod
enim Mandatarius, sive Procurator non præsumitur 59
excessisse fines Mandati, nisi concludenter probetur *Samminiat. contr. 32. nu. 32. tom. 1. Urceol. de transact. quæst. 14. num. 4. Rot. Roman. recent. part. 5. tom. 2. decis. 428. num. 1. & 2. part. 7. decis. 106. num. 12. & part. 12. decis. 202. num. 2. Rot. Januen. decis. 8. num. 5.*, cum cæteris in *Dec. Liburn. Mandati* mox allegranda *num. 55.*

In omnem eventum eos validè obligasset, quia 60

ejus

ejus excessum scienter non contradixissent *Text.* habemus *in l. fin. ff. quod cum eo*, *Ruin. cons.* 35. *sub num.* 20. *lib.* 1. *Oldrad. cons.* 199. *num.* 7. *Mans. consult.* 437. *num.* 8., cum cæteris plena manu congestis ab *Ansald. de commerc. disc.* 25. *num.* 17. *disc.* 30. *num.* 23. *& disc.* 62. *num.* 7. *Surd. decis.* 209. *numer.* 8. *vers. nisi constet Rot. Florent. in Liburn. mandati* 15. *Aprilis* 1719. *num.* 36. *& num.* 75. *coram Illustriss. Dom. Audit. Calderon. Rot. Roman. coram Priol. decis.* 35. *numer.* 13. *& part.* 12. *recent. decis.* 202. *num.* 24.

Hinc propterea certissima oritur liberatio dicti de Ursis, quem supponimus de consensu ipsius Juvenis dictum Franciscum de Niccolais substituisse, etiamsi idem Juvenis, istud approbando diceretur trans-
61 gressum esse fines Mandati, quia cum id egerit ejus Principalibus scientibus, & saltem tacitè approbantibus, eosdem propterea dubio procul obligavit, ac si ipsi de per se antedictam deputationem fecissent, punctualis est *Text. in l. qui patitur ff. mandati*, *& Gloss. in cap. cum olim il prim. verb. protinus de offic. delegat. Alex. cons.* 80. *num.* 12. *libr.* 4. *Ruin. cons.* 35. *sub num.* 20. *lib.* 1. *Mantic. de tacit. lib.* 7. *tit.* 15. *num.* 50. *Surd. cons.* 28. *num.* 22., cæterique relati per *Mans. consult.* 187. *num.* 45. *& consult.* 192. *num.* 8. *&* 9. *Rubeus de Validit. legal. cap.* 15. *nu.* 54. *&* 55., optimè *Ansald. disc.* 25. *num.* 17. *& disc.* 62. *num.* 6. *Surd. dict. decis.* 208. *num.* 8. *Borell. in summ. decis. tom.* 1. *tit.* 66. *num.* 442. *Mantic. decis.* 100. *num.* 4. *Rot. decis.* 157. *num.* 16. *&* 17. *& decis.* 202. *num.* 24. *part.* 12. *recent.*

Neutiquam relevante quod non ostendatur memoratæ deputationis scientia, & approbatio DD. Principalium dicti de Bettis ad effectum ut ex iis Mandatum & successiva ratificatio ejus gestorum legis ministerio desumi valeat: quoniam pro congrua responsione ab objectum, quoad scientiam videtur suffice-
62 re illam juris præsumptionem proferre, ex qua censetur Mandatarium certiorasse Principalem etiam ad effectum condemnandi eundem ad damna & interesse, consequenterque ad effectum eximendi eum, qui de consensu illius Procuratoris, aut negotiorum gestoris deputavit, ex doctrina *Bartol. in l.* 1. *§. familia nomen. in fin. ff. de Instit. action. Rocc. de societ. Mercat. notab.* 50. *num.* 100. *Cost. de fact. scient. & ignorant. inspect.* 43. *num.* 2. *&* 3. *Capyc. Latr. consult.* 73. *num.* 17. *Gratian. discept.* 677. *num.* 24. *& seq. Scopp. ad eund. decis.* 11. *March. observat.* 122. *num.* 10. *& Ansald. disc.* 25. *num.* 4. *de commerc.*

63 Quod verò pertinet ad taciturnitatem, consequenterque ad ipsorum ejus Principalium consensum, ex pleno cumulatis per *Mascard. conclus.* 417. *num.* 10. *de probat. Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 135. *num.* 7. *Mans. consult.* 643. *num.* 24. *Rot. nostra in Aretina Grani coram Illustriss. Dom. meo Audit. Manilio de Urbanis impressa apud Dom. Audit. Casareg. de commerc. disc.* 161. *num.* 36. *Rot. Roman. dec.* 388. *num.* 8. *&* 9. *part.* 17. *& decis.* 274. *num.* 15. *part.* 19. *recent.*, deducitur ex eo quod præfati DD. de Lancillottis passi fuerunt manifesta in faciem d. de Niccolais à Custode Dohanæ inscribi, & iter Liburnum versus cum mercibus ab eo prosequi; quin immò amissis ab eodem Nauclero primis manifestis vulgò *Bullette*, denuò in ejus faciem altera quoque describi, tum in hac Dohana, tum in illa Pisarum, eique consignari, absque eoquod numquam de his omnibus reclamaverint, seu reclamari fecerint adversus Leonem de Ursis, seu adversus ipsum de Bettis eorum Juvenem, nisi quando audiverunt infortunium submersionis accidisse, & sic in casu dumtaxat, quando neque ipse de Ursis, neque ipse de Bettis poterant ullo modo eorum indemnitati consulere; in quibus terminis certum est resultare taciturnitatem DD. de Lancillottis, eum statim, & incontinenti non contradixerint gestis per dictum eorum Juvenem, quem dicimus commissionem transtulisse de Urso in Niccolaum, consequenterque ejus gestorum approbatio-
64 nem. Mercator enim tenetur incontinenti contradicere Negocio per ejus Mandatarium gesto, aliàs illud approbasse censetur *Ripa in l. Admonendi numer.* 138. *ff. de jur. jur.* [illegible] *Bald. in l. fin. cod. ad Macedon. Bart. in* [illegible] *cum. ff. rem rat. haberi Stracc. de assecurat. gloss.* 11. *num.* 47. *Franc. de protest. consid.* 14. *numer.* 8. *& seqq.* præsertim attenta præsumpta certioratione à d. juvene ipsis facta, etiam ex lapsu 65
temporis, quod inter datam Niccolao commissionem, ejusque naufragium intercessit, resultante, *Ancharan. quæst.* 48. *num.* 5. *& seq. part.* 1. *Caroc. de excussione bonor. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 65. *vers. Et scientia Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 65. *num.* 13. *&* 14. *Cancer. variar. part.* 1. *cap.* 22. *num.* 13. *&* 14. *Franc. loc. cit. num.* 11. *in fin. Gratian. discept. cap.* 699. *numer.* 39. *ibique De Luc. in observat. num.* 13. *Rot. Florent. coram Dom. Audit. Casareg. decis impress. in ejus tract. de commerc. disc.* 176. *num.* 35. *&* 36.; Est
enim communis DD. Sententia, quod si quis, statim 66
ac potuerit contradicere, non contradixerit, censetur tempore, quo tacuit, neque contradixit, negocium approbasse, atque ex præterita taciturnitate consequitur ita fuisse jus alteri parti quæsitum, ut per subsequentem contradictionem tolli ampliùs non valeat. *Cost. tract. de re integr. distinct.* 62. *num.* 1. *Gratian. discept. cap.* 524. *num.* 31. *Menoch. dict. lib.* 3. *præsumpt.* 15. *num.* 20. *& seq. Franc. eodem loc. num.* 14. *vers. Et generaliter &c.* aliique apud eos, & penes *Rot. Florent. coram prelaud. Dom. Audit. de Casareg.*, ubi proximè *num.* 39. ex gratia relegenda, *& num.* 40., ubi quod consuetudo Mercatorum 67
exigit ut citò citiùs inter se respectivè moneant de gestis de Mandato Corresponsalis, an negocium pro eo expletum acceptet, ut queat in casu non acceptationis sibi consulere, se citans *disc.* 131. *num.* 4. *Rot. Roman. decis.* 416. *num.* 7. *&* 20. *coram Duran.*, quæ consuetudo magis exigitur inter juvenem negocii, & principalem, ac tertios contrahentes ne sub præsumptæ facultatis fide decipiantur.

Ultra quod insuper Leo de Ursis, qui sciebat D. de Bettis publicè ab omnibus pro juvene Expednionum Dohanæ dd. Expeditioneriorum reputari, quod in facto (ut antea memoratum est) inficiari non potest; propterea non tenebatur esse sollicitus in perquirenda quidditate ejus facultatis dum intuebatur cir- 68
ca Expeditiones dd. de Lancillottis decernendas eum publicè, & palàm agere, uti mandatarium prædictum ipsius Principalium, juxta notata per interpetres *in l. deli in fin. cod. de Novat.*, & præsertim *Bart. numer.* 8. *Gratian. discept. cap.* 952. *num.* 8., ubi alii *Ansald. eod. tract. disc.* 30. *num.* 5. *& seq. & disc.* 35. *num.* 39. *Rot. coram Cavaler. decis.* 482. *num.* 3. *& coram Ludovis. decis.* 58. *num.* 9. *& Beltram. in addit. litt. B. & decis.* 200. *num.* 6. *part.* 12. *recent.*

Præsertim quia sciebat ipsum Bettum pluries alias 69
similes commissiones Naucleris sibi magis benè visis nomine ejus Principalium tradidisse, quod tantò magis superabundat ad omnimodam liberationem ipsius Leonis veluti post *Text. in l. qui hominem §. si Titium in fin. ff. de solut. & in l. cum Mandat. in fin. ff. de Minor.* firmant *Carol. Marant. respons.* 35. *numer.* 44. *& seq. part.* 4., & in fortioribus terminis benè relegend. *Ansald. de commerc. disc.* 25. *a num.* 18. *ad* 27.; ubi alios Auctores addit *Salgad. Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 36. *&* 37. *Rot. dec.* 566. *num.* 2. *& seq. part.* 2. *rec.* repet. *decis.* 314. *coram Ubald.*, consequenterque istud idem superabundaret ad hoc ut ipsius juvenis Principales nempe DD. de Lancillottis tenerentur Mercatoribus mercium proprietariis de substitutione, & electione ab eo facta, seu saltem de consensu eidem præstito: nisi ex peculiaribus motivis initio hujus responsi præmissis iidem DD. de Lancillottis alias excusandi non essent, prout omninò excusandos esse non dubito.

Huc usque fundamenta, ex quibus indubitanter eximi debere censui, tam præfatos DD. de Lancillottis, & Ambrosiis Expeditionerios, quam Leonem & Vincentium de Ursis Navicularios à requisita solutione mercium deperditarum, ac refectione damnorum, & expensarum in medium attuli: nunc autem inchoatum opus prosequens inspectionem assumo, an saltem miserrimus Navicularius in mari submersus, si viveret, ejusque hæredes, & hæreditas quia mortuus, ad id teneantur: puto nunc equidem petitionem Actoris longè validioribus Armis, lethaliter vulnerare, & extinguere: quoniam non dubito etiam Nauclerum hunc ejusque hæreditatem ex infra subnectendis

fore absolvendos, consequenterque ex juribus pro eo strenuè militantibus, tum DD. de Lancillottis, tum præfatos de Ursis à petitis absolvendos futuros esse.

Admisso itaque in facto quod cùm Nauclerus de Niccolais ad oram Pisanam cum ejus Navicula mercibus onusta pervénerit, signanterque ad Rotam vacatoriam, ubi solent Naviculæ ab aquis Arni extrahi, atque introduci in illas foveæ, vulgò *de Navicelli*, auditoque d. foveam tunc temporis, tum glacie correptam, tum necessariis aquis fore destitutam, adeout hac de causa aliæ plures Naviculæ in siccum offendentes iter susceptum prosequi non potuerint; animadvertens propterea necessitatem, qua præmebatur, scilicet, celeriùs quàm fieri posset, juxta commissionem, iter Liburnum prosequendi; in contingentia hujus casus tam ipse, quàm cæteri duo Navicularii, qui unanimiter cum eo ab hac Urbe Liburnum proficiscebantur, consilium sumpserit viam prosequi per ipsius fluminis aquas, ex quibus in Mari exeundo Liburnum pervenire posset, prout non ignorabat sæpè sæpiùs agere solitos esse etiam cæteros Naviculatios, præsertim in similibus contingentiis.

Hoc inquam admisso, facilis est inspectionis animadvertere, quod idem miserrimus Navicularius in eo subitaneo eventu sumpsit maturius consilium, quod ab alio quocumque diligentiore ejusdem artis professore sumi potuisset, in qua hypothesi nullum præjudicium subire debebit ejus hæreditas, si postea ventorum vi perculsus, tam ipse, quàm ejus Navicu-
70 la, & merces salsis in undis perierunt, velut in puncto generalibus omissis firmat *Dom. Audit. Casareg. de commerc. disc. 69. num. 13.* „ ibi „ *Denique Capitaneus non sua sponte reversus est Liburnum, sed* „ *prudenter ac rationabiliter se gessit, nam commorando in Portu Maone absque duabus tertiis mercium partibus, & absque pretio illarum ibi exoneratarum, prudenter, inquam, existimavit (ut in* „ *tali casu quilibet alius vir prudens fecisset) Naulizatori minimè convenire continuationem supradicti itineris, ne debuisset solvere Capitaneo, ut vulgo dicitor*, il voto per pieno; *& fortius cum ambigi poterat de non inveniendo Ulyssipone à Naulizatoribus correspondalibus navis onere pro reditu de illuc Liburnum, attento quia dictis Correspondalibus non amplius tradi poterant merces eisdem cum d. Navi à Naulizatore transmissæ; quapropter cum* „ *Capitaneus in hoc casu non præviso, ac inopinato hujusmodi expediens prudentissime susceperit, nullum ex hoc præjudicium sentire debet* “ & in terminis consimilibus decisum fuit per *Rot. Januen. de Mercat. decis. 8. numer. 6. & seq.*, & meliùs *decis. 64. numer. 2.*, ubi quod quando quis in eventu non præviso agit ut probabiliter egisset ejus Dominus, liberatur à quacumque damni refectione, loquen-
71 do pariter in terminis cujusdam, qui sine mandato ejus Principalis acceperat ad Cambium pecuniam pro oneranda Navi ne solveret *il voto per pieno*, & rursus in alia simili hypothesi, *Rot. Senen. decis. 58. numer. 16. apud Martimed.*

Quin immò in casu etiam duriori scilicet Merca-
72 toris, qui contra mandatum onerandi mercimonia super determinata Navi, oneraverat super diversa, ex quo de tempore, quo onus perfici debebat, parata non erat illa ad onus recipiendum destinata, idem docet *Joann. de Hevia de commerc. lib. 1. cap. 4. numer. 24.*, eoque laudato sequitur *Dom. Casareg. dict. disc. 69. num. 16.*

Nec obstat quod Nauclerus saltem teneretur cer-
73 tiorare mercium Dominos, seu Expeditionerios antequam deliberaret mutationem itineris: nam præterquamquod non subsistit in facto asserta mutatio itineris, quia utraque via Liburnum ducebat, quidquid fuisset si habendo in mandatis, ut merces Liburnum veheret, eas Januam vexisset: ulteriùs considerandum est quod ipse non habebat in mandatis determinationem peculiaris viæ, quam tenere debebat, ut Liburnum appelleret; sed simpliciter mandatum ei fuerat ut merces ad eundem Portum transferret, propterea opus non habebat illos de mutatione certiorandi, adeout hanc certiorationem omittendo posset de aliqua, vel minima culpa redargui, quia
Mandatum non censetur limitatum, nisi de limitatione 74
ipsius concludenter appareat, juxta firmata per *Rot. decis. 137. num. 5. post Mellii observat. Rot. Genuen. decis. 76. numer. 4. ad fin. vers. Nec dicatur & Rot. nostra in dict. Liburn. Mandati coram D. Audit. Calderon. num. 54.*, egregiè quoque *Mans. consult. 192. numer. 6. & 7.* omninò videndi, prout Mandatarium præsumitur intellexisse habere mandatum eo modo,
quo illud fuit executum, *Rot. Florent. ubi proximè* 75
numer. 4. Posthius decis. Bonon. 77. number. 111., at-
que contraxisse juxtà mentem sui Principalis, donec 76
contrarium concludentissimè probetur, ut docent *Gait. de credit. capit. 2. tit. 8. numer. 3164. & seq. Samminiat. controvers. 32. numer. 91. & controvers. seq. numer. 74. & 75. tom. 1. Rot. coram Seraphin. decis. 1124. in fin. & cor. Emerix Jun. dec. 534. numer. 8. & recent. decis. 56. numer. 18. decis. 228. numer. 8. part. 4. tom. 2. decis. 222. numer. 22. part. 12. decis. 58. num. 14. part. 16. & dec. 399. num. 2. part. 17.*

Insuper cum tam Expeditionerii, quam mercium
proprietarii à Pisis essent absentes, nulli dubium quod 77
etiamsi aliàs ad dictam denunciationem fuisset vigore mandati præcisam viam illi designantis obstrictus, tunc nihilominus obligatus non fuisset eos certiores facere, sed poterat per se ipsum deliberare quid melius propriæ prudentiæ videretur, juxta *Text. in l. item quæritur §. Exercitu &c. vers. sed labeo ff. Locati Soccin. Jun. cons. 120. num. 19. & seq. Stracc. de Naut. part. 3. num. 50. Rocc. de Navib. vot. 70. sub num. 199. Carocc. de Locat. tit. de remiss. merced. quæst. 8. numer. 92. & seq. D. Aud. Casareg. disc. 19. numer. 9. 10. & 11. de commerc. Rot. decis. 129. num. 7. part. 15. recent.* Navicularius enim
absentibus Vectoribus, sive aliis mercium proprieta- 78
riis in quocumque casu contingenti ipsorum personam repræsentat, prout ex *Consulatu Maris capit. 192. & 193. Vinn.*, & alii *idem D. Aud. Casareg. dict. disc. 19. num. 8. disc. 69. nu. 14. & disc. 115. num. 1. & 7.*

Prout pariter non obest quod quia Nauclerus iste 79
causam damni dedit, ideo ad ejus refectionem teneatur, secundum auctoritatem *Surd. cons. 12. numer. 58. in fin.* cæterorumque apud eum, & penes *Ansald. de commerc. disc. 39. num. 18. 19. & 27. D. Aud. Casareg. de commerc. disc. 54. numer. 64. & seq. & disc. 119. numer. 81. Rot. Roman. decis. 51. num. 7. part. 17 rec.*

Quoniam, cum ex præmissis in claris versemur Navicularium prosequutum fuisse viam fluminis, ductum sanior, ac meliori consilio, quod in eo eventu sumi posset, atque verisimillimum sit ipsum priùs seriosè præmeditatum fuisse, an in suscepta navigatione adesse posset submersionis periculum, nec ne; cum hoc pertineret ad propriæ vitæ, & rerum defensionem, ac tutelam, de quibus nemo præsumitur immemor, vulgarissimis juribus; prout pariter sit verisimillimum quod omnem conatum, ac diligentiam adhibuerit, ut tempestatis rabiem, & impetum evitaret, propriæque saluti, & rerum consuleret. Hinc ultrò emergit quod cum damnum mercibus obventum, & casus qui evenit, acciderit absque interventu defectus, aut culpæ illius, quem damni causam dedisse supponitur, tunc defectus, aut culpa hujus-
modi nullum in jure parit effectum, neque præjudi- 80
cium affert damni causam danti, cum præter expectationem, & humanam diligentiam damnum acciderit, per elegantem *Text. in l. fin. §. 1. ff. ad l. Rhodiam de jactu Ramon. cons. 39. num. 4. 5. & 6. ab Eccles. observat. 126. numer. 16. part. 1. Pegaz. resolut. forens. cap. 3. num. 33. D. Aud. Casareg. de commerc. disc. 2. num. 83. & disc. 125. numer. 227.* ubi loquitur de Mercatore, qui merces ad vendendum habitas à suo correspondali in pecunia numerata, non invento emptore præsente pecunia, vendidit habita fide de pretio cum dilatione alicujus temporis ad
solvendum, absque eoquod notificaret difficultatem cor- 81
respondali, & firmat decoctionem emptoris pendente dilatione obventam, cedere damno ipsius correspondalis committentis, non autem Mandatarii, qui merces vendiderat, quia non reperto emptore in pecunia, vacare culpa, aut defectu ostendebatur *Surd. dec. 87. n. 9. & 10.*

& 10. Rot. Roman. decis. 57. n. 27. & decis. 64. numer. 26. post *Albiz. de inconstant. in judic.*, & fuit
plenissimè decisum in Rota nostra in celebri *Liburn.
Pecuniaria, seu Mandati 31. Martii 1724.* in causa
*Fornes, & Duran. Silva di Barcellona coram Illustr.
D. meo Audit. de Casareg.*, ubi plura ad præsentem
materiam.

Præterea reflectebam ad ejusdem navicularii hæreditatis defensionem, quod etiamsi per nudam hypothesim dici posset eum, eligendo viam fluminis, fines commissionis excessisse; adhuc tamen eum quoad eum agatur de damno vitando, prout de eo vitando agitur, tam quoad DD. Expeditionerios, quàm
82 quoad Naucleros de Ursis, cumque animadvertatur
consilium mutandi viam bona fide suscepisse, putans
verosimiliter Mandatum non excedere, profectò ab
omni damni refectione excusari debet, ita post *Text.
in l. Mandato ff. de Mandati Rot. Jannen. dec. 8.
per tot. & decis. 76. num. 5.*, & meliùs *Rot. Florent. coram Illustriss. DD. Auditor. Calderon., &
Piccinin. in causa Liburnen. Mandati 15. Aprilis
1719. num. 69. 70. & seq.*, ubi cæteri concordant:
83 Mandatarius enim cum bona fide agit ad nil quidquam
aliud tenetur, punctualis est *Text. in l. idemque
in princip. ff. mandati* „ ibi „ *nihil enim am-
„ plius quàm bonam fidem præstare eum oportet* “ *Paris. consil. 90. num. 39. libr. 1. Scacc. de commerc.
§. 2. gloss. 5. num. 405. fol. 391. Ansald. de commerc.
disc. 61. num. 24. Gob. consult. decis. 90. numer. 10.
Bosch. decis. Bonon. 77. num. 113. Rot. Roman. coram
Carill. decis. 156. num. 2. & 3. & dict. Rot. Florent.
loc. cit.*

Quin ampliùs ad eumdem finem animadvertendum videtur, quod admisso pro indubitato, seu saltem pro valde verisimili quod Nauclerus de Niccolais, quoad se priùs ponderaverit electæ viæ securitatem, & in ipso Maris periculo omne artis studium adhibuerit, ut non solùm merces, verum etiam, & multò magis vitam propriam redderet incolumem, ideò si om-
84 nia perierunt, prout periisse non ambigitur, hoc quidem
referri debet ad merum infortunium, casumque
fortuitum, imperscrutabili Dei Omnipotentis Judicio
occursum, cui quidem humana imbecillitas non valet
resistere, nec prævidere, ut monet ex multis *Hering.
de fidejuss. cap. 26. num. 48.* in quo themate nul-
85 la est difficultas ipsum Navicularium non teneri de
damno mercibus obvento, juxta punctualem *Text. in
l. item quæritur 14. §. si Navicularius ff. de locat.
& in l. opus vers. si tamen ff. eod. Bart. in l. Et
etiam &c. 3. & Bald. in l. Ex hoc edicto ff. Naut.
Caupon. & Stabul.* idem *Bald. cons. 222. num. 2. lib.
2. Varnes cons. 86. num. 39. & 40. centur. 2. Rocc.
de navib. num. 158. Seracc. eod. tit. par. 2. num. 5.
Dom. Aud. Casareg. de commerc. disc. 19. num 20.*,
ubi allegat *Stypman. de jur. Maris. cap. 15. de exercit.
act. num. 332. & seq. fol. 263.*, & prosequitur *disc.
36. num. 24. in fin. tom. 1. & disc. 115. num. 15.
86 tom. 2.*; Neque hæsitandum venit ventorum vim, &
impetum, ex quo tempestates in Mari oriuntur merum
infortunium, & casum fortuitum censeri, ita
post *Dom. Auditor. Casareg. in observat. ad tract.
de Avariis numer. 24. & Rot. Roman. decis. 369.
num. 32. part. 19. recent. tom. 1. Rot. Florent. coram
Dom. Audit. Calderon. impressa disc. 142. num.
14. 15. apud eumd. Dom. Casareg. de Commerc.*
87 Et generaliter quod numquam Mandatarius, Procurator,
seu quilibet alius Negociorum gestor teneatur
de casu fortuito contingenti super rebus, mercibus,
aut pecuniis Domini, vel Mandantis, dum ejus
Mandatum exequitur, nisi super se ipso omne periculum
susceperit, apertus est *Text. in l. a Procuratore
cod. Mandati Dec. cons. 7. per tot. Card. Tusc.
lit. M. conclus. 57. per tot. Scacc. de commerc. &
camb. §. 2 gloss. 5. num. 400. & seq.* & meliùs *§. 3.
gloss. 2. num. 1. & seq. Dom. Audit. Casareg.*, sæpè
laudat. *tract. disc. 56. num. 15. 16. & 17. Ansald.
eod. tract. disc. 62. numer. 5. Rot. Jannen. de
mercat. decis. 125. num. 4. & dec. 174. num. 2.*
88 Minùs tandem obesse valet quædam sanctio legis
municipalis Consulum Maris Pisarum anni 1593. diei
27. Julii, cujus contextu omnibus Navicularius universaliter
prohibetur transportatio mercium à Portu
Liburni ad dictam Pisanam Civitatem vehendo eas per Mare ad os Fluminis Arni absque expressa permissione Proprietariorum, aut aliorum, qui eis merces, & sarcinas consignaverint sub pœna triremium transgressoribus irroganda „ ibi „ *Che nessun Navicellajo, che con suo Navicello possa venire di Li- „ vorno per il fosso, ardisca in modo alcuno venire „ da Livorno per Mare con detto suo Navicello, con „ roba, o Mercanzie di qualsivoglia sorte senza li- „ cenza in scriptis del Padrone delle robe, o Mer- „ canzie, o di quello, che glie ne ha consegnate, quale „ deva avere con seco, e con le robe, o Mercan- „ zie detto alla pena della galera, e gli Birri che „ ne faranno cattura guadagnino la facoltà di rimettere un condannato alla galera, ec.* “

Ex qua dispositione hauriri creditur adversus Nauclerum de Niccolais, tum determinationem præcisam itineris ab eo tenendi pro transportatione mercium ab urbe Pisana ad Portum Liburni, quàm aliàs dicimus præscriptam non habuisse in mandatis; tum dolum ejusdem Naucleri, seu saltem latam culpam ipsius, qui sciens Legis prohibitionem temerè ipsam neglexit, iter sibi vetitum suscipiendo; tum denique omissionem petendi, vel à mercium proprietariis, vel ab Expeditioneriis permissionem eundi per Mare; & sic negligentiam illius in omittenda eorum certioratione, notificatione scilicet pessimæ situationis, & status, in quo tunc reperiret Foveam vulgò *de' Navicelli*, nec non consilii, quod propterea sumere intendebat; ex quibus omnino videantur reddi inapplicabiles propositiones omnes favore dicti Naucleri antea congestæ; consequenterque ipsum, si adhuc in humanis esset, nunc verò ejus hæreditatem damnum mercibus ejus culpa causatum, & expensas omnes refundere tene-
ri comperitur, cum in hoc casu fortuitus eventus ip- 89
sius naufragium ampliùs appellari non valeat per litteralem
*Text. in l. item quæritur 14. §. si Navicularius, & §. si Magister ff. locat. Stracc. tit. de Navib.
part. 2. num. 11. Rocc. eod. tract. n. eod. Dom. Audit.
Casareg. disc. 19. num. 19. Consolat. del Mare cap.
61. cap. 99. & cap. 294.*, & alibi *impress. post idem
volumen primum de commerc.*

Quoniam dictæ Legis Municipalis censura toto cælo
distat à nostra hypothesi; quippe quia vetat dumtaxat
Navicularius ne à Portu Liburni per Mare iter
faciendo ad os fluminis Arni Pisas proficiscantur,
consequenterque disponit solummodo de casu converso,
non autem de itinere, quod fieri velit à Naviculariis
ab Urbe Pisana Liburnum versus ab ipso
flumine Arni, ejusque ore in aquis Maris egrediendo,
quod est thema nostrum, unde irritò deducitur
ejus dispositio contra Franciscum de Niccolais; nam 90
tritum est in jure dicterium quod id, quod à Lege
non disponitur, nec ab homine præsumi debet neque
dici, vulgat. *l. dissentientis cod. de repud. cap. illa ne
sede vacant. August. Barbos. axiom. 136. num. 7. Terent.
Fanton. apud Illustriss. Domin. Audit. Bonfin.
append. ad cap. 12. num. 20. ubi alii.*

Eo fortiùs quia nimium facile si voluissent Legislatores
comprehendere etiam casum contrarium, scilicet
ab Urbe Pisarum incedere per flumen Arni in
Mare, & ad Portum Liburni pervenire, prout prohibuerunt
ab hoc Portu navigare per Mare, atque os
dicti Fluminis Arni, ingrediendo, Pisas attingere;
nimium inquàm facile eis fuisset, si hoc etiam exprimere
in Legis contextu voluissent; cum verò ex- 91
primere id omiserint, præsumitur consequenter quod
comprehendere noluerint, argumento deducto à discretivo
loquendi modo, de quo post *Text. in l. unic.
§. Sin autem &c. cod. de caduc. Tollend. & l. si servus
§. Prætor ait vers. Non dixit ff. de acquirend. hæredit.*,
rem habent *Menoch. cons. 1. num. 178. cons.
140. num. 4. Tusch. pract. conclus. litt. V. conclus. 89.
num. 5. Tiraquell. in l. si unquam v. Liberis num. 3.
cod. de revocand. donat. Gutierez. pract. quæst. lib. 3.
quæst. 22. num. 7.*, aliique plures congesti à *Barbos.
loc. cit. num. 5. & 6. Palm. alleg. 202. num. 7. alleg.
309. num. 4. alleg. 311. num. 28. tom. 4.*, & in altera
impressa penes *Illustriss. Dom. Audit. Bonfin. append.
2. ad cap. 24 num. 9.*, & idem *D. Audit. in supplet.
ad cap. 45. num. 24. Surd. decis. 88. num. 4. & dec.
322. num. 22. Altolin. resolut. 57. num. 1.*

92 Maximoperè quia tantò minùs casum nostrum comprehendisse præsumi debet, nam agitur de lege correctoria, & exorbitanti, quæ, etiamsi ageretur de casu omninò consimili, & nulla adesset diversitatis ratio, ad eum tamen extendi non posset, veluti unanimiter docent, tam Criminalistæ, quàm Civilistæ, nimirum *Card. Tusch. litt. R. conclus. 31. num. 43.*, & alii collecti per *Barbos. axiom. 197. num. 6. Laderch. cons. 27. num. 10. Eugen. cons. 49. num. 27. & 58. Spad. cons. 25. numer. 19. & seq. lib. 1. Chartar. de pœnis innot. art. 3. num. 538. & seq. Merlin. Pignatell. controv. 47. num. 9. lib. 1. Villagut. de extens. leg. tit. de extens. leg. correct. & pœnal. num. 91. Orilia ad Campan. resolut. 28. per tot. Andreol. controv. 63. num. 8. & controv. 138. num. 6. Consal. vot. crimin. 11. num. 29. & seq. Conciol. ad Statut. Eugub. in prælud. numer. 125. Scannarel. de visit. carcerat. lib. 3. §. 9. cap. 9. num. 31. & 32. Mans. consult. 340. sub numer. 32. & consult. 629. numer. 3. Samminiat. contr. 59. num. 15. & 36. libr. 1. Altograd. jun. controv. 30. num. 20. Bonden. collect. 15. num. 57. lib. 2. Episc. Rocc. select. cap. 179. num. 6. & 7. lib. 2. Rainald. observat. crimin. cap. 34. §. 13. num. 10. & seq. Constant. ad Statut. Urbis in prælud. art. 5. num. 252. Dom. Audit. Calderon. resolut. 98. num. 73. Gannaver. decis. 57. num. 22. & seq. Sanfelic. decis. 408. & 417. per tot.*

Quin immò, & eo minùs, ad casum nostrum nul-
93 lo modo extendenda est, quia dicta lex non solum est correctoria, & exorbitans, verùm etiam exorbitans, & pœnalis simul, nam ultra pœnam transgressoribus ibi indictam, Naviculariis impedit navigationem per iter sibi magis benè visum à Portu Liburni ad Urbem Pisanam, nec non eos cohibet ad requirendam prius proprietariorum, vectorum, cæterorumque, qui eis merces tradiderint, permissionem in scriptis, antequam magis optatum iter suscipere valeant, quod aliàs proprio marte, & consilio absentibus mercium Dominis jure suscipere potuissent, juxtà auctoritates, de quibus antea in §. *Insuper cum tam Expeditionerii*. In quibus terminis exploratissimi quidem juris est legem id tantum disponere, quantum literaliter exprimit, neque extendi posse ad alios casus in ea non expressos, etiamsi rationis identitas vel majoritas pro inclusione, aut comprehensione urgeret, ita distinguendo severioris doctrinæ Auctores confirmant *Altograd. Sen. cons. 29. num. 33. libr. 2. Vermigl. cons. 400. num. 2. Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 5. num. 10. Conciol. in dict. Prælud. ad Statut. Eugub. num. 131. Rainald. observat. crimin. in rubr. cap. 14. numer. 245. & 264. Caccheran. decis. Pedemont. Senat. 147. num. 3. & 21. Rot. Lucens. coram Dom. Audit. Bonfin. inter collect. per Palm. dec. 347. num. 6. & 7. tom. 4.*

At etiamsi non ageretur de lege correctoria, & pœnali, prout verè agitur præterea sufficeret ad omninò excludendam extensionem ad casum contrarium,
94 in ea non expressum sola rationis diversitas, ex qua tantummodò, etiam in legibus non odiosis, & non exorbitantibus, extensio non permittitur, per *Text. in l. servus ff. de Stat. liber. l. si ita ff. de manumiss. testam. Dec. cons. 394. num. 3. Surd. cons. 67. num. 19. Barbos. axiom. 197. num. 5. Vela dissert. forens. 7. num. 23. & seq. tom. 1. Palm. Nepos allegat. 342. numer. 44. & alleg. 351. num. 12. tom. 4. Rot. decis. 104. num. 15. vers. præsertim part. 16. & decis. 154. num. 12. & 13. part. 17. & coram Pamphil. dec. 172. num. 1. Rot. Florent. inter collect. per Palm. dec. 348. num. 14. tom. 2.*

95 Immo insuper superabundat pro extensione excludenda quod à casu in lege comprehenso, ad alterum, ad quem extendi vellet, non æque potens militet ratio, & sic diversitas non æquè palpabilis, prout ea, quæ adest in hypothesi, veluti docent *Honded. cons. 1. num. 26. lib. 1. Gabriel. cons. 156. num. 9. lib. 1. Urceol. apud Palm. Nep. alleg. 344. num. 35. tom. 4. Sanct. mem. Clement. VIII. post Rembald. vot. 1. num. 187.*, & firmat *Rot. Senen. coram Illustriss. Dom. Auditor de Comitib. decis. 23. num. 5.*, Cum enim in casibus, in quibus adest rationis diversitas dicatur legis animam deficere, ideò nil mirum si ejus quoque dispositio deficiat, cum ipsa remaneat nudum Cadaver sine Anima, & sic quoad casum diversum non amplius lex *Barbos. axiom. 136. n. 9. & axiom. 197. n. 12. D. Audit. Bonfin. in supplet. procemial. ad bannim. n. 12. Rot. dec. 538. n. 88. & seqq. par. 13. recent.* & alii passim.

Diversitatem autem rationis, immo plurium simul, inter utrunque casum esse manifestissimam, non videtur hæsitandum, prout satis clarè ostendunt omnes peritiores Navicularii in eorum attestatione, in qua exprimunt pluribus in earum exercitio infallibilibus argumentis quantò majus periculum naufragii subsit in Navigatione, quæ velit suscipi à Naucleris per Mare à Portu Liburni ad os Arni, eo, quod subesset in casu controverso, quod solvi vellet navicula juxta naturalem aquarum fluminis cursum, qui quasi deperse, atque ultrò, libenterque easdem rates in Mare ducit, nec non ob alias rationes abundè in d. attestatione relegendas; ex quibus non obscurè immo clarissimè palpantur diversitates, quas suprà præsupposui.

At præter diversitatem rationis, quæ deducitur ex d. attestatione, deprehenditur insuper ex altera plurium pariter Naviculariorum, qui tunc temporis propè Maris Portum reperiebantur, expressum videlicet impedimentum navigandi tunc temporis per foveam vulgò *de' Navicelli*, ob antedictam duplicem causam deficientiæ aquarum, &, concretionem glaciei; ex quo duplici impedimento, seu impossibilitare hauritur ipsius objectæ Legis municipalis expressa permis-
sio, etiam in casu ab ea cæterum vetito, eundi vi- 96
delicet à Portu Liburni etiam per Mare, quando alias Naviculari per foveam prædictam navigare non possent „ ibi „ *che nessun Navicellajo, che con „ suo Navicello possa venire di Livorno per il Fos- „ so, ardisca in modo alcuno venir per Mare;* “ Ex qua literali permissione in dicto casu aliàs ab ea prohibito, tantò magis fit evidens non comprehensio alterius casus, in quo versamur; tritum est enim quod 97
exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptuatis, juxta notissimam conclusionam, de qua *Text. in l. quæsitum §. Denique ff. de fund. instruct. Ramon. cons. 82. numer. 3. cons. 337. num. 8. Alexand. cons. 107. num. 2. lib. 1. Menoch. cons. 141. num. 17. & cons. 609. num. 9. Card. Tusch. litt. E. concl. 422. per tot. Barbos. axiom. 85. num. 4. Rot. decis. 144. num. 6. part. 1. recent.*; Ideo ob justum impedimentum etiam in casu prohibito Lex omnem aufert prohibitionem; ergo, & multo magis eam auferre in altero casu, aliàs nullo modo ab ipsa comprehenso dicendum erit; fortiùs in hypothesi, in qua impedimentum adesset; eoque fortiùs in nostra, in qua non unum, sed duplex obstaculum Navigationis per foveam verificabatur.

Consequens igitur est quod si nulla aderat Legis prohibitio in casu, in quo versamur, (prout non adesse videtur undique manifestum) firmæ ideò remanebunt propositiones favore Francisci de Niccolais huc usque collectæ, atque respectivè tota penitus ob-
jecti radix eliminabitur; quoniam si suscepit viam 98
fluminis nulla Legis prohibitione obstante, immo ipsa permittente, eoque magis in casu impedimenti navigationi per foveam Navicularum; propterea quidquid egit infelicissimus Navicularius defunctus, id ipsum benè, legittimeque fecisse dicendum est, secundum elegantem *Text. in l. quis sit fugitivus §. apud Labeonem ff. de Ædilit. Edict.* „ ibi „ *quia id egit, quod publicè facere licere arbitrabatur;* “ *cap. quid dicam 14. quæst. 4. Genuen. in prax. quæst. 46. num. 4.* cæ-
terosque apud *Barbos. axiom. 136. num. 12.* quique 99
prætendit, quòd Navicularius in aliqua fuerit culpa, id ipsum concludentissimè probare tenetur, non solum in genere, sed etiam in specie, ut notant *Gloss. Bartol. & Doctores* communiter *in l. quis ex argentariis, §. An vero hæredi, ff. de edend. Bursatt. cons. 193. numer. 16. & 53. Mascard. de probat. conclus. 467. num. 1. Menoch. de præs. libr. 5. præs. 3. num. 125. Cyriac. contr. 63. num. 22. contr. 180. num. 12. contr. 268. num. 16. & contr. 459. num. 13. Andreol. contr. 36. num. 12. Gratian. discept. 135. num. 4. & seqq. & cap. 688. num. 35.* latissimè *Gob. consult. dec. 15. a num. 9. usque ad num. 14.* ubi alios plures refert, *Staiban. resolut. 89. nu. 14. 15. Conciol. de hæred. artic. 2. num. 83. Rot. Genuen. decis. 76. num. 7. & seq. Afflict. decis. 13. num. 18. Rot. post Torr. var. tit. 12.*

tit. 12. *dec.* 4. *num.* 13. *in Miscell. p.* 2. *t.* 3. *Rot. Florent. in d. Liburn. mandati num.* 74. Atque in puncto Navicularii docet *Stratt. de Navib. part.* 2. *num.* 6. & post eum *Fontanell. dec.* 533. *num.* 9. *tom.* 2.

Quapropter ex hinc usque deductis indubitatum remanet quod damnum mercibus obventum, neque DD. Expeditionerios imputandum, neque minus culpæ Naviculariorum tribuendum, sed mero casuali infortunio esse referendum, consequenterque ipsorum Proprietariorum damno cedere ex antea luculenter adductis fundamentis me in opinione confirmo.

Sub censura tamen, &c.

Obsequentissimus
Petrus Antonius Brandius Advocatus.

A R G U M E N T U M.

Habes in præcedenti Discursu.

S U M M A R I U M.

1 *Facti series.*
2 *Expeditionerii Mercium munus quale sit.*
3 *Sollicitator, sive purus mediator alieni negotii, non potest inducere recessum, seu novationem contractus gesti à suo Principali, cum ei nequeat, vel sibi in aliquo præjudicare.*
4 *Apoca uneratoria probat contra eum, cui fuit consignata.*
5 *Navicularius alterum substituens tenetur de culpa, & negligentia sui substituti.*
6 *Culpa numquam præsumitur. Et qui eam allegat probare debet concludentissimè, num.* 7.
8 *Amissio de per se inter casus fortuitos dinumeratur.*
9 *Culpa in custodiendis mercibus non nocet culposo, eam non sit de per se directa, neque ordinata ad casum inde secutum.*
Distingue tamen, ut num. 11.
Refelluntur authoritates in contrarium, n. 10. & 31.
12 *Navicularius, vecturalis, & similes minus tutam viam arripere possunt legitima causa interveniente.*
Neque temeritatis, & culpa imputari possunt viam minus tutam arripuisse, quando non adest conventio expressa in contrarium, vel Legis expressa dispositio, n. 13. & 14.
Vel id agant aliorum exemplo num. 22.
Vel quando tempestas, aut ventorum impetus superveniat navigatione, vel itinere jam suscepto num. 24.
15 *In statutis, & Legibus particularibus locum habet argumentum a contrario sensu desumptum, dummodo non resultet correctio Juris Communis.*
16 *Lex pœnalis extendi nequit de casu ad casum.*
Potissimum attenta diversitate rationis inter unum, & alterum casum, n. 17.
18 *Lex pœnalis non extenditur ad casum non expressum, etiamsi rationis identitas, vel major ratio interveniat inter casum expressum, & omissum.*
19 *Judex in conflictu opinionum, & peritiarum sequi tenetur illam, quæ innititur rationibus magis suadentibus.*
20 *Lex, vel Statutum interpretari debent secundum observantiam subsecutam.*
21 *Utilitas, vel usus proprius alieno semper præferri debet.*
23 *Culposus dici nequit, qui juxta mercatorum stylum, & consuetudinem geratur.*
25 *Naufragium de sui natura præsumitur casuale, & fortuitum.*
Maximè quando procedit non ex facto hominis, sed ex causa naturali, num. 26.
27 *Tempus præcisè, & explicitè probandum est ab Actore, qui in ipso se fundat.*
28 *Testi deponenti de re cadente sub suis sensibus, vel de re spectante ad suum officium, & institutum magis credendum est.*
29 *Testes aliquam exceptionem patientes satis probant ad exclusionem culpæ, ubicumque veritas aliter haberi non potest.*
Maximè quando verosimilia deponunt, n. 30.
31 *Expenditur, & declaratur* Text. in L. si vehenda 10. §. Si ea conditione ff. ad L. Rhodiam, & num seqq.
32 *Culpa ex quibus conjecturis, & circumstantiis deduci possit.*
33 *Navicularius, & alius quilibet Locator operarum, quorum industria nunquam electa censetur, substituti opera uti valent ex tacita Legum permissione.*
Præsertim in locis, ubi viget universalis hujusmodi consuetudo, num. 34.
Etsi talis consuetudo deficiat necessariis requisitis publica scientia, & approbationis in contradictorio judicio, num. 35.
36 *Consuetudo alia est interpretativa, alia præscriptiva, & Juris Communis derogatoria.*
37 *Navigatio antiquorum Romanorum tempore magis erat periculosa, quam modernis nostris temporibus.*
Et de ratione, ibid.
38 *Nauta, alteram Navim æquè bonam pro asportandis mercibus absque consensu Domini substituens, non tenetur de damno, vel submersione Navis, & mercium ex casu fortuito procedente, sed Domino cedit.*
Contrarium secundum aliquos, num. 40.
Procedit tamen sine dubio prima opinio, quando, vigore consuetudinis loci, implicitam habet facultatem substituendi, num. 39.
41 *Causa etiam injusta, & falsa excusat à dolo, culpa, & delicto, si habeat justam, & probabilem credulitatem.*
42 *Substitutus in officio dicitur habilis, si illius opera alii communiter utantur, illumque idoneum reputent, & integræ fidei.*
43 *Ætas annorum* 24. *navigationi aptissima dicitur. Et de ratione ibid.*
44 *Culpa excluditur, quando quis facit id, quod alii facere consueverunt.*
45 *Explicantur Doctores citati sub num.* 32.
46 *Fidejussor, vel substituens alterum in negotio, aut officio sibi demandato, ratione periculi cui se exponit à debitore, sive substituto lucrum aliquod exigere potest.*
47 *Assecuratio contractus emptionis naturam induit.*
48 *Judex absolvere valet ab observatione Judicii, quando probationes Actoris sunt turbida, intricata, & insufficientes.*

Florentina, seu Brixien. Naufragii.

Die 28. Septembris 1735.

E T

D I S C U R S U S CCXXVI.

NOn meno celebre, che esemplare è stata la Causa avanti di noi con molto impegno agitata, e successivamente dopo maturo esame, come richiedeva la gravità dell'affare decisa a favore de' Signori Lancellotti, e Ambrogi, e di Leo, e Fratelli Orsi: E dovendo adesso esporre i motivi, che c'indussero a così decidere, per intelligenza de' medesimi fa d'uopo premettere brevemente il fatto, che ha dato causa alla disputa, ed è il seguente.

Nel mese di Dicembre 1733. gli Eredi del già Sebastiano Bassi di Bologna spedirono a' Signori Lancel- 1
lotti, e Ambrogi Negozianti Spedizionieri di questa Piazza due Balle Seta di attenenza, e proprietà del Sig. Gio: Taglia di Brescia a fine di farle pervenire in Livorno a' Signori Marca, e Raguenau a' quali erano dirette. I Signori Lancellotti, ec. subito fermarono la condotta di dette Balle a Livorno con Leo Orsi Navicellajo, dell'opra del quale erano soliti servirsi nelle loro spedizioni. Ma o fosse che l'Orsi per non avere il carico sufficiente non pensasse di partire altrimenti, o intendesse d'approvecciarsi del piccolo utile, che i primarj Navicellaj ricavano dal mandare per altri le Mercanzie al luogo destinato, sostituì in luogo suo Francesco Niccolai pure Navicellajo, a cui consegnò assieme colle due Balle la lettera di condotta cantante in faccia di detto Orsi. Dopo più giorni stante lo smarrimento delle Bollette cadutesi in Arno, che l'obbligò

bligò tornare a Firenze per farsele risare giunse il Nic-
colai in Pisa, dove trovato il Fosso innavigabile per
il diaccio, prese il partito con alcuni altri Navicellaj
d'incamminarsene per bocca d'Arno; Non si sà, nè
s'è potuto chiarire il contegno, e la maniera che ten-
nero i compagni, se di fermarsi a bocca di Mare, o
pure entrati che furono di tornare indietro per sot-
trarsi dall'impero del Vento fresco; Quello che si sà
è, che il Niccolai entrato fosse il primo in Mare si
trovò in esso così impegnato, che non essendo più in
suo potere il retrocedere li convenne miseramente ce-
dere all'impeto della Tramontana colla perdita della
propria Vita, e di quella di un suo Bardotto, del Na-
vicello, e di tutte le Mercanzie in esso caricate.

Per tale accidente fu introdotto giudizio da' Signori
Eredi Bassi come Procuratori del Signor Gio: Taglia
proprietario delle due Balle Seta contro i Signori Lan-
cellotti, ec. perchè rendessero conto delle predette Bal-
le ad essi trasmesse, e dai Signori Lancellotti fu fatta
intimazione a Leo, e Fratelli Orsi per essere liberati
dalle molestie, che li venivano inferite per le predet-
te Balle sotto la loro condotta consegnate, e spedite
a Livorno. Commessaci dunque dal Supremo Magi-
strato questa Causa triangolare riferimmo dovere esse-
re in tutto, e per tutto assoluti i Signori Lancellotti,
ec. gli Orsi poi per difetto di sufficiente prova di col-
pa nel loro sostituto assoluti dall'osservazione dell'in-
tentato giudizio.

Il fondamento di così giudicare in quanto alla pri-
ma parte fu, perchè avendo i Signori Lancellotti con-
segnato le due Balle Seta ad un Navicellajo di tutto
credito, come era l'Orsi, avevano con ciò intera-
mente adempito il mandato ricevuto da' Signori Bassi
di spedirle a Livorno, essendo indubitato che l'incum-
benza dello Spedizioniere in questo appunto consiste
2 di trasmettere le Mercanzie a' luogi destinati per mez-
